



# DE
# AEQVITATE
## TRACTATVS NOVVS VSVQ; RECEPTISSIMVS
## LIBER SECVNDVS:

In quo centum aliæ vtilissimæ quæstiones, in quibus de ÆQVITATE iudicandum esse proponit, & plenissime examinatur.

PERMVLTIS SENATVS EXCELLENTISSIMI MEDIOLANI, ET ALIORVM TRIBVNALIVM DECRETIS COMPROBATAE.

*AVCTORE*

IVLIO CÆSARE CALVINO
PATRICIO, ET I.C. COLL. DERTONENSI
CIVE, AC ADVOCATO MEDIOLANENSE
VERCELLARVMQ; PRÆTORE
PRO S. R. C. M.

*Cum duplici Indice, altero quæstionum, altero rerum, & verborum quæ in hoc opere continentur.*

AD AVGVSTISSIMVM
PHILIPPVM IV.
HISPANIARVM REGEM
POTENTISSIMVM,
ET TER MAXIMVM.




MEDIOLANI, Ex Typographia Philippi Ghisulphij. M.DC.XLIII.
Ad instan. Nicolai Maioli. *Superiorum permissu.*

Imprimatur.

Fr. Hieronymus Figinus S. Officij Mediol. Vicecomissarius.

Io. Paulus Mazzuchellus pro Eminentiss. D. Cardinali Archiepiscopo.

Comes Maioragius pro Excellentiss. Senatu.

# PHILIPPO IV.

## MAXIMO,

## POTENTISSIMO CATHOLICO HISPANIARVM REGI &c.

### Iulius Cæſar Caluinus Fel.






EMINEM decet, Regum Maxime, ac Potentiſſime, aliud ſibi ÆQVITATIS Patrocinium depoſcere, quàm quod Catholici in vertice orbis, alta veluti regnorum Baſe Iuſtitiæ ſpirans ſimulacrum ſolidauit Deus, Non inſcitè Iuſtitiam Iouis filiam, ipſiq; conterminam Ioui confinxit vetuſtas, cuius tanta dignitas, vt omnium Regina Deorum fuerit appellata; quando Te vnum in proxima ſuperis ſede collocatum, veluti orbis ſoſpitatorem & ſcita Prudentiæ, & oracula veritatis, & reſponſa æquitatis edentem intuemur. Alij fidentius locuti ſimul, ac verius, Iuſtitiam Iouem, Deum ſcilicet eſſe dixerunt, hoc eſt eam legem legum omnium antiquiſſimam, ac perfectiſſimam, quæ ab illo cæleſti Domicilio in terras delapſa eſt. Certè hæc in animum illum Tuum, vt loco, ita dignitate, ac magnitudine conterminum diuinitati delapſa,


ſeſe

se se diffundit in communionem humani generis, regnaq; omnia moderatur, altero veluti oculo Deum intuens, altero respiciens homines, quibus idem vnus propè innumeris Consulis, vel virtutes debito honore afficiendo, vel vitia emendando, suum denique cuiq; tribuendo. Hinc consensus ille Deorum, atq; concentus, ac æternus quidam mentis heroicæ vigor perpetuæ adhærentis rationi, & perenni quadam, sempiternaq; lege suum tenorem seruantis, nullisq; casibus à suo tramite deflectentis. Ea me virtus impulit, vt has qualescunque de æquitate elucubrationes alijs à me prius editis additas Tuæ Maiestatis Augustali sisterem, ac quasi ad Aras Iustitiæ sacrarem. Venient sanè pauca hæc ingenij mei monumenta in lucem, quia scilicet ad Te, cum splendore nominis vmbram simul habitura Patrocinij Tui. Foue, faue, & viue diuturnæ felix ætati, victurus gloriæ immortalitati.



# BENEVOLO LECTORI.

Abes hic ( Benigne Lector ) partem secundam Tractatus de Æquitate. Egregij I.C. Caluini opus quidem eruditione elaboratum, omniq; doctrina ad normam iurisprudentiæ, foriq; nostri praxim refertum. Cœterùm mendis, quæ solito officinarum more passim irrepsere, impolitum, quas tamen ipse pro tua prudentia peritè æstimabis, facileq; corriges, vices in hoc supplens Auctoris, qui pro sua ab hoc Dominio absentia, natiuum operi suo candorem restituere nequit. Vale.



# INDEX

## Argumentorum, quæ in hoc opere continentur.



*assignetur*

matri-

In



# TRACTATVS IVLII CAESARIS CALVINI

## PATRITII DERTHONENSIS, AC CIVIS, ET ADVOCATI MEDIOLANENSIS

# DE ÆQVITATE

## LIBER SECVNDVS

Cum perutili, & copioso, tùm argumentorum, tùm rerum, tùm etiam verborum Indice.

*SVMMARIA.*

*Homines oculos in Iudices sicut in speculum conuertunt num. 1.*

*Iudices verlatissimi, & doctissimi esse debent num. 2.*

*Iudex non debet ab alio discere ea quæ determinanda sunt num. 3.*

*Iudices officium, necessarium est ad quem necessario confugere compelluntur litigantes num. 4.*

*Iudices munus antequam quis suscipiat qua ætate esse debeat, & per quantum tempus studere legali scientia debuerit num. 5. & 6.*

*Romuli consilium in constituendo Senatu num. 7.*

*Hebreorum mos circa electionem Iudicum num. 8.*

*Calcidentium lex circa Iudicum, & legatorum electionem num. 9.*

*Aduocatus quo tempore studere debeant legali scientia antequam I. C. fiat num. 10.*

*Gregorij Sancti sententia notanda num. 11.*

*Iudex scientiam, & experientiam habere debet num. 12.*

*Sciẽtia magis quã experientia in Iudice requiritur n. 13.*

*Assiduus vsus vni rei deditus artem, & ingenium sæpe vincit num. 14.*

*Experiẽtia cursu tantum temporis aquiritur num. 15.*

*Scientia sublata deest bonum num. 16.*

*Sententia Boadilli circa Iudicem Ignarum num. 17.*

*Magistratus exercere in propria Patria prohibuit Imperator Constantinus num. 18.*

*Pauperes à iudicandi munere prohibentur num. 19.*

*Pauperem neminem bonum esse in adagio habebant sparciata num. 20.*

*Pauperes malè audiunt in exercendis muneribus nu. 21.*

*Iudex recedere minimè debet ab Aequitate num. 22.*

*Iudex tamdiù dicitur quamdiù iustus est num. 23.*

*Renunciatio enormissimæ læsionis valet num. 24.*

*Contrarium verò num. 27, Quia prima opinio de rigore iuris procedit num. 37.*

*Spetierum enumeratio in renunciationibus sæpè plus*

operatur quam ipsa generalitas num. 25.

Volenti non fit dolus, aut iniuria num. 26.

Dolus præsumitur ex læsione enormissima etiam ex proposito num. 28. & 29.

Dolo de futuro non potest renunciari num. 30.

Dolus re ipsa, & sic præsumptus parificatur dolo ex proposito num. 31.

Ad contractus rescissionem, æquiparantur bina hæ species doli num. 33.

Statutum loquens de dolo intelligitur, de dolo verò non præsumpto num. 34.

Dolus de futuro dicitur ille qui in contractibus cadit enormissimam læsionem num. 36.

Renunciatio specialiter facta læsioni enormissimæ, non valet etiam si sit iurata num. 39.

Ad annullandam specialem renunciationem enormissimæ læsioni, quæ requiruntur num. 40.

Læsio quando dicatur enormissima relinquitur arbitrio Iudicis num. 43.

Agens ad rescissionem contractus ob enormissimam læsionem Iudicium proponere potest non impetrata absolutione à iuramento num. 44.

Cautius tamen est petere absolutionem num. 45.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & tres Comites habere debet num. 46.

Læsio quatuor modis consideratur num. 47.

Optio supplendi læsionem num. tribuitur ab eo qui dolum commisit num. 48.

Dolus re ipsa annullat contractum bonæ fidei sicut dolus ex proposito num. 49.

Læsio in contractu suppleri pretium siue damnum n. 50.

Dolus qui re ipsa elicitur dicitur verus num. 51.

Contractus ubi ipso iure nullus non est, restitutio à die eius celebrationis non debetur num. 52.

Dolus in contractibus est incidens non dans causam, & propterea non annullat contractum num. 53.

Vilitas pretij non immutat naturam contractus modo non consistat in vno excessu nimio num. 54.

Læsio ex vilitate pretij resultans non impedit effectus emptionis num. 55.

Læsio non consideratur in donatione num. 56.

Neq; in spiritualibus ac non integra num. 57. Neq; aduersus ingressum religionis num. 58.

Religionem ingressus dicitur conditionem suam meliorem fecisse num. 59.

Inter duos Minores, melior dicitur conditio possidentes num. 60.

Læsio vltra dimidiam non consideratur ad contractus rescissionem num. 61.

Læsionis prætextu non reuocantur locationes rerum Fiscl, & Cur. num. 62.

Dux Sabaudiæ Arbiter fuit inter Ducem Florentiæ, & Ferrariæ num. 63.

Conuentionibus iuratis standum est num. 64.

Instrumentum publicum dicitur probatio probata, & casus legis num. 65.

Læsionis ratione non conceditur rescisio, siue restitutio, nisi intra quadriennium à die celebrati contractus petatur à maioribus, à minoribus verò postquam ad vigesimum sextum annum peruenerint num. 66. 67.

Quod in Ecclesia non procedit num. 68.

Læsio enormissima an, & quando etiam post lapsum quadriennij rescisionem, seu restitutionem admittit num. 69 & 70. cum plur. seq.

Ecclesia semper minor dicitur num. 71.

Læsionis enormissimæ restitutio fundatur in præsumpto dolo aduersarij num. 72.

Doli præsumptio resultans ex enormissima læsione compensatur cum negligentia minoris num. 73. & ratio num. 74.

Maxime si in contractu cum iuramento læsioni enormissimæ renunciatum est nu. 75. vel cum Iudicis decreto lapso decennio num. 76. num. 75. & 76.

In primogenitura lapsus decennij non excluditur rescisio contractus ob enormissimam læsionem num. 77. 78.

Læsionis enormissimæ renunciatio facta à persona discreta, & prudenti valet num. 79. Quando ex qualitate personarum certum est non interueniße dolum nu. 80.

Geminata promissio ex interuallo approbata, & iurata læsionis prætextu rescindi non potest num. 81, & Cur. num. 82. num. 81. & 82.

Error, & dolus ex quibus qualitatibus à contractu excludantur num. 83.

Geminationis vi receditur à regulis iuris num. 84. limit. num. 85. explicat mentem contrahentium denotat solemnitates supplet, & errores præsumptionem adimit num. 86 num. 84. 85. 86.

Læsionis enormissimæ ratione datur rescisio, & restitutio etiam lapso quadriennio intra annos triginta num. 87.

De læsione enormissima plenissimè constare debet, & liquidissime num. 88.

Præsumptio stat pro validitate contractus num. 89.

Probatio præsumptiua non sufficit ad probandum defectum consensus factum etiam à minore cum Iudicis decreto num. 90.

Litibus mundi quietem turbare legibus improbatur n. 91.

Læsio enormissima excluditur prudentia Iudicis nu. 92.

In dubio pro validitate contractus pronunciandum nu. 93.

Læsio regulariter non præsumitur etiam in minore, nisi probetur num. 94.

Verbum in infinitum perpetuitatem temporis denotat num. 95.

Causa conseruandæ agnationis sufficiens est ad inducendũ fideicommissum etiam in casu mortis num. 96.

Primogenitus dicitur ille qui natu maior est num. 97.

Primogenitus vnus tantum esse potest num. 98.

Primogenito mortuo secundogenitus efficitur primogenitus num 99.

Primogeniti qualitas consideratur tempore vltimæ successionis tantum num. 100.

Primogeniti qualitas nunquam moritur, sed perpetua sui natura dicitur num. 101.

Primogenito deficiente illico secundogenitus locum, & denominationem requirit num. 102. & 118.

Primogenitis sub verbo venit etiam is quam nemo antecedit num. 103.

Primogenitus cum non durauerit habetur, ac si natus non esset num. 104.

Secundogenitus per mortem primogeniti sine filijs masculis dicitur primogenitus, & primogenituram consequitur num. 105. & vocatur; potentia primogenitus nu. 106. nu. 105. & 106.

Primo-

*Inuerisimile est quod quis asserere velis cum iuramento in publicis instrumētis veritati quādo est alienū n. 178.*
*Attestatio contraria assertioni iuratæ in instrumento non probat num. 179.*
*Læsionis tempus mortis testatoris spectandum est nu. 180.*
*Læsio non considerature ratione partis, sed totius nu. 181.*
*In æstimatione rerum relata ad fructus, siue redditus non fit detractio expensarum ex fructibus num. 182.*
*Probatio à communiter accidentibus sufficiens dicitur num. 183.*
*Vassallus infeudatus tenetur ex fructibus feudi reparare, & reficere arces, & cauere, ne res deterior fiat n. 184.*
*Vassallus ad melioras necessarias, & vtiles expensas tenētur num. 185. & compensantur cum fructibus perceptis num. 186. num. 185. 186.*
*In inuestituris feudorum apponi solet pactum ad meliorandum num. 187.*
*Expensa magna in re feudali facta quando recuperentur num. 187.*
*Læsus enormissimè quomodo quis dicatur num. 188.*
*Læsio, aut deceptio facilè committitur inter imbecilles, vel rusticas personas num. 189.*
*Læsio in quibus considerari non possit, & qualitates eam excludentes num. 190.*
*Princeps est lex animata num. 191.*

## Renunciatio enormissimæ læsionis an regulariter valeat. Cap. CI.

IAM supra in præcedenti libro *cap. 4. num. 7. & 17.* abundè doctum fuit AEQVITATEM in omnibus hominum actibus esse spectandam, Iudicesq; ante oculos semper eam habere debere, Et sic Iudicis præsertim munus est AEQVITATIS præcepta seruare,
1 Coram quibus de rebus, ac honore Priuatorum agitur, & in quos vt in speculum oculos intuē-
2 tur homines, vt ait *Boadil. in suis polit. lib. 1.*
3 *cap. 7. nu. 1. p. p.* Quos idcirco versatissimos, & Doctissimos esse debere probat *Bal. in add. ad Specul. tit. de positionibus §. 7. Vers. decimotertio, dum ait*, Non sufficit esse Iudicem, sed Iurisperitum, quia vt inquit *Plato lib. 2. de legibus*, Non
4 debet verus Iudex, quæ determinanda iuditio sunt, ab alio discere, & quasi stupefactus tam clamore multorum, quàm ignorantia sua, ita ferrè sententiam; Id quod innuit Imperator Iustinianus in *Auth. de Iudicijs in princip.*
4 Necessarium enim est Iudicis offitium, ad quē necessariò confugere compellantur litigantes sicuti Aduocati offitium voluntarium est, Quē si parum expertum elegit, sibi imputet litigator, qui doctum, & meliorem potuit eligere; Secus circa Iudicem, quem necessariò adire cōpellitur, vt copiosè scribit *Boadil. d. l. p. cap. 6. præsertim num. 21. cum seq. quo loco vlt. num. 17.* tradit per Regem Catholicum fuisse speciali-
5 ter prouisum, vt per decennium prius quis studeret legali scientiæ, & ætatis annum 26. ageret, antequam Iudicis offitium exerceret; Quæ Constitutio conuenit *l. Magistros C. de professor. & Medic. lib. 10*, Vbi Imperaror Iustinianus iubet ne repente, nec temere prosiliat, quis ad hoc munus Iudicis, Quos ante trigesimum an-
6 num minime fieri suadebat Octauiano Cæsari Mecenates, vt post Dionem Cassium, refert *Petr. Gregor. lib. 47. syntag. iuris cap. 9. num. 20. par. 3*, Qui etiam scribit Romulum, Curiam suā
7 primum, & consilium dilegisse ex senioribus, Vnde Senatus nomen accepit à Senibus, & Patribus; Nouerat enim Iudicia optima fieri cum ratione experientia, & prudentia, quæ longè absunt à iuuenibus.
8 Hinc ait Philo Hebreus moris fuisse, Seniores ad Magistratus legitimè gerēdos vocari, Prout Calcidentium lex erat, Nequis natus infra an-
9 nos quinquaginta, vel Magistratus ageret, Vel legationem obiret, vt explicat *Petr. Greg. all. cap. 9. num. 22.*
Quamuis, vt Iurisconsultus, & Aduocatus quis euadat, sufficiat quinquennij spatio studio le-
11 gali incubuisse, vt habetur in proemio *Digestorū, §. & quod iam in primis vers. quinti anni ex l. periores, & l. iubemus §. sportulis, & ibi glo. C. de Admon. diuers. Iudicum.*
11 Namq; vt scribit *Diuus Gregor. lib. 27. moralium*, Nemo rectè iudicare poterit si legem qua iudicaturus est, ignorat, Adeò quod Iudicem scien-
12 tiam, ac experientiam simul habere debere cōcludunt omnes, Vt experientia, processus formare, Scientia verò illos definire sciat, vt scribit
13 *Boadil. in all. cap. 6. lib. 1.* Vbi tamen concludit necessariam magis esse scientiam, siue theoricā quàm experientiam in Iudice; Quamuis inquit
14 Cicero quod assiduus vsus vni rei deditus, & ingenium, & artem, sæpè vincat, Quæ experien-
15 tia, nō nisi cursu multi temporis haberi potest, vt tradit *Aristoteles lib. 5. polit. dum ait*, ex temporis latitudine, experientia oriri; Sublata au-
16 rem scientia deest bonum, vt est in Prouerb. 19, Qua ratione motus ait *Boadil. in all. cap. 6.*
17 *num. 43. lib. 1. p. prima*, quod potius pallium ammitteret, quam ad illius recuperationem agere coram Iudice ignaro, ad quod propositū allegat Terentium canentem, Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum, atq; AEQVVM. Sciunt melius peius prosit, obsit nihil.
Prout in Prouintia, siue Ciuitate ex qua oriun-
18 dus est, vel larem antea elegisset, Officia, siue Magistratus gerere quamquam prohibuit Constantinus Imperaror in *l. 3. C. de diuers. offic. & apparitorum Iudic. lib. 12. Vlpia. verò in l. rescripto ff. de muner. & honor.* cauit à iudicandi mu-
19 nere prohiberi pauperes, qui vix de suo victum sustineri possint, Quia apud Spartiatas erat in adagio, Neminem pauperem bonum esse, Ne
20 inopes Iudices prædandi occasionem ex offi-
21 cio accipiant à qua nec diuites semper abstinēt, & malè audiunt, vt post Laertium tradit *Petr. Gregor. all. lib. 47. cap. 10. sub num. 14.*

Aequitatis

Aequitatis igitur propositam materiam sequendo, à quo nullo modo recedere debet Iudex,
22 aliter Iudicis nomen illum non mereri scribit
Doctissimus Cassiodorus Epistola 27. his aureis
verbis; Iudex tandiù esse dicitur, quamdiù iustus esse creditur, Quia nomē quod ab AEQVI-
23 TATE sumitur, per superbiam non seruatur;
Cuius meminit *Boadil. in eius polit. lib. 2. cap. 2. num. 5.* Et cum de læsione etiam enormissima
actum fuerit in superiori libro *cap. 7. & cap. 22. ac cap. 45. & etiam cap. 89.* Frequentissimaq; fit
materia ipsa dum passim de ea agitur in iudicijs, de rescissione contractuum ob enormissimam læsionem, non obstante quod fuerit expressè renunciatum, enormissimæ læsioni; multi hæsitant, an huiusmodi renunciatio valeat.

Et validam illam esse tradit *Abb. in cap. quintauellis num. 32. Vers. sed respectu de iureiurando, Castr.*
24 *cons. 225. num. 2. post med. Vers. tertia fuit opinio*
25 *lib. 2.* Quia sæpè plus operatur enumeratio
specierum quam ipsa generalitas *l. sed; & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. Cephal. cons. 121. sub nu. 8. & Gabr. com. opin. tit. de Arbitr. concl. 3. nu. 39.*

Hanc sententiam sequitur *Fab. de Monte tr. de empt. & vend. qu. 8. princip. num. 15. per l. Quæritur §. si venditor ff. de ædil. edicto, Pantal. Cremen. in repet. l. 2. num. 98. de rescind. vendit. f. Ast. decis. 120. nu. 1. Dec. cons. 27. & cons. 180. Lofred. cons. 23. col. 3.*

Ratio huius sententiæ videtur, Quod volenti non
26 fit dolus, neq; iniuria *l. cum donationis C. de transact. l. p. §. vsq; ad duo ff. de iniurijs, & horum sententiam sequitur Alex Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de emptione, & venditione resol. 3. num. 11.*

Contrariam tamen sententiam, quod scilicet enor-
27 missimæ lęsioni non possit renunciari probat
post *Alex. cons. 139. lib. 7. Ias. cons. 135. num. lib 4. Dec. cons. 30. sub num. 9. cons. 70. col. pr. in fine, & cons. 479. num. 11. ac cons. 551. num. 4, quam sequitur Cephal. sibi contrar. in cons. 142. num. 30.*

28 Quia cum ex læsione enormissima præsumatur
dolus, vt probat. *Bar. in l. si societate §. arbitrorum ff. pro socio, Crau. cons. 142. num. 21. & Alba cons. 77. num. 23. & cons. 100. in fine, Cephal. dicto cons. 142.*
29 *num. 31.* Quippe etiam dolus ex proposito, vt
tradit *Didacus in cap. quamuis par. 2. §. 3. col. 3. circa med. & sequitur Gabriel all. conclus. 3. num. 49. cum seq. Crau. cons. 142. num. 22. Cephal. cons. 110. nu. 82.*
30 *lib. 2.* Non potest renunciare ipsi dolo *l. si vnus §. illud ff. de pactis, & probat Gabriel all. num. 49. Conan. lib. 3. tit. de Thesaur. cap. 4. litt. A. Cephal. d.*
31 *cons. 142. num. 29.* vbi scribit dolum re ipsa, & sic
præsumptum parificari cum dolo ex proposito
*per l. p. in fin. ff. de doli except.*, Quamuis probauerit contrarium idem *Cephal. in all. cons. 121. sub num. 8. Porrus in primo responso regiftr. in tract. Canutij; post Pozinib. tr. in quibus casibus crimin. procedi non potest.*

Ad rescissionem enim contractus tantum has bi-
32 nas species doli æquiparari probat *Bargal. tr. de dolo lib. 2. tit. de dolo re ipsa num. 22. post Dec. Cagnol. & alios ibi relatos.*

Etsi statutum de dolo loqueretur. De dolo verò
intelligendum est, non de præsumpto oriente
33 ex re ipsa, vt scribit *Bargal. cit. loco 24. & 25.*

Quemadmodum dolo de futuro pariter nō posse
34 renunciari tradit *Cagnol. in l. contract. num. 77. ff.*
35 *de regul. iur.* Diciturq; dolus futurus ille qui in
contractibus ob enormissimam lęsionem cadit;
Quia non nascitur tempore contractus, sed ita
demum, si petatur rescissio ob lęsionem enor-
36 missimam *l. secunda §. circa de excep. l. si quis cum aliter ff. de verbo. oblig. Bar. cons. 98.*

Et licet prima opinio censeatur magis communis
37 secundum Gabrielem loco relato; Tamen eam
de rigore iuris procedere affirmat *Abb. in d. cap. Quintauallas verbo*, & incidentur studens concordiæ.

DE AEQVITATE verò hanc vltimam negatiuā
38 procedere subijcit idem *Auctor. loco relato, & sequitur Bargalia d. lib. 2. tit. de dolo re ipsa num. 54.*
qui sequenti numero scribit hanc conclusionē
procedere etiam si specialis renunciatio facta
39 fuisset cum iuramento, Quam conclusionem
confirmat etiam idem Auctor *lib. 6. reg. 28. num. 9.* Vbi tradit renunciationem enormissimæ lęsionis non valere.

In hac tamen materia multa consideranda sunt,
ad annullandum specialem renunciationem
40 enormissimę lęsionis, Et primo qualitas contrahentium, *l. sed si susceperit §. post, & ibi Dd. ff. de Iudicijs Bargal. d. tit. de dolo re ipsa nu. 40. & Morot. responso 88. sub num. 20.* Secundo lęsio ipsa,
41 quę euidens esse debet, & in multò plus duplo,
siue triplo, & vltra consistere; vt probat idem
*Bargal. d. tit. de dolo re ipsa num. 6. vbi num. 39. & 40.* scribit lęsionem multum excedere debere
dimidiam ex *Iasone cōs. 135. lib 4, et Curt. cons. 141. num. 5. ac Corn. cons. 189. num. 13. vers. ex quo putat lib. 1.* Quod contingit in casu *Grat. cons. 88. lib. 1.* Vbi conuentus pro centum; In transactione
sexcentum promiserat, cum renunciatione speciali enormissimę lęsionis; Quia eo in casu locum
esse rescissioni contractus probat ibidem Auctor ipse, cum promissor videretur potius deceptus, quam aliter.

42 Et sic non in omnibus causis absolutè concludi
debet huiusmodi renunciationem specialem
non valere, Sed tantum in ijs casibus, in quibus
qualitas personarum contrahentium, & negotij circunstantiæ, & euidentissima læsio, tam
grauis, quippe maxima id suadeant, Et sic vt
43 tradit *Bargal. loco rel. sub num. 6.* relictum est arbitrio Iudicis, quando læsio dicatur enormissima, iuxta tradita per *Menoch. de Arbitr. casu 78. cum seq. & scribit Bursa cons. 99. num. 13, & cons. 25. num. 5. lib. p.*

44 Quando autem, quis agit ad rescissionem contractus ob enormissimam læsionem Iudicium
ipsum potest proponere non impetrata absolutione à iuramento, quod sperni posse in casu
enormissimæ læsionis decidit Rota Romana
quæ innititur AEQVITATI, vt post *Cassiodor.*

*decis. unica tit. de empt. & vend.* probat *Cugnoli in l. 2. num. 98. & 99. C. de rescind. vendit.* quem sequitur *Bargal. d. tit. de dolo re ipsa num. 38.* Quamuis
45 cautius esse petere absolutionem subijcit ibidē *Bargal. vers. vbi definitur*; Maximè quia donec non est probata læsio enormissima, agens videtur esse periurus, & probatio non fit in principio iudicij.

Ratio autem cur in læsione enormissima non sit necessaria absolutio à iuramento ea esse vide-
46 tur, Quia cum iuram. esse non debeat iniquitatis vinculum, & tres Comites habere debeat Veritatem, Iustitiam, & Iudicium, Probata iniquitate contractus, iuramentū remanet sine iustitia; Idcirco sponte concidit vno ex substantialibus deficiente *Bargal. citato loco num. 38. in fin. & Morot. Resp. 88. sub num. 19. qui ex Siluano cons. 71. num. 5.* tradit hanc opinionem esse veriorem, & Aequiorem, nec in iudicando ab ea recedendum.

Qui auctor idest *Bargal.* læsionem quatuor modis considerat loco relato *num. 42. cum seq.* Videli-
47 cet quando est modica, vel magna, aut maior, idest enormis, aut maxima, idest enormissima.

An autem probata enormissima læsione, contractus absolutè rescindatur, An verò ita demum si aduersarius nollit resarcire læsionem vsq; ad iustam quantitatem.

Et licet optio illa supplendi admittatur ab eo,
48 qui dolum commisit, *Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 4. verbo quoties, & Pinell. in d. l. 2. par. p. num. 25. C. de rescind. vend.* Maximè cum dolus re ipsa an-
49 nullet contractum bonæ fidei, sicut dolus ex proposito, vt scribit *Seraph. de Iuram. Priuileg. 83. num. 99.*

Tamen cum *Tex. in ipsa l. 2. C. de rescind. vendit.* apertè conferat contrahenti facultatem supplendi pretium, siue damnum illi, qui in contra-
50 ctu fuit læsus; Cessat omnis hæsitatio, vt ibidē tradit *Pinell. num. 28. p. p. cap. 4. & sequitur Bargal. d. tit. de dolo re ipsa num. 47.* qui subijcit in contra-
51 rium allegata procedere quando interuenisset, dolus verus non præsumptus, vt est ille qui re ipsa elicitur, idem *Bargal. loco rel. num. 47. in fine, & num. 48. vers. in contrarium tamen.*

Et hoc casu per rescissionem contractus fructus omnes restituendi an veniant, etiam à die celebrati contractus, non moti soli iudicij, Et cum contractus ipso iure nullus non sit, fructuum re-
52 stitutio à die eius celebrationis non debeatur, *l. eleganter. & ibi Bart. ff. de dolo, Scrib. in l. si quis cum aliter ff. de verb. obligat.*

Dolus enim in contractibus est incidens, non dās
53 causam, qui idcirco non annullat contractum, *l. Iulianus §. sed si venditor ff. de action. empti*, nec
54 vilitas pretij solet immutare naturam contractus, dummodo non consistat in vno nummo, *l. si quis ff. locati*; Idcirco propter talem læsionem nō
55 impediuntur effectus emptionis, Ita eleganter probat *Bargal. loco rel. num. 48. per totum.*

Læsio tamen non consideratur in donatione, quæ
56 in mera liberalitate consistit, *Cephal. cons. 147. num. 5. lib. 1. Alba cons. 81. num. 55. vers. Nec; et ibi obstat*; Prout neq; etiam consideratur in spiri-
57 tualibus, vt in renunciatione, aut permutatione Ecclesiastici Beneficij, re non integra, idest quando beneficium in alterum illatum est *Gloss. & Bart. in l. ait Prætor ff. de minorib. Iason in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posth.* Idem
58 aduersus ingressum Religionis, Quia licet dicatur amisisse dicatur ingressus, Tamen in-
59 gressus dicitur conditionem suam meliorem fecisse, Præterquamquod cū Ecclesia sit loco minoris, inter duos minores, melior dicetur conditio possidentis copiosè *Bargal. citato tit. de dolo re ipsa num. 67. cum seq. plur.*
60 Prout læsio etiam vltra dimidiam non consideratur ad contractus rescissionē quando ferentis seruandis deuentum est ad contractum cum Fisco, cui non competere actionem ad rescissionem probat amplè *Gutierez. pract. qu. 19. de Gabellis qu. 47. nu. 6.* Quam sententiam sequitur *Auendanus tr. de exequen. mandat. in parte cap. 3. num. 12.*
62 *fol. 190.* Vbi apertè tradit non reuocari alienationes rerum Fisci sub prætextu læsionis; Nec si Fiscus, vel Respubl. deinde inuenit, qui cum ea contraheret post *Lucam de Penna in l. conquerendo de locat. prædiorum Ciu. lib. 11.*

Et quia de hac materia læsionis amplè scripsimus superioribus diebus in causa D. Comitis Nouolariæ, in qua alij plures iuris articuli examinantur ad communem vsum, & vtilitatem hic subijciuntur suis quæque ipsa.

Pro Illustrissimo, & Excellentissimo D. D. Camillo Gonzaga Comite Nuuolariæ in causa prætensionis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Archiepiscopi eius fratris.

*Adsit Virtus Spiritus Sancti.*

CVM causa hæc sit cognoscenda à Serenissimo Duce Mantuæ Arbitro electo, cui torrentissimi Viri assistunt, breuitate præsertim vti debemus, & necessaria tantum pro veritatis dilucidatione deducenda sunt, apparatu quoli-
63 bet, & superfluis de industria prætéritis. Vt de Serenissimo Duce Sabaudiæ arbitro inter Serenissimos Duces Florentiæ, & Ferrariæ scribit *Natta cons. 615. in princip.*

Et pro clariori rei intelligentia; Præmittendum est veram, & ab omnibus approbatam esse con-
64 clusionem conuentionibus iuratis standum esse, nec ab illis posse recedi, cum improbum sit promissiones cautione proximum fallere, Maximè vbi ex certa scientia, etiam cum interuentu Sapientum, aut attinentium facta sunt, *Pet. l. Iusgentium §. Prætor ait ff. de pactis*, et ibi scribit *Menoch. cons. 35. num. 1. & 16. ac cons. 55 num. 6. Ancharan. Reb. lib. 1. rerum iudicat. cap. 2. & Suarez in all. tr. in fine, & diximus nos in tract. de Aequitate lib. 1. cap. 13, num. p. & cap. 67. num. 4.*

65 Quia

65 Quia instrumentum publicum dicitur probatio
probata est casus legis; Contra quem nonnisi
probationibus plenissimis, & durioribus veni-
re quis potest *glos. in l. cum precibus C. de probation.*
*Surd. cons. 6. num. 11; & cons. 234. num. 34. latissimè*
*Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 717. num. 24; & 796*
*num. 11. & cap. 939. num. 4. & cap. 993. nu. 10. par. 5.*
Secundo præmittendum est ratione læsionis, quã
in instrumento, & conuentionibus adfuisse quis
supponit. Non concedi rescissionem, siue res-
titutionem, nisi ea intra quadriennium à die
66 celebrati contractus petatur per maiores; Per
minores verò à die quo ad vigesimumsextum
67 annum peruenerunt, & sic post perfectam æta-
tem *Tex. est expressus in l. fin. C. de in integr. restit.*
68 Quod in Ecclesia procedere statuit Summus
Pontifex in *cap. 1. & 2. de restitut. in integrum lib.*
*6. & in Clem. p. eod. tit. Specul. tit. de restitut. in*
*integrum §. intra quantum tempus num. 2. in fine,*
*Soc. Iun. cons. 125. num. 41. lib. 2. & Ias. in Authen.*
*quas actiones num. 35. C. de Sacros. Eccles. quos sequi-*
*tur Odd. de restitut. in integrum q. 19. num. 22. cum*
*seq. & num. 47.*
69 Et quamuis vbi læsio enormissima sit, etiam
post lapsum quadriennij, rescissionem, siue resti-
tutionem admitti voluerunt nonnulli *Scrib. per*
*Glos. in d. cap. 1. de restitut. in integrum lib. 6. Cassador.*
*decis. vnica num. 5. de empt. & vendit. Padill. in re-*
*pet. l. 2. C. de rescind. vend. num. 40. Odd. d. qu. 19.*
*sub num. 92. in fine, Gratian. discept. forens. 148. nu.*
*29. par. p. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. §.*
*16. num. 14. p. 5. & Felician. de Cens. lib. 2. c. p. n. 90.*
70 Quorum traditio tamen impugnatur à multis
Doctoribus, dum *Tex. in d. cap. 1. de restitut. in inte-*
*grum lib. 6.*, loquitur de Ecclesia tantum, non de
alijs personis, & sic non possunt Eccl. & minor
71 hoc casu equiparari, Quia Ecclesia semper mi-
nor dicitur, quod non contingit in minore, qui
tractu temporis efficitur maior; Et licet ratio
ob quam in casu enormissimæ læsionis conce-
ditur restitutio, fundata videatur in præsumpto
72 dolo Aduersarij *l. si superstite C. de dolo, l. omnes §.*
*Lucius ff. quæ in fraudem creditorum, Gamma decis.*
*94. num. 3.*
73 Tamen hęc doli præsumptio compensatur cum
negligentia minoris, qui postquam effectus ma-
ior tam diu tacuit; Vt quandoq; tutus sit ab
74 exceptione restitutionis in integrum, vel re-
scissionis contractus ille, qui contraxit cum mi-
nore, vel aliter, vt notat *Grauat. ad Vestrium lib.*
*4. cap. 4. quem refert Odd. all. qu. 19. num. 37.*
Maximè si cum iuramento in contractu fuisset re-
nunciatum, etiam enormissimæ læsioni, vt hoc
75 in casu, & probat *Gonzal. de restitutione in integr.*
*sub nu. 20. versic. tertio Infero tom. secundo*, & hanc
sententiam amplectitur *Vrsil. ad Affl. decis. 322.*
*sub num. 7.* vbi apertè tradit, numquam potuisse
prætextu enormissimę lęsionis obtineto in pra-
ctica restitutionem in integrum fauore maio-
ris aduersus contractum post *Crau. cons. 192. &*
*Alex. cons. 105. lib. 6.*

Et quam minime procedere in renunciationibus,
& alijs remissionibus, iurium acceptilationi-
bus, & pactis de non petendo factis, etiam à
76 minore cum Iudicis decreto; vbi lapsum sit de-
cennium probat *Odd. d. qu. 19. num. 63.* Quæ re-
nunciationes, & pactum de non petendo cum
Iudicis decreto interuenerunt in instrumento
diuisionis de quo est Quæstio.
Prout quando agitur de primogenitura quam iam
approbauit secundogenitus, Per huiusmodi clau-
sulas, & renunciationes, ac etiam per fructuum
perceptionem, ex bonis sibi in diuisione assi-
gnatis per longum tempus; Quod tunc ipso
77 decennio vlterius agi non possit ad rescissioné
contractus, Etiam ob enormissimam læsionem
expresse, & in nostris terminis. probat *Menoch.*
*cons. 401. num. 44. cum seq.*, qui loquitur de Fratre
Com. Mirandolæ, qui in diuisione approbaue-
rat primogenituram constitutam per eorum Pa-
trem; Mox lapso decennio rescissionem contra-
ctus petebat, in quam sententiam citat *Crau. cons.*
*624. in fin. Dec. Paris. Curtium, Albam, & alios ibi*
*relatos.*
Et præcipuè in hoc casu procedit conclusio Meno-
chij dum post perfectam ætatem annorum vi-
gintiquinque, expressè cum iuramento iterum
approbauit diuisionem ipsam D. Archiepisco-
pus per nouum instrumentum generalis libera-
tionis reciprocæ factæ inter ipsum, & Co. Ca-
millum, ac Comitissam Victoriam eorum Ma-
trem ratione administrationis, & tutelæ, cum
expressa renunciatione etiam enormissimæ læ-
sionis; Vt ex ipso instrumento celebrato die 28.
Nouembris 1610. Et sic triennio exacto, & vltra
à die primi contractus; ne dum dierum quin-
que, quod breue tempus ad cõfirmationẽ prio-
ris contractus, Nihilominus magnifacit *Storae.*
*responso 88. sub num. 19. vers. Secundo errauit.*
Per quam approbationem, & nouam promissionẽ,
ac reciprocam liberationem, cum renunciatio-
78 ne enormissimæ læsionis; Omnis præclusa dici-
tur via vlterius agendi D. Archiepiscopo *l. Quæ-*
*ritur §. si venditor ff. de ædil. edicto, Dec. cons. 180. nu. 41*
*Didac. var. resol. lib. 2. cap. 4. num. 5. Molin. de primog.*
*lib. 2. cap. 3. num. 19. Padil. in repet. l. 2. C. de rescind.*
*venditione num. 43.*
Valet enim renunciatio enormissimæ læsionis fa-
79 cta à persona præsertim discreta & prudenti, vt
est D. Archiepiscopus, & probat *Fabian. de Mon-*
*te tr. de emptione et venditione qu. 8. princip. num. 15.*
*per d. l. Quæritur §. si venditor ff. de ædil. edicto; Pantal.*
*Crem. in d. l. 2. num. 98. C. de rescind. vendit. facit etiam*
*l. fin. §. fin. C. si maior factus alien. ra. hab. & ibi scrib.*
*Dec. cons. 200. num. 4. vers. præterea etiam dato, &*
*cons. 232. num. 6. Cephal. cons. 121. sub num. 8.* Et hãc
esse communiorem sententiam, quando præser-
tim ex qualitate personarum sumus certi, non
80 interuenisse dolum, Vt hoc in casu, attẽta qua-
litate D. Com. Camilli, & ipsius D. Archiepis-
copi, vt post Gabrielem *tit. de Arbitris lib. 2. concl.*
*3. num. 30. & 59. probat Bargal. tr. de dolo lib. 2. vis.*

de

*de dolo re ipsa num. 58. cum seq. plur.*

81 Geminata etenim hæc promissio,& comprobatio facta ex interuallo tanti temporis per D. Archiepiscopum, tantæ est potentiæ, vt omni postposita læsione vlterius contra contractum, & iuratam promissionem venire nequeat *l. Baptista ff. ad Senatus Conf. Trebell. Sebast. Medic. tr. de*

82 *reg. iuris par. p. reg. 3. ampliat.* 16. Quia magis deliberatam voluntatem ostendidit, vt tradit *Mascard. conclus. 345. num. 52. verf. nono, quem sequitur Polid. Ripa sing. obseru. 179. num. 5. cum seq. Ad rem Alba conf. 734. num. 54. quos sequitur Affinis, & Præceptor Meus Senator Paulus Bellonus tr. de his quæ in contr. fiunt cap. 97. per totum, præsertim nu. 9. & num. 13. lib. p.*

Cum error omnis, & dolus ex qualitate personæ D. Archiepiscopi post perfectam ætatem confirmantis contractum per eundem antea gestum cum dereto Prætoris,& interuentu attinentium

83 excludatur, vt copiosè has qualitates perpendendo Iudicis arbitrio, quando lapsum est biennium inter primum, & secundum contractum probat *Io. Euterius in reper. Auth. Sacramenta puber. num. 98. cum tribus seq. C. si aduersus vendit.*

84 Et ob vim geminationis receditur à regulis iuris *l. si mulier la 2. C. ad velle. Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de fideiuss. resol. 2. num. 2. Costa in eius praxi comment. par. p. nu. 131. D. Eruditissimus Merenda lib. 2. controuers. iuris cap. 36. num. 11.* Valde conferunt ea quæ tradit *Castrens. in conf. 305. lib. 2.* Vbi filia per geminatam promissionem renunciauerat paternæ, & maternæ hæreditati; Quia cum vtramq; renunciationem fecisset, dū esset minor, annis viginti sine Iudicis decreto

85 concludit, quod non obstante actus geminatione, non valet renunciatio.

Ergo in hoc nostro casu valebit cum geminatio actus facta sit post perfectam ætatem à D. Archiepiscopo; Et primæ renunciatio facta fuerat cum decreto Iudicis, & interuentu peritorum.

Enixam enim mentem contrahentium non solum significat geminatio promissionis, Sed & omnes solemnitates vi sua supplet, & omnem erroris præsumptionem adimit, vt ferè in his terminis probat *Rol. conf. 28. num. 42. cum tribus seq. lib. 4. quē sequitur Galuanus conf. 1. num. 13. cum seq. Bardell. conf. 62. num. 1. & 2. latè Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resolut. tit. empt. & vendit. resol. 3. num. 14, verf. quanam opinio.*

Nihilominus admissa ex abundanti,& (citra veritatis præiudicium) Prima opinione quod sic. attenta enormissima læsione concedatur restitutio aduersus contractum, & illius rescissio etiā lapso quadriennio, intra annos triginta, vt post

87 alios voluit *Paris. Paladorus loco relato num. 14. Gratian. cap. 148. num. 19. par. p.*

Permittendum est tertio loco, quod de læsione

88 enormissima plenissimè, & liquidissimè constare debet, Non autem ex coniecturis,& præsumptionibus, sine in Doctorum controuersis opinionibus fundari potest, cum agatur de rescindendo contractu, vt probat *Innocen. in cap. cum ex litteris post num. 7. vers. sed in isto casu, & vers. Ego non credo, extra de restitutione in integrum, & ibi plenè Abb. sub num. 16. Specul. in tit. de restitutione in integrum sub rubr. de effectu restitutionis vol. 4. & in §. quis autem sub rubr. quis, et quando pos. in integrum restitutionem peti col. vn. vers. Illud quoq; præmittendum facimus tradita per Bart. in l. Nam, & postea §. si minor sub num. 7. ff. de iureiur. Pantal. Cremen. in repet. d. l. 2. C. de rescind. vend. num. 276. Beuintend. decis. 85. num. 2. et nu. 9.* vbi hanc magis communem, & receptam esse opinionem tradit, *hos sequitur Mascardus de probat. concl. 963. num. 16.* Prout hanc eandem conclusionem probat *Dec. cons. 474. num. 11. & Gozad. cons. 44. num. 8. quos sequitur Ludouis. decis. 20. num. 14. cum seq. & decis. 406. num. 18. in fine,* vbi apertè probat, quod cum

89 præsumptio stet pro validitate contractus etiam à minore celebrati in quo interuenit Iudicis decretū, Qui ad eius nullitatē est agit, tenetur plenè,& concludenter probare defectum, quē pati contractum supponit; Nec sufficit probatio

90 præsumptiua, vt ibidem subijcit *Beltramin. ante vers. Aduertendum tamen, & tradit idem Pantaleo in d. repetit. l. 2. num. 208. C. de rescind. vend.*

Et summa sanè ratione, quia aliter rerum dominia in suspenso semper essent; Et post pacta,& conuentiones iuratas, iterum lapso diuturno tempore, primæua iura quis reassumere posset, atq;

91 Mundi quietem litibus turbare quod omnino à legibus improbatum *l. fin. ff. pro suo, & tradit Rob. de rescript. qu. 4. princip. num. p. & qu. 5. num. 2. par. p. princip.*

Et eo magis liquidissimis, & manifestissimis probationibus docendum esset, in hoc casu, de læsione enormissima, eo quia, per præsentiam Iudicis,& Attinentium in contractu diuisionis, ad quem deuenit D. Archiepiscopus, excludi o-

92 mnino læsionem enormissimam habetur in *l. transactionem vbi Ias. num. p. C. de transactionibus, & probat Bart. in l. si frater à fratre num. 51, ff. de cond. indeb. Deci. cons. 232. num. 9. Cran. cons. 114. num. 2. quos sequitur Ludouis. all. decis. 120. num. 15. ac decis. 406. num. 14.*

Vltimo præmittendum est in dubio pronunciandum

93 esse pro validitate contractus; Et illius rescissioni minimè esse locum, vt post *Cran. cons. 151. in fin. probat Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de empt. & vend. resol. 3. sub num. 14. vers. quenam opinio.*

His sic præmissis, videndum est an de prætensa læsione in instrumento diuisionis factæ inter Ill. DD. Com. fratres Gonzagas plenè,& concludenter constet ex deductis iuribus, & ex subtilissimè allegatis per Præstantissimum Aduocatum Illustris. D. Archiepiscopi, cum qui læsum se dicit, id probare teneatur; Quia ea regulari-

94 ter non præsumitur etiam in minore nisi probetur, *l. nam, & persona §. si minor ff. de iureiur. & l. Verum §. Item non restituitur ff. de minoribus, Natta cons. 650. num. 8.*

Et

Et ſanè deciſiuè procedendo, Cum primum caput
leſionis deducatur ex primogenitura conſtitu-
ta per Ill. D. Patriarcam, quam primo loco de-
traxit in diuiſione D. Com. Camillus Iunior, &
quam minime ſubeſſe putat D. Archiepiſcopus;
Perpendi debet dictum D. Patriarcam in Teſta-
mẽto relictis hæredibus vniuerſalibus DD. Co.
Franciſco Camillo, & Alphonſo eius ex fratre
nepotibus, conſtituiſſe poſt eorum mortem in
omnibus eius bonis primogenituram, ad quam
maſculum naſciturum Com. Camilli vocauit;
Quem primogenitum vt ſupra naſciturum (ver-
ba præciſa teſtatoris) ex nunc dictus D. Teſtator
inſtituit hęredẽ vniuerſalem, & ſic in infinitum
quemlibet primogenitorum ex Cipo Com. Ca-
milli, cum prohibitione cuiuſcunq; alienatio-
nis directè, vel indirectè, & hoc quia dictus D.
Teſtator intendit erigere in dictis ſuis bonis
primogenituram ex Cippo dicti Comitis Ca-
milli; Prohibendo iterum quamlibet alienatio-
nem etiam ſuppellectilium, & argenteorum, Eo
quia intendit D. Teſtator ea omnia, & ſingula
conſeruare in familia ipſius ad vſum primoge-
niti de quo ſupra.
In codicillis verò diſpoſuiſſe eundem D. Teſtato-
rem conſtat, quod cum in dicto teſtamento or-
dinauerit bona eius vniuerſa conſeruari debe-
re in eius familia eaq; poſt hęredum mortem
ad primogenitum ex Com. Camillo tranſire,
& ſic de primogenito in primogenitum; Ad
maiorem corroborationem prędictorum in ca-
ſu alienationis cuiuſcunq; per aliquam ex eius
hęredibus, vel eorum ſucceſſoribus fiendę tũc,
& eo caſu cadant qui contrauenerint ab omni
iure ſibi in dictis bonis quomodolibet compe-
tenti dictaq; bona contrauenientis applicentur
Fabricę Diui Petri in Vrbe (ſubijciendo dein-
de) Voluitq; quod vbi ex Com. Camillo nulli
filij maſculi naſcantur vel ſuperuiuant; Tunc,
& eo caſu bona vniuerſa, quæ ad primogen.
Com. Camilli, & ad eius ſucceſſores primoge-
nitos deuenire debebant; Ea omnia ad pri-
mogenitum Com. Alphonſi dicti Com. Camil-
li fratris, & ad d. primogeniti primogenitos
maſculos in infinitum perueniant, Et ſic perpe-
95 tuam primogenituram conſtituiſſe conſtat, Cũ
verbum in infinitum perpetuitatem temporis
denotet. *l. falſo C. de diuerſis reſcrip. Menoch. conſ. 95. num. 4, & conſ. 1023. num. 8*, Quę ſaltem vſque
ad quartam generationem ſe extendit, vt tra-
dit idem *Menoch. conſ. 197. num. 65.*
Diſpoſitio etenim hęc Teſtatoris, omnes qualita-
tes, & circunſtantias perpetui fideicommiſſi, &
primogeniturę, perpetuę continet, cum plures
ſubſtitutiones ordine ſucceſſiuo factę ſint in
primogenitis maſculis, Vocando prius primo-
genitos maſculos Com. Camilli Sen. mox eis nõ
exiſtentibus, Primogenitos maſculos Com.
Alphonſi, expreſſa cauſa conſeruandę agnatio-
nis, ac illius ſplẽdoris; cum prohibitione cuiuſ-
cunq; alienationis, vt bona conſeruentur vt ſu-
pra, Quam ſolam prohibitionem cauſa conſer-
uationis factam, ſufficientem eſſe ad inducen-
dum fideicommiſſum etiam in caſu mortis pro-
96 bat *Socin. Sen. in l. ſi Cognatis num. 18. de rebus du-
bijs, quem ſequitur Bimius conſ. p. n.* 71, Et ſic perpe-
tuam primogenituram fuiſſe à Teſtatore legi-
timè conſtitutam in his terminis probat *Rimin.
Iun. conſ. 544. num. 20. cum ſeq. plur. & num. 33.*
Hoc idem probat *Peregr. cons. 38. num. 6. lib. 5.* per-
pendendo præſertim verbum illud in infinitũ,
& ibi declarat eius dicta in alijs pluribus Con-
ſilijs.
Cum itaq; primogenituram validè conſtituerit
Teſtator. Nulli dubium eſt, quin ritè, & rectè
in diuiſione fuerunt aſſignata bona dictæ pri-
mogenituræ Comiti Camillo Iun. Vti primo-
genito Com. Alphonſi, Eſto quod conditio
primogeniti, non potuerit verificari, niſi in per-
ſona eiuſdem Com. Camilli Iunioris tempore
quo deceſſit Comes Iulius Cæſar primogenitus
eorum frater, & tempore quo ad diuiſionem
bonorum deuenerunt fratres ipſi, Cum ipſi Co.
97 Camillus natus ſit maior D. Archiepiſcopo, vt
probat *Tiraquel. tr. de primogen. lib. 3. cap. 1. nu. 2.*
98 Vnusq; primogenitus eſſe tantum poſſit, non
plures vt dixit *Oldra. in cons. 231. sub num. 2. in fin.*
Mortuoq; primogenito ſecundogenitus effici-
99 tur primogenitus, *Menoch. cons. 220. num. 124. &
cons. 752. num. 3, Tiraquel. d. tract. de primogen. qu.
42. num. 3. Molin. lib. 1. cap. 2. num. 8. Idem Bimius
d. conſil. p. num. 49. & 94. Ampiè Vimius decis. 502.
num. p. cum seq.* Et conſideratur qualitas primo-
geniti tempore vltimæ ſucceſſionis tãtum id eſt
100 quando factus fuit locus ſucceſſioni, vt pro-
bat *Menoch. cons. 160. num. 354, & 397. ac d. conſil.
220. num 220. & num. 221. & conſil. 269. num. 25.
Rimin. all. conſil. 544. num. 151. & num. 230. Decian.
conſil. 16. nu. 2. lib. 4. qui in eadem cauſa reſpondit cum
Menochio.*
101 Primogeniti enim qualitas nunquam mori-
tur, ſed perpetua ſui natura dicitur *Menoch. conſil.
1032. num. 26.* Maximè quando fuit conſtituta
cauſa Nobilitatis, & familię conſeruandę, vt
in hoc caſu explicauit Teſtator, & ibidem ſubij-
102 cit *Menoch. num. 27*, In tantum vt deficiente
primogenito illico ſecundogenitus locum, &
denominationem primogeniti acquirat; *Tex. eſt
in cap. grandi de suppl. neglig. Prælatorum lib. 6. &
in cap. licet de voto, Bal. in l. ſi quis §. talem C. de ſe-
cundis nuptijs, & in l. 2. num. 5, C. de iure emphiteot.
Alciatus in l. proximus ff. de verborum ſignificat. &
ibi Rebuff. col. 2.* qui ſcribit, quod ſub verbo pri-
103 mogeniti venit etiam is quem nemo antece-
dit *Cap. Ioſeph de verborum ſignif. Tiraquel. de pri-
mogen. qu. 3. num. 11. Molin. de primog. lib. p. cap. 5.
num. 10.* Bimius qui in terminis ſuper eodem teſ-
tamento Com. Vitaliani Vicecomitis ſuper quo
reſponſum protulerunt *Menoch. Burſa. Decian. &
Rimin. Iun. de quibus infra, cons. p. num. 49.* vbi pro-
bat, quod morte primogeniti ſecũdogenitus ef-
ficitur primogenitus, Quaſi ille primogenitus
cum

104 cum non durauerit, habeatur, ac si natus non esset, vt habetur in *cap. Nam & ego de verb. signif. Peregr. all. cons. 38. num. 3. lib. 5. Cephal. consil. 190. per totum, In terminis Alcia. consil. 109 n. 2. lib. 9.* Quam conclusionem expressè probat *Menoch. consil. 269 num. 27. & consil. 752. num. 5.* Vbi docet quod secundogenitus per mortem primogeniti sine filijs masculis dicitur primogenitus; & primo-
105 genituram consequitur idem tradit *Rimin Iun. cit. consil. 544. num. 225, ac scribit etiam Bursa. consil. 354. sub num. 19. versic. Quapropter, & num. 231* vbi admittit secundogenitum fratrem primogeniti in quo prius primogenitura initium ha-
106 buit, Vocari in potentia primogenitum deficiente sine filijs ipsum primogenitum, vt euenit in hoc casu; Eandem probat sententiam *Surd. consil. 403. num. 16.* vbi apertè tradit, quod donec aliquis extat de primogeniti linea, secundogenitus, & qui ab eo descendit non admittitur ad successionem; Ergo extincta linea primogeniti; succedit secundogenitus id quod comprobat idem *Surd. num. 16. & 17.*

Et sic conuincitur opinio eorum qui affirmarunt,
107 quod mortuo primogenito in quem successio primogenituræ peruenerat, Illud ius non continuat in secundogenitum inter quos constanter sententiam ipsam sustinet, in diuerso tamen casu, *Menoch. consil. 220 num. 57. cum seq. plur. & num. 127. cum seq. ac consil. 97. num. 92. post Iasi consil. 8. num. 9. cum seq.*

Quia eorum sententia locum obtineret quando primogeniti non essent vocati in infinitum, vt hoc in casu vocati fuerunt, & quando ex alijs apertissimis circunstantijs non constaret mentē Testatoris fuisse, vt ad primogenitos in infinitum peruenirent bona Testatoris, vt expressè probat *Rim. Iun. d. cons. 544.* per sexdecim fundamenta irrefragabilia, quæ breuitatis gratia non repetuntur, & qui Auctor à *num. 141. vsq; ad finem præsertim num. 160., & num. 228.* loquendo in eadem facti specie super qua respondit *Menoch. all. consil. 220. Bursat. dicto consil. 354. & Decian. consil. 16. lib. 4.* eiusdem Menochij sententiam reprobat; & ad contraria sigillatim respōdet, ac ea tollit, & eneruat, atq; concludit, quod defuncto primogenito, indubitanter succedit, secundogenitus in primogenitura, Quam conclusionem etiam approbauit postea idem *Menoch. all. cons. 369. num. 27. & consil. 752.* & sic quodammodum sibi contrarius priorem opinionē reuocare videtur, Quam primam sententiam perplexam esse admittit idem *Menoch. in addit. ad dictum consil. 220. registrat. in 13. & vlt. vol.* eius Consiliorū sicuti aliam eius conclusionē in eadem materia firmatam *dicto cons. 97.*, plurimum dubitationis habere fatetur idem Auctor in eadem addit. ad ipsum *cons. 97.* registrat. vt supra.

Comprobatur nostra hæc conclusio per eundem *Decian. dum dicto cons. 16. num. 44.* scribit, quod quando agitur de succedendo primogenito vltimo loco defuncto, qui fuit primus hæres pri-
108 mogenitus Testatoris; Tunc admittitur secūdogenitus, quam admitti non posse credi, vbi iam hæreditas primogeniti deuenisset ad aliū primogenitum vltimo loco defunctum, vt in ea facti specie euenerat; Et sic cum Com. Camillus successerit in primogenitura post mortem Co. Iulij Cæsaris primi hæredis primogeniti, cessat omnis scrupulus, & verificatur conclusio Deciani.

Quemadmodum valdè etiam confert huic nostræ conclusioni ea adducta ratio per *Decian. num. 50. & sub num. 56. versic. non obstat septimum, & versic. non obstat octauum*; dum affirmat, Testatorem eo in casu loquutum fuisse in prima substitutione de descendentibus: quorum secundogenitum vocauit deficiente primogenito, quem secundogenitum non considerauit in casu secundæ substitutionis factæ fauore transuersalium; Et
109 idcirco inter transuersales non habuisse in consideratione secundogenitum, cum maxima sit defferentia inter descendentes magis di-
110 lectos, & transuersales. *d. l. cum Pater §. pen. ff. de leg. 2. & l. fin. de natur. lib.*

Namq; cū prima, & secunda substitutio testatoria in hoc nostro casu loquatur de transuersalibus, non de descendentibus, & deficiente; vel non existente linea masculina Com. Camilli Senioris eius ex fratre nepotis, cuius primogenitum primo loco vocauerat, Substituit, & vocauit primogenitum Com. Alphonsi Senioris, & tertiogeniti ex nepotibus Testatoris, ac in infinitū eius primogenitos; Apertissimè patet voluisse Testatorem Com. Camillum Iuniorem effectum primogen: ob mortem Co. Iulij Cæsaris, succedere in ipsa primogenitura perpetua, cū omnes sint transuersales Testatoris, & consequenter æque dilecti.

Cuius Menochij traditio eo clarius ex se eliditur, dum idem Auctor eodem *consil. 220, a num. 11. vsq; ad num. 53*, probat fideicommissum in eo casu constitutum, ad quod primogenitus erat vocatus, adhuc durare, non obstante morte primogeniti; Quamuis exinde probare nixus est, primogenito defuncto sine filijs masculis non fieri locum secundogenito, sed fideicommissum ad filiam fæminam primogeniti deuolutum esse.

Si etenim admitteretur conclusio per *Menochium* firmata quod decedente primogenito in eius locum non ingrediatur secundogenitus eiusdē lineæ, Non solum hoc contra Testatoris mentē expressam in casu nostro sequeretur, dum vocauit primogenitos in infinitum; Sed vlterius omnes ordines primogenituræ in vniuerso Mūdo confunderentur; Præsertim in feudis in qui-
111 bus mortuo primogenito sine filijs masculis succedit secundogenitus, & eo decedente tertiogenitus, & successiuè cæteri fratres, non autem fæminæ, vt scribit *Oldrad. consil. 94. num. 15.* Quod procedere etiam affirmant scribentes si primogenitus morte ciuili moriatur, vel primogenituræ renunciat per *Tex. in l. p. ff. de success. edicto.*

*edicto, Tiraquell. d. trac. de primogenitura qu. 4. nu. 9. in fin.*

Et euenit in Mantuano Ducatu, in quo denique
succesit ipsemet Serenifs. D. Dux originem
habere à secundogenito, cuius fauore obseruatus fuit modus hic succedendi, & qui (vbi admitteretur Menochij assumptum) exclusus omnino fuisset stantibus alijs de eadem familia, & stante Serenissima Sorore D. Ducis vltimo loco defuncti, quod absurdissimum esset absurdum;
112 Valet enim argumentum à feudis ad primogenituram, cum eadem militet ratio *Socin. consil. 47 num. 4. cum seq. plur lib. 3. Paris. consil. 72. nu. 74. lib. 4. Gabriel consil. 107 num. 6. Decian. d. consil. 16. nu. 5. & 22. lib. 4. & Surd. consil. 403 num. 7.*

Quæ sanè sententia eo efficacius procedit in hoc nostro casu, dum apertis verbis patet dispofuisse Testatorem in codicillis, in euentu, quod ex dicto D. Camillo Seniore nulli legitimi, & naturales filij masculi nascerentur, vel nati defecissent, Tunc, & eo casu &c. Et sic filios in plurali numero non in singulari vocauit; Quamuis primogenitus vnus tantum consequi posset primogenituram, videlicet, Primus, & eo decedente, secundus, & successiuè, quia in pluri-
113 bus verificatur numerus pluralis ordine tamē successiuo, vt tradit *Bart. in l. in fin. ff. ad Trebel. Veronen. in l. in vsu iuris nu. 2. ff. de verb. signif. Rimin. Iun. d. consil. 544. num. 12. & 161.*

Et licet negare non potuit idem *Decian. sub nu. 53. versic. non obstat tertium, & num. 54.* quod in feudis concessis ex beneficio Principis decedente primogenito sine filijs masculis succedit secundogenitus iuxta doctrinam *Oldradi in consil. 252, & Afflicti consil. feudal. 24;* Tamen nixus est probare hanc conclusionem non procedere in primogenituris bonorum allodialium, in quibus strictam faciendā esse interpretationē supponit; Namq; præterquāquod argumentū à feudo
114 ad primogenituram optimè procedere supra fuit probatum, & tradit *Paris. d. consil. 72. nu. 74. lib. 4.* Cum clarissima sit dispositio Testatoris in hoc casu fauore secundogeniti effecti primogeniti per mortem primi, cessat deducta ratio.

Prout eo magis cessat dum primogenitura hæc constituta à transuersali ratione conseruandæ agnationis tanquam fauorabilis in ea vocatis
115 large non strictè interpretanda venit, vt ad Saturitatem: probat *Rimin. Iun. consil. 23. num. 83. post Cephal. consil. 137. & repetit idem Rimin. in all. consil. 544. num. 78. 81. 85. cum seq. & num. 105. & 126. cum seq. 167. 193. 258. cum seq. & 260.* vbi infinitos in eam refert sententiam ferè ab omnibus communiter approbatam.

Non enim tollitur in totum ius agnationis ex cōstitutione primogenituræ, vt aliqui putarunt,
116 sed tantum diminuitur, siue potius differtur; Cum primogenitis deficientibus sine filijs, ipsi quoq; agnati tanquam primogeniti effecti admittantur, *Bec. consil. 56. num. 42. lib. p. quem sequitur Rimin. cit. consil. 544. num. 105.* Et hanc conclusionem admittit etiam idem *Menoch. in all. consil. 220. num. 48.* Quando constat manifestè de voluntate fideicommittētis, vt in hoc casu liquet, Quod etiam probat idem *Menoch. loquēdo de primogenito in consil. 980. num. 32.*

Regula autem quod secundogenitus semel exclusus semper exclusus censeatur; procedit quando
117 exclusio esset absoluta, & perpetua; Non autē, si ad tempus, & sic durante primogenito, & eius masculina linea, vt post *Paris. d. consil. 72. nu. 109. cum plur. seq. lib. 4. & Gabrielem consil. 107. num. 5. lib. p. probat Rimin. Iun. sæpius citato consil. 544. num. 106. cum seq. & tradit Surd. all. consil. 403. num. 10. 16. & 17. ac dixi ego in tr. de Aequitate cap. 94. nu. 53. cum seq. lib. p.*

118 Quia statim eius locum ingreditur secundogenitus, vt probauimus supra, & admittit idem *Menoch. d. consil. 220. num. 51*, licet deinde resipiscat; Maximè cum hoc fuerit expressè prouisū, per Testatorem in hoc casu vt supra fuit dictum; Et prohibitio siue exclusio secundogeniti temporaliter, videatur loqui dum scilicet durabit primogenitus, & eius linea, vt declarat *Bald. in Auth. si quis col. 5. versic. & per hoc infertur C. de secundis nuptijs, et admittit Decian. d. consil. 16, num. 36. lib. 4.*

Quare cum clarissima sit dispositio D. Patriarchæ circa constitutionem, & conseruationem primogenituræ in filijs, & descenden. masculis primogenitis D. Co. Camilli Sen. & Com. Alphōsi Sen. eius nepotum successiuo ordine, & de eius familia in infinitum vt supra fuit explicatum, & ferè in his terminis probat idem *Menoch. consil. 775. num. p. cum sequenti, et consil. 1099. num. 12. ac tenent Peregr. all. consil. 38. num. p. lib. 5. & consil. 6. num. 5. cum sequenti lib. 6. & Rimin. d. consil. 544. per totum*, Esset nodum in scirpo quærere, vbi in dubium reuocaretur ius Comitis Camilli Iunioris in bonis dictæ primogenituræ sub prætextu declarationis obtentæ per Comitem Alphōsum Patrem à M. Reuer. D. Vicario Regij fauore Com. Iulij Cæsaris filij tunc primogeniti, & ad exclusionem D. Claudij filij naturalis Com. Francisci.

Quia omni in casu tanquam res inter alios acta nō esset attendenda, Nihilominus stante irretragabili, & indubitata conclusione de qua supra; Cū ob mortem Com. Iulij Cæsaris primogeniti, illico illius locum, & denominationem primogenituræ acquisiuerit Com. Camillus Iun. qui idcirco dicitur ipse primogenitus, vt amplè probauimus supra, & tradit *Menoch. consil. 1023. num. 13. Peregr. d. consil. 38. num. p. cum plur. seq.* qui ferè in his nostris terminis loquitur; dum concludit secundogenitum ob mortem primogeniti admitti ad primogenituram excluso filio illius, qui fuerat vocatus ad primogenituram, vbi filius fratris primogeniti primo loco instituti, decessisset sine filijs; quæ qualitas, siue clausula repetita censetur etiam in secundogenito Com. Alphonsi Sen. vt probat *Rimin. all. cons. 544 num. 166.*

*num.* 166. *&* 179. *cum seq. plur.* Quia primogeni-
119 tus dicitur qui nunc talis reperitur,& reputa-
tur,licet viuente primogenito diceretur secun-
dogenitus,vt post *Alciatum in all.l.proximus ff.de
verb.sign f.probat idem Rimin.all.consil.*544. *nu.*160,
*& num.* 225. Ad ipsum Co. Camillum Iuniorem
spectasse primogenituram certissimi, & indu-
bitati iuris est.

Declaratum enim fauore Com. Iulij Cæsaris pri-
mogrniti, censetur declaratum etiam fauore
120 Co Camilli in eius locum successi, & nunc
primogeniti, *l.in omnibus officijs* §. *nō debeo ff.de re-
gul. iuris.f.ciunt tradita per Peregr.consil.*19. *sub n.*
17. *versic.nam regula certa est lib.*4. Prout etiam cō-
ferunt tradita per *Oldradū d.consil.*94. *nu.*22. *quem
sequitur Menoch.consil.*501. *num.*2. *cum seq.*

Neq; subsistere videtur ratio in contrarium alle-
gata declarationem slz. ipsam cum cessione fac-
tam per Præfectos Ven. Fabr. Diui Petri de Vr-
be non conuenire D. Com Camillo Iuniori, dū
facta legitur fauore Com. Iulij Cæsaris tunc vi-
uentis, neq; de alijs loquatur cessio; Præsertim
cum tunc adhuc viueret Com. Camillus Sen.
cuius primogeniti,& lineæ fauore fuerat primo
loco constituta primogenitura.

Quia quatenus tunc vixisset adhuc Com. Camil-
lus Sen. (quod tamen non adimittitur, neque
hucusq; probatum fuisse mihi supponitur) cum
eo tempore ipse Com. Camillus Sen. in senec-
tute laboraret, neq; Vxorem minusq; filios ha-
beret, neque habere arbitraretur, in cælibatu
viuendo, libenterq; idcirco passus esset decla-
rationem fauore Com. Iulij Cæsaris primoge-
niti alterius lineæ, idest Com. Alphonsi eius fra-
tris, post ipsius Com. Camilli Senioris primo-
geniti,& lineam masculinam à Testatore voca-
ti ad primogenituram; Postquam locum sibi nō
poterat vendicare institutio primogenituræ in
121 proprijs descenden. Cessat dispositio *l. Quam
diu l.*3. *ff. de acquir. hæreditate, & l. antiqui ff. si pars
hæred. petatur, de qua re Surd.consil.*125. *nu.*41. *vers.
Hatur verò, & num.*43. *&* 46. *& Ceph. consil.* 450.
*num.*23.

Si enim patientiam non præstitisset Com. Camil-
lus Sen. nulli dubium est, quod successio pri-
mogenituræ in suspenso remanere debebat do-
122 nec suberat spes eius successionis, vt scribit
*Surd. & Ceph. ex aduerso citati, & tradit Menoch.
consil.* 808. *num.* 31; Verum cum spem hanc sibi
deesse sciret Com. Camillus Sen. patienter tu-
lit; Quippe potius desiderauit (si eo tempore
viuebat) vt fauore primogeniti alterius lineæ,
(nempe Com. Alphonsi fratris) locum haberet
primogenitura, vt in terminis post *Oldrad. consil.*
95. *num.*15, *tradit Martin. Laudens. tract. de Principe
qu.*351. *incip. primogenitus.*

Quam primogenituræ renunciationem non solū
123 expressè, sed etiam tacitè facere poterat ad
proprium præiuditium *Menoch. consil.*158. *nu.*64.
*& consil.*211. *num.* 15; Eaq; sequta renunciatione
altero ex duobus modis facta, statim ad secun-
dumgenitum peruenit ius primogenituræ, vt
124 inquit idem *Menoch. all. consil.*211. *num.* 46. *cum
seq. Lanar. consil. p. num.* 11. *cum seq.*

Et quemadmodum si Comes Camillus primoge-
nitus ignoranter diuisisset cum D. Archiepis-
copo fratre bona primogenituræ, nec sibi, nec
primogenito præiudicasset *Menoch. consil.* 484.
125 *num.* 33. *& consil.* 181. *num.* 92. Quia primogeni-
turæ bona non conferuntur, *idem Menoch. consil.*
166. *num.*6. Ita multo minus potest nunc mole-
stari Com. Camillus ab eodem D. Archiepisco-
po ob retentionem bonorum eiusdem primo-
geniture, cum facilius admittatur exceptio; quā
detur actio iuris notissimis.

Nō etiam obstat quod cessio facta per dictos DD.
Præfectos se restrinxerit ad fauorem primoge-
niti tunc viuentis non aliorum, & sic fauore tā-
tum Com. Iulij Cæsaris nō Com. Camilli. Quia
aut dispositioni D. Patriarchæ stare intendit D.
Archiepiscopus, dum in testamēto eius vniuer-
sam hæreditatem in primogenituram erexit; Et
omnino est obaudiendus, cum clara adeò sit
ipsa dispositio, siue primogenituræ constitutio
in perpetuum facta, Vt inanis sit omnis hæsita-
tio, & in claris non admittantur coniecturæ,
126 nec declarationes, nec interpretationes *Bar. in
l. si quis à filio* §. *si quis plur. in fine ff. de leg. p. Cardin.
Mant. de coniect. vlt. volunt lib.* 3. *tit. p. nu.* 30. *& Pe-
regr. de fideicom. art.* 63. *num.*7.

Aut cessioni factæ per Præfectos Ven. Fabricæ ini-
titur D. Archiepiscopus, & cum fauore primo-
geniti vocati post obitum hæredum D. Patriar-
chæ ad formam eiusdem Testamenti, & secun-
dum mentem, & dispositionem Testatoris, ces-
sionem ipsam fecerint DD. Præfecti, quæ quali-
tates, secundum slz. dispositionem, & mentem
Testatoris bis repertitæ leguntur in ipso instru-
mento cessionis, & sic magis enixam, & firmam
fuisse voluntatem Præfectorum, se velle omni-
127 no confirmare cum voluntate Testatoris li-
quet *dicta l. balista ff. ad trebell. Bim. consil.* 19. *nu.*4;
Vanissimum est, hæsitare, primogenituram ip-
sam ad Com. Camillum primogenitum post
necem Co. Iulij Cæsaris fratris spectare ex iur.
supra deductis.

Quia etsi in cessione in specie facta non sit mentio
de dispositis per Testatorem in codicillis, sed
tantum de primogenitis vocatis in testamento,
in quibus codicillis vocantur primogeniti ma-
sculi descendentes à Com. Alphonso, vbi defi-
ceret, vel non subesset linea masculina Co. Ca-
milli Senioris; Tamen indubitati iuris est ap-
pellatione testamenti largo modo venire etiā
128 codicillos *Tex. in l. conficiuntur* §. *p. ff de iure codi-
cillorum, & in l. Eunuchis in fi. C. qui testam. fac. poss.
Glos. in l. p. in fi. ff. de Testamentis, Castren. in l. proxi-
mè ff. de his, quæ in testam. del. Crott. in repet. rubr. ff.
de leg. p. num. p. & num.* 157. *in fine, & ibi Petrus
Crispus num.* 44. *cum seq. & num.* 55. *cum sequ.* Vbi
subtiliter hanc materiam disputat, ac difficul-
tatem, quando species cum genere nominata
dicitur,

dicitur, vel ne examinat, & sequitur *Eugen. conf. 85. num. 6.*

Propterea cessionem ipsam loqui patet non tantum de dispositis in Testamento, sed etiam in codicillis, quia codicilli, & Testamentum vna,
129 & eadem censetur dispositio, aut eodem tempore facta videtur, Cum vtriusq; effectus confertatur in tempus mortis, Vnde vnum suppletur, & declaratur per aliud *Text. est in l. 3. §. si plures ff. vt in possess. legat. Card. Mant. de coniecturis vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. num. 28. Bimius conf. 19. sub num. p. conf. 47. num. 9. & conf. 305. nu. 39. cum seq. Peregr. conf. 14. num. 6. lib. 6.*

Maxime stante ipsa clausula repetita secundum mentem Testatoris, quæ Generalis est, & apta comprehendere omnia per Testatorem dispo-
130 sita, tàm in testaméto, quàm in codicillis *l. ex facto ff. de hered. Institut. & l. in conditione ff. de condit. & demonstrat. Peregr. conf. 5. num. 2. cum seq. lib. 6.*

Et omni in casu ex communi vsu loquendi appellatione Testamenti venire etiam codicillos docet experientia, quæ communis loquendi
131 vsus omnino attendi debet etiam in contractu, quando verba possunt ambiguitatem parere, vt post alios probat *Alba conf. 163. nu. 32. cum seq. Surd. conf. 572. num. 39. Bimius d. conf. p. num. 56. & Card. Mant. tr. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 8. num. 5. & 6. per l. labeo ff. de suppell. legata.*

Prout non dicitur alterata dispositio Testatoris, dum in cessione ipsa fuit purè, & absolutè vocatus Primogenitus ad partem bonorum Testatoris, quam occupabat dictus Com. Claudius filius naturalis, Comitis Francisci, Quãuis testator non vocasset Primogen. nisi post mortem eius hæredum primo loco institutorum, qui erant Com. Franciscus Camillus, & Alphonsus Seniores, Namq; cum eo tempore iam euenisset casus mortis Com. Francisci expeditum est pro ea portione purificatam fuisse conditionem fideicommissariæ primogenituræ; Et propterea absolutè de ea portione loquitur cessio fauore primogeniti, ad quem tũc ea spectabat portio; non verò de alijs portionibus, quarum conditio nondum erat purificata.

Dum enim Testator ordinauit Primogenituram post obitum eius trium hæredum primo loco institutorum, & sibi in eodem gradu coniunctorum, tanquam ex fratre Nepotum; Discre-
132 tiuè illum loquutum fuisse credendum est, cum non omnes tres dicti eius Nepotes, & hæredes vno contextu eodem tempore probabiliter erãt decessuri, sed diuerso tempore: Sequuta verò morte vnius, locus fiebat pro ea portione primogenituræ, *Affl. in cap. p. in 4. not. nu. 6. cum seq. tit. hic finit lex Feder. post Iserniam in cap. p. §. præterea col. p. Vers. sed quia ponitur in tit. quæ fuit prima causa benef. amitt. in vsibus feudorum, Tiraquel. de primog. qu. 3. nu. 6, & Alba conf. 60. num. 10.*

Et quamuis vbi attendatur ius cessionis, primogenitura videatur in contractu fundata, & sic strictè veniat interpretanda; E contra verò in
133 vltima voluntate fundata, latè sit interpretanda iuxta *l. in Testamentis ff. de reg. iur.*, *Et in l. quidquid adstringenda. ff. de verb. oblig.* Tamen cum cessio ipsa facta fuerit ad finem tantum, & effectum, vt mens, & dispositio Testatoris suum sortiatur effectum, & bona prædicta iuxta dispositionem, & mentem Testatoris recuperentur, & possideantur (verba præcisa cessionis) & sic se in omnibus referat ad Testamentum, & ad mentem Testatoris, latè interpretanda est iute supra deductis.

Et propterea non videtur obstare traditionem,
134 *Peregrin. in conf. 63. nu. 20. lib. 2.* Quia scriptura Testamenti sub qua codicilli etiam comprehendũtur, & ad quam se refert cessio spectanda venit, & sic cessant alia tradita per *Peregr. conf. 70. num. 16. cum seq. lib. 3.*, vbi scribit non
135 valere argumentum à maioratibus Hispaniarum ad maioratus Italiæ, Cum in Hispanijs vocato maiore natu simpliciter alij succedant decedente maioratu, quod non con-
136 tingit in Italia; Quãdoquidem cũ in hoc casu expressè fuerint vocati primogeniti Com. Alphonsi Senioris in infinitum, cessat deductum obiectum, Vt elicitur ex traditis per *Menoch. d. conf. 97. num. 50. cum seq. & nu. 59. cum seq. & scribit Peregr. all. conf. 64. num. 20. per l. forma ff. de censib. & §. disponat in Auth. de nuptijs.*

Ex quibus tolluntur omnia alia subtiliter considerata per Præstantissimum D. Aduoc. D. Archien. dum nixus est probare cessionem amplecti tantum personam Comitis Iulij Cæsaris tunc viuentis, non Comitis Camilli postea nati; Quia præterquod hucusque non fuit doctum Com. Iulium Cæsarem decessisse post mortem Com. Alphonsi Patris, minusq; tempore cessionis, nondum fuisse natum Com. Camillum Iuniorem; Cum cessio se in omnibus retulerit ad dispositionem, & mentem Testatoris, superflua potius quam ipsa menti contraria dijudicanda essent verba in cessione postea inserta, vt infra ostendetur.

Præsertim cum verbum absenti in ipsa cessione appositum referatur ad personas Com. Camilli, & Alphonsi Seniorum tunc absentium, ad quorum vtilitatem ipsis viuentibus facta est cessio, & eis defunctis ad fauorem primogeniti sub quo verbo primogenitos in infinitum comprehendi iam satis fuit supra probatum.

Quamquam etiam si abesse dicitur ea res quæ in
137 humanis rebus non est, vt decidit *Tex. in l. mulieris §. abesse, & ea res ff. de verb. signif.* Certè quòd hoc etiam procedere patet in nondum nato, qui in humanis rebus non est, Quidquid afferant Scrib. hoc intelligi de illis, qui mortui sint; non autem de ijs qui numquam sunt nati, Quia verba Tex. sunt adeò clara, vt quodammodo nefas sit super illis hæsitare.

Prout æquè sublata dicuntur etiam alia subse-
quentia verba pro eius hæredibus, & succes-
soribus, & ad habendum &c. ex quibus ope-
rari alienabilia esse bona concluditur per D.
Egr. Adu. D. Archiep.

Quia cum hæc omnia resistant menti Testatoris,
dum voluit primogenituram esse perpetuam,
omnis facienda est verborum interpretatio,
recedendo etiam à verborum proprietate;
quæ conueniat menti Testatoris, & conserua-
138 tioni bonorum, & primogenituræ, *Bero. cons.
188. num. 13. lib. p. cons. 96. num. 6, & cons. 112. num.
19. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 23. nu. 84, & all. cons. 544.
num. 35. cum seq. & num. 58.*

Verba enim intentioni, & menti seruire debent
139 non intentio verbis *Cap. humanæ aures 3. q. 5.
Rim. d. cons. 544. num. 46*, Et præcedentia maioris
sunt efficaciæ, & potentiæ ad determinationē
sequentium, quam è contra *Glos. & Bart. in l.
quisquis ff de leg. 3. & in l. auia ff. de condit., & de-
monstrat. Thobias Nonius cons. 22. num. 12. Rimin.
all. cons. 544. num. 259. cum duob. seq. Bimius dicto
cons. p. num. 43.*

Atqui si secundum mentem Testatoris cessio
eius finem obtinere debet, dubium non est
quin primogenitis omnibus lineę, Com. Al-
phonsi prodesse debeat, cum qui vult conse-
140 quens, velit etiam omne necessarium ante-
cedens. *l. illud. ff. de acquir. hæred. l. ad rem mobilē
ff. de procur. Menoch. cons. 232. num. 40. quem se-
quitur Rimin. sæpius citato cons. 544. num. 173, &
num. 264.*

Quo pacto an bona peruenire poterunt ad pri-
mogen. familiæ Testatoris in infinitum, vt
disposuit Testator; si sub corticę verborum
contentorum in cessione admitteretur ea ef-
fecta fuisse alienabilia, vt subijcit *Rimin. loco
rel. num. 229*; Etiam si primogenitus in singu-
lari numero sit nominatus in ipsa cessione;
Quia cum ea se referat semper ad mentem Te-
statoris, vt expressè in ea legitur, & fuit iam
dictum, Præsertim dum post verba, cum hoc
quod post obitum ipsorum, succedat Primo-
genitus, subijciatur verbum vocatus iuxta
formam testamenti; Et sic ad dispositionem
omnimodam Testatoris, omnino si referat.

Quamuis cum in Testamento, & codicillis plu-
rali numero fauore slz. Primogenitorum vsus
sit Testator, dum præsertim subiunxit in co-
dicillis per hæc verba, Et in euentu, in quem
ex dicto D. Camillo nulli legitimi, & naturalis
filij masculi nascantur, prout in dicto Testa-
mento, vel nati defecerint; Tunc, & eo casu
bona vniuersa quæ ad Primogenitum dicti Co.
Camilli, & eius successores primogenitos de-
uenire debebant, Ea omnia ad Primogenitum
Com. Alphonsi dicti Com. Camilli fratris, &
ad dicti primogeniti Primogenitos masculos
in infinitum perueniant; Indubitatum est om-
nes masculos primogenitos, comprehendere
ordine successiuo, cum numerus pluralis non
141 verificetur in vno primogenito, vt supra di-
ximus per *l. vbi numerus ff. de testibus, & l. si liber-
tus §. post annos ff. de manumiss. Testam. Rimin. cit.
cons. 544. num. 12, num. 88., & num. 161.*

Et sic cessant quæ in contrarium deduxerunt
*Bursatus cons. 354. num. 11. cum seq & num. 24. lib.
4, & Decian. resp. 16. sub num. 30. cum plur. seq., &
sub num. 56. vers. Non obstat sextum lib. 4.* qui in
eadem facti spetie cum Menochio responde-
runt, & præcipuum fundamentum ad exclu-
sionem secundogeniti constituerunt, dum eo
142 in casu Primogenitus in numero singulari
fuerat vocatus, & sic admittere videntur cō-
prehendi secundogenitum sub nomine pri-
mogeniti, quando in numero plurali vocatus
est, cum plures fratres ordine successiuo tunc
143 vocasse Testatorem pateat *Cap. Plurales de
Reg. Iur. Rol. cons. 38. num. 47. lib. 4.*, Præcipuè cum
nullus Primogenitus adhuc natus esset tem-
pore testamenti, & codicillorum D. Patriar-
chæ, vt probat ibidem *Bursa. num. 14.*

Quæ enim dispositio cessionis fauore Primoge-
nitorum in Testamento, & codicillis vocato-
rum, & ad finem conseruandi bona in primo-
genitis in infinitum iuxta mentem Testatoris,
liquidissimè, eo elicitur, etiam ex proemio
eiusdem cessionis, per quod declaratur finis
144 contrahentium, vt probat *Raudens. decis. Pisa-
na 23. num. 6. & Gratian. discept. for. 584. num. 12,
& disceptat. 724 num. 10. cum seq.* Quæ sanè bona
non conseruarentur in primogenito, vbi Co-
mes Camillus natus secundogen. sed effectus
primogenitus ob mortem primogeniti, ad ip-
sam primogenituram non admitteretur, *Rim.
d. cons. 544. num. 173.*

Ad quam cessionem fauore primogeniti iuxta
dispositionem, & mentem Testatoris, optima
145 ratione, & pia mente deuenisse DD. Præfec-
tos Ven. Fabricæ patet ex traditis per *Ang. in-
ter consilia Baldi cons. n. 19. Punctus lib. 4.* Quia ob
contrauentionem hæredum huiusmodi causa
pia censetur potius vocata ad terrorem, & ad
comprimēdum cupiditatem hæredum in alie-
natione bonorum, quā vt in effectu consequa-
146 tur, & retineat bona prohibita alienari *Vul-
pell. cons. 122. num. 3.* quem sententiam amplec-
titur *Marzar. qu. fideicommiss. 45. vers. vlt. & seq.
Petra de Fidricom. qu. p. num. 122. Card. Alban. cons.
42. vol. 2. in princip. & num. 16. & nouissimè seq.
Alex. Rhaudens. decis. Pisana 22. num. 79.* Vbi tra-
dit Eccl. siue Hospitale idcirco teneri ad res-
titutionem huiusmodi hæredibus, Et hanc
opinionem esse Aequam.

Id quod eo fortius apparet, pęnam priuationis
slz. ad terrorem potius imposuisse Testatorē,
quam vt verè bona peruenirent ad Ven. Fa-
bricam; Dum Testator post expressam pęnam
ipsam priuationis illis hæredibus, & succes-
soribus, qui ad alienationem deuenissent; Cō-
stituit secundam substitutionem fideicommis-
sariam, & primogenituram fauore filiorum
masculorum primogenitorum D. Com. Al-
phonsi in infinitum, in deffectum successionis
masculinæ

masculinæ Com. Camilli Sen., Vbi enim bona absolutè, & verè applicari voluisset Ven. Fabricæ; Inanis redderetur dicta secunda substitutio facta fauore primogen. Com. Alphonsi, post expressam pęnam priuationis bonorum, & eorum applicationis ad Ven. Fabr. Quod absurdissimũ esset absurdum ad quod euitandum omnis facienda est possibilis interpreta-
147 tio, vt post alios probat *Rimin. d. conf. 544. & 94. ac num. 114. Bargal. tr. de dolo lib. 3. tit. de dolo in contractibus stricti iuris num. 30. f. 299.*

Quippe quod purificata hac vltima substitutione censetur adempta prior dispositio pęnam res-
148 piciens, & facta fauore Ven. Fabricæ iuxta *l. si ita scriptum lap. & l. si te solum § p. ff. de hared. instit. Cephal. conf. 52. num. 17*, Ex quo tollitur assumptum in contrarium firmatum, quod per applicationem bonorum Testatoris Ven. Fabricæ, extincta dicitur primogenitura; Quia illam in infinitum durare satis superque probatum extat.

Additur etiam, quod sicuti per alienationem bonorum factam per hæredes, & successores in primogenitura, non infertur præiuditium alijs primogenitis futuris; Cum non admittatur ademptio hęreditatis in pœnam facti alie-
149 ni, *Bart. in l. Paterfam. Testamen. in 4. oppos. ff. de hared. instit. Socin. conf. 21. lib. 3. Cephal. conf. 52. n. 2. & 11. ac num. 21. & Sessa decis. Aragon. 31. num. 36, & in terminis fideicommissi, & primogenitura, Peregr. de fideicom. art. 11. num. 87. cum seq. plur.* Qui primogeniti idcirco reuocare possunt hu-
150 iusmodi alienationem *l. pacto § fratre ff. de legatis 2. & probat Molina de primog. lib. 4. cap. 1. nu. 12, & 20. fol. 446. cum seq.*, Cum renunciatio primogeniti per alienationem, vel alio modo
151 facta non possit præiudicare successoribus ad primogenituram vocatis, vt post alios probat *Menoch. conf. 211. nu. 14., & Cephal. conf. 152. num. 73. lib. 2. quos sequitur Surd. conf. 403. nu. 81*, Ita si primogenitura de qua agitur in infinitū durare debet in primogenitos primo Comitis Camilli Senioris, deinde illis deficientibus, vel non extantibus, in primogenitis descendentibus ex Com. Alphonso Seniore, vt statuit Testator; Concludendum est per alienationem primorum hæredum, nullum factum fuisse præiud. Comiti Camillo Iuniori, nec primogenitis successoribus.

Præterea cum ad diuisionem bonorum tantum deuenissent primi hæredes D. Patriarchæ, etiā cum facultate alienandi; Non dicebatur fuisse per eos contrauentum, nisi sequuta reali alie-
152 natione in extraneos, vt scribit *Alba conf. 29. nu. 16, & probat Petra de fideicommiss. qu. 10. nu. 38.* ad quam alienationem minimè deuenerant, & sic factum minimè fuisse locum applicationi bonorum Ven. Fabr.

Deniq; pro coronide huius principalis conclusionis; perpendi debet, quod Testator vocauit primogenitum per verbum appellatiuum, nō autem per verbum proprium, quo casu suo loco, & tempore appellatiuũ nomen compre-
153 hendit etiam secundogenitum ingressum in locum primogeniti prædefuncti, vt probat *Rimin. all. conf. 544. num. 242. Bimius qui super eodem testamento resp. conf. p. num. 48., & admittit Menoch. in all. conf. 220. num. 19. cum duob. seq.*

Quæ testatoris voluntas siue mens omnino obseruari debet, cum id iure naturali receptum
154 sit, vt habetur in *l. non vsq; ff. si quis à Patre fuerit manumis. & cap. vltima voluntas 13. q. 3.*, Quia
155 Reipublicæ interest, vt voluntates Testatoris suum sortiatur effectum, *l. vel negare ff. Quemadmodum testam. aper. Baldus in l. Gallus §. si is in 3. not. ff. de liber. & postb., Decian. d. responso 16. nu. 74. cum seq. lib. 4.*

Cuius Authoris conclusio mirificè confert huic nostrę sententiæ; Quidquid enim ille ibi probauit ad exclusionem secundogeniti; Id resultare constat fauore primogeniti alterius lineę iuxta disposita per Testatorem; Verum hoc in casu exclusio Comite Camillo secundogenito, & effecto primogenito, ob mortem Com. Iulij Cæsaris fratris, Extincta remaneret omnino primogenitura, & sic ex diuersis non sit illatio, & absurdissimum admitti hoc non potest absurdum, quod primogenitura in infinitum constituta, extincta dicatur per mortem primogeniti sine filijs masculis, existentibus illis duobus eius fratribus.

Quemadmodum enim in fideicommissis succedit frater proximior fratri defuncto, cum in
156 ijs attendatur proximitas, vt scilicet ordine successiuo succedant proximiores *l. vlt. C. de verb. signif. l. si cognatis ff. de reb. dubijs. Alba conf. 60. num. 10. Decian. all. conf. 16. num. 56. lib. 4.* Eo fortius hoc obseruari debet in primogenitura, in qua, & fideicommissum, & primogeni-
157 tura consideratur *Anchar. conf. 82. Alba dicto conf. 60. num. 10. & Decian. loco rel. num. 9.*

Neq; in consideratione vllo modo esse potest in hoc casu æqualitas inter fratres seruanda;
158 Quia iura allegata locū fortè haberent quādo ageretur de bonis paternis, vel alterius ascendentis; non autem de bonis transuersalibus, siue collateralibus, vt erat D. Testator, & declarat Annęus Robertus *lib. p. rerum Iudic. cap. 15. vers. pro genero, ac dixi ego in tract. de AEQVITATE cap. 7. num. 6. & 7. lib. p.*

Quamuis absolutissimi iuris sit iure communi inspecto posse parentes relicta filio legitima, de reliquis bonis ad libitū disponere, & plus
159 vni, quam alij filio relinquere *l. cum ratio ff. de bo. damna. & l. Quoniam in prioribus C. de Testam. Roland. conf. 62. num. 63. lib. 3. & probaui in dicto tr. de AEQVITATE cap. 83. num. 18. cum plurib. seq. lib. 1.* Iura verò in contrarium allegata, Parentes hortantur ad Aequalitatem seruandam inter liberos, non autem Inæqualitatem
160 vetant, vt per *l. cum Pater §. Euictis ff. de leg. 2. & l. fin. C. commun. vtriusq; probat Bimius conf. 393. num. 11.*

Et ex his confirmatur conclusio quod per mortē

Com. Iulij Cæsaris primogeniti, bona primogenituræ constitutæ per D. Patriarcham, tamquam adhuc, subsistentis, Integrè spectabant Com. Camillo Iuniori secundogenito, sed effecto primogenito ob mortem Com. Iulij Cęsaris fratris, & primogeniti excluso omnino D. Archiepiscopo tertiogenito, & sic nullam passum fuisse læsionem D. Archiepiscopum in assignatione dictæ primogenituræ facta ipsi Comiti Camillo.

Deueniendo ad secundum caput prætensę cessionis factæ per Serenifs. D. Ducem Vincentiū Primum; Cum ex supra deductis certum sit portionem hęreditatis D. Patriarchæ peruentam ad Co. Franciscum, & post eius mortem occupatam per Com. Claudium, mox ab eodē relictam dicto Serenifs. D. Duci Vincentio Primo esse subiectam primogenituræ de qua latissimè fuit actum; Et idcirco spectare Com. Camillo Iuniori; Innanis redditur omnis hęsitatio, Quod illam receperit Com. Camillus sub falsa causa declarationis Serenissimi Magni Ducis; Cum cessio facta per Serenifs. Ducē Mantuæ, facta legatur acceptante, & stipulan. Comitissa Victoria Matre pro tribus eius filijs, & pro Com. Camillo Seniore.

Namq; cum perspicuum sit, eam portionem spectasse Com. Camillo primogenito, Acceptatio facta nomine filiorū per Matrem nō potest se extendere ad bona aliena, vti erant ea de quibus agitur, propria primogenituræ; Cum ven-
161 ditio rei alienę valeat tantum in pręiuditiū ipsius venditoris, non Domini rei venditę, vt est *Text. in l. rem alienam ff. de contrah. empt. & tradit Menoch. cons. 300. num. 68. 69. cum seq.* Vnde
162 dicitur de donatione generali facta, in qua non continetur res donatori debita ex fideicommisso, vt volnit *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres in 4. & 5. qu. ff. de verb. obligat., & ibi omnes Scrib. ac in l. p. C. de pactis; Boer. decis. 33. num. 41* Maxime, quia stipulatio ipsa facta fuit absente Com. Camillo, cuius iuribus nullum fieri potuit pręiuditium iuribus notissimis, Neq; rem suam quisq; stipulari possit, *l. nemo 82. ff. de contrah. & committ. stipul. & scribit Io. Gedeus tr. de stipul. cap. 6. conclus. 6. n. 53. cum seq. fol. 313.*

Sub quo capite aliud etiam deducitur dum Co. Camillus in diuisione retinuit possessionem nuncupatam la Cechina hęreditatem dicti q. Com. Francisci, & per eundem Com. Camillū assignatam D. Archiepiscopo, pro reintegratione medietatis Casini ipso Com. Camillo in diuisione obuenti, & æstimati à Peritis pretio aureorum 14. mille in totum; Et sic bona pręfactæ Cechinę pro aureis septemmille assignatis D. Archiepiscopo, & quæ bona Cechinę pertinere ad se, supposuit Com. Camillus loco aureorum 25. millium solutorum D. Serenissimo Duci Mātuæ, quos ex fructibus eius bonorum solutos fuisse supponit in compensatione cessionis dictæ hæreditatis factę per Serenifs. Ducem, vt cantat ex instrumento cessionis.

Nullam falsam causam fuisse expressam in diuisione, & nullam posse condiderari læsionem elicitur; dum verè pecunias ipsas soluit Serenifs. Duci, mater ipsorum DD. Fratrum ex fructibus bonorum primogenituræ, & hæreditatis Com. Camilli Senioris, vt præsumitur, & consequenter propriorum ipsius Com. Camilli Iunioris cum redditus hæreditarij Com. Alphonsi communis Patris ipsorum DD. Fratrum, non essent tanti valoris, vt debitum hoc tàm egregium potuisset sanari ex illis, deductis alimentis totius familiæ, vt benè nouit D. Archiepiscopus, præcipuè cum hæreditas paterna ingenti ære alieno grauata esset, vt constat ex inuentario, & fuit narratum in eodem instrumento diuisionis in quo inter alia, capitale census aureorum 16. mille exprimitur in rationem octo pro singulo centenario, Et onus dotandi quinque sorores, quod æs alienum ad aureos nonaginta mille, & vltra ascendere enunciatur.

Et ita præsumendum est ad euitandum suspicionem turpis quæstus, vt tradit I. C. in *l. Quintus*
164 *ff. donat. inter virum, & vxorem, & habetur in l. etiam C. de donation. inter virum, & vxorem*, Si .n. redditus hæreditarij deductis interesse censuum, & legatis vix sufficientes erant pro alimentis familiæ, Nullo modo ex ijs sanari etiā potuit ingens ipsum æs alienum, Quod cum nihilominus sanasse D. Comitissam matrem horum fratrum constet; Præsumendum est sanasse ex fructibus bonorum primogenituræ
165 Com. Camilli cum aliunde tot pecunias non potuisset conflare Dom. Comitissa, vt copiosè probant *Menoch. plena præsumptione 51. lib. 3; faciunt tradita per Surdum in decis. 55. nu. 7. & 9.*
166 Vtilius enim videri debet, quod est honestius, vt ante *Menoch. scriptum reliquit Alciat. præsumpt. 26. sub num. p. vers. tertio intellige.*

Et sic cessat alia præsumptione, quòd ex commu-
167 nibus pecunijs solutio facta censeatur iuxta sententiam *Crau. cons. 129. num. 2. & 7*, Maxime quando facta fuit per Tutorem, siue Tutricē, vt tradit *Post. Borgn. & alios Mascard. de probation. cōcl. 1793. n. 6*; Quia hoc intelligitur, quādo ex Communibus redditibus verisimiliter fieri solutio potuit; Itaut cum in hoc casu cadere non possit huiusmodi cōsideratio vt sup. fuit explicatum; Cessat etiam deducta præsumptio.

Quam sanè deductionem scienter admisit in diuisione D. Archiepiscopus vti plenissimè edoctus de his omnibus, & quod verè ad D. Com. Camillum spectabant bona ipsa ratione æqualitatis seruandæ, cum hoc AEQVITATI omnino conueniret, vt ex bono, & AEQVO, omissa omni solemnitate, vnusquisque eorum quod suum esset consequeretur,
168 vt probaui in tr. de AEQVITATE, *cap. 6. num. 24*; Et quatenus dubia nihilominus esset quæstio, Adhuc tamen læsionem modicissimā contineret, non enormissimam, quæ idcirco in considera-

consideratione non haberetur, Et quam tantum, vbi duplum, vel triplum excederet eam
168 magnifaciendam esse probat *Bargal. tr. de dolo lib. 2. tit. de dolo re ipsa num. 46. fol. mihi 159.*

Tertium caput læsionis quod versari supponitur circa annuum redditum sex mille aureorum prælegatorũ Domino Archiepiscopo per Comitem Camillum Seniorem, cum illius fructus debuissent impliceari singulo anno ad fauorem Domini Archiepiscopi iuxta dispositionem Testatoris, quod minime factum fuisse supponit D. Archiepiscopus.

Perpendi debent verba præcisa dispositionis Testatoris, qui dum prælegauit dicto D. Archiepiscopo his vsus fuit verbis, *Item lascio per ragion di legato, che delli miei proprij beni allodiali da eleggersi dalla predetta Contessa Vittoria, ò dalli Arbitri, & amicabili Compositori, quali saranno eletti da Camilino, & Alfonsino figliuoli del già detto Conte Alfonso mio fratello, ne siano assignati tanti al detto Alfonsino, che rendano scuti seimille d'entrata ferma ogn'anno.*

Deinde subijcitur, *che li danari, che si trouaranno al tempo di mia morte, e l'istessa entrata annua delli seimille scudi per me come di sopra lasciati al predetto Alfonsino, si mettino à honesto, e giusto guadagno, & quali guadagni, e censi voglio se ne cauino le doti infrascritte; per le sopranominate quattro figliuole del già detto Conte Alfonso, e Contessa Vittoria, cioè, quella parte, che non sarà stata pagata à detto nome, e tutto questo sino che detto Alfonsino sarà arriuato all'età compita d'anni vinticinque.*

Legatum pariter fecit dictis DD. quattuor sororibus filijs Com. Alphonsi aureorum decemmille pro singula in casũ dotis temporalis, Ita tamen quod vbi eis detur dos ab hæredibus Com. Alphonsi in tanta summa, eo casu voluit quod legatũ reducantur ad aureos quinq; mille pro singula, Ita vt dos singularum ad aureos quidecimmille in totum ascendat.

Explicauit deinde idem Testator, *e doppo sarà stato sodisfatto alle predette doti; Ordino che tutto il restante di quel capitale, qual si sarà fatto, e cauato de tali Entrate, e guadagno, si metta pur anche esso à giusto guadagno, sin tãto che il predetto Alfonsino hauerà vinti lo compito li detti anni vinticinque; E prima non si possi mouere per spenderlo; ma finito puoi il tempo sudetto si diuida puoi trà il mio herede, e detto Alfonsino.*

His sic se habentibus cum non facta alia expressione, nec distinctione D. Comitissa Victoria Tutrix, & Curatrix DD. Comiti Camilli Junioris, & Alphonsi nunc Archiepiscopi eius filiorum, dotes dederit dictis quattuor filiabus in summam aureorum 60. millium sequẽdo formam legati facti ipsis DD. Sororibus per dictum Testatorem aureos 40. mille ex fructibus redditus annui sex mille aureorum D. Archiepiscopo prælegatorum dedisse D. Com. Victoriam dicendum est; Et sic inaniter cõqueri videtur D. Archiepisc. quod facta non fuit impliecatio ipsius annui redditus ad eius beneficium, cum fructus dicti redditus fuerint consumpti iuxta tenorem testamenti, & mentẽ Testatoris in solutione dotium dict. DD. Sororum, & si aliquid superfuisset, illius dimidia spectabat ipsi Comiti Camillo.

Neq; aliquo modo potest imputari eidem Comiti Camillo Iuniori hæredi, quod redditus ipse minime fuerit implicatus ad formam testamenti, vt illum teneri supponit Eruditiss.
169 A duoc. Domini Archiepiscopi per *l. p. ff. de rebus eorum, & per l. magis puto §. Viduas, & §. si pupillus C. de rebus eorum, de quæ Menoch. de Arbitr. casu 171. num. 67. & Simoncell. de decretis lib. 3. tit. 8, num. 120.*

Quia cum ipsemet Testator disposuerit, vt id fiat per Comitissam Victoriam pœnes quam erat administratio bonorum Dom. Archiepiscopi; Cessat omnis hæsitatio cum enim iusserit Testator id perfici per D. Comitissam Victoriam, nõ potest co sidcrari grauamen, siue præiu-
170 ditium aliquid D. Archiedifcopo, vt tradit *Bal. in l. Imperator §. si centum in fine ff. de leg. 2. Pantal. in repet. d. l. 2. num. 99. C. de rescind. vend.* Præsertim cum ex deductis appareat fructus dicti redditus fuisse consumptos pro maiori parte in causam dotium ordinatam per Testatorem.

Quamuis etiam cum idem Com. Camillus esset minor tempore mortis Com. Camilli senioris, & sub tutela eiusdem D. Comitissæ Victoriæ; Excusandus esset ob retardatam implicationem, quatenus etiam ea fieri potuerit, Vt dicitur de Matre, quæ intra an um non petije dari Tutorem filio pupillo, q ia si intra illud tempus decedat filius pupillus Regulatiter Mater non consequitur legitimam in bonis
171 filij; Verum si Mater ipsa esset minor ea excusaretur à pœna priuationis legitimæ, vt habetur in *l. 2. C si aduersus delictum Coru. conf 40 nu. 3. lib. 3. Et probaui ego in tr. de AEQVITATE cap. 94. num. 20. lib p.*

Prout ad sanandum reliquum æs alienam Paternæ hæreditatis constituens summam aureorũ 90. mille, vt expresse legitur in Inuentario, & in Instrumento diuisionis, computatis tamen dotibus dictarum DD. Sororum ipsorum Co. Camilli, & D. Archiepiscopi fructus dicti prælegari fuisse consumptos pro portionẽ ipsi D. Archiepiscopo spectante ex dicto ære alieno constat.

Vbi enim ex fructibus dicti prælegati, & primogenituræ Com. Camilli, non fuisset sanatum æs alienum relictum per Com. Alphonsum eorum Patrem, in tanta summa, & constituens aureos nonaginta mille; Certum est, quòd per vendirionem tot bonorum ipsius hæreditaris, id fieri debuisset; Et sic longè minor pars hæreditatis paternæ obuenisset D. Archiepiscopo.

Si enim ex fructibus dicti prælegati æs alienum hæreditarium ad D. Archiepiscopum pro dimidia spectans fuisse sanatum admitrit Dom.

Archiepiſcopus, Non eſt quod de eorum im-
plicatione nunc agatur; Si verò ex bonis pater-
nis id ſanatum fuiſſe mauult, ea portio pater-
næ hæreditatis, quæ ad ſanandum æs alienum
diſtrahi debebat pro implicatione fructuum
prælegati eidem deſeruire debet; Et ſic quo-
cunq; ſe vertit D. Archiepiſcopus, eius iura
intacta remanere comperiet, & conſequenter
nullibi læſum fuiſſe cognoſcet, ne dum enor-
miſſimè vt erroneæ fuit ſuppoſitum.

Accedit etiam quòd per ampliſsimam liberatio-
nem reciprocam hinc inde factã ab ipſis DD.
Fratribus, ac etiam reſpectu adminiſtrationis
tutelæ fauore D. Comitiſſæ Victoriæ ad quam
deuenerunt ipſi DD. Fratres die 28. Nouem-
bris 1610; poſtquam perfectam ætatem anno-
rum vigintiquinq; compleuerat D. Archiepiſ-
copus; tollitur omnino aditus omnis vtrique
parti conquerendi de præcedentibus diuiſio-
nibus; Cum liberatio ipſa reciproca, et ap-
probatio diuiſionum facta fuerit poſt perfectã
ætatem, & ſic reiterata dicátur, contra quã nil
172 vlterius poſſe deduci probatum fuit ſupra
per *l. quæritur § ſi vẽditor. ff. de edil. edicto, Sen. Bell.
d. cap. 97. per totum lib. p. de his quæ incont. fiunt.*

Neq; quidquam releuat atteſtatio facta in ſcrip-
tura priuata per dictam D. Comitiſſam Victo-
riam Communem Matrem; quod ſcilicet, Quã-
uis in inſtrumento diuiſionis fuerit affirmatũ
fructus annorum duodecim dicti legati annui
redditus aureorum ſex mille, remanſiſſe penes
ipſam Comitiſſam Victoriam; Contrarium ta-
men verum fuiſſe, quia nec ipſa illos habuit,
minusq; ij fuerunt traditi D. Archiepiſcopo,
vt legitur in dicta atteſtatione.

Certum enim eſt fidem tanquam ſcripturam pri-
173 uatam non facere fidem iuxta *Tex. in l. Inſtru-
menta C. de probat. & l. nuda C. de donat. Menoch cõſ.*
378. *num.* 10. *Eugen. conſ.* 8. *num.* 35. *Coſta conſ. p. nu.*
93, *ac plures, quos refert, & ſequitur Genua tr. de
ſcript. priuata lib.* 1. *qu* 4. *num. p.*

Et omni in caſu cum aliter conſtet ex publico in-
ſtrumento diuiſionis, & ex alio inſtrumento
confirmante primum, in quo præſente ipſa D.
Comitiſſa, & acceptante, liberationem, quam
ad eius fauorẽ fecerat D. Archiepiſcopus die
29. Nouembris 1610. tolli dicitur per hæc in-
ſtrumenta omnis fides dictæ priuatæ ſcripturæ
174 contrariantis ijs, quæ in inſtrumentis conti-
nentur, vt poſt *Bal. in conſ.* 198. *ad intelligentiam
col.* 2. *verſ. ſcriptum igitur lib.* 1. *probat Menoch. cõſ.*
787. *num.* 12, *& conſ.* 807. *nu.* 32. *faciunt tradita per
Maſcard. tr. de probationibus concluſ.* 109. *num.* 10.

Ridiculum præterea eſſet, vt per ſimplicem aſſer-
tionem tertij deſtrui poſſent contenta in in-
175 ſtrumentis, aduerſus quæ, vrgẽtiſſimæ, & ple-
niſſimæ probationes requiruntur, vt fuit pro-
batum ſupra in primo præmiſſo, & in his ter-
minis tradit *Hector. Felic. alleg.* 14. *nu.* 9. *cum ſeq.*
dum inquit durum valde, & arduum eſt, velle
contra contenta in inſtrumento publico pro-
bare cum efficaciſſima probatio ex inſtrumẽto
176 reſultans, maxima cum difficultate, tolli, &
remoueri poſſit; Quia de iure fieri non poteſt,
vt probatio debilior reſultans ex præſumptio-
177 ne, ſiue priuata ſcriptura, ſuperet, & tollat
maiorem, & validiorem probationem ex in-
ſtrumentis reſultantem *l. fin. C. de edicto Diui
Adr. tollitur Bald. in conſ.* 21. *num. p. lib.* 4. Maxi-
me in præiuditium tertij, quo caſu huiuſmodi
atteſtationem priuatam nihil omnino releua-
177 re tradit idem *Genua all. qu.* 4. *num.* 7, Et præ-
cipuè quando contenta in priuata ſcriptura
inueriſimilia ſunt, vt inueriſimile admodum
178 eſt voluiſſe hos DD. Fratres bis aſſerere cum
iuramento in publicis inſtrumentis, id quod
veritati reſiſtebat, *Grat. conſ.* 93. *nu.* 19. *lib.* 2. *quẽ
ſequitur Genua d. qu.* 4. *num.* 2.

Et eo minus probare dicitur atteſtatio ipſa, dum
contrariat aſſertioni iuratæ factæ per eandem
D. Comitiſſam in dicto vltimo inſtrumento
generalis liberationis ſtipulato die 29. No-
179 uembris 1620. *Felin. in cap.* 2. *num.* 1. *de fide in-
ſtrumentorum.*

Quoad quartum caput prætenſæ læſionis, reſpi-
ciens tempus quo fuit facta aſſignatio, ſiue æſ-
timatio dicti annui redditus aureorũ ſex mil-
le, vt ſupra legati, quam habito reſpectu ad tẽ-
pus mortis Teſtatoris fieri debuiſse ſupponi-
180 tur ex *Cephal. citato conſ.* 563. *n.* 42. *cum ſeq. plur.
& Peregr. de fideicommiſſ. art.* 35. *num.* 8. *& deciſ.*
61. *num.* 11.

Breuiter reſpondetur non releuare obiectum, Tũ
quia non fuit ab extimatoribus expreſſum, cu-
ius temporis habuerint rationem in extima-
tione, Tum quia quatenus ſecundum tempus
aſſignationis facta eſset extimatio, Quòd
minimum releuaret, cum à die obitus Teſtato-
ris ad diem aſſignationis factæ anno 1607, in-
crementum nullum, vel ſaltem modiciſſimum
fecerint bona, vt notorium eſt; Tum quia læſio
non poteſt conſiderari habita ratione partis,
181 ſed ad totum id de quo agitur, & ſic totius
Patrimonij, & bonorum de quibus fit mentio
in diuiſione, vt concludit *Socin. conſ.* 266. *nu.* 24.
*verſ. ad quam difficult. lib.* 2. *& tradit Natta conſ.*
525. *num.* 50. *verſ. ad aliud quod dicitur, quos ſequi-
tur Gratian. diſcept. for. lib. p. cap.* 148 *num.* 21. Tum
deniq; quia aſſignatio ipſa facta fuit iuxta ex-
preſſam diſpoſitionem Teſtatoris dum man-
dauit, vt aſſignatio fieret à Peritis eligẽdis per
eoſdem DD. Com. Camillum, & Com. Alphõ-
ſum nunc Archiepiſcopum, vel per D. Com.
Victoriam, quod factum inconcuſsè fuit.

Accedit vlterius quod in hoc conſtituendo red-
ditu, habenda erat ratio fructuum tantum, nõ
detractis impenſis. Quia in æſtimatione rerum
182 relata ad fructus, ſiue redditus, non fit de-
tractio expenſarum ex fructibus *l. fundi Treba-
tiani ff. de vſufr. legato, vt probat Bal. in l.* 2. *col. pen.
C. de reſcind. vend. Quem ibidem ſequitur Pantaleo
num.* 223. concluſionem ipſam palpabili ratio-
ne corroborans.

Quintum caput prætẽſæ læſionis tollitur omnino

ex

ex deductis supra in resolutione secundi capi-
tis læsionis; Cum æs alienum paternæ hæredi-
tatis adeò graue esset, vt nonnisi ex fructibus
etiam primogenituræ propriæ Com. Camilli
potuerit sanari, vt abunde fuit dictum, licet il-
lud sanatum legatur per Comitissam Victoriã
Communem Matrem, & Tutricem.

Quibus fundamẽtis accedit etiam alia ratio de-
ducta ex communiter accidentibus, quia pro-
bationem ex communibus accidentibus suffi-
cientem esse notatur in *l. nos hoc C. vnde legitimi,*
183 *& in cap. præsentia de probationibus, glo. in l. neq;*
*natales C. de probation. & tradit Pantal. in d. l. 2. nu.*
*278. C. de rescind. vend.* Sed frequentius accidit,
quod ex fructibus administratis soluatur æs
alienum per Tutores quam è contra. Ergo &c.

Ex qua responsione tollitur etiam sextum caput
læsionis aquisitiones slz. factas per Com. Vic-
toriam matrem respicientes; quæ tamen aqui-
sitiones in modico constituit, & sic modicissi-
mi præiuditij essent.

Prout tollitur etiam septimum, continens expẽ-
sas meliorationum factarum per Com. Alphõ-
sum Patrem in Arce Nouellariæ, ac in alia Ba-
gnoli; Namq; cum ex communi voto, & con-
uentione ipsorum Comitum Francisci Camilli
Senioris, & Alphonsi Patris anno vsq; 1577.
concorditer fuerit constituta Primogenitura
in Castris Arcibus, & Iurisdictione locorum
Nouellariæ, & Bagnoli, & in omnibus quibus-
cunq; bonis feudalibus, & Iurisdictionibus, ac
etiam in molendinis, & iuribus aquarum fauo-
re primogeniti, cum expressa conditione, vt
mortuo primogenito sine filijs masculis legi-
timis, & naturalibus, succedat in ijs secundo-
genitus, & illius filij primogeniti in infinitum,
& perpetuis temporibus; Quam primogenitu-
ram etiam exinde confirmauit, Cæsarea Maie-
stas; prout eandem, etiam in eius Testamento
Com. Camillus Senior confirmauit, prohibẽ-
do Com. Alphonso sub pœna priuationis lega-
ti dicti annui redditus aureorum sexmille,
omnem impugnationem, & contrauentionem
dictæ institutioni primogenituræ.

Dicendum est ad huiusmodi expensas obligatum
fuisse Com. Alphonsum Seniorẽ, nec eas pos-
se detrahere hæredes.

Quia Vassallus infeudatus tenetur ex fructibus
184 feudi reparare, & reficere Arces tuendo etiã,
& defendendo, ne res deterior fiat, neue cor-
ruat; Iurisdictionemq; iustè exercet Vassallus,
ne abusu, vel negligentia amittat feudum, vt
post *Affl. & alios probat Garzia II. de expensis*
*cap. 12. num. 70. cum seq.*

Præterea distingui debet inter expensas, an slz.
eæ necessariæ, an vtiles, an voluntariæ fue-
rint, Item an modicæ, an magnæ, Quia ad mo-
185 dicas necessarias, & vtiles tenetur Vassal-
lus *l. hactenus alias. l. vsufructu. 7. § hactenus ff. de*
*vsufr.* Et compensantur cum fructibus percep-
186 tis, *l. sumptus ff. de rei vendicatione, Natta consil.*
*256 num. 3. & probat Rosental. de feud. Tit. ex qui-*
*bus causis feud. amitt. cap. 10. conclus. 43. sub nu. 75.*
*vers. & hoc tanto magis, & num.* 85.

Consuetum enim est in inuestituris feudorum
apponi clausulam ad meliorandum qua stante
expensę meliorationum non possunt recupe-
187 rari, vt post *Affl. probat Forster. de feudis tit. de*
*successoribus lib. 3. cap. 20. num. 12.*

Et omni in casu expensę huiusmodi magno sum-
ptu in re feudali factæ non recuperantur, Nisi
in casu quo citra culpam, vel delictum feudũ
187 reuertitur ad Dominum; Non autem quan-
do ob mortem patris, feudum deuenit ad filiũ
primogenitum, vt post alios probat *Paris. cons.*
*55. num. 24. lib. 3. & copiosissimè tradunt Scrader.*
*de feudis par. 9. sect. 2. num. 30. lib p.*

Cæterum ad iudicandum læsionem enormissimã
in diuisione bonorum tãti valoris aureos sci-
licet quinquecentummille, & vltra constituẽ-
tis (vbi mihi supponitur habita ratione pri-
mogenituræ constitutę per D. Patriarcham, &
hæreditatis Com. Camilli Senioris, ac vniuer-
sę hæreditatis paternę. ac bonorum relictorum
per Com. Franciscum mediante cessione facta
per Serenifs. Ducem Mantuæ Vincentium Pri-
mum, quorũ valorem ad aureos 150000. ascẽ-
dere fuit enunciatum in ipso instrumento ces-
sionis, quod verisimiliter credi debet dum Vi-
ceuersa eidem Serenissimo D. Duci persoluti
fuerunt aurei 25000, & alij aurei sexmille pro
dote filiæ naturalis ipsius Com. Francisci, vt
constat instrumentum cessionis) exiguæ di-
cerentur, & parum momenti expensę ipsæ cũ
earum dimidia, quam prætendit D. Archie-
piscopus, non excederet aureos bis, vel ter
mille ad summam, Quæ summa habito respe-
ctu ad vniuersa bona de quibus in instrumen-
to diuisionis penitus non habetur in conside-
ratione, Et quæ ad hoc vt enormissimè læsus
188 dici possit D. Archiepiscopus, saltem aureos
ducentum sexaginta mille constituere debe-
ret, iuxta ea quæ post alios tradit *Bargal. d. lib.*
*2. tit. de dolo re ipsa num. 45. & 46.*

Octauũ caput prætensæ læsionis deducitur, quòd
creditum aduersus hæredes Illustriss. D. Car-
dinalis de Corrigio, licet spectaret ad Dom.
Archiep. ex peculiari legato sibi facto per Co.
Camillum; Tamen illud in diuisione fuit pro
communi descriptum.

Cui respondetur, quòd cum in testamento dicti
D. Com. Camilli Senioris non legatur extare,
tale creditum contra hæredes D. Cardinalis
de Corrigio, cessat prætensio, Præter quod de
modicissima summa ageretur, quæ non est cõ-
siderabilis iuribus supra deductas.

Et ex his quemadmodum de vlla læsione, ne dũ
de enormissima constare patet, Ita è contra de
bono iure D. Com. Camilli liquet, qui summas
in reconuentione contentas iustè petere, &
& consequi potest.

Propterea Illustriss. hic Archiepiscopus pruden-
tissimus, & sapientissimus ferre certè non
potuerit, vt eius fides, & iurata promissio in
secundo

ſecundo etiam inſtrumento, poſtquam maior factus fuerat tribus elapſis annis, non paucis diebus à die celebrati primi contractus diuiſionis, ad quàm Com. Camillum procurauerar, & amicorum opera ſępiſſimè inſtiterat; In dubium reuocetur, poſtquam per longum curſum annorum 29. pacta ipſa, & diuiſiones conſtanter ſeruauerit, & fructibus bonorum in diuiſione ſibi obuentorum gauiſus ſit, ſimulq; amicorum, & affinium, ac Prætoris, qui diuiſionibus interuenerunt, candor, & fides obſcurentur, eiuſdemq; Illuſtriſs. Com. Camilli fratris ingenuitas & fides ſimul contemnetur.

Non enim agitur de inſtrumento celebrato inter imbecilles, vel ruſticas perſonas, in quibus de facili lęſio, aut deceptio committitur, vt
ſubijcit *Bargal. dicto tit. de dolo re ipſa num. 39. &*
189 *40.* ſed de pactis initis inter Proceres Viros
ętate maiores, notoria nobilitate, integritate,
& propria virtute celebratiſſimos, geminatis
publicis actibus confirmaris, ac per adeò longũ
annorum curſum inconcuſsę obſeruatis, Vt
quodammodo nefas ſit læſionem aliquam, vel
deceptionem in ijs conſiderare, & conuentio-
190 nes ipſas in dubium refricare, vt de fratre
Com. Mirandolæ concludit *Menoch. in fine memorati conſ. 412.*

Pront ita arbitrandum fore ſperatur per Sereniſs. Principem cui tot Sapientiſſimi Viri aſ-
ſiſtunt, & quem legem animatam eſſe in terris
191 decidit Imperator in *Auth. de Conſulibus §. vlt.*
& ita iuris eſſe cenſeo, ſaniore iuditio ſemper
ſaluo &c. Mediolani die vltima Auguſti 1636.

Ad laudem Omnipoten. Dei, atq; Deiparę ſemper Virginis Marię.

*Iulius Cæſar Caiuinus.*

## *S V M M A R I A.*

*Homicida capite plectitur num. 1.*

*Qui gladio ferit, gladio perit num. 2.*

*Caim primus homicida, et effuſor ſanguinis humani n. 3.*

*Homicida voluntarius ab altari euelli poteſt num. 4.*

*Homicidium pœna capitis punitur ex ſtatutis etiam omnium locorum Caroli Pironani I. C. oceiſi mentio num. 5.*

*Seium occidens velle occidere Titium non dicitur habuiſſe animum occidendi, nec doloſè egiſſe, ſed culposè num. 6. & 7. & ceſſat pœna ordinaria nu. 5. & ſententia AEQVIOR dicitur num. 6. Contrariam amplectentes n. 7. vſq; ad 12 Diſtinctio authoris n. 13.*

*Volens interficere vnum duo occidens tenetur de vtroq; homicidio num. 10.*

*Dolus, & animus conſideratur in occidente num. 11.*

*Actus ex errore factus nõ nocet, quia ſine conſenſu n. 12.*

*Dolo carens circa vnum non porrigitur ad alium nu. 13.*

*In delictis mitior ſententia amplectenda vbi opiniones dubia num. 14.*

*In Dominio Mediolani rarò ordinaria pœna homicida rixoſus punitur, & quare num. 16. & 17.*

*Actus omnis ex perſona agentis, & patientis determinatur num. 18.*

*Iura ſemper in ſpecie, & in concreto loquuntur nu. 19.*

*Occidere hominem volens in genere pœna ordinaria punitur, & quare num. 20.*

*In delictis ſufficit dolus in genere etiam quod ſit error in corpore num. 21.*

*Diui Cipriani ſententia num. 22.*

*Pœna homicidij, vt locum habeat duo requirit factum, & conſilium idem propoſitum num. 23.*

*Pœna homicidij extraordinaria quomodo committatur num. 24.*

*Qualitas animi deliberati quando ceſſet num. 25.*

*Homicida quando verè, & realiter, conſentit homicidio, licet errauerit in perſona num. 26.*

*In homicidio quando ſufficiat dolus in genere num. 27.*

*Sententia Senecæ num. 28.*

*Ciceronis ſententia num. 29.*

*Aequitas ratione grauioris delicti, vt eſt animo deliberato commiſſum acerbius agit iuxta facti, & perſonarum qualitatem num. 30. 31.*

*Senatus Mediol. exemplaris ſententia refertur Aequitatem amplexa num. 32.*

*Conſilium non factum punitur num. 33.*

*Homicida præmeditatus omnino punitur num. 34.*

*Homicida, ſeu caſu, ſeu de induſtria pro parricida habetur num. 35.*

*Nullum homicidium prudens neque conſultum nu. 36.*

*Affectus an, & quando puniatur nõ ſecuto, effectu num. 32. 37. 38. 39. 40. 41. Vbi quid ſeruetur in Hiſpanijs quid Mediolani cum duobus Senatus exemplis traditur num. 42. cum ſeq.*

*Lenitas in puniendis delictis maiorum cauſa num. 43.*

*Hominum cedes an Natiuitates frequentiores ſint difficile dicta num. 44.*

*Virtus premium meretur, & in caſu qua aſpirabat non peruenerit num. 45.*

*Voluntas origo facti exitus, ſolus Diuinitati imputatur num. 46.*

*Exemplum à Rebuffo relatum affertur num. 47.*

*Exemplum Senatus Mediolani refertur num. 48.*

*Occidens vnum pro alio qua pœna puniatur traditur DD. diſtinctio num. 49, 50, 51.*

*Pœna imponenda pro modo culpæ num. 52.*

*Opinio Auctoris num. 53.*

*Occidens prætereuntem dum ſe defendit ab aggreſſore non tenetur pœna ordinaria num. 54.*

*Homicidium voluntarium, & animo deliberato dolo non caret licet erroneum num. 50. & Cicer nu. 55. & 56.*

*Deciſionum Senatus Mediolani exempla traduntur nu. 57. 58 59 60.*

*Non. Conſtit. declarantur num. 61.*

*Delictum quando dicatur animo deliberato commiſſum, & ex quibus deliberatio indicitur remiſſiuè num. 62.*

*Homicidium deliberatum, ſiue premeditatum quid ſit num. 63.*

*Tempus premeditationis Iudicis arbitrio relinquitur num. 64.*

*Quod ſpatium temporis illud arbitrium capiat n. 65 66.*

*Calor iracundiæ ſedatus præſumitur dum offenſus, poſt offenſionem ad extraneos actus diuertit num. 67.*

*Senatus Mediolani decretum refertur num. 68.*

Occidens

## Occidens. Seium putans occidere Titium vtrū teneatur pœna ordinaria si, appensate delictum commissit. Cap. CII.



Ritissimum est homicidam capite plecti, vt cauit Martianus I. C.
1 *in l. p. ff. ad l. Cornel. de sicar.* Quia vt legitur in Euangelio, qui gladio ferit gladio perit, & in Genesi,
2 Quicunque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius, Et sicuti Caym primogenitus Adæ occidendo fratrem Abel primus fuerit occisor, & effusor sangui-
3 nis humani generis, Ita & ipse occisus remansit à Lamech pronepote suo, Id quod statuit etiam Summus Pontifex Max. *in cap. 1. de homicidio voluntario*, quando ex insidijs proximum
4 quis occidit, quia tunc ab altari etiam euelli posse voluit Summus Pontifex.

Non solumq; de iure communi hoc procedit, sed
5 etiam ex proprijs statutis, siue Constitutionibus, vbiq; cautum fuisse reperitur, Prout in hoc Dominio Mediolani cauetur ex *No. Const. tit. de pœnis §. homicida capite puniatur.*

Et quia non rarò euenit, vt dum Sempronius occidere tentat Titium, occidit Seium, Vt superioribus annis euenit in persona Egr. I. C. D. Caroli Pirouani in eius rhedda existentis, qui cum sæpè D. Romulum Bononum Laudensem eius familiarem amicum alloqui consueuisset, & ad hunc effectum circa primam noctis horā reperiretur ante Ianuam domus, in qua hospitabatur Bononus in via lata sita, ictu sclopi rotati confossus fuit D. Pirouanus, ab inimicis Bononi, dum illum pariter in rhedda existentem interficere putabant, credentes Bononum non Pirouanum interficere; Hæsitant passim, scribentes, an eo casu pœna ordinaria homicidij teneatur Sempronius, & variæ fuerunt sententiæ Doctorum.

Qui negatiuam partem sustinent eo præsertim, innituntur fundamento, quod dum qui occidit Seium, volens occidere Titium, non dicitur
6 habuisse animum occidendi, nec dolosè egisse cum Seio, sed potius culpate quo casu cessat
7 pœna ordinaria, & sic capitalis, vt de communi sententia *Doctor. testatur Angel. in l. p. ff. de legibus, & ibi Ias. num. 19. Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. qui notantur infamia, Bald in l. qui data opera C. qui accusare non possunt, Clar. in §. homicidiū vers. dicunt etiam aliqui*,

8 Et hanc sententiam, vti mitiorem, & AEQVIOREM sequitur *Angel. loco relato, & in l. si cum seruo ff. de iniurijs; Florian. de S. Petro in l. scientiam §. sed si deffendendi ff. ad l. Aquil. Ias. in l. p. num. 18. ff. de legibus, arg. l. interpretatione, & l. sanctio legum ff. de pœnis, Carer. in eius praxi crimin. tit. de homicidio §. 2. num. 57, Cephal. conf. 53.* & ita decisum fuisse per Senatum Taurinensem Testatur *Thesaur. decis. 243. in fine.*

Contrariam tamen sententiam amplectitur *Bart. in l respiciendum §. delinquit in fine ff. de pœnis*; Quia
9 Sempronij animus erat committendi homicidium, & rei illicitæ omnino operam dabat, & ideò pœnam ordinariam euitare nequit; *Idem probat Bald. in l. si quis non dicam rapere col. peu. C. de Episcopis, & Cleri. bos, sequitur Vasquez lib. 3. controu. Illustr. cap. 97. sub num. 32. vers. in Summa, & vers. Et tenendo*, vbi ad contrariam responsionem, & optimis fundamentis eius opinionem corroborat.

Hanc eandem sententiam sequti sunt, *Clar. in d. §. homicidium vers. dicit etiam verb.* Sed certè ego, & ibi *Baierd. num. 12. Couaruuias in prima parte relictarum §. 10. num. 14*, vbi respondit ad fundamenta in contrarium excitata per *Angel. & alios idem probat Bossius tit. de homicidio num. 73. vers. Ego autem, amplè Caball. resol. crim. lib. 1 casu 31. n. 8 cum seq. num. 15*, Ad quæ fundamenta Eque respondet *Vasquius. all. cap. 97. sub num. 32. vers. In Summa, & vers. Et tenendo.*

Cui sententiæ conferunt etiam ea, quæ scribit *Caball. dicto casu 157. num. 2. dum post Bart. & alios*
10 *concludit*, teneri pro vtroq; homicidio eum, qui volens interficere vnum tantum, duos occidit per *l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad legem aqu l. et l. cum qui nocentem §. pen. & fin. ff. de iniurijs, Cepol. consl. 36. num 5. vers. sic etiam esset dicens*, quod si quis volens vnum occidere, duo ocidit tenetur de morte omnium, quem sequitur *Carer. in eius pract. crim. §. 3 quaero num. 18. vers. Sed quid in proposita quæst. fol. 109.*

Cum enim respectu illius quem occidere non intendebat occisor, nec animum, nec dolum adhibuerit in occidendo, & tantum dolosè occidere volebat alium, qui dolus, & animus consi-
11 deratur in dicta *l. p. ff. ad l. Cornel. de sicarijs*; Et nihilominus etiam pro eo homicidio citra animum commisso teneri occisorem habetur ex supra deductis; Multo magis de homicidio teneri illum patet, qui animum occidendi habebat hominem, scilicet non illum, sed alium occiderit,

Quam rationem animū slz. nō habuisse delinquēdi talem occisorem magnificiunt contrariam partem tenentes, vt post alios tradit *Gomez de delictis cap. 3 tit. de homicid. num. 34*; Cum omnis
12 actus ex errore factus, nunquam nocere valeat, quia sine consensu gestus fuit *l. si per errorē*
13 *ff. de iurisdictione omnium iud.* Et carens dolo circa vnum, non porrigitur ad alium *l. Fulcinius §. quod ergo, vers. quod si aduersus ff. quibus ex causis.*

Propterea *Ias. in l. 1. num. 18. ff. de legibus, & Gram. consl. 5. sub nu. 7.* affirmarunt Bartoli doctrinam ponere Iudices Maleficiorum in magno periculo, si volunt eius decisionem seruare, quando occurrit huiusmodi casus, Adeò quòd hortantur Iudices isti duo Doctores, Vt in mitiorem sentētiam descendant; Quia in delictis mitior
14 sententia est amplectenda quando opiniones sunt dubiæ iuxta *l. interpretatione, & l. sanctio legum ff. de pœnis, vt post Ias. subjicit Gram. loco relato num. 8.*

*num. 8. in fine*, hoc idem ante eos probat *Bal. in conſ. 443. lib. 3.*

In hac ambigua Quæſtione, pro conciliatione Doctorum diſtinguendos eſſe duos caſus arbitror, Vel enim homicidium fuit in rixa commiſsum, vel deliberato animo, aut ex inſidijs.

15 Et in primo caſu priorem ſententiam vti mitiorem, de AEQVITATE ſequendam eſſe concludo; Quia cum occiſor non præmeditauerit delictum, nec habuerit animum occidendi, Minusq; dolosè egerit, ſed errore ductus illum occiderit; Extraordinaria pœna dignus tantù videtur, Iuxta *d. l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Ang. num. 17.* Et ita in caſu rixæ reſpondit *Cepolla all. conſ. 33.* Quia tunc verè dicitur, quòd percuſſus non obijt dolo percuſsoris, ſed culpa, quæ in delictis, etiam lata nunquam æquiparatur dolo, vt poſt *Bar. & Ang. tradit Cepol. d. conſ. 33. verſ. quod ſic probatur, & Gomezius tr. de homicidio cap. 3. num. 16.*

16 Maxime cum in hoc Dominio rarò ordinaria pœna puniatur homicida, qui in rixa ſimplex homicidium commiſſit, vt probat *Clar. in eodem §. homicidium verſ. alia etiam; Menoch. de arbitr. caſ. 362. num. 4. verſ. hæc iuris, & Doctorum ſententia, Peguerra deciſ. 14. num. 15. & 24, Farin. conſ. 100. nu.*

17 *28. & Theſaur. Iun. qu. famil. t. 3. num. p. lib. 3;* Ratio eſt, quia vt inquit Philoſophus, Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra, de quo *glo. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſcopis, & Cler. Rebuff. ad Conſt. Regni in proem. glo. 5. num. 29. Surd. conſ. 40. num. 29.*

Tanto minus ergo pœna ordinaria puniri debet, qui in rixa volens occidere vnum alium occidit; Cum enim omnis actus ex perſona agen-

18 tis, & patientis determinetur, vtiq; perſona patiens non ſubeſt intentioni perſonæ agentis, Et ſic actus non dicitur conſumatus, & in effectu deductus, *Caball. d. caſu 31. ſub num. 13.*

Quo caſu concurrere poſſunt quæ elegauter deducit *Gribal. tr. de omni genere homicidij in vlt. par. tit. Fit de homicid. prod. n. 33. cum ſeq. relatu à Caball. loco citato*, Dum ſcribit reſpectu ſequri euentus homicidij, talem animi concurſum, & effectum eſse reſpectu generis, & in abſtracto, & non in ſpecie, vel in concreto, & iura ſemper in ſpe-

19 cie, & in concreto loqui, nec genus in abſtracto conſiderare, ſed ipſas ſpecies, in quibus cadit realis determinatio; Generà enim ſola conſideratione comprehenduntur, & pœnam non merentur. Species verò ad facta, & ſenſus applicantur, & de illis iura diſponunt; Ex quibus concludit quòd volens hominem occidere in genere, non puniatur ordinaria pœna, niſi occiderit illum quem in ſpecie trucidare intendebat; Quę tamen concluſio minime admittitur; Cum verè, volens hominem occidere in genere, puniatur ordinaria pœna, Quia ſemper homicidium ex propoſito, & dolosè commiſſit,

20 licet in ſpecie de certa alia perſona cogitauerit *d. l. ſi ff. ad l. Cornel. de ſicarijs.*

Secundo autem caſu, dum quis deliberatè volens occidere Seium putans illum eſse talem, occidit Titium, ordinaria pœna teneretur, Quia ſemper occidendi animum habuit, Et ex propoſito, & dolosè occidit; Et in delictis ſufficit dolus in genere etiam quod ſit error in corpo-

21 re, Et delinquens tunc puniri debet de eo quod ſequtum eſt *Bal. in all. l. ſi quis non dicam rapere nu. 13. C. de Epiſcopis, & Cler. Vt enim inquit D. Cyprianus ſermone 5. de lapſis*, Deus videt corda, & pectora ſingulorum, & iudicaturus non tantum de factis, ſed & de verbis, & cogitationibus noſtris, Omnium mentes, voluntates q; conceptas

22 in ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuetur. Homicidium etenim tunc commiſſit delinquens re, & animo operamq; dedit rei illicitæ, licet noluit occidere, quem occidit, ſed alium, nec curatur an vnum, an alium occidere voluerit.

Nam lex homicidium in quacuoq; perſona commiſsum punit cum re, & conſilio, ſiue ex propoſito ſit factum homicidium; Et licet extrinſecus, ſit erratum, id non impedit pœnam homicidij, que vt locum habeat duo tantum ſuf-

23 ficiunt, quæ interuenerunt, factum ſlz. & Cōſilium ideſt propoſitum, vt poſt *Rom. tradit Caball. all. caſu 31. num. 10.*

Hanc ſententiam probare videtur *Boſſ. tit. de homicid. ſub num. 72. verſ. Ego tamen, & verſ. concludendo tamen*, Vbi ſcribit quòd ſi caſus eueniret, in quo homicida inconſideratè procedendo nō potuiſset à principio cogitare, quod poſtea ſe-

24 quutum fuit, Tunc extraordinariè puniendus eſset. Secus autem, vbi de hoc in genere ſaltem cogitaſset, ac conſideratè proceſſiſset, Quia perinde eſt, ac ſi habuiſset animum offendendi occiſum ibi exiſtentem.

Eandem ſententiam amplectitur *Clar. relato verſ.*

25 *dicitur etiam verbo ſed certè*, Vbi tamen inquit, quòd reſpectu huiuſmodi homicidij ceſſare videtur qualitas animi deliberati, nec ideò eſſet reijciendus, qui pro eo gratiam peteret, cuius opinionem ſequitur ibidem *Baiard. num. 12.*

Prout ſententiam ipſam ſequi videtur *Gomez. d. tit. de homicidio cap. 3. ſub num. 34. verſ. ſed breuiter*; Quia tunc verè, & realiter conſenſit delinquēs

26 homicidio, licet errauit in perſona, & dolus, ac animus quem habuit reſpectu corporis occiſi ſufficit, *iuxta Tex. in dicta l. Eum. qui nocentem §. fin. de iniurijs*; cuius verba ad litteram referuntur; Cum neutiquam aptium accomodari poſsint ad caſum noſtrum.

Si iniuria mihi fiat ab eo cui ſim ignotus, aut ſi quis putet ne Lucium Titium eſſe, cum ſim Caius, Seius, præualet quod principale eſt; Iniuriā eum mihi facere velle; Nam certus ſum, ego licet ille putet, me alium eſſe quam ſim, & ideò iniuriarum habeo actionem; Et qui Auctor ex *Bal. in all. lege ſi quis non dicam*, probat ſufficere

27 in huiuſmodi homicidio dolum in genere, licet non ſit commiſſus in ſpecie.

Ad remq; ſe offerunt tradita per Senecam, quem refert *Anneus Robertus lib. 1. rerum iudic. cap. 6. pag. 95. dum inquit*, Poteſt aliquis nocens fieri, quā-
nis

nis non nocuerit; Si quis cum vxore, tanquam
cum aliena cuncubat, adulter erit, quamuis
illa adultera non sit; Alioquin mihi venenum
dedit, sed vim remixtum cibo perdidit; Vene-
num illud dando scelere se obligauit, etiamsi
38 non nocuit, Omnia scelera enim ante effectum
operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt,
Ergo multò magis quando alium necauit, pu-
tans esse eum quem erat necaturus, Et Cicero
29 pro Milone egregiè dicit, Nisi fortè quia per-
fecta res non est non fuit punienda, perinde
quasi exitus rerum non hominum consilia legi-
bus vendicentur minus dolendum fuit re non
perfecta, sed puniendum certè nihilominus.

Quam conclusionem apertissimè comprobat etiã
*Caball.all.casu 31.num.15.cum sequenti, & num. 21.*
*vbi testatur*, se alias votasse pro pœna ordinaria
homicidij contra eum, qui animo deliberato
30 noctu volens occidere vnum, alium interfecit,
Idem probat *Hector Felic. alleg. 30. num. 8. par. p.*
Et hanc sententiam AEQVITATI etiam ad-
herere patet; Cum ratione grauioris delicti, vt
31 est illud animo deliberato commissum, *Boss. tit.*
*de Inquisit. num. 115. quem sequitur Carpan. ad cap.*
*homicida num. 1125, & num. 1128. Eugen. consl. 76.*
*num. 4*; AEQVITATEM acerbius etiam agere
iuxta facti, & personarum qualitatem probaui-
mus supra *in cap. p. num. 21. cum sequenti lib. 1. per*
*l. quid ergo §. pœna grauior ff. de infam. & tradit*
*Marcus Salomonius in rep. rubr. ff. de Iustitia, & iure*
*in fine.*

32 Et ita censuit Sen. Excellentiss. Mediolani die
20. Iulij 1595. super relatione Dom. Prætoris
Cremonæ de Hieronymo Cardorio Veterina-
rio, qui fassus fuerat se noctu in insidijs collo-
casse, vt deliberatè vulneraret Iulium Cambiã,
qui quemdam eius socium vulnerauerat, sed
cum illac transijsset Thomas Ferrarius, crede-
retq; illum esse Iulium, ipsummet Ferrarium
in capite vulnerauit, Cardorium enim cõdem-
nauit Senatus in pœna primæ euaginationis
abusus, & vulneris, Et in expensis, & damnis
erga offensum, & mox in exilium biennale, &
vlterius arbitrio sub pęna remi triennalis, si
exilium non seruasset.

Si, enim Cardorius deliberatè vulnerasset Ferra-
rium animo interficiendi illum; Porrò quòd
ordinariam pęnam mortis non euasisset iuxta
dispositionem *Nou. Constit. tit. de pœnis § homici-*
*da*, sed quia deliberatio non excedebat quali-
tatem vulnerandi, Ideirco extraordinaria pę-
na tantum fuit punitus.

Quia consilium vniuscuiusq; præsertim, non fac-
33 tum esse puniendum scribit *Paulus. I. C. lib. 5.*
*sententiarum tit. ad l. Cornel. de sicarijs. quem sequi-*
*tur Farinac. qu. 98. num. 176. & Felic. alleg. 4. nu. 14.*
*ac Thesau. Iun. qu famil. 13. num. 2. lib. 3, & ibi subij-*
*cit verba Constantini Imperatoris in nouella 2. in fin.*
*dum inquit*; Cæterum ij, omnino punientur qui
malitiæ exuberantia præmeditati sunt cædem
34 proximi, & eam potius habito consilio in ani-
mæ suæ pernitiem, & fratris necem instructi
patrarent; Nam qui non sponte interfecit, nec
consulto, & immediatè, perpetuo subijciatur
exilio.

Vt enim inquit *Petrus Aerodius lib. 8. rerum iudica-*
*tarum tit. 4. cap. p.* Tanta Congregatione affini-
tateq; tum Diuino, tùm humano iure homo ho-
mini coniunctus est, vt quocunq; modo alter
35 alterum occiderit, seu casu, seu de industria,
rectè nihilominus pro parricida habeatur; Quis
audeat prudens occidisse, cui, & imprudentia
fraudi sit; Quamuis idem auctor in seq. cap. 13.
36 scribit nullum homicidium prudens esse, neq;
consultum.

Neque resistere videtur, ea addita conclusione
per *Thesaur. all. decis. 243. num. 2, & 3*; Quod sci-
licet ex generali consuetudine Italiæ affectus
37 non punitur nisi sequto effectu; Et idcirco cum
Sempronius non occiderit Titium, vt in animo
conceperat, sed eius loco Seium non fuerit cõ-
sequtus effectum, & consequenter puniri pęna
ordinaria non possit talis affectus.

38 Quandoquidem vbi quis ad actum proximum
deuenit in delictis præmeditaris, etiam ambu-
lando; Contrarium verius est & affectus, vt
plurimum ita punitur sicut effectus, *vt per l. is*
*qui cum telo C. ad legem Cornel. de sicar. probat Mar-*
*sil. in l. vnica num. 292. cum seq. C. de raptu Virg. &*
*& testatur Clar. in qu. 92. vers. scias tamen*; Et sæpè
hanc sententiam obseruasse Sen. Taurini testa-
tur *Thesaur. Iun. in add. ad ipsam dec. s. vers. Quod*
*tamen, & vers. seq. iuncto vers. & aduertas*; *Hoc*
*idem probat Decian. tr. crimin. lib. 9. cap. 23. circa*
*finem*, & hanc practicam obseruati in Hispanijs
39 quando per delinquentem fuit deffensio sub-
lata ipsi offenso probat *Gomez. dicto cap. 3. sub nu.*
*30. vers. Hodie tamen.*

In hoc autem Dominio Mediolani habemus *Nou.*
*Const. tit. de pœnis § mandans, & §. homicida*, quibus
40 disponitur affectum puniri sicut effectum in
delictis præmeditatis ad occidendum, & ibi
copiosissimè *Carpan. præsertim nu. 1045, & 1047.*
*ac num. 1051.*

Et ita censuit Sen. die 27. Iunij 1619. de duobus
41 mandatarijs Bergomensibus, qui ab Agro
Brixiense in quo mandatum susceperant, ad
hanc Ciuitatem se contulerant, vt interficerẽt
fratres Rotulas, qui licet ad alium actũ magis
proximum non deuenissent, furcis tamen eos
suspendi iussit. Sen. quod suplicium fuit exe-
cutioni missum infra octo dies, à die eorum de-
42 tentionis; Hoc idem censuit Senatus die 15.
Nouembris 1626. referente Eruditissimo Se-
natore Papyrio Cattaneo relationem à me tũc
Iudice Prætorio Cremonæ transmissam, & iux-
ta Curiæ votum, de Iosepho Capretino Man-
tuano, qui accepto mandato in eo agro, ad op-
pidum Castelletti agri Cremon. armatu sclo-
pulo breui rotato se contulerat, vt de mandato
Siluij Valatij interficeret Iouitam Carbonum
Incolam dicti Oppidi, & qui captus ratione
delationis tormenti, mandatum fassus est, dũ
illum excubiebam, ad quem effectum tormentũ
illud deferebat. Et

Et summa sanè ratione ad Prouinciam à pessimo hoc hominum genere expurgandam cum leuitas in puniendis delinquentibus sit ausa, &
43 causa maiorum delictorum de quo conqueritur *Rebuff. d. gl. 5. in proem. Const. num. 29. dum aie*, sed vtinam, illa iura obseruarentur, quia multi ab homicidijs retraherentur teste *Cepolla cons. 29*; Quod sanè repetere videtur *Petrus Aerodius aitato lib. 8. rerum iudicatarum tit. 4. cap. p. verbo*, sed ita quoq; veniam indulgere, Vt hodie passim, hoc est nulla pęna nulla damnatione, ne minima quidē interposita, certè id ipsum causæ est, Cur iam apud nos difficile sit dicere, Fre-
44 quentiores sint hominū cædes, an Natiuitates.
Qui auctor eodem *lib. 8. tit. 4 cap. 14.* tradit vulgare esse puniri homicidā pęna *d. l. Cornel.*, qui voluit occidere, Et si casu aliquo non potuerit illud perpetrare; Nam quemadmodum virtus præ-
45 mium meretur, & si casu, eo quo aspirabat non peruenit; Sic etiam scelera licet circa exitum supersedeant, meritò puniri; Voluntas origo
46 facti est, & si salus Diuinitati imputetur, vt Ioseph dixit eius fratribus, Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum.
Hinc scribit idem *Rebuff. loco rel. num. 31.* fuisse con-
47 demnatum ad furcas in offitio Montis Pesulani quendam, qui attentauerat cognoscere carnaliter Virginem, licet impeditus actum non consumauerat, sed per se non steterat iuxta *decis. Boerij 316.*
Hoc idem censuit Senatus Excellentiss. Mediol.
48 die 14. Iunij 1614. de Io. Baptista Sansono reo confesso tentatæ per vim cognitionis carnalis Felicis de Abbiate quam per vim eadem nocte rapuerat, quia non obstante remissione obtenta, Censuit Senatus ipsum Sansonum capite plectendum, vt fuit exequutum iuxta dispositionem *Nou. Constit. tit. de raptu Virginum.*
Et quia error huiusmodi occidendo vnum pro alio diuersimodè contingere potest, distinguūt scribentes plures casus, ne iura confundantur,
Et primo aut Sempronius firmiter credens oc-
49 cidere Titium, occidit Seium, errando in persona, Aut volens occidere Titium casualiter occidit Seium, qui ibi superuenit, vel qui proximus erat Titio, Et primo casu ordinaria pœna teneri occisorem probat *Caball. all. casu 31. n. 18, & scribit Farin. cit. cons. 100. lit. M. Dum se remittit ad dispositionem l. eum qui nocentem §. fin. ff. de iniurijs supra citatum cum alijs iuribus ibi add.*
50 Secundo autem casu extraordinaria pęna teneri occisorem scribit *Caball. cit. num. 18.* cum in hoc leuius delictum videatur in illo iam gra-
51 uius, Et sic diuersa mensura seruanda sit, & pro modo culpæ imponenda pęna *Gandin. de Malefic. tit. de homicid. & eorum pœnis sub num. 20. vers. si autem delictum, Quamuis Farin.* neq; eius protulerit sententiam in eo casu, sed ad iura citata se remittat.
Hoc idem obseruat in duobus sequentibus casibus, Videlicet quando quis vnum iniuriare intendens, alium iniuriauit, & quando quis occidit mediatorem dum alium occidere volebat iuxta tradita per *Menoch. de Arbitr. casu 324. n. 9.*
Nihilominus *Caball. loco citato num. 21*, voluit ordi-
52 naria pęna puniri eum, qui volens animo deliberato offendere vnum, occidit alium pœnes illum existentem, & ante eius oculos labentem cum admenando, vel sclopum explodendo manifestum erat, quod ex huiusmodi ictu illos offendisset.
Verum vt verum fatear his sublatis distinctionibus, cum in delictis præmeditatis semper occisor habuerit animum, & deliberatam voluntatem occidendi Sempronium, & sic homicidiū committendi, siue errore, siue casu alium occiderit, opinionem Clari amplectendo, In-
53 trepidè teneo ordinaria pœna illum plectendum esse; Quia semper talis homicida fuit in dolo, & dabat operam rei illicitæ, habuitq; animum occidendi hominem, & in hoc crimen consensit, Itaut voluntarium homicidium, hoc fuisse appareat, vt probat *Couarru. par. p. relectarum cap. 10. sub num. 14. vers. Quorum sententia*, à qua conclusione non dissentire dicitur *Gomez. all. cap. 3. sub num. 35.* Quia licet contrariam opinionem AEQVIOREM, esse scribit *vers. Sed certè*; Tamen aduertendum esse ait quando occisor non daret operam rei licitæ, Quia tunc ordinaria pęna teneretur alium occidendo; secus verò si se dessendendo aduersus aggressorem, occideret prætereuntem, vel alium, quia tunc, cum licita esset defensio, non tenetur or-
54 dinaria pœna occisor. *l. scientiam §. qui cum aliter vers. si defendendi ff. ad l. Aquil.*
Non enim verum est homicidam voluntarium, &
55 animo deliberato dolo caruisse, eo sub prætextu quod si sciuisset, non esse Titium non occidisset; Quia satis est quòd deliberatè occiderit
56 hominem ob quod tenetur generali pœna homicidij; Alioquin sequeretur esse necessariam scientiam spetialem occisi, & eius cognitionē apud homicidam, vt is puniatur pæna ordinaria homicidij, quod est absurdum; Et satis est voluisse hominem occidere, & hominem occiderit, Quamuis in personam errauerit, vt puniri iustè valeat pœna ordinaria homicidij, quod voluntate, & actu commissit, nec circa id aliquam habuit ignorantiam, quæ actum reddat inuoluntarium *Couarru. all. §. 10, sub nu. 14.*
57 *vers. alioquin sequeretur, & probat Vasq. d. cap 96. sub num. 32. vers. Sed tamen ego*, Vt consideratur in eo, qui dum feram, vel auem occidere putabat, aut sclopum in signum lætitiæ explosit, vel alio modo præter voluntatem hominem interemit, vt probat idem *Couarru. citato vers. Alioquin*, Qui etiam subijcit homicidam hunc in corpore non errasse etiam si errorem habuerit in cognitione personæ; Idcirco pœnam ordinariam non posse euitare; Cum homicidiū sit perpetratum animo, & facto meo, licet ex voto non successerit in ea persona, at in alia, vt eleganter tradit *Vasquez all. cap. 96. prope finem vers. nec obstat*, Vt euitarēt si in corpore errasset

occidendo

occidendo hominem loco feræ; Et ita sæpè
58 censuit Senatus, Præsertim in causa Excellentissimi Ducis Alburquensis Gubernatoris huius Dominij, qui dum venaretur in agro Viglenanensi credens occidere feram, occidit hominem super quo casu via Iustitiæ voluit, quod Senatus iudicaret, Qui censuit non esse molestandum, vt scribit *Carpan. ad Nou. Const. d. cap. Homicida num.* 326, Vbi casu commissum fuisse hoc homicidium probat, quia accidit sine culpa *Menoch. de arbitr. casu* 324. *nu.* 2. Prout
59 die 21. Aprilis 1583. Idem Senatus censuit fauore Alphonsi Cottæ, qui dum ad annulum publicè coram Excellentissimo Gubernatore curreret, percussit in capite Io. Antonium Nouariam, qui ab astantibus fuerat impulsus in locum in quo currebatur, & qui deinde ob dictum vulnus decessit.
60 Idem censuit Senatus die 10. Octobris 1583. de Thoma Roccio percussore auri, qui casu occiderat Io. Franciscum Romanum puerum dum ipse Roccius aurum percuteret, & Io. Franciscus inclinasset caput sub malleo, quē Roccius eleuatum habebat, & ob magnum pondus retinere nequiuit.
Prout die 20. Octobris 1590. Senatus iussit exulere Blasium Anglerium incolam Solerij, eo
61 quia explodendo sclopum insignum lætitiæ mulierem amicam occiderat.
Et eo fortius conclusio hæc nostra locum obtinere debet in hoc Dominio stante allegata dispositione Nou. Constit. pœna vitæ plectente illum, qui animo deliberato occidendi quem insultauit, vel ense, vel telo, aut aliter, etiam si non vulnerauerit, vt supra dictum fuit, Quia vel ratione huius tantum tentati homicidij deueniendo ad actum proximum, vel ratione homicidij in tertium per errorem deliberatè eo actu cōmissi, credēdo quod ille esset is quē
62 occidere intendebat, semper capitali pœna illum teneri patet, & admittere etiam videtur *Surd. cons.* 40. *sub num.* 33. *in fine, & num.* 34. dum ad excusationem homicidę eo in casu adducit animum occisoris, non fuisse deliberatum, sed in rixa; propterea illum pœna ordinaria homicidij minime teneri.
63 Cæterum quando delictum fuit animo deliberato commissum, & ex quibus inducatur deliberatio abundè scribit *Boss. tit. de homicidio num.* 33. *cum seq. plur. Clarus in dicto §. homicidium vers. ex proposito dicitur, Cumia in ritibus cap.* 54. *num.* 102. *cum plur. sequenti, Farin. qu.* 126. *nu.* 199. *cum plur. seq latissimè Menoch. de arbitrar. pleno casu* 361. vbi viginti adducit coniecturas, ex quibus animus deliberatus occidendi conijcitur, *& lib.* 5. *præsumpt.* 38. *num.* 1. *Caball. tract. de omni genere homicidij num.* 380 *cum seq. plur. & num.* 387. *cum seq. Bertazol. cons.* 85. *num.* 10. *cum seq. & cons.* 208. *num.* 8.
Et licet præmedatum homicidium, siue animo deliberato commissum, dicitur quando post
64 ortam rixam, & iram, siue iniuriam factam intra modicum tempus quis aduersarium aggreditur, & occidit, quod tempus intra triginta dies concedi probat *Lucas de Penna in l. omnes omnino Curiales C. de Decurion. lib.* 10. *& Boss. tit. de homicidio num.* 62, *Sen. Bellonus tr. de his qui incontin. fiunt cap.* 7. *num.* 7; Illud tamen tempus Iudicis arbitrio relinqui ex facti, & personarū
65 qualitate docet *Menoch. recitato casu* 361. *nu.* 21, Quod arbitrium extra spatium sequentis diei,
66 & sic vigintiquattuor horarum non se extendere tradit idem *Menoch. cons.* 207. *num.* 40. *post Boblnum cons.* 9. *nu.* 13; Quia per huiusmodi tempus iracundiæ calorem durare scribit *Clar. d. §. homicid. vers. ex proposito propè finem.*
Tamen vbi sedato calore diuertendo ad extraneos actus ad huiusmodi delictum quis deuenerit, qui calor sedatus præsumitur dum of-
67 fensus post receptam offensionem ad extraneos actus diuerterit, vt probat *Boss. d. tr. de homicidio num.* 61. *in fine, & Sen. Bellonus d. cap.* 7. *nu.* 7. *post Caball. tr. de omni genere homicidij num.* 96. *& sequitur Farin. all. qu.* 126 *sub nu.* 214. *vers. quia ad excludendum, deliberationem, & vers. Quod idem post Cardin. Albanum cons.* 12. *num.* 2. Tunc præmeditate deliquisse diceretur, Et ita censuit
68 Senatus die 22. Ianuarij 1592. in causa Alexij Paltinerii, qui ex insidijs occiderat Io. Baptistam Cellam lapsis tantum viginti horis post receptam iniuriam, Declarando casum non esse gratiabilem, Quod notatu dignum valde videtur.

S V M M A R I A.

*Inuidia maximum vitium ob quod primum fuit à Cain patratum homicidium num.* 8.
*Mors omnia soluit num.* 1.
*Mortuo delinquente extinguitur delictum omnis pœna pecuniaria, sine bonorum confiscationem continens num.* 2.
*Morte delinquentis extinguitur iudicium num.* 3.
*Pœna non transit ad hæredes num.* 4. *& traditur decretum Senatus Mediolani num.* 5.
*Aliud decretum Senatus Mediolani num.* 6.
*Aloysij Beleredij Senatoris honorifica mentio Scipionis Africani causa per Lucium defensam ob eius mortem num.* 7.
*Hæres Officialis tenetur ex delicto einsdem de ÆQVITATE num.* 8, *& declaratur tamen num.* 9.
*Pœna pecuniaria delinquentis in officio, vt transeat in hæredes duo requiruntur num.* 8. *&* 9.
*Reus in casu quo post mortem damnare potest, & Fisco bona applicari intra quinquennium agi debet nu.* 11. *&* 12.
*Iniquum putauit Pe. Roma, vt post tot annos quis rationem redderet num.* 14.
*Sima ca sententia num.* 15.
*Delicta pro quibus etiam post mortem contra eum procedi potest recensentur num.* 12. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. *&* 23.
*Qui publicam pecuniam fœneratur dicitur crimen peculatus committere* 23. *Ministri infamia redundat n.* 24

*Qui vtitur publicis rebus peculatum committit nu. 24. & 25.*

*Infamia minori redundat in Magistratu num. 26.*

*Confiscatio bonorum venit ipso iure in crimine læsæ Maiestatis, & hæresis num. 27.*

*Vassalli delinquentis morte pœna transit ad successores num. 28.*

*In crimine læsæ Maiestatis non requiritur diffinitiua, sed sufficit declaratoria num. 28.*

*Reus criminis læsæ Maiestatis impune occidi potest num. 29.*

*Dux Vrbini pro homicidio Cardinalis Alidosij Papiensis pro duellis non fuit molestatus num. 30.*

*Contra filios rei læsæ Maiestatis de iure antiquo procedebatur ad capitalem pœnam num. 30.*

*Filij ob criminis grauitatem etiam puniuntur num. 31.*

*Filij Seiani filij capite fuerunt damnati num. 32.*

*Amici rei perduellionis quod iure antiquo pœna capitali afficiebantur num. 33. & cur num. 34.*

*E socijs fideliores sunt amici num. 35.*

*Sæpius delectamur cibis suauissimis quam saluberrimis num. 36.*

*Dominium bonorum rei læsæ Maiestatis amittitur ipso iure licet effectus expectet declaratoriam num. 31. declaratur num. 37.*

*Sententia declaratoria in crimine Maiestatis retrotrahitur ad tempus commissi criminis num. 38.*

*Declaratoria sequta in crimine Maiestatis Fiscus vindicare potest omnia bona rei alienata post perpetratum crimen etiam ante declarationem num. 39.*

*Pœna confiscationis in crimine Maiestatis habet locum tantum in primo capite, non autem in alijs in quibus mors sine confiscatione succedit num. 40. 41. nisi per edictum Principis esse pœna confiscationis imposita pro quacunq; specie.*

*Princeps superiorem non recognoscens potest per edictum imponere pœnam confiscationis pro quacunque specie criminis Maiestatis num. 42.*

## Hæres Offitialis tenetur in certis casibus ratione, delicti in offitio etiam si non fuerit lis contestata cum ipso Offitiale viuente. Cap. CIII.



Ntiqui iuris est mortem omnia soluere, vt sanxit *Imperator Iustin. in § deinceps in Auth. de Nuptijs*, Adeò quòd extincto delin-
1 quente, extinctum etiam dicitur delictum, & omnis pœna pecuniaria, siue bonorum confiscationem conti-
2 nens *l. vnica, & ibi Doct. C. ex delictis defunctorum, & l. defecis C. de publ. iudic. & l. ex Iudiciorum ff. de accusationibus, ac probauit Cyn. in l. vlt. C. si reus, vel accusator mort. fuer. quem sequitur Menoch. cons. 99. num. 157.*

3 Quinimo iuditium etiam cæptum extingui per mortem delinquentis probat *Tex. in l. p. C. si reus, vel accusator mort. fuer.* Quia pœna non transit ad hæredes *d. l. vnica, & l. pupill. §. si hæred. de reg. iur. & latè tradit Bertazol. cons. crim. 181. nu. 9. cum seq. lib. p. & sequitur Peregr. de iure Fisci, tit. 5. num. p. cum seq. nec pœna ad hæredes transit §.*
4 *non autem instit. de perp. & tempor. act. post alios tradit Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 861. num. 28.*

Et ita censuit Senatus die 11. Augusti 1552. in
causam Petri Martyris Montij rei cófessi fal-
5 sitatum commissarum in præiuditium Fisci, &
præmortui pendente termino ad deffensiones
faciendas; Declarando non esse locum confis-
cationi ob mortem rei ante condemnationem
6 sequtam; Quòd rescriptum registratum est in
primis additionibus ad Nou. Const. fol. 25.
7 Prout etiam die 18. Maij 1632. referente Am-
plissimo Senatore Aloysio Belcredio; censuit
Senatus actionem criminalem non dari con-
tra hæredes nisi in crimine læsæ Maiestatis.

Quibus rationibus non posse procedi contra P.
Scipionem Africanum contendebat Lucius
Frater, dicens, Parum fuisse eum post mortẽ
non laudari, Nisi quoq; accusetur; Carthaginẽ-
sesq; contentos fuisse exilio Annibalis. Popu-
lum verò Romanum ne mortem quidem P.
Scipionis castigari nisi, & ipsius sepulcri fama
7 laceraretur, Et frater insuper mactaretur ac-
cessione inuidiæ, vt refert *Petr. Aerod. lib. 9. rer.
iudic. tit. 5. de peculatus crimine cap. 7.* Vbi in fine
inquit verumq; Scipionem fuisse vexatum, qui-
bus non tàm crimen, quàm inuidia nouerat,
Cum tanta cognomina Africani, & Asiatici nõ
potuerint sustineri; Cuius inuidiæ stimulo
quòd maximum est vitium, ad fratris homici-
8 dium deuenisse Caym constat, & illud valde
exagerat vti homicidium coniunctum *Petrus
Aerodius lib. 8. tit. 4. cap. 13.*

DE AEQVITATE tamen ex speciali beneficio
Imperatorum Diocletiani, & Maximiani cau-
8 tum est fauore eorum, Qui extorsionibus, vel
aliter fuerant vexati ab Officiale cuius hære-
des in quantum ex delicto teneri habetur in
*l. vnica C. ex delictis defunctorum, & ibi Glos. in ver-
bo Scelere circa medium vers. non obstat quod hic.*
Vbi apertè tradit Glos. quod ex AEQVITA-
TE, datur actio cõtra hæredes, in id quod per-
uenit ad Offitialem, ne alieno scelere ditentur
hæredes iuxta verba eiusdem Textus. Quæ cõ-
9 clusio tamen intelligitur, vbi viuente Offitia-
le lis cum eo sit contestata, vt explicat Textus
prædictus.

Et si autem pœna pecuniaria delinquentis in of-
ficio transeat in hæredes iuxta *Text. in l. 2. C. ad
10 l. Iuliam repetundarum*. Nihilominus duo re-
quiruntur ad hoc, vt hæredes teneãtur, Primò
quòd lis fuerit cum ipso Offitiali contestata,
Secundò quòd intra annum à die eius mortis,
11 contra hæredes agatur, vt exponit ibidem
*Glos. p. per l. in Senatus §. si propter, & l. 2 ff. ad
Turpil. Et probat Pe. Gregor. lib. 38. Syntag. iur.
cap. 28. num. 6. par. 3.*

In quocunq; autem casu in quo reus post mortẽ damnari potest, & Fisco bona applicari ob grauitatem criminis, quod id intra quinquẽ-

nium

12 nium tantum agi possit probat *Text. in l. res quæ*
*ff. de iure Fisci, & l. fin. C. eodem tit.* Alioquin per-
scriptionem quinquennij excluditur Fiscus,
nec rei defuncti hæres molestari, vlterius po-
13 rest, vt habetur in *l. 2. & ibi Bart. C. de Apostatis,*
*Glos. & Salyc. in l. Manicheos, C. de haret. Roman.*
*singul.* 432. *Cephal. cons.* 17. *num.* 7, *Boer. decis.* 264.
*num.* 18. *Gramat. decis.* 105. *num.* 22. *Clar. in §. læsæ*
*Maiest. vers. Item licet, & qu.* 51. *num.* 14. *vers. hic*
*tamen, & vers. sciat autem,* vbi apertè loquitur
de crimine repetundarum, super quo intra
quinquennium à die mortis defuncti est om-
nino cognoscendum.

Hanc eandem sententiam amplectitur *Decian. lib.*
*5. cap. 57. num. 12, & Peregr. d. tr. de iure, & priuil.*
*Fisci lib. 4. tit. 5. num. 33.* vbi multos in eam refert
sententiam.

Et ita apud Romanos obseruatum fuisse testa-
tur *Petr. Aerod. d. lib. 9. tit. de pecul. cap.* 17, Cum
14 iniquum videretur post tot annos, quam quis
pecuniam acceperat delegatam in vsum Reip.
eius reddere rationem; Vnde pulcrè Syma-
15 chus ad Theodosium, Ne nouum exemplum
inducas Pie Impetator, vt successio omnium,
qui Reipublicæ præfuerunt secura ad liberos
non transeat.

Vt verò præcisè habeatur, quæ sint grauiora illa
delicta pro quibus etiam post mortem proce-
di potest, ratione confiscationis, siue adem-
ptionis bonorum *gl. in d. l. vnica verbo scelere do-*
*tentur in fine. C. ex delictis defunctorum,* Quinq; *tra-*
*dit casus scz. Primo in crimine læsæ Maiestatis l. fin.*
16 *ff. ad l. Iul. Maiest. 2. in crimine hæresis l. 4. C. de hæ-*
17 *ret. 3. in crimine repetundarum, l. 2. C. ad l. Iul. re-*
18 *petunda 4. in crimine de residuis, l. ex iudiciorum ff.*
19 *de accusationibus, & l. 2. ff. ad l. Iul. repetundarum,*
20 *& 5. in crimine peculatus, l. fin. ff. ad l. Iul. pecul.*

His tamen alios tres addidit casus *glo. in d. l. ex*
21 *iudiciorum verbo Maiestatis ff. de accusationibus,*
Videlicet in crimine apostatatus *l. 2, et l. aposta-*
23 *tarum C. de apostatis,* Secundo quando vxor de
morte viri accusata decessit *l. Lucius ff. de iure*
*Fisci*, quia non secuta condemnatione ipsa vi-
uente imminet pœna bonorum ademptionis
23 hæredibus mulieris; Delictum hoc enim gra-
uissimum inter parricidia connumerari tradit
*Petr. Aerod. lib. 8. rerum iudic. tit. de parricidijs cap.*
24 4, Prout crimen peculatus non solum com-
mittit qui publicè pecuniam furatur, sed & qui
publicis rebus vtitur, aut fruitur, vt contigisse
*Alcibiadi testatur Aerodius lib. 9. tit. 5. de peculatu*
*cap. 5.* dum ille suppellectili publica, ornamen-
25 tis, vasisq; aureis, & argẽreis priuatim, & tan-
quam suis domi vtebatur; Et C. Verro qui pe-
cuniam publicam fænerabatur, cum huiusmo-
di fæneratio publicæ pecuniæ alio nomine
appellanda non sit, quam crimen peculatus, vt
inquit Cicero relatus per Aerodium qui se-
quenti capitulo inquit infamiam Ministri re-
26 dundare in Magistratum, quia vix delinquere
posse Ministros tradit, nisi iubente, aut con-
sentiente, aut dissimulante Magistratu, Tertio
in crimine desertæ militiæ *l. 4. C. de re militar*
*lib. 12.*

Vbi enim confiscatio bonorum venit ipso iure,
vt in crimine læsæ Maiestatis, ac hæresis, in
quibus feuda, & bona ipso iure ad Dominium
deuoluit tradit *Affl. de feudis in cap. p. §. porrò*
*num. 32. tit. ex quibus casibus feuda amitt.* morte
27 Vassalli delinquentis; Non extinguitur pœ-
na; sed transit contra successores à quibus pos-
sessio illius rei recuperatur *Menoch. cons. 99. nu.*
*159. quem sequitur Farinac. qu. 112. num. 25, & qu.*
*116. num. 13. & qu. 164. num. 20. cum seq*

Neq; eo casu requiri sententiam diffinitiuam
28 condemnantẽ delinquentẽ, sed tantum decla-
ratoriam copiosè probat *Menoch. in all. cons. 99.*
*num. 160. cum seq. Farin. qu. 116 num. 20.* ob delic-
ti atrocitatem, *vt tradit Io. Igneus in l. Caius num.*
*18. ff. ad d. cons. Sillanian. per Glos. in d. l. Iuditiorum*
*verbo Maiestatis ff. de accusat. & Glos. in l. vlt. C. de*
*iure Fisci lib. 10, & post eos scribit Farin. d. qu. 1. 2.*
29 *num. 1.* Dum ob huiusmodi crimen impunè
etiam occidi posse reum tradit idem *Farinac.*
*qu. 103, num. 13. & qu. 116. num. 27;* Quemad-
modum euenit, Cardinali Alidosio Papiensi,
qui fuit occisus à Duce Vrbini, tanquam per
duellis, & idcirco de huiusmodi homicidio
30 non fuisse molestatum ipsum Ducem ex de-
claratione Cardinalium testatur *Feret. cons. 31*
*num. 8, & 9. lib. 1. quem sequitur Eugen. cons. 22.*
*num. 56.*

Prout ob grauitatem criminis, contra filios hu-
iusmodi rei ad capitalem pœnam de iure an-
31 tiquo procedebatur, vt innuit *Tex. in dicta l.*
*Quisquis C. ad l. Iul. Maiest.* de qua re actum fuit
supra *in cap. 12. lib p,* Et idcirco Excellentiss.
Senatus Cons. Romanæ Reipubl. capite dam-
32 nati fuerunt filij Aelij Seiani, qui vt inquit D.
Tertulianus testè Petro Aerodio *lib. 7. rerum*
*iudicatarum tit. Siquis Principi attentauerit cap.*
*31. fol.* 890. Impuberes mortem nesciebant, &
sub cultro ridebant, Quippè quod amici etiam
33 huiusmodi rei eadẽ pæna capitali afficieban-
tur de iure antiquo, vt subijcit Pe. Aerodius
loco allegato. Quia delictum huiusmodi sine
34 Socijs nemo audere solet, e Socijs autẽ fide-
liores sunt amici, quia vereri amicitia impulsi
de facili veniunt in sceleris societatem, Et
quemadmodum sæpius delectamur cibis sua-
35 uissimis, quam saluberrimis. Sic pleriq; li-
bentius, ad eos adiungantur qui vitia, quam
qui virtutes insectantur, *Hæc Petrus Aerodius*
*loco rel. fol.* 895.

Dominium enim bonorum rei criminis læsæ
36 Maiest. amittitur ipso iure, licet quo ad eius
effectum stat in suspenso, donec sequatur sen-
tentia declaratoria; Quod interpretatur *Fa-*
*rinac. all. qu. 116, sub nu. 24. vers. Dixit,* nil aliud
velle significare, nisi quod amittitur ipso iure
Dominium, sed quod non potest capi possessio
37 sine sententia, *Peregr. de Iure Fisci tit. 8. nu. 11,*
*Baiard. ad Clarum in §. læsæ Maiest. num. 25. vers.*
*Et licet bona, & Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap.*
*3. num. 15.*

Et ſententia hæc declaratoria, retrotrahitur ad
38 tempus commiſsi criminis; Itaut illa ſequta
poterit Fiſcus vendicare omnia bona ipſius
rei etiam alienata poſt perpetratum crimen,
39 ſed ante condemnationem, ſeu declarationẽ
prædictam, vt expreſſe tradit *Decian. in tr. crim. lib. 7. cap. 40. num. 6. & ſequitur Farin. alleg. qu. 116. num. 22.*

Quæ tamen pæna confiſcationis, locum tantum
obtinet quando crimen læſe Maieſtatis fuit
commiſſum in primo capite vlz. quando illud
40 fuit commiſsũ contra Principem, vel Rempu-
blicã, ſiue contra eos collaterales ideſt Conſi-
liarios, aut Senatores iuxta *Tex. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.*, Quia in alijs caſibus tantum-
41 modo pæna mortis ſuccedit abſq; bonorum
confiſcatione, vt docet *Aſſl. Tit. quæ ſin. regal. verbo, & bona committentium nu. 53. & num. 99. & probat Farin. alleg. qu. 116. nu. 23.*

Niſi fortè per edictum Principis impoſita eſſet
pęna etiam confiſcationis pro quacunq; ſpetie
criminis læſe Maieſt., vt fieri poſſe per Princi-
42 pem Superiorem non recognoſcentẽ admittit
*Farin. loco cit. nu. 24. poſt Baiard. ad Clar. in d. §. læſe Maieſt. num. 1.*

*SVMMARIA.*

*Munera excitant oculos Sapientum, & mutant verba iuſtorum, & cur num. 1. 2. & 3.*

*Adminiſtrantes remp. non ſolum à malo, ſed etiam à ſuſpicione mali alieni eſſe debent num. 4.*

*Iudex bonus abſtinere debet à gratia odio, & pretio num. 5.*

*Iudex bonus abſtinere debet à muneribus num. 6.*

*Concuſſionis nomine continentur munera num. 7.*

*L. 12. tab. quid Magiſtratibus circa dona præcipiat nu. 8. vbi pulcrum Petri Aerodij exemplum num. 8.*

*Senatui Romano licebat mitigare leges num. 9.*

*Lex repetundarum conuictos ordine Senatorio remouebat damnatos vero iure concionandi priuabat, ob Aequitatem non ſeruata num. 10.*

*De Aequitate permiſſum eſt aliquando Magiſtratibus munera aliqua capere poſſe num. 11. cum diſtinctione num. 12. cum ſeqq.*

*Munerum prætioſorum appellatione quid veniat, & quid leuium num. 13. & 14.*

*Munera prætioſa, & magna omni iure, & Aequitate Magiſtratibus prohibentur recipi, & cur num. 15. limitatur num. 16. cum declaratione num. 17.*

*L. Iulia repetundarum quos excipiat num. 18.*

*Munera leuiora qui Magiſtratus accipere poſſint quomodo, & quando num. 19, & 20, cum plur. ſeq.*

*Edulium quid ſit num. 21.*

*Dictio nihil eſt vniuerſalis num. 22.*

*Vniuerſalis negatiua totum excludit num. 23.*

*Magiſtratus & alij Iudices eſculenta, & poculenta accipere poſſunt num. 24. præſertim qui nullum, vel tenuem ſalarium habent num. 25.*

*Paria ſunt non habere ſalarium, vel tenue num. 26.*

*Eſculenta, & poculenta in anno excedere non debent aureos centum num. 27.*

*Magiſtratus plura munera eſculenta, & poculenta quæ paucis diebus poſſunt conſumi non excedit legis promiſſionem num. 28. & non requirunt actualem conſumptionem num. 29. ampliatur num. 30.*

*Senatoribus Mediolani non eſt prohibitum recipere eſculenta, & poculenta num. 31.*

*Eſculenta, & poculenta Magiſtratui dono data non debent vendi num. 32, & cur num. 33.*

*Eſculenta, & poculenta recuſare in vrbanum, & ab Aequitate alienum num. 34. 35.*

*Senatoris Pauli Bellani ſalſe dictum num. 36.*

*Iudex cauſæ poſt latam ſententiam, an poſſit munera accipere ab eo qui obtinuit num. 37. 38. 39, & 40. improbatur Anchar. & Menoch. ſententia.*

*Iuramenti forma, quæ proteſtabatur à Iudicibus circa munera num. 41.*

*Pænæ repetundarum Comites etiam afficiebat ſi contrauentionem perſuaſiſſent Magiſtratui, vel quod ob id accepiſſent num. 42. quæ duplicem habet effectum num. 43. 44. & 45.*

*Pæna repetundarum tenentur qui vel accuſandi, vel non accuſandi gratia quid accipiunt num. 46.*

*Demoſthenes repetundarum punitus, & cur nu. 47.*

*Iudicem præcari, vel præcando abſolui, ſed docere atq; ſuadere iuſtum eſt num. 48. & cur num. 49.*

*Catonis ſolemne dictum de furibus num. 50.*

*Senatoris Principallis Montij admonitio facta Auctori accedenti, ad iudicaturam Cremonenſem num. 51.*

*Cæſaris Montij Card. & Archiep. mentio num. 52.*

*Quid obſeruauerit Auctor in accipiendis muneribus num. 53.*

*Fumi venditoris punitio facta ab Imperatore Alexandro Seuero num. 54. 55.*

*Conſuetudo Franciæ donandi Magiſtratibus num. 56.*

*Conſuetudo cuiuſcunq; regionis eſt optima legum interpres num. 57.*

*Cenſus ratione, vel libelli capones annuos dare obligatus viuos tradere tenetur nu. 58, limitatur in alijs auibus, & cur num. 59.*

## Eſculenta, & poculenta recipere an poſſint Magiſtratus ſaltem, Quæ in anno valorem aureorum centum non excedunt. Cap. CIV.



Vnera excecare oculos Sapientũ,
1 & mutare verba iuſtorum habe-
tur in Eccleſ. cap. 20. Quia (vt
legitur in Prouerbijs cap. 27.)
2 Munera de ſinu impius accipit,
vt puertat ſimitas iuditij, Hinc
ſcripſit Ieſaias cap. 38. quod qui proijcit aua-
3 ritiam ex calumnia, & excutet manus ſuas ab
omni munere, ipſæ in excelſis habitabit.
Propterea cum in his, qui rempublicam admini-
ſtrant tanta requiratur integritas, & fides,
Non ſolum à malo, ſed etiam à mali ſuſpitione
4 alieni eſſe debeant; Auaritia præſertim, vt
oderit ſummopere requiritur, bonus enim
Iudex

Iudex abstinere debet, à gratia, odio & prætio
5 *cap. Episcopus §. si ergo 11. qu. 3.* Et etiam à mu-
neribus siue donis, vt expresse cauetur per *Vl-*
6 *pianum in l. solent §. vlt. in princip. ff. de officio
Proconf. & legati, & Modestin. in l. plebiscito ff. de
officio Præsidis.*

Sub concussionis enim nomine contineri hæc
7 munera voluit *Glos. in l. eadem §. p. ff. ad l. Iul.
repetund. & lege 12. tabularum teste Cicerone lib.
3. de legibus*, Ita cautum erat Magistratus; Do-
8 num non capiunto, neue danto, neue petunto,
neue gerunto.

Et cum Iulius Bassus Quæstor in Bithinia à Pro-
uintialibus licet amicis quædam accepisset;
accusantibus Pomponio Ruffo, & Theofane,
ac Polliono, qui furta, & rapinas munera ipsa
vocitabant, & quæ non celabat Bassus; Causa
per quattuor dies acta est, quorum vlterius
probationes occuparunt; Censuit Bæbius ma-
cer consul designatus, Bassum teneri lege re-
petundarum, vt refert *Petrus Aerodius lib. 9.
rerum iudicatarum cap. 23. tit. de repetundis fol.*
1243, qui subijcet Cæpionem contra Senten-
tiam Consulis dandos esse Iudices decreuisse.

Et cum liceret Senatui mitigare leges; Veniam
9 dari oportere Bassi facto vetito quidem, non
tamen inusitato, Quæ Cæpionis Sententia præ-
ualuit.

Qui Auctor sequitur, quod lz. conuictos repe-
tundarum, ordine etiam Senatorio remoueri
debere teste Suetonio cautum esset, & ius con-
cionandi nō habere damnatos de repetundis;
Tamen non fuisse obseruatum rigorem dictæ
10 legis, sed AEQVITATEM, Prout antea actum
fuerat cum Lucio Lentulo consulare, quē dam-
natum lege Cæcilia repetundarum, Nihilomi-
nus postea Censorem factum esse cum Luc.
Censorino refert Valerius; Atq; Luc. Scipio-
nem Asiaticum licet damnatum ob peculatum
mansisse nihilominus in Senatorio ordine.

De AEQVITATE tamen permissum est aliquan-
11 do Magistratus, & causarum Iudices xenia
aliqua, quæ corruptè munera vocantur aliqua
capere posse, vt ample probat *Menoch. de Ar-
bitr. casu 517. sub num. 2. vers. Caterum vbi distin-*
12 *guit duos casus*, inter Iudicem potentia tantum,
& alium qui potentia, & actu Iudex dicitur;
Prout etiam distinguit munera, inter prætiosa,
& leuia, Quorum prætiosorum appellatione
13 venire Aurum, & Argentum suppellectilia, &
reliqua his similia docet *Menoch. all. casu 517.
sub num. 12. vers. Hic statuit*, Alia autem leuia
14 munera, esculenta, & poculenta continere
scribit idem *Menoch. loco rel. num. 5. & 13. cum
seq.*

Nam primo casu dona, & munera tantum ma-
gna, & quæ danti magno detrimento sunt pro-
hibita censentur per dictam *l. solent §. vlt. ff. de
officio Proconf. & legati*, Et ab his omnino Ma-
gistratus abstineri debere tradit *Menoch. loco
citato sub num. 3.*, cum hæc, omni iure, &
AEQVITATE, prohibeantur, Quia munera
hæc recipiendo, vel se maxime obstringere vi-
15 dentur Donantibus, Vt eis ad omnia teneri
credantur; Vel Donantes ipsos dicantur con-
cussisse, & cum ijs concussionis crimen com-
misisse dicantur.

Nisi fortè huiusmodi munus factum est ab amico
16 vel sanguine coniuncto *l. p. C. ad l. Iul. repetund.
Boss. tr. de Official. corruptis num. 3.* vbi declarat
17 hoc intelligi, vt vsq; ad Aureos centum possit
accipere, & sequitur *Menoch. loco cit. num. 4.* ac
scribit *Petrus Gregorius lib. 36. Sintagn. iuris cap.
28, sub num. 4. in fine par. 3.* vbi tradit *l. Iuliam*
18 excipere Sobrinos, & proximiores, & Vxorem
eo quia in his suspitio mali cessat dummodo
negotij aliquid publici non sit cum ijs.

Alia vero munera leuiora, quæ esculenta, & pocu-
19 lenta vocantur indistinctè posse dono accipe-
re eos Magistratus, qui actum Iudices nō sunt,
scribit *Coras. in d. l. plebiscito num. 5. ff. de officio
Præsidis*, & post alios multos probat *Menoch. cit.
casu 517. num. 5. cum seq. plur.* vbi ad contraria
responder, & refert *Vlpiani verba in d. l. solent §.
vlt. ff. de officio Proconf. & leg.*, Viz. quantum
ad Xenia pertinet audi quid sentimus, Vetus
Prouerbium est.

Neq; omnia, neq; quouis tempore, neq; ab om-
20 nibus, nam valde inhumanum est à nemine
accipere, sed passim vilissimum, & omnia aua-
rissimum; Et quod mandatis continetur ne
donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui In
alio offitio erit accipiat ematue, quod nisi
victus quotidiani causa ad Xenia nō pertinet,
sed ad ea, quæ ædulium excedunt vsum, sed ne
Xenia producenda sunt ad munerum qualita-
tem.

Edulium enim est quidquid edimus, vel edēdi
21 gratia nobis est paratum, quod Modestinus
esculentum, & poculentum appellauit in *d. l.
Plebiscito ff. de officio Præsidis*, vt refert *Menoch.
loco rel. num. 7.* qui subijcit in edulijs cessare
suspitionem cōcussionis, & corruptionis cum
modici sint valoris, Quas duas rationes consi-
derauit Imperator, dum prohibuit Magistrati-
bus munerum receptionem.

In secundo casu quamuis non parum resistant
iura deducta, & præsertim hanc negatiuā par-
tem sequti sint *Accurs. Rainer, Butrigar. Bal., Lu-
cas de Penna, & alij quos refers Menoch. cit. casu
517. num. 11.* Ea moti ratione, quod cum Im-
perator Iustin. sanciuerit hos Iudices nihil
capere posse præter salarium, & vsus sit ea dic-
22 tione, nihil, quę vniuersalis est, & sic esculenta
etiam, & poculenta excludere videatur, cum
23 vniuersalis negatiua totum excludat *l. hoc ge-
nus vbi glos. ff. de condit. & demostrat.*

Attamen contrarium verius esse concludit *Me-*
24 *noch. citato casu 517. num. 16. cum seq. plur.* dum
admittit Magistratus etiam actu Iudices posse
accipere esculenta, & poculenta, quæ eius ani-
mum peruertere nequeunt, cum modici sint
valoris, nec accipientes animum allicere, vel
peruertere soleant, vt probauit *Abb. in cap. & si*

*quaestiones num. 4. de Simonia, & explicat, Redou. tr. de Simonia in 3. parte cap. 24. num. 12,* & post eos scriptum relinquerunt *Paris de Puteo tr. de Synd. in verbo esculenta, & verbo Consiliarijs, Alex. cons. 206. nu. 10. lib. 2, & Bossius tit. de Officialibus corrupt. nu. 2. cum alijs per Menoch. relat. n. 18.* Quibus addo *Pe. Gregorium cit. libro 36. Synt. iur. cap. 28. sub num. p. & Costam remed. subsidiar. 78. num. 10. cum seq. plur.*

Et eo magis procedere hanc conclusionem affirmat *Menocb. num. 21.* quando Iudex, vel nullum,
25 vel tenue habet Salarium à Principe quo viuere possit; Nam tunc omnino permissum est accipere esculenta, & poculenta, modo non sint magni valoris *cap. Statutum §. insuper de rescriptis in 6, & ibi Glos. & scrib.* & post multos alios probat *Viuius decis. 113. nu. 8.* Quia paria
26 sunt non habere salarium, vel tenue, vt tradit *Menocb. sub d. num. 21. in fine*, qui ad contraria respondet *nu. 16. & 19. & Costa recit. remed. 78. num. 10. & 13.*

Horum esculentorum, & poculentorum tamen valorem, licet sua prudentia iudicabit Iudex, habita ratione qualitatis Personarum, & quantitatis muneris, & à quo, & cui, & quo tempore, vt subijcit *Menocb. num. 22.*, Nihilominus horum valorem in anno excedere non debere
27 aureos centum scribit idem *Menocb. num. 11.* & tradit *Petrus Gregorius d. cap. 28, sub num. p. & seq. Petrus Aerodius d. lib. 9. rerum iudicatarum cap. 23. circa medium vers. Qui Magistratus Vrbani tit. de repetundis*; Itaque licet vna die à diuersis dono receperit Magistratus plura mu-
28 nera esculenta, & poculenta, Non id circò diceretur excedere normam à legibus permissã, vt esculenta recipiantur, quae paucis diebus
29 possunt consumi, Quia sat est quod apta sint consumi, non quod requirant actualem consumptionem, vt scribit *Menocb. num. 23. vbi praecedenti num. ampliat conclus.* procedere respectu esculentorum, & poculentorum pro se, sed
30 etiam pro suis, idest familia, & Equis.

Qui auctor *num. 22. cum seq. probat*, non id circò
31 prohibitum esse Senatoribus Mediolani recipere haec esculenta, & poculenta, vt Perdices, Capones, metretã Vini, vel duas ad summam non obstante iuramento praestito antequam in eo ordine sedere inciperent, quod illicita munera non accipient, & ab omnibus illicitis abstinebunt.

Verum memoriam habere debent Magistratus,
32 ne ratione esculentorũ, & poculentorũ de quibus Tertullianus ait, belle equidem in muneribus quae à paruis maioribus offeruntur titulus officij, delectat munus non corrumpit, ante oculos inquam habere debent, Sententiã Themistoclis, quem non malè audisse, quod edulia acciperent Magistratus narrat Plutarcus, sed quod accepta rursus alijs venderent; Non posse enim elabi eo commercio, quin pe-
33 cuniam acciperent, vt refert *Petrus Aerodius d. lib. 9. rerum iudic. tit. de repetundis cap. 24. post princip. vers. de Xenijs.*

Qui auctor impugnando inhumanitatem eorum Magistratuum, qui penitus esculenta, & poculenta recusant, Inquit vers. memini. Quod quidam Iudex cum inito Magistratu magnifice statuisset iudicandi causa, vel à pullo abstinere; Propterea sane reiciebatur quod nihil
34 AEQVI humaniq; de eo sperarent, qui omnẽ Vrbanitatem humaniterq; fastidiret, vt Rhodiorum Colosus ob eximiam magnitudinem
35 formidabilis non amabilis erat.

Ad quod propositum non possum non enarrare quod Superioribus annis accidit in domestico colloquio aliquot Senatorum inter quos quidem vir certè Doctiss. sed eque auidiss. ad opes ingentes cumulandas, qui cum Propraetură exercuisset, dum eius abstinentiam in eo munere ornatissimè ostentaret, dixit sibi patinã recentis vuae plenam, quasi tuncè vinea decerptã dono allatam in Natalitijs Festis repudiasset; Cui acutè respondit Sen. meus Bello-
36 nus; Rectè profecto egisti; amice sed si vineam tibi donasset ille, certè non repudiasses, quod dictum omnes astantes ad risum commouit.

Caeterum doctrina *Ancharani in cons. 271. col. 4. vers. superest videre, quam sequitur Menocb. casu 342. num. 39. & all. casu 517. num. 8*, Tuta non videtur dum admittit eum qui Iudex causae
37 extitit post latam sententiam posse munera accipere ab eo qui obtinuit, cum corruptionis suspitio hic cesset id quod admisisse Concilium Romanum tempore Mauritij sub Gregor. II. tradit *Petrus Aerodius all. cap. 24.* Oblatio enim huiusmodi nullam culpae maculam ingerit;
38 quae ex accipientis ambitu non processit, vt inquit Sacra Synodus.

Quando quidem de facili fraus admitteretur, neq; interest praemio, an spe praemij suspensa,
39 an transacta lite quicquam à Iudice fiat qui quamdiù in potestate est, numquam est priuatus; Corrumpit, & qui demeretur in futurum; Corrumpitur, & qui ex praeterito accipit, Id circò ordinatum à dicto Concilio reuocatum fuisse per Concilium Calcedonense, atq; per
40 Bracariense, vt refert *Petrus Aerodius all. cap. 24. post initium vers. sed facile*, Vbi sequentia verba Imperatorum valent, *& Theodosij ad Florentinum in l. Sancimus C. ad l. Iuliam repetundarum enarrat.*; à quibus huiusmodi munera post exactum Magistratũ omnino prohibẽtur.

Nihil permis tàm in administratione positos, quàm post depositum offitium pro aliquo praestito benefitio tempore administrationis quã gratuito meruerunt acceptaros, id quod solemni iuramento firmare solent Iudices, qui ad
41 Prouintias moderandas mittebantur docet *Petrus Gregor. all. cap. 28. num. 3.*

Et paena repetundarum tàm ipsos Magistratus, quàm eorum Comites si cõtrauentionem per-
42 suaserint, vel quid ob id acceperint afficere scribit *Petr. Gregor. cit. cap. 28. num. 6. per l. p. & l. Comites ff. eodem tit.*

Quae paena duplicem habet effectum videlicet nummarium,

43 nummarium, & criminalem, nummaria pæna
pertinet ad restitutionem recepti; Criminalis
verò extra ordinem imponitur pro modo
effectus subsequti *§. si quis autem de administrat. tut., & l. 3. ff. ad l. Iul. repetund.*, Si enim factum
subsequtum capitalem pænam importet, vt
damnatio capitalis innocentis; pæna capitali
44 etiam tenetur Magistratus, vt probat *Pe. Gregor. all. cap. 28. sub num. 6.* Quod procedere
etiam affirmat, si hoc non pecunia mediante,
45 sed per iracundiam fecerit condemnando Innocentem *Boer. decis. 153. num. 9. cum seq.*

Prout eadem pæna repetundarum tenentur, qui
46 ob accusandum, vel nó accusandum pecuniam
accipiunt, vt euenisse *Demosthenì scribit Petr. Gregor. all. cap. 28. num. 19. & 20.* dum à Populo
Atheniense damnatus fuit quinquaginta Ta-
47 lentis, eo quia cum dixisset Harpalum ex Asia
ab Alexandro profugum; Postea ab Harpalo
Calice, & viginti talentis delinitus, Demosthenes destitisset à cepto, vt refert Plutarchus
in vita ipsius Demosthenis.

Caute igitur agi debet cum Iudicibus, ne ad corruptionem induecantur. Quoniam, vt inquit
Socrates, nec iustum mihi videtur esse Iudicē
48 præcari, vel præcando absolui, sed docere
atq; suadere; Non enim ad hoc suadetur Iudex, vt per grariam concedat, sed vt Iudicet;
atq; id iure iurando promisit, nó per gratiam
cuicunq; libuerit condonare, sed iudicare
49 secundum leges *Petrus Gregor. all. cap. 28. nu. 9. qui seq. num. 12*, solemne dictum illud Catonis
refert, Fures priuatorum furtorum in neruo in
50 compedibus ætatem agere, Fures publicos, in
auro, & purpura,

Cæterum silentio non præteribo normam, quam
in tot biennalibus Magistratibus per longum
tempus à me exercitatos obseruaui; Quia cum
verissimam esse cognoscerem sententiam Petri
Aerodij de eo Iudice loquentes, qui ad Instar
Colossi Rhodiorum, ob eximiam magnitudinem formidabilis potius quam amabilis esset;
Mediam viam amplectendo, & traditur per
Vlpianum bene viuendo, atq; Humanissimi
51 Viri, & Amplissimi Senatoris Princiuallis
52 Montij, Eminentissimi Cardinalis Cæsaris
Montij nunc meritiss. Archiepiscop. Mediolani Parentis, admonitiones mihi traditas,
dum ad Magistratus Cremonenses quos ipse
laudabilissimè longè antea execuerat accedere deberem; Nec omnia, nec ab omnibus, nec
passim esculenta, & poculenta admissi, aut
recusaui.

Illum autem iugiter ante oculos habui ad quem
53 finem moueretur ille, qui Xenia dono dabat,
An ex mera Vrbanitate an ad aucupaudum
animum Iudicis, an ex rebus proprijs, aut
empris, An Diues vel Pauper, an lites, & causas pendentes haberet, aut habere soleret, tum
litibus datus, vel manu promptus esset nec ne;
Et deniq; an donator esset ex illis qui fummum
vendere solent; Cum non desint his tempori-
54 bus huiusmodi delicta comittentes, vt temporis Alexandri Seueri Imperatoris accidisse
testatur Plinius qui Imperator iussit de Thurino quodam insigni fumi venditore supplicíū
ferri, quod crimini responderet, dum alligatus Palo Iussu Principis viridium lignorum
55 fumo est euectus pronuntiante Prætore fumo
perijt qui fumus vendidit; Aliquando enim
partem modicissimam Xeniorum, aliquando
integram, aliquando nil pænitus accipiendum
statuebam, exclusis omnino semper missis ab
illis, quorum causæ coram me tractabantur,
vel vti manupromptorum, vel litibus deditorū
de facili poterant tractare, aut paupertate laborantium, Et vt verum fatear omnibus computatis Xenia hæc accepta vix viginti aureos
in anno ascendere permissi, ne dum centum vt
licere scribit Menoch. cum alijs supra deductis,
Id quod ab alijs Iusdicentibus eque obseruari
puto.

Et secundum hanc conclusionem extare consue-
55 tudinem in Regno Franciæ, vt hyemali tempore dentur Magistratibus pingues capones
mortui, comestibiles; Perdices, & Cunicali
mortui restatur *Rebuff. in l. Mulieres 12. §. Abest, & ea res vers. mortuus abesset in fin. ff. de verb. signific.* Quo loco scribit, quod quæ seruari
possunt, nec statim edi solent vt sues Boues
arietes aliaq; id genus animalia viua tradi solent, & debent, Quamuis in huiusmodi rebus
57 mox, & consuetudo cuiuscunq; regionis, quæ
est optima legum interpres inspicienda *sic l. si seruus plurium in fin. ff. de lega. p.*

Si vero quis ratione census, vel liuelli, capones
58 singulis annis dare debet, Eos viuos tradere
tenetur, teste *Bart in l. quod se ff. si cert. pet.* Quod
tamen non procedere in alijs auibus, siue animalibus, quæ facilè viua capi non possunt, vt
perdices, lepores, & aliæ feræ bestiæ, propter
59 difficultatem capiendi; Et quia meliora sunt,
si aliquo tempore referuentur mortua pro tēporis qualitate; ea mortua date sufficit, & ita
seruare consuetudinem testatur *Albert. Bru. tr. de forma, & solemnit. actus rubr. de generali cognit. formæ vers. rerum autem, quem sequitur Rebuff. in all. §. abest, & ea res ff. de verb. signific.*

## S V M M A R I A.

*Donatio facta Ecclesiæ non insinuata cu valeat num. 1, & quid si non publicata iuxta dispositionem Nou. Const. Mediolani num. 2. cum pluribus seq.*

*Nou. Constit. Mediolani tit. de donat § hoc autem declarantur num. 2. 3. 4. 10. 11. & 12.*

*Statuta quando dicautur facta in odium Ecclesiæ num. 5. 6. & 7.*

*Ecclesijs de Aequitate multa conceduntur, ac Pijs locis quæ alias probibitæ sunt num. 8, & 23. maxime cum agitur de donatione ex causa num. 8. & 9.*

*Nullitas allegari non potest nisi ab eo cuius fauore determinata à lege fuit num. 10.*

*In donatione ratione stippulationis præsentia donatarij requiritur num. 12.*

Costa

*Costæ doctrina de remed. subsid. remed. 116. refellitur num. 13.*
*Doctorum traditione intelligi debent secundum leges, & rationes quas allegant num. 14.*
*Autoris sententia Papia lata fauore Monasterij D. Marci Alexandræ num. 15.*
*Contractus tales præsumi quales à partibus sunt denominati num. 16. limit. num. 17. & cur.*
*Contractus si alia sit forma, vel alius effectus donationem egrediens alius censendus erit, quam donationis num. 18.*
*Donatio aliquo modo onerosa non dicitur donatio, sed contractus innominatus, & quare num num. 19.*
*Donatio non debet deseruire prætextu alicuius retributionis num. 20.*
*Contractum donationis, vel innominatum quæ qualitates arguant num. 20, & 21.*
*Donatio facta fauore Eccles. non eget insinuatione, nec publicatione num. 22.*
*Donatio facta de re certa Eccles. nullo acceptata fauore Ecclesiæ valet num. 24.*
*Donatio omnium bonorum nulla facta reseruatione facta Eccl. valet num. 25.*
*In causis Ecclesiasticis, & Pia causa reijciuntur omnes solemnitates, subtilitates, & superstitiones num. 26.*
*In Ecclesia, & Pio loco cessat præsumptio fraudis, & doli num. 27.*
*Decretum Senatus Mediolani num. 27.*
*Publicatio donationis fit ad euitandas fraudes num. 28.*
*Donatio Eccles. facta quamuis non acceptata non potest reuocari num. 28, & minus ob non factam publicationem, & cur num. 29.*
*Donatio quæ vltra commodum donatarij respicit commodum tertij dicitur ob causam num. 30.*
*Donatio facta ob causam non requirit publicationem, siue insinuationem num. 31. 32. neq; etiam à iure municipali desiderata num. 32.*
*Statuta loquentia de donationibus non habent locum in donatione ob causam, seu reciproca num. 33.*
*Donatio respiciens vtilitatem donantis, & eius animæ salutem dicitur facta num. 34. ob causam.*
*Pœnitentiæ locus non est etiam re integra in donatione facta fauore Eccles. & Pia causa num. 35.*
*Menoch. doctrina in cons. 261. declaratur num. 36.*
*Pro Ecclesia in dubio pronuntiandum num. 37.*
*Opinio fauorabilis Eccles. dicitur AEQVIOR sententia num. 38.*

## Donatio facta Ecclesiæ ob causã an indigeat publicatione iuxta disposit. No. Constit. tit. de donationibus Cap. C V.



1 NON raro inter Iudiciarios strepitus hæsitatur de validitate donationum factarum Ecclesijs, quæ iuxta dispositionem iuris communis non fuerunt insinuatæ, vel iuxta præscriptam formam *Nou. Const. huius Mediolanen. Dominij tit. de donationibus* §. *hæ autem*, publicatæ non fuerunt, vbi quando agebatur saltem de dimidia parte bonorum donantis.

Et eas inualidas, & nullas esse videtur, Tum quia
2 cum dispositio Nou. Constit. sit generalis, siue vniuersalis, dum vtitur verbis, & quęcunq; donationes, Ecclesiam etiam comprehendere videntur *l. Iulian. ff. de leg. 3. & post alios multos probat Peregr. de fideicom. art. 26. num. 10. & art. 32. num. 54.*

Tum quia cum in eisdem *Constit.* §. *et quia plerunq;* expresse facta fuit mentio Piorum locorum, Non potest hæsitari quin de Ecclesia etiam non disposuerint Cõstitutiones, vt in puncto habetur
3 Const. probant *Costa remed. subsid. 116. nu. 119. post Galiam cons. 100. num. 45.*

Neq; affirmari posse videtur, Vel hoc modo excessisse Conditores Constitutionum fines suæ iurisdictionis, Vel saltem in odium Ecclesiæ, & in diminutionem eius libertatis ad Constitutionem ipsam deuenisse.

Quia quo ad primum cum dispositio Constitutionum concepta sit in rem, quæ est subiecta iurisdictioni statuentium Affirmari non po-
4 test statuentes excessisse fines eorum Iurisdictionis, vt post alios probat *Alciat. cons. 58. nu. 2. lib. 2. tom. p.*

Quo vero ad secundum; Comunissima est Scribentium sententia tunc tantum lædi Ecclesiæ libertatem, Et in odium Ecclesiæ condita esse
5 statuta, Quando expresse prohibetur bonorũ alienatio in Ecclesiam, Secus vero, quando statuta sunt vniuersalia, vt hoc in casu, Quia tunc; & si in consequentiam Eccl. obsint statu-
6 ta, non dicuntur facta in odium Ecclesiæ, Vt puta quando per statutum prohibita fuit alienatio bonorum in non Subditos, ita probat *Bal. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 16. & cap. Sanctæ Mariæ nu. 8. de Constit.*

Præterquod statuta præscribentia modum contrahendi, qui de facili possit adimpleri :
7 Non dicuntur facta in diminutionẽ Ecclesiast. libertatis, nec in illius odium, vt docet *Barbat. in rubr. de rebus Eccl. non alien. num. 148. in fine, Opizon. in repet. l. fil. fam. §. Diu nu. 79. ff. de leg. p. Dec. ad d. cap. Eccl. Sanctæ Mariæ num. 254. & 256. de Const. Alciat. all. cons. 58. num. 2. lib. 2. tom. p.*

De AEQVITATE tamen contrarium cõcluden-
8 dum est, cum de AEQVITATE multa concedantur, Ecclesijs, & Pijs locis quæ alias prohibita sunt, vt abundè scripsi in superiori libro de æquitate *cap. 8. num. 3. cum seq.*, Et in terminis nostris conclusionẽ hanc comprobat *Clar. in* §. *Donatio qu. 17. num. 9.* Multa enim sunt priuilegia Ecclesijs, & Pijs locis concessa de quibus ad saturitatẽ *Tiraquel. pleno tr. de Priuil. Piæ Causæ.*

Maxime verò quando agitur de Donatione ex causa, vt abundè scribit *Card. Tuscus conclus. 629.*
9 *per totum, & conclus. 646. sub num. 77. lit. D. & conclus. 199. lit. I. per totum maxime num. 10. cum seq.*

*seq.* vbi multos cumulat Doctores hanc opinionem vti AEQVIOREM, & veriorem tenentes.

In contrarium verò allegata præsertim circa generalitatem verborum Constitutionis, De rigore iuris procedere patet non de AEQVITATE. Præsertim verò quia nullitas allegari non potest, nisi ab eo cuius fauore determi-
10 nata à lege fuit *Menoch. cons. 153. num. 31. Surd. cons. p. num.* 84. *Peregr. cons.* 44. *num.* 20. *lib.* 4. *Tortus ad statut.* 98. *num.* 58.; Præterquod, & numero, & auctoritate plures sunt ij Doctores qui hanc sententiam deffendunt, vt infra etiam explicabitur.

Prout tollitur etiam fundamentum ex verbis eiusdem Constitutionis deductum, dum expresse facta fuit mentio locorum Piorum in §. *Et quia plerumq;* namq; sicuti in casu acceptationis Donationis statuerunt Constitutiones normam qua Deputati Piorum locorum illas acceptare debent; Ita cum in casu publicationis, nec de Pijs locis, nec de Ecclesia facta
11 fuerit mentio; Cessat assumptum ipsum nec bene infertur de vno ad alium casum. Cum maxime ratione stippulationis præsentia Donatarij requiratur, vt tradit *Tuscus all. conclus.* 697. *litt. D. per totum, & Serafin. decis.* 724. *nu.* 8.
12 Huic rigori indulgendo Nou. Constit. concedunt Pijs locis, vt possint postmodum donationes acceptare eorum Deputati, Ita sane, vt acceptando Priuilegium seruent.

*Costa verò auctoritas in all. remed. subsid.* 116. sicuti fundata videtur super mera doctrina *Galia cons.*
13 100. *nu.* 25. qui de Ecclesia, nec verbum facit, sed de forensibus tantum loquitur, Ita ea elisa dicitur cum tritum sit Doctorum traditiones
14 intelligi debere secundum leges, & rationes quas allegant, vt post multos scribit *Menoch. cons.* 52. *num.* 165. & in alijs locis per me relatis *in cap.* 80. *num.* 18. *l. p.*

Et ita iudicaui mense Decembris proxime elapsi 1635. dum Prætorius Iudex eram Papiæ fauo-
15 re RR. Fratrum Monasterij Diui Marci Alexandriæ contra DD. Fratres Rutos Papienses post maturam discussionem, & excitatas dubitationes, quas hic subijcere statui, & quarum responsiones per mensem, & vltra inaniter desideraui, Adeoq; quod expirante officio non potui iustam expeditionem causæ his Religiosis Viris Diui Dominici regulam verè obseruantibus, Qui Ruti tandem aquieuerunt meæ sententiæ.

*Inter Monasterium Sancti Marci Alexandriæ, & DD. Fratres Rutos.*

DVO præcipuè consideranda veniunt in hac causa, Primo sl.z. an contractus de quo agitur sit verè donatio, qualem nominarunt Contrahentes; An verò contractus in nominatus vltro citroq; obligatorius, ita vt altera ex partibus inuita non potuerit reuocari.

Secundò an quatenus donatio esset, potuerit reuocari à donante, eo sub prætextu quod cũ ad formam Nou. Constit. requireretur publicatio ipsius donationis, idq; non effectuatum, nullius momenti diceretur donatio, & consequenter teneat illius reuocatio.

Quo ad primum dubium, & si regulare sit contractus tales præsumi, quales à partibus sunt denominati, vt tradit *Osasch. decis.* 139. *num.* 24.
16 Tamen id limitari videtur, quando forma, & effectus, vel pacta in contractu apposita denominationi contrariantur; Tunc enim magis forma, & effectus, ac pacta inspiciuntur, quam nomen contractus quo vsi fuerunt contrahen-
17 tes vt alijs omissis ad faturitatem scribit *Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 56. & 19. *part. p.*, qui ad propositum multa tradit exempla, præsertim *num.* 7. *cum seq. plur.*, Hoc idem ferè in his terminis tradit *Gratian l b. p. discept. forens. cap.* 82. *sub num.* 23. *cum seq.*

Et in puncto donationis, quod lz. in contractu à partibus sit dictum dono &c. Alius tamen contractus quam donationis censendus erit,
18 si alia sit forma, vel alius effectus donationem egrediens probat idem *Card. Mant. lib.* 13. *tit.* 5. *num.* 36., Qui Auctor eodem *lib.* 13. *tit.* 3. *num.* 6. tradit quod donatio reciproca, vel ob causam, siue de præterito, siue de futuro, vel aliquo modo onerosa; Non dicitur donatio, cum aliam causam habeat, quam liberali-
19 tatis, Et propterea dicitur contractus innominatus, ità tradit *Clar. lib.* 4. *tit. de donatio qu.* 2. & *latius qu.* 16. *quem seq. Surd. cons.* 419. *nu.* 62. & *post eos Gratian. alleg. cap.* 82. *num.* 26. vbi apertè probat, quod vbi certum quid datur, vt aliquid fiat, non est donatio, quæ non debet deseruire prætextu alicuius retributionis iux-
20 ta traditionem *Imola in l. p. ff. de donat. & Bart. in l.* 2. *num.* 8, & 9. *C. de donat. ob causam.*

Hæc sanè onera & qualitates continere contractum de quo agitur liquet ex Instrumento ipso, Ibi enim primo loco legitur onus construendi Ecclesiam, & Monasterium, vt fol. 17., secundo onus aponendi lapidem marmoreũ sculptum fol. 18., tertio onus celebrandi quatuor Missas continuas singulis diebus fol. 19., quarto onus celebrandi solemne officium à mortuis eodem die obitus ipsius contrahentis, quinto onus celebrandi alia sex huiusmodi Aniuersaria singulis binis mensibus fol. 19, à ter. 6., onus ibidem perpetuis temporibus retinendi duodecim Fratres, nempè sex Sacerdotes, & alios seruientes, vt fol. 20., septimo onus audiendi Confessiones, & concionandi fol. 20. Quibus sanè multa alia sequuntur onera, quæ in ipso Instrumento leguntur, Et quæ
21 contractum innominatum continere non donationem videtur etiam sic nos versari extra casum *Constit. tit. de donat.* palam fit, vt concludit *Surd. cons.* 290. *num.* 20. & *decis.* 214. *nu.* 15.

Et vbi de mera, & libera donatione ageretur ad hue, cum facta fuerit fauore Ecclesiæ necessaria non erunt insinuatio, nec publicatio, vt ample

22 ample probat *Clar. §. donatio qu. 17. nn. p. Crau.*
*conf. 160. nu. 1.* Sola ad antiqua decreta *Saband.*
*tit. de donat. glof. 1. num. 16. part. 1. & ad Conft.*
*super 6. parte decreti glof. 6. num. 1. & 2. fol. mihi*
188. *Anton. Gabriel. tit. de donat. num. 27. com.*
*conclus. Carp. ad stat. 324. num. 77. lib. p. Cardin.*
*Tuscus pract. concl. lit. D. conclus. 648. num. 70.*
*Guidob. Collega mens Aduoc. 10. nn. 16. Ant. Faber.*
*in suo Cod. tit. de donat. decis. 12.* vbi firmat sic
fuisse iudicatum in Sabaud. Senatu quem se-
quitur *Ricc. Collect. 2075.*, vbi multos tradit ca-
sus in quibus insinuatio, siue publicatio non
requiritur *Farin. decis. 458. num. 6. part. 2. Tor-*
*tus ad stat. Ticinensem 62. num. 76., & Genua in tr.*
*de Eccles. qu. 296. Fontanell. de pactis nuptialib. lib.*
*p. claus. 4. glos. 21. par. 2. num. 2. cum tribus seq.*
*& lib. 2. cl. 5. num. 8. p. 3. num. 20. cum seq.*

Statutum enim de donatione loquens non com-
prehendere donationem factam Eccles. siue ad
23 Pias causas videtur, Quia de AEQVITATE
multa conceduntur Ecclesijs, & Pijs locis, quæ
alias prohibita requiruntur, vt dixi in *Tract. de*
*Aequitate cap. 8. num. 3, & seq. & num. 8. ac cap.*
*54. cum seq.*, dum permittunt leges valere dis-
positionem captatoriam ad Pias causas factã;
Item non teneri de proprio Ecclesiam hære-
dem, quæ Inuentarium non fecit; Idem dici-
tur de donatione facta de re certa Ecclesiæ à
nullis acceptata, quia licet non valeat, & pos-
24 sit reuocari donatio, Tamen fauore Eccles.
valet *Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de donat.*
*resol. p. num. 16, & resol. 3. num. 15.* vbi etiam
tradit, quod lz. donatio omnium bonorum
25 nulla facta reseruatione non teneat, Tamen
facta Ecclesiæ valet per *Bar. in l. fin. num. 13. &*
*ibi Ias. & Cagnol. C. de pactis; Clar. in §. Donatio*
*qu. 20. vers. Vlterius quæro*, Quia in causis Ec-
clesiæ, & Piæ causæ reiectas esse omnes solem-
26 nitates, neglectas, omnes subtilitates, & su-
perstitiones statuit *Imperator in l. p. C. de Sacros.*
*Eccl. Polid. Ripa de actis in mortis art. cap. 19. nu.*
*6, ac cap. 62. num. 4.*

In Ecclesia enim, & Pio loco cessat præsumptio
27 fraudes, & doli, vt abundè dictum est *Rol. cons.*
*39. num. 43. lib. p. Menoch. all. cons. 161. num. 18.*
*& Ceph. cons. 162. num. 14. lib. 2.*, & fauore Ec-
clesiæ declarauit Sen. Excellentiss. die 3. Martij
1562. in causa D. Thimotei Mediebarbæ Tici-
27 nensis, & scriptum reperitur ad meam Consti-
tut. manu Senatoris Barbauariæ, Ad quem fi-
nem slz. vt magis innotescant donationes fuis-
se cautum per Nou. Constit. vt publicentur
donationes per tres vices in vna hebdomada,
28 & fraudes euitentur tradit *Beretta cons. 11. nn.*
*4. & sub num. 12. vers. ad tertio loco.*

In tantum, vt nec etiam huiusmodi donatio Ec-
clesiæ facta quamuis adhuc non acceptata
28 possit reuocari tradit idem *Genua qu. 151. nn. 2.*
*vsq; ad finem, & qu. 128. nn. 4.*

Et eo minus possit reuocari huiusmodi donatio,
29 ob non factam publicationem, quia omni in
casu diceretur donatio ob causam, vt post
alios docet *Peregr. de fideicommiss. art. 51. num.*
*67.* Quia continet commodum donantis, &
eius animæ salutem *Gratian. lib. 3. discept. forens.*
*cap. 984. num. 38*, sicut dicitur etiam donatio
30 ob causam, illa quæ vltra commodum dona-
tarij respiceret etiam commodũ alicuius tertij
vt scribit *Fontanell. de pact. nuptial. lib. p. claus. 4.*
*glo. p. num. 31. fol. mihi 36.* Quo casu non requi-
ritur publicatio, siue insinuatio à iure com-
31 muni requisita, vt abundè scribit *Menoch. pleno*
*cons. 261. num. 8. post Clar. in d. §. donatio qu. 10.*
*vers. sed quid dicendum, Peregr. d. art. 51. nu. 64.*
*cum seq. plur., & cons. 76. nu. 30. & 33. cum seq.*
*lib. p., Thesaur. Iun. qu. forens. 89. num. 5. lib. 3.*
*Magon. decis. Flor. 64. num. 65. Barz. plena decis.*
*25*, Neq; etiam à iure municipali desiderata,
32 vt post *Nattam cons. 609. probat Carp. ad stat.*
*324. num. 6. lib. p.* vbi multos tradit casus in
quibus necessaria non est insinuatio in dona-
tione copiosè post alios multos *Tortus ad stat.*
*62. in Ciuil. num. 30, & 31, Menoch. cons. 723. &*
*cons. 963. & in terminis Non. Constit. Gallia cons.*
*31. num. 1. Petr. Antonius Angnis. cons. p. num. 10.*
*lib. p. idem Menoch. alleg. cons. 261. num. 9. cum*
*seq. plur. & Decian. responso 79. lib. 5.* Ad rem
conferunt, quæ tradit *Gratian. lib. 5. discept.*
*forens. cap. 984. num. 19, & 20*, vbi docet sta-
tuta loquentia de donationibus non habere
33 locum in donatione ob causam, seu reciproca
post *Gail. singul. obseru. 40. nn. 7. cum seq. plurib.*
*lib. 2.* Hanc eadem sententiam sequitur *Ludouis.*
*decis. 563. num. 11.* qui loquitur in terminis
statuti Vrbis, quam sententiam amplectitur
*Fontanell. de pact. nuptial. lib. p. claus. 4. glo. 19.*
*num. 34. part. p. fol. mihi 314.*

Maxime verò quia pacta siue conditiones in ipso
contractu donationis appositæ non dicuntur
factæ principaliter ad vtilitatẽ Donatarij, qui
tot expensas, & adeò graues sustinere teneantur,
sed ad fauorem ipsius donantis, & pro eius-
34 dem animæ salute, & sic facta dicitur ob cau-
sam, ac exclusa liberalitas donantis, vt tradit
*Ang. in l. sed hac ita ff. de re iud. Ias. in l. inter eos*
*in 2. notab. nu. 4. vers sed ad hoc respondit ff eodem*
*tit. Alex. cons. 142. vers. pro hoc facit num. 18. lib.*
*2. Crau. cons. 85. nn. 2. quos sequitur Gratian. alleg.*
*cap. 82. num. 34.* Quo casu locus non fuit pæni-
35 tentiæ, etiam re integra, vt fauore Ecclesiæ, &
Piæ causæ probat *Card. Mantic. de tacit. & ambi-*
*guis lib. p. tit. 8. num. 25. cum seq. vsq; ad num. 32.*
*& seq. Gratian. lib. 5. discept. 803. num. p.*

Et quatenus contra opinionem *Menochij in all. cap.*
36 *261. à Deciano comprobatam*, vigerent obiectio-
nes factæ per Egr. Adu. DD. de Rutis; Perpen-
di posset in eo casu agi de donatione facta per
Patrem filio, ex causa vtili eidem filio dona-
tario; In hoc autem nostro agi de donatione
facta ob causam Ecclesiæ, & donantis tantum
vtilitatem continente; Onus autem, & dispen-
dium Donatarij inferente, & sic multo maiorẽ
tationem vigere pro Ecclesia pro qua omnis
abest fraus, quam in personis laicalibus.

Et

Et vbi adhuc dubij aliquid posset cadere (quod
omninò exclusum esse dicendum videtur) Pro
37 Ecclesia. In dubio pronunciandum esse con-
cludunt omnes præsertim *Decius cons. 426. num. 12. Cephal. cons. 81. num. 20. lib. 1. Canalc. decis. 45. num. 5. & decis. 43. num. 73. par. p. post Glos. in cap. sciant. 12. de Elect. in 6. & in l. sunt persona in fine de Relig. & sumpt. funerum*, vbi habetur in dubio
sequendum esse eam Doctorum opinionem,
quæ fauorabilis est Ecclesiæ, & quæ idcirco
38 dicitur Aequior sententia *Gratian. lib. p. discept. 88. num. 6. cum seq. & discept. 1. num. 2.* Et ex his
&c. respondetur &c. tamen &c. Papiæ die 5.
Nouembris 1635.

*Caluinus.*

*S V M M A R I A.*

*Magistratu tria reminisci oportere num. 1.*
*Homo animalium omnium in Rectorem, & Custodem suum ingratissimus, & cur num. 2.*
*Qui hominibus praesse desiderat Deum praire contendit num. 3.*
*Hominum regere artium est, & disciplina disciplinarum num. 4.*
*Inter omnes artes viuendi, & regendi ars amplior, & superior numis num. 5.*
*Imperare est ars artium omnium num. 6.*
*Securitatis concessio spectat ad Principem num. 7.*
*Rescripta saluiconductus dicuntur rescripta gratia n. 8.*
*Securitas concessa à Iudice inferiori inualida est, & non attendenda num. 9. & 13.*
*Nullum quod est nullũ producere potest effectum nu. 10.*
*Nullitas iurisdictionis, & auctoritatis est insanabilis num. 11.*
*Sub fide publica quis decipi non debet num. 12. 13.*
*Securitas, seu fiducia quam concedi non debuit concessa est seruanda omnino num. 14. etiam si verba saluiconductus variè possent interpretari num. 15.*
*Pro saluoconductu in dubio pronunciandum num. 16.*
*Decisio Sacr. Concil. refertur num. 17.*
*Senatus Mediolani decretum refertur num. 18.*
*Quaestor Io. Baptista Villodrus laudatur num. 19.*
*Domini Caroli Colomi Castrorum generalis Praefecti in Statu Mediolani praclara mentio num. 20.*
*Exemplum indicatum ab Auctore Papia affertur sententia num. 21. 22, & 23.*

## Securitas, siue saluusconductus à Iudice datus Reo, siuè debitori ei seruandus esse etiamsi Iudex huiusmodi, non haberet Facultatem. Cap. CVI.



1 Agistratum triũ reminisci oportere scribit *Voluteranus lib. 29. cap. 3.* Videlicet quod hominibus præsidet, quod secundum leges præsidet, & quod non semper præsidet; Quia hæc tria obseruando,
nec à legum dispositione fecedet, nec in homines seuire poterit; Hominibus enim imperare magna res est, vt inquit Patricius in proemio de Regno, Cum (vt ait Xenofons) homo
sit animalium omnium in Rectorem, & Custodem suum ingratissimum animalis; Nullum
2 siquidem aliud animal in Pastorem suum seditiosum est præter homo, qui incẽsus semper in
eos qui sibi præesse, aut imperare quærunt, insidias meditatur nouisq; rebus studet; eosq;
odio habet quamuis nihil mali ab eis vnquam
perpessus sit.
Nec idcirco ambire Magistratum debet homo
ob tot difficultates, & scopulos, & pericula in
quæ incidere Iudices palam est; Hinc scripsit
*Diuus Bernardus ad Eugenium Papam tr. de consi-*
3 *deratione lib. 4. col. 4.* Quoties hominibus præ-
esse Desidero, Deum meum præire contendo,
Et tunc non sapio quæ Dei sunt; Prout ante eũ
tradit D. Io. Chrisostomus super Math. Qui-
cunq; Primatum desiderauerit in terra, Inue-
nerit confusionem in Cœlo, vt refert *Boadil. in eius polit. lib. p. C. 3. num. 67. p. p.*
Prout Diuus Gregorius Nazianzenus in Apolo-
4 getico inquit, Reuera mihi videtur esse ars artium, & disciplina, disciplinarum hominem
regere, qui certè est inter omnea animantes
maximus, & moribus varius, & voluptate di-
5 uersus; Diuus verò Thomas lib. 2. de Regimine Principum cap. 15 tradit inter omnes artes
viuendi, Regendi ars, amplior, & superior, &
idem D. Chrisostomus ad Corint. sermõis in-
6 quit; Etenim imperare ars est, & non solum
dignitas, immo ars artium omnium.
Solent itaq; sæpè aliqui Iudices gloriæ auidi, vt
morem gerant ijs, qui apud, & plurimæ sunt
auctoritatis non ruminato negotio, nec perpensis limitibus propriæ auctoritatis, concedere debitoribus, vel reis saluosconductus,
siue securitatem etiamsi eorum facultas ad id
se non extendat, Hæsitatur idcirco sæpè vtrum
seruanda sit huiusmodi securitas.
Et sanè cum huiusmodi securitatum concessio
7 spectet ad Principem *Glos. in cap. cum non deceat de Elect. lib. 6. arg. l. sancimus §. si quis autem. C. de donationibus, Rebuff. ad Constit. Regni tit. de litt. delatorijs art. 1. Glo. num. 22*, Quia rescripta salui-
8 conductus dicuntur rescripta gratiæ, *Surd. decis. 397. nu. 17, & 18*, Tanquam inualida, & nul-
9 la non est attendenda ea, quam concessit Iudex inferior iuribus notissimis.
Quod enim nullum est, nullum producere posse
effectum tradunt omnes, & præsertim dixi in
10 superiori libro *cap. 26. num. 1.* Maximè respectu nullitatis Iurisdictionis, & auctoritatis, quæ
11 insanabilis omnino dicitur *Socin. Sen. cons. 99. num. 9. lib. 3. & cons. 39. num. 23, ac cons. 83. nu. 29. lib. 4. & post alios Vant. de nullit. tit. de nullit. ex deffens. Iurisdictionis num. 6.*
Contrarium tamen de AEQVITATE, verius
est; Quia sub fide publica quis decipi non de-
12 bet, & debitori, siue reo seruanda est concessa

securitas,

ſecuritas, *Tex. in Auth. de mandatis Principum §. ſed neq; Franch. deciſ. 258. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 2. num. 192. Ample in terminis noſtris Farin. de car, & Carcer. qu. 29 num. 6. & num. 25. ac num. 95.*
12 Et ita obſeruaſſe Rhampſinetum Regē Aegip-
tiorum teſtatur *Petr. Aerod. lib. 9 rer. iudic. tit. 5. cap. p. fauore eius, qui publ. ærarium cum fratre pluries pecunia ſpoliauerat*, ac fratrem, vi laqueis deciſum occiderat caputq; ei obtruncauerat, ne ſcelus in lucem proderet; dum ſatius eſſe exiſtimaſſet alterum perire, quam ambo, Mox vigore edicti impunitatem, & præmia promittentis his qui factum detegiſſent, facinus narrauerat.
13 Quamuis de rigore iuris, nulla eſſet ſecuritas,
vt ſubijcit *Farinac. nu. 96, & 98*, Vbi inquit non poſſe aſſecuratum capi, niſi prius reuocetur ſaluusconductus, & aſſecurato intimetur reuocatio, nec ab hac opinione magis communi eſſe recedendum tām in conſulendo, quām in iudicando teſtatur.
Et enim fiducia, ſiue ſecuritas concedi non de-
14 buiſſet conceſſa tamen omnino ſeruanda eſt
*Gloſ. in l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetr. Menoch. de Arbitr. Iud. caſu 336. num. 5. & 6. ac caſu 332. num. 5. Surd. conſ. 28. num. 9. & num. 10. Cyriacus Niger controuerſ. 199. num. 19, & Tortus ad ſtat. 7. in crim. num. 4.*
Etiam ſi verba ſaluiconductus vario modo poſ-
15 ſent interpretari, idem *Surd. conſ. 298. num. 22.*
Quia in dubio pro ſaluoconductu pronunciā-
16 dum eſt, vt ſubijcit *Surd. loco relato num. 51.*
Et ita deciſum fuiſſe per Sacr. Concil. refert *Ric-*
17 *cius ad dictam deciſ. Franchi num. 258*; Prout cum
Marchio Mortarij Gubernator Alexandriæ, & Capitanei generalis in Regione Tanſpadana conceſſiſſet ſaluumconductum cuidam appellato il Monferrino Incolæ Pagi Caſalis Cermellorum in contumaciam damnato in pœnā rotæ, & bannito ab hoc Dominio, Isq; pendēte ſaluoconducto captus fuiſſet; Cum nullius eſſet effectus ſaluusconductus tanquam conceſſus ab eo, qui huiuſmodi poteſtatem non haberet propoſito negotio in Senatu ex ordine Excellentiſs. D. Ducis Feriæ huius Domi-
18 nij Gubernatoris, eoq; diligentiſſimè exami-
nato; Cenſuit Senatus anno 1619. eſſe dimittendum captum ſub clipeo ſaluiconductus etiam nulliter conceſſi, Ne ſub fide publica deceptus eſſet; Prout fuit liberè dimiſſus; Quamuis modicum poſt tempus, Iterum in Dominio captus, & ad Carceres Alexandriæ traductus eius temeritatis pœnas exinde dedit ad relationem Integerrimi, & fortiſſimi tunc Prætoris illius Ciuitatis, nunc Aequiſsimi Quæſtoris Extr. redd. D. Io. Baptiſtæ Villodræ, verè furum, latronum, ac aliorum huiuſmodi ſceleſtorum hominum vindicis.
Idem cenſuit Senatus Excellentiſs. die 13. Mar-
20 tij 1632. fauore cuiuſdam D. qui vigore pro-
clamatum, Seruitium exteri Principis deſeruerat, & ad hoc S. R. M. in termino ſe conſignauerat coram Auditore Exercitus, vt banni liberationem deinde conſequeretur; Et licet proclama ipſum expreſsè iubebat, ne huiuſmodi banniti admiſsi ad ſeruitium Regium poſſint recedere à ſtationibus, Attamen cum licentiam ille obtinuiſſet ab Auditore, & ad Patriam ſe contuliſſet, ac cum multis conuerſaſſet, qui idcirco moleſtabantur ob banniti conuerſationem, Nihilominus Senatus Excellentiſs. attenta bona fide eorum, iuſſit non eſſe vlterius moleſtandos non obſtante nullitate licentiæ per Auditorem datæ.
Huiuſmodi ſaluumconductum conceſſum duobus capitaliter bannitis per Don Carolum Colomum Generalem Præfectum Caſtrorum, & alterum Quintum Fabium in deffenſione huius Dominij ab incurſu Gallorum, ſeruando præcepta Vegetij ſcribentis, quod Boni Duces non aperto prælio (in quo eſt commune periculum) ſed ex occulto ſemper attenti, & integris ſuis quantum poſſunt Hoſtem interimant certè, aut terreant, Quamuis in aperto etiam ſecundum opportunitatem, & terruit, & profligauit Hoſtes, Dum Valentianum Oppidum a diuturna obſidione Gallorum Pedemontanorum, ac Placentinorum liberauit, quē ſaluumconductū approbauit anno 1635. Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Aegidius Albornozius huius Dominij moderator, quidquid de auctoritate dicti Don Caroli poſsit heſitari, Ea præcipua ratione, ne ſub fide publica deciperentur duo illi banniti, qui capti deinde fuerant vti ſuſpecti læſæ Maieſtatis criminis, Quamuis ratione criminis læſæ Maieſtatis vti à ſaluoconductu excluſi ad vlteriora, fuerit contra eos proceſſum, & tandem ab imputatione ipſa liberati, quippe potius Inno-
21 cens declarati patrocinante pro eis Acutiſſi-
mo I. C. D. Cæſare Quarantino compatre meo honorando.
Quemadmodum reſpectu ſaluiconductus ex cauſa debiti obtenti per Florentium Cherinam Mercatorem Papienſem à Senatu Excellentiſſimo per menſem, Et eo pendente detentum; Non obſtante quod de illius ſubreptione non
22 leuiter hæſitaretur iuxta *l. fin C. ſi contra ius, vel*
*vtil. publ. de qua Rebuff. ad Conſtit. Regni, tr. de litt. dilatorijs art. p. Gloſ p. num. 22, & 35, Et Menoch. de Arbitr. caſu 203. num. 14. cum ſeq. & num. 24, D. Senator Bellonus de his quæ incontinenti fiunt cap. 10. num. 3. & Coſta remed. ſubſid. 20. num. 17. & tr. de portione rata qu. 139. num. 13. & nouiſſimè Oldrad. de reſcriptis in præludio 12. num. 11. cum ſeq. plur.* poſt excitatas hinc inde dubitationes; Iudicaui, Tunc Iudex Prætorius Papiæ
23 die 20. Septembris huius currentis anni 1635,
Quem Cherrinam dimitti liberè iuſſi, cui declarationi acquieuit etiam ille creditor, ad cuius inſtantiam fuerat detentus.

*SVMMARIA.*

*Debitoribus non ſoluendo exiſtentibus conceditur de*

*AEQVI-*

## Saluiconductus conceduntur diuersimodè videlicet Annales, Biennales, Triennales, Quinquennales, & mensuales. Cap. CVII.



CTVM iam fuit in superiori libro cap. 44. de creditorum importunitate aduersus debitores, qui ratione alicuius fortuiti casus soluere nequeunt eorum debita, & quibus prouidere volens Imperator Alexander sanxit in *l. qua fortuito C. de pigno.* vt
1 eis competens dilatio ad soluendum concedatur, id quod de AEQVITATE procedere non ambigitur.

Iustum enim, & AEQVVM esse habetur in *l. Diuus.14. ff. de offitio Praesidis. & in c. ex parte de Cle-*

*ricis egrotis*, ne iam afflicto per casum ite-
2 rum afflictio detur circa bonorum execu-
tionem, ideò Princeps his damnum passis ex
bono, & AEQVO succurrit per litteras dila-
torias, siue saluiconductus, vt creditorea pa-
tientiam habeant per annum, vel per maius,
aut minus tempus, & omnia eis reddet debi-
3 tor iuxta Euangelij sententiam, & tradit *Re-
buff. ad Constit. Regn. de litt. dilatorijs ar. p. Glos. p.
num. 12.*
Non solumq; huiusmodi saluusconductus siue
dilatio ad soluendum potest concedi personis
4 particularibus, sed etiam vniuersis homini-
bus alicuius Oppidi damno belli, vel aliter
perpessis probat *Afflic. decis. 377. quem seq. Re-
buff. loco relato num. 13.* qui testatur aliquando
vidisse has litteras dilatorias impetrare à
Rusticis alicuius pagi ab hostibus destructis.
Diuersimodè autem conceduntur huiusmodi di-
lationes, quæ Quinquennium nullo modo ex-
5 cedere debent, *l. si debitoris C. de Iudicibus, &
scribit Rebuff. cit. Glos. p. nu. 6.*, ea ratione, quia
quod differtur non aufertur *l. 2. Cod. de precibus
Imperatori offer.*, moraq; modici temporis non
6 est magni præiuditij *l. si debitori ff. de Iudicijs.*
Namq; annum concedi communiter, omnibus
7 damnum passis tradit *Rebuff. loco cit. num. 6.*,
biennium contra Vsurarios Triennium Cle-
ricis, seu Ecclesiasticis personis, Quinquenniũ
autem consentientibus creditoribus, vel eorũ
maiore parte.
De quo quinquennio accedente consensu cre-
ditorum, vel maioris partis loquuntur Consti-
tutiones nostræ in *tit. de saluisconduct.* vbi de-
claratur, Concedendos esse huiusmodi salui-
8 conductus quo ad omnes, Vbi tres partes ex
quattuor omnium creditorum tàm respectu
numeri personarum, quæ quantitatis debiti
cum debitore conueniant, vel saluocondu-
cto consentiant; Inter quos creditores hoc in
casu nullam extate differentiam inter hypo-
9 tecarios, vel chyrografarios decidit *Tex. ad lit-
teram in l. fin. ff. de cessione bonorum, siue qui bonis ce-
dere possunt*, vbi de quantitate debiti, & nume-
ro debitorum optime statuit circa dilationẽ,
vel cessionem admittendam debitori, De quo
quinquennio amplè agit Apicella, in quem
post hæc scripta incidi *tr. de quinquennali dilat.
tit. 1. per totum.*
10 Quem sanè saluumconductum non posse pro-
rogari, Censuit Senatus Excellentissimi die
13. Iulij 1556. quod rescriptum registratum
legitur in prima *add. ad Nou. Constit. fol. 33.*
Conceduntur etiam huiusmodi dilationes mi-
litibus ratione militiæ, vel vt non cogantur
soluere creditoribus durante militia, vel ne
11 litibus defatigentur, ita scribit idem *Rebuff.*
12 *all. glos. p. nu. p.* Et ita declaratum fuit hoc cur-
renti anno 1636. per speciale rescriptum ab
Excellentiss. D. March. de Leganes huius Do-
minij Gubernatore fauore D. Marchionis Io.
Beccariæ Turmę Equitum leuis armaturę Du-
cis, & capti in Agro Placentino ab Hostibus
iubendo quibuscunq; Iudicibus, vt in suspen-
so tenerentur omnes eius causæ durante dic-
ta Captiuitate, vel donec aliud fuisset proui-
sum, De qua suspensione innaniter conquesti
hucusq; sunt prætensi creditores dicti Mar-
chionis.
Cum hac tamen declaratione concessa huius-
13 modi dilatio censeri deberet, Vt sicuti dila-
tionem habet impetrans non soluendi suis
creditoribus, vel ab ijs litibus minime moles-
tari intra tempus expressum, Ita illo pendente
tempore eorum debitores inquietare non
possint, Quia quod quisq; iuris in aliũ statue-
14 rit ipse eodem iure vtatur *l. p. & per totum tit.
ff. quod quisq; iuris de quo apud Diuum Math. C. 18.
in fine ibi*, Serue nequam omne debitum remisi
15 tibi, quoniam rogasti me, non ne ergo opor-
tuit, & te misereri conserui tui, sicut ego tui
misertus sum *Rebuff. all. glos. p. nu. 9.* Qui tamen
dicit hodie non seruari huiusmodi decla-
rationẽ quo ad debitores impetrantes; Fortè
eo quia non fit oppositio à debitoribus.
16 AEQVITAS tamen non patitur vt quis cum
aliena iactura locupletior fiat, vt dixi supe-
riori libro *cap. 40. num. 2. & c. 45. num. 10.* Id
quod contingere videretur, vbi debitor dila-
tionem, siue moratoriã ad soluendum credi-
toribus impetraret, & sic creditores impediti
essent in exactione eorum crediti; E contra
eos pulsare posset debitor impetrans mora-
toriam.
Et quamuis cum rescriptum concessum fuerit fa-
uore impetrantis, obid ad aliud non debeat
17 protrahi *l. p. ff. de Constitut. Principum*, Quippe
quæ alicuius fauore concessa sunt in eiusdem
18 odium retorqueri nequeant, *l. quod fauore C. de
legib.* Attamen ad euitanda vtraq; absurda
posset distingui inter debitores impetrantes
huiusmodi moratoriam.
Vel enim conuentus est ab impetrante eius de-
bitor, cui nulla exceptio compensationis cõ-
petit; Vel pulsatur is cui ipse impetrans non
soluit ob beneficium rescripti saluumconduc-
tum, siue moratoriam continentis; Et primo
19 casu non obstare rescriptum dicendũ videtur,
Secundo autem casu duplex iniquitas orire-
tur; Vbi debitor soluere cogeretur; Sibi verò
20 minimè satisfieri ab eodem impediretur, &
sic compensationem non valeret exercere,
quam tamen omnino admittendam esse pro-
21 bat *Bart. in l. amplius ff. rem ratam haberi quem
sequtus fui supra in cap. 7. num. 5. per Gales tract.
de obligationibus Cameralibus, par. 4. q. 2. num. 7.
cum seq.*
Honestè enim non videtur agere creditor vo-
22 lens exigere quod sibi debetur, nec soluere
quod debet, vt tradit *Gratian. lib. 1. discept. for.
cap. 39. num. 7, & cap. 129. nu. 18. cum seq* Quip-
pe inique tunc illum agere probat idem *Gra-
tian. lib. 4. cap. 728. num. 19*, Et sic de AEQVI-
TATE teneri compensationem admittere
credito-

creditores, non obstante impetrata morato-
ria ex his patet.
Qui saluiconductus siue moratoriæ pluribus in
23 casibus denegantur, quos recenset *Rebuff. cit. Glos. p. à num.* 17. *vsq; ad finem num.* 19. *in causis priuilegiatis d. l.* 2. *C. de precibus Imper. offer.* vt
24 sunt creditores ratione delicti, *l. si ex parte §. quamquam, & ibi Gul. de Cuneo ff. quod cum eo, & l. si rerum ff. de re iud. Rom. sing.* 179. *Math. Brun. de cessione bonorum qu. princip.* 26. *sub nu.* 7. *in fine.*
Secundo creditores futuri qui non comprehen-
25 duntur in rescripto *arg. l. Aurelius §. Titius il p. ff. de libert. leg., & clem. si. de rescriptis, Guido Papa decis.* 109., Dicunturq; futuri creditores ij,
26 qui facti sunt post datam litterarum, non à tempore præsentationis *arg. cap. eam de rescriptis, & cap. si eo tempore eodem tit. lib.* 6.
Tertio creditores per sententiam Senatus, siue Parlamenti, quæ in iudicatum transitum fecisse
27 dicitur ob auctoritatem Senatus *l. seruo §. cum Prætor ff. ad Trebell. Guido Papa decis.* 97.
28 Quarto idem prohibetur Vassallis in præiuditium Domini, *Tex. in l. incola* 2. *ff. ad municip. Alex. & cæteri in l. p. ff. si certum pet. & Ias. in l.* 2. *num.* 29. *C. de iure emphit.*
Quinto debitores ex causa locationis, vel colo-
29 niæ, aut emphiteusis, & ex causis onerum personalium, ab hoc priuantur beneficio *Glos. in l. cum fructuarius ff. de vsufr. Specul. in tit. de locat. §. nunc autem vers.* 128, Quod tamen procede-
30 re intelligitur, quando receperunt fructus, & emolumenta rerum locatarum, mox vti intendunt dilatione, quia tunc eis non conceditur; Alioquin daretur materia delinquendi, *Masuer. in rubr. de solutionibus §. Item*
31 *dilatio*, Et ita iudicasse Senatum Parisiensem anno 1549. die 3. Aprilis testatur *Rebuff. loco rel. num.* 22.
Sexto in debito iurato quod priuilegiatũ dicitur
32 *Glos. in cap. cum non deceat de Elect. lib.* 6. verbo effectus, vbi habetur, quod Constitutio tollẽs aliam Constitutionem non refertur ad Con-
33 stitutionem iuratam *Alber. Brun. cons.* 12. *col.* 9. in materia feudorum, Et sic alicui concessus saluusconductus, non potest extendi ad debi-
34 ta iurata nisi præcesserit dispensatio Ordinarij aduersus iuramentum, *cap. debitores de iureiurando.*
DE AEQVITATE tamen concedi saluumductum etiam pro debito iurato, etiam si facta nõ
35 sit specialis mentio in precibus de iuramento probat *Costa de portione ratæ quæst.* 139. *in fine*; Prout si Princeps, vel Senatus motu proprio litteras dilatorias concessisset, tunc debitor non diceretur periurus *arg. cap. superueniens de*
36 *iureiurando, Rebuff. all. Glos. p. num.* 23.
Septimo non conceditur debitori saluusconductus, quando creditores essent Pauperes non
37 valentes expectare, quia tunc charitas benè
38 ordinata à seipso incipit *l. præses C. de seruit., & aqua*, Vt dicitur de patre qui filium alere tenetur, nisi ipse sit Pauper, & possit filius se ip-
39 sum alere, *l. si quis à liberis §. p. & §. de alimento ff. de liber. agnosc. & dixi in superiori lib. cap.* 16. *nu.* 7. *cum seq.* In dubio tamen pro litteris salui-
40 conductus iudicandum est vti AEQVITATI consonum, vt probat *Afflict. decis.* 377. *quem sequitur Rebuff. vbi supra num.* 25.
Qui autem pauperes dicantur Iudicis arbitrio
41 relinquitur *Glos. in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor. Rebuff. sub d. num.* 25. *& copiosissimè Menochius de arbitr. casu* 65. *num.* 7, In pari verò pau-
42 pertate, vbi alter sit valetudinarius in illum inclinabit Iudex, vt tradit *Rebuff. vbi supra.*
Octauo non potest se iuuare his dilatorijs debi-
43 tor ex causa laboris personalis, Hoc enim debitum dicitur priuilegiatum, cum maior sit
44 labor personæ quam rerum *l. in seruorum ff. de pœnis*, Alioquin materia delinquendi præberetur vt supra fuit affirmatum; Multos enim quis locaret, mox opere facto, litteras dilatorias, siue saluiconductus impetraret, vt docet *Rebuff. vbi supra num.* 25.
Nono idem etiam procederet quando debitor
45 expresse renunciaret beneficio, huiusmodi rescripti dilatorij, Cum quilibet possit renunciare fauori suo *l. penult. C. de pact.* 1, *& cap. Si diligenti de foro compet.*; Quamuis nõ obstante hu-
46 iusmodi renunciatione posset Princeps, vel Senatus has litteras dilatorias concedere; Modo expressè apponat clausulam non obstante renunciatione *cap. proposuit de concessione præbenda, Rebuff. loco citato num.* 28. *&* 29, Et ita quotidie obseruat Excellentiss. Senatus Mediolani
47 dum non obstantibus renunciationibus concedit debitoribus litteras delatorias, auditis tamen prius creditoribus per mutuas preces quas inhibitiones nuncupant.
Decimo, vbi semel concessæ fuerint huiusmodi litteræ dilatoriæ annales, vel Quinquennales ad secundas non deuenitur, vel eæ concessæ nõ
48 tenent, nisi expressè facta sit mentio etiam de prioribus litteris., Aliter enim subreptitiæ secundæ dicerentur *cap. super litteris de rescriptis, Rebuff. loco relato num.* 30.
49 Vndecimo denegantur, nec valent huiusmodi litteræ in causa debiti versus Reg. Cam. siue Fiscum, Non enim verisimile est, quod voluerit Princeps includere creditum suum, & personam suam in hac dilatione, tanquam Fisco damnosum, *l. nec damnosa C. de precibus Imperatori offer. & l. cum possessor §. p. ff. de cens. Rebuff. all. Glos. p. num.* 31.
Duodecimo idẽ procedit in debitis Eccl. aut Pij
50 loci, & pro anima *arg. Auth. multo magis C. de Sacros. Eccl. Angel. cons.* 24, Inter quæ pretium redemptionis captiuorum computari certum
51 est, nam hoc Pium, & AEQVVM esse habetur in *l. ab hostibus* 2. *C. de captiuis*, Quemadmodum huiusmodi debitoris bona in solutum dari nõ posse prouidit *Noua Cõstitut. in tit. de bonis in solutum dandis*, Et probaui *superiori libro cap.* 44. *nu.* 19. *cum sequenti*, Quod etiam procedit in de-
52 bito ratione administrationis Pij loci, vt Cen-

fuit Senatus Excellentiss. die 14. Maij 1618.
fauore Montis Pietatis Ciuit. Derthonæ contra Bartholomæū Clericū eius administratorem petentem moratoriam, Vel declarari esse in casu dandi bona in solutum; Quia fuit in vtroq; capite obauditus, Prout idem
53 videtur dicendum in debitoribus pupilli cū
54 Eccl. Fiscus, & pupillus æquiparentur *cap. p. de in integr. restitut. l. 1. C. quando Imperator inter pupillum, & viduam, Rebuff. all. gl. p. num. 32, & 33.*
55 Decimotertio idem dicendum est in dote fauore mulieris, *Masuer. in rubr. de solutionibus §. & similiter*, Tam scilicet in ea soluenda quam in repetenda, ne mulier indotata remaneat *l.*
56 *p. ff. solut. matr.* Idem in emptore mercium à Mercatore extero ad euitandas fraudes, & ne detur materia delinquendi *l. conuenire ff. de pactis dotalibus*.
Recipiendo enim quis merces à Mercatore ex-
57 tero intelligitur eo animo recipere, vt statim eis mercibus receptis soluat pretium *l. in omnibus ff. de iudic.* Idem in debitis nundinarum, vbi
58 aliter non dictatent priuilegia huiusmodi nūdinarum *Rebuff. vbi supra nu. 34. cum duobus seq.*
Decimoquarto huiusmodi litteræ dilatoriæ non iuuarent debitores ex causa pensionis domus
59 locatæ, Quia priuilegiatum valde esset huiusmodi creditum *Ias. & alij in l. itē Seruiana Inst. de action. & in l. postquam ff. de pactis. Rebuff. de litteris oblig. art. 6. & citata Glos. p. num. 37.*
60 Quemadmodum pro debito depositi concedi nequeunt huiusmodi litteræ *Tex. in l. penult. C. depositi*, Et ita censuisse Senatum Burdegalēsem testatur *Boer. decis. 296.*, Idem procedet
61 in debitis artificum, qui factum promiserūt, Quia nō iuuātur moratoria si promissa adimplere valent, *l. item in pretio §. penult. ff. locati vbi Bal.*, Qui neq; per cessionem bonorum liberantur, sed carcere possunt compelli ad hoc vt
62 pareant *Gul. de Cuneo in l. p. C. de cessione bonorum, Rebuff. vbi supra nu. 38. cum seq. & de Magistr. artif. art. 4. glo. 2. Math. Brun. de cessione bonorum q. 26. princip. sub num. 6*; Solet autem Senatus Excellentiss. Mediol. concedere de AEQVITATE,
63 moratorias modici temporis ad parandas pecunias, in casibus etiam priuilegiatis, vt testatur *D. Senator Bellonus tr. de his quæ lucont. fiunt cap. 10. num. 6. in fine*, Et præsertim id concessit fauore debitoris ex causa onerum die 3. Iunij 1619. *Refer. eodem Senatore Bellono.*
Si verò huiusmodi litteræ dilatoriæ concessæ
65 fuissent debitori principali, Eæ non iuuarent fideiussori qui interim posset compelli ad soluendum debitum. *Bal. & cæteri in l. Quoties C. de*
66 *precibus Imperatori offerendis*; Quia priuilegium personale, non egreditur personam, *l. quia ff. sol. matrimon.* Alioquin priuilegium traheretur in infinitum, vt post *Stafil. de litt. gratiæ, tradit Rebuff. vbi supra glo. p. num. 42.* Nisi in saluoconductu, vel moratoria expressè facta esset mentio etiam fideiussionis, quia tunc vtriq; inseruiret.

Qui Auctor *num. 43.* tradit, Idem fuisse iudicatū
67 per *Parlamentū* fauore vēditoris domus, ad eu-
67 ius præiuditium minime valere moratoriam obtentā per emptorē ratione pretij ipsius domus; *scribit num. verò 45.* docet, has moratorias nō valere in causa debiti ex pretio rerū come-
68 stibilium, & animalium per *Boer. all. decis. 296.*
69 *col. 2*; Quia statim solutio fieri debet, si data non fuit à venditore dilatio *l. 2. ff. de nundinis, l. in omnibus obligationibus ff. de iudicijs*, Preterquod delinquendi materia daretur, vbi hoc permitteretur, vt diximus supra.
Tempus verò concessum incipit currere à die datæ litteratum, non autem à die præsentatio-
70 nis, *l. sancimus C. de diuersis rescriptis*, ne debitor obtentis litteris ess pænes se retineat donec à creditore pulsetur, & sic ad euitandas fraudes *Rebuff. all. gl. p. num. 48.*
Debitor autem qui hoc benefitio moratoriæ vti intendit, cauere debet de soluendo debitum creditori lapsa ea dilatione obtenta, aliter
71 nullius esset effectus huiusmodi dilatio *l. Vniuersa C. de precibus Imperat. offer.*, Quam conditionem apponere solet Senatus Excellentiss. Mediolani quando debitoribus huiusmodi concedit dilationes; Aliter enim vbi moratoria, siue saluusconductus concessus esset nulla apposita conditione, tutus videretur debitor,
72 cum ille absolutè concessus videretur, quod facere posse Principem ex causa non est ambigendum *Auania cons. 82. Viso statuto per d. l. Vniuersa C. de precibus Imperatore offer.*
In impetratione litterarum moratoriarum exprimi debent debita speciatim pro quibus debitor vult dilationem obtinere, si cautè agere
73 intendit, vt tradit *Rebuff. cit. glo. p. num. 41.*
Ceterum saluiconductus breuioris temporis vlz.
74 mensium trium, aut sex, vel anni ad summum concedi potest etiam sine partis citatione, vel consensu, quia in his quæ non lædunt partem, aut modice, non requiritur in impetratione
75 Priuilegij partis citatio. *Bart. in l. 2. nu. 3. C. de temp. appell., & in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posth. Alex. cons. 11. lib. 7. Scrib. in l. quoties C. de precibus Imperat. offer.*, Mora enim mo-
76 dici temporis, non affert considerabile, siue magnum præiuditium. *l. si debitore ff. de Iudicijs, Rebuff. in all. gl. p. num. 8, 10, & 11. & num. 43.* Vbi sequentibus numeris materiā harum moratoriarum, & saluiconductus copiosissimè examinat, ad quem remittitur Lector, ne omnia ab hoc auctore tradita circa hanc materiam rescribere videar, quamuis supra expressa vti necessariora ab eodem auctore desumpta sint,
Hoc vnum tamen additur, quod qui obtinuit dilationem Quinquennalem, & ea potitus est, nō
77 potest postea cedere bonis *l. fin. C. qui bonis cedere poss.* Secus autem in eo, qui annalem di-
78 lationem obtinuit *l. præcipimus C. de temp. appell. Guido Papa cons. 124. q. 7. Bal. cons. 301. Ad euidentiam lib. 5. Rebuff. all. glo. p. num. 61*, qui subijcit se aliquando vidisse admitti aliquem ad
cessionem

79 cessionem quamuis Quinquennali dilatione fuisset vsus.

*S V M M A R I A.*

*Cessis bonis molestari amplius in persona non potest debitor num. 1.*

*Cessionis remedium dicitur miserabile, & flebile nu. 2, & cur num. 3.*

*Debitor cedens bonis potest dimitti nudus num. 4. contrarium de Aequitate num. 4. & 5.*

*Debitori cedenti bonis vestes viles relaxantur num. 6.*

*Damnatus ad supplicium relaxantur vestes viles nu. 7.*

*Debitoris Bonis cedenti relinquenda sunt alimenta de iure Canonico num. 8. maximè in bonis post cessionem quæsitis num. 9.*

*Carceratus relaxando omnia sua bona creditoribus de Aequitate relaxandus num. 10. ampliatur in eo cum imminet periculum carcerationis ibidem.*

*Ignominia qua cedens nonnullis in locis ex statut. dispositione affici solet num. 11.*

*Senatus Mediolani decretum in causa cessionis bonorum citra formam pudendam num. 12.*

*Forma pudenda non est de substantialibus, sed accidentalibus cessionis num. 13.*

*Remedium cessionis quibus casibus nõ admittitur nu. 14. vsq; ad num. 34.*

*Delictum non debet remanere impunitum num. 15.*

*Remedium cessionis est subsidiarium num. 21.*

*Bona ante cessionem quæsita integrè applicantur creditoribus, post autem non integrè num. 23.*

*Ex bonis post cessionem quæsitis deducitur à debitore, quod sufficit ad alimenta ita vt ne egeat num. 24.*

*Bona occultans dicitur similis neganti debitum nu. 29. lim. num. 30.*

*Cessio bonorum an reuocari possit distinctione declaratur num. 34. vsq; ad 37.*

*Cessionis benefitio expressè renunciari non potest per pactum, vel aliter num. 37.*

*Exceptioni nullitatis, & ijs qui contra bonos mores fiunt renunciari non potest num. 38.*

*Statutum cessionem bonorum prohibens non valet n. 39.*

*Cedens bonis non potest agere contra suos debitores etiã si in creditorem fraudem ad cessionem deuenerit n. 40.*

*Cedens bonis prosequi non potest litem actionis iniuriarum ceptam num. 41.*

*In cessione facienda an citandi sint omnes creditores nu. 42. & 43.*

*Ignominiosam cessionem faciens non amplius tenetur creditoribus etiamsi deuenerit ad pinguiorem fortunam num. 44. & cur num. 45.*

*Creditor quando possit conuenire debitorem cedentem in forma pudenda pro bonis postea quæsitis nu. 46, & quid in foro conscientiæ num. 47. & 48.*

## Cessio bonorum conceditur debitoribus ad carceres exeundos, vel euadendos. Cap. CVIII.

SEquendo materiam debitorum, qui creditoribus satisfacere difficillime possunt, alio
modo quã per saluos conductus, siue moratorias consuluit Imperator Alex. huiusmodi debitoribus, præsertim ijs, qui in carceribus detinentur, vel sibi imminet timor in illis intrudendi, Dum statuit in *l. 1. Et toto tit. C. de cessione*
1 *bonorum*, Vt cessis bonis creditoribus, molestari amplius in persona non possint debitores; Quod sanè remedium dicitur miserabile, &
2 flebile, vt probatur in *l. peu. & fin. Eodem tit. ac tradit Math. Brunus de cessione bonorum qu. p. sub num. p.*, Et qui Auctor subijcit miserabile, ac flebile verè dici remedium hoc, quia miserum
3 facit cedentem, Ei vix Interulam dimittendo, vt inquit *Bal. in all. l. fin. in princip. Vers. nota quod cessio. Rom. cons. 459. col. p. & Rol. cons. 7. num. 1. lib. 2.*
Porrò quod nudus potest dimitti debitor cedẽs
4 bonis, vt habetur in *l. cum. & filij. C. de cessione bonorum, Glo. in l. qui bonis, & Glo. fin. in l. peti ff. eodem tit. & Glo. in l. fin. § fin. in vlt. glo. ff. quæ in fraudem cred.*, Vbi habetur, quod cedenti bonis vsq; ad saculum, & peram auferri debet, & nihil sibi reliqui nec minimus denarius.
5 Contrarium tamen de AEQVITATE determinat *Bart. in d. l. peu. C. de cess bon. & Salyc. in d. l. p. col. 2. vers. Quæro 2. eodem tit. per Alber. &*
6 *Baldum dicẽtes quod saltem viles vestes ei dimittentur cum illæ etiam ad supplicium damnatis relaxen-*
7 *tur, l. Vinus ff. de bonis damnat. Ang. in d. l. cum, & filij, & in l. si laborante §. cum in eadem in fin. ff. ad l. Rhod. de Iact. quos sequitur Brun. all. tr. de cessione bonorum qu. princip. 3. sub nu. 9. vers. contrarium tamen*, Vbi post medium inquit istam opinionem AEQVITATE niti, *Rol. d. cons. 7. n. 18. lib. 2.*
Quippe alimenta etiam relinquenda esse huiusmodi cedenti bonis tenent Canonistæ in *cap. Odoardus de solut., & præsertim Abb. & Imola,*
8 Quam conclusionem veram esse declarat *Alber. in rubr. C. hoc tit. col. 2. vers. Canonistæ etiam n. 5.* In bonis post cessionem quæsitis, in quibus nõ est fraudandus alimentis quotidianis, iuxta *Tex. in l. qui bonis ff. de cess. bon. Brun. in all. qu. 3. nu. 9. in fin. & num. 16.*, Quamquam recepta non videatur sententia hæc à Legistis. Etsi alimenta verè reseruantur ei qui bonis cessis in bonis post cessionem quæsitis, cum huiusmodi cedens teneatur tantum ex bonis postea quæsitis versus creditores itaut non
9 egeat, & sic deductis alimentis *l. qui bonis ff. de cess. bonorum, & probat Apicella tr. de cessione bonorum tit. 3. n. 25. pag. 116. & sub nu. 74. pag. 126.*
Supplicatio autem debitoris carcerati, quòd relaxetur è carcere dimittendo omnia eius bona creditoribus suis, vel eius cui imminet periculum carcerationis ratione æris alieni con-
10 tracti est iuri, & AEQVITATI, consona vt tradit *Bal. in cons. 301. nu. 2, & 3. lib. 5;* Qui scribit huiusmodi cedentibus nõ inferri aliquam ignominiam, quæ in aliquibus locis, secundũ statutorum dispositionem inferri consueuit videlicet cedentem inducendo in locum pub-
11 licum illumq; populo ostendendo, Vel quod

ipse cedens percutiat renis columnam, Rol. all.
cons. 7. num. 15. lib. 2. & Apicella d. loco num. 24.
Huiusmodi etenim modus ignominiæ in hoc
Mediolani Dominio per speciale rescriptum
12 tollere consueuit Sen. Excellentiss. Dñi conce-
dit debitoribus, vt possint deuenire ad cessio-
nem bonorum citra formam pudendam, Vt
quotidiè videmus, modò debitor sit bonę qua-
litatis, Vxorem, & filios honestæ conditionis
habens, & præcedentibus de his informatio-
nibus, vt censuit Senatus die 2. Ianuarij 1599.
& est registratum decretum in nouissimis ad-
dit. ad Nou. Constit. fol. 46., Et summa cum
ratione, & AEQVITATE, Quia sicuti certum
est nihil vtilitatis accresci creditoribus per
formam pudendam cessionis bonorum, cum
non sit ex substantialibus cessionis, sed ex ac-
13 cidentalibus, vt colligitur ex ijs quæ notātur
in l. actoris ff. de procur. Bal. in all. cons. 301. num. 3.
lib. 5. Rolan. all. num. 7. Ita iuxta regulam quod
tibi non nocet, & alteri prodest, formam ipsā
pudendam cessionis tollere consueuit Sena-
tus,
Non autem absolutè in omnibus casibus admit-
tuntur debitores ad cessionem bonorum, sed
in multis eis denegatur huiusmodi remediũ,
14 Et primo nō competit eis pro debito ex causa
delicti, vt probat Aretin. in §. fin. col. 3. vers. Quæ-
ro an non tantum Inst. de action. Carpan. ad Stat. 408.
nu. 62. lib. p. Delictum enim impunitum, rema-
15 neret, quod non est admittendum vul. l. ita
vulner. §. pen. ff. ad l. aquil. Brun. dicto tr. de cessione
bonorum q. 9. q. 4. princip. num. 3. Non tamen pro-
16 cederet cōclusio, vbi ex causa delicti debitor
esset priuati, Quia tunc bonis cedere posse de-
bitorem tradit Boer. all. decis. 349 num. 8. quem se-
quitur Carpan. cit. cap. 408. nu. 69. lib. p.
17 Idem intelligitur de quocunq; debitore Fisci
qui per cessionem bonorum non liberatur eo
casu quo paupertas excusat, vt per l. sacrilegij §.
fi. ff. ad l. Iul. perul. probat Bal. in all. l. p. nu. 7. C.
18 qui bonis ced. possunt, Boss. tit. de captura num. 90, Si
tamen debitor esset Gabellarum non posset
vti benefitio cessionis bonorum, vt probat Cu-
mia super ritibus cap. 95. num. 47. quem sequitur
Carpan. all. statut. 408. num. 79.
Secundo bonis cedere non potest obligatus præ-
cisè ad factum, Vt in Scriptore, & similibus l.
19 stipulatio §. siue autem ff. de noui. operis nunciatiuè,
Vbi tamen promissorum habeat facultatem
faciendi; Quia propter impossibilitatem, te-
neretur tantum ad interesse, & sic cedere pos-
20 set, vt probat Bal. in l. p. num. 5. C. qui bonis ced.
poss. Carpan. ad statut. 408. num. 124. post Socin.
reg. 68. lim. 6.
Tertio non admittitur debitor ad huiusmodi
cessionem, quando à creditoribus non moles-
21 tatur; Quia cum huiusmodi remedium sit sub-
sidiatium ad euitandam molestiam Carcerum;
Cessante molestia creditorum cessare etiam
dicitur periculum carcerationis, & consequē-
ter cessionē bonorũ, vt probat Brun. cit. tr. de cess.
bon. qu. 7. num. 24. q. 4. princip.
Quod eo magis procedit ad euitandum absur-
dum, Nāq; vbi debitor, qui à creditore nō mo-
lestatur, admitteretur ad cessionem bonorum
22 magnum posset præiuditium parari crediro-
ribus in bonis, post cessionem à debitore quæ-
rendis, quod non est admittendum, vt post
Boer. decis. 349. col. 8. vers. si etiam debitor, probat
idem Brun. loco citato in fine; Vt .n. inquit Glo. in l.
p. C. qui bon. ced. poss. Verbo in eo enim, & pro-
bauimus supra. Bona ante cessionem quæsi-
23 ta integrè applicantur creditoribus; Bona
verò post cessionem quæsita, licet creditori-
bus quærantur vt supra diximus ex Salyceto;
Non tamen integrè quæruntur; Sed ex eis per
24 debitorem deducitur, tantum quantum sibi
sat est pro alimētis, ita vt non egeat; Et in bo-
nis huiusmodi possent per benefitiũ cessionis
creditores fraudari Alber. de Rosate in d. rubr.
C. qui bon. ced. poss. col. 2. in fin. vers. Item quæri-
tur, Vt post alios multos per eum relatos tradit
Rendin. in promptuario var. sentent. tit. 14. de ces-
sione bonorum num. 3.
Quarto benefitium hoc cessionis denegatur de-
bitori qui prius à creditoribus quinquenna-
35 lem, vel etiam minorem dilationē habuerit.
Tex. in l. fin. C. de cessione bonorum, & ibi Glo. Af-
flic. decis. 378, quos sequitur Brun. all. tr. de cess. bon.
qu. 20. nu. 31. qu. 4. princip. fol. mihi 86. à ter. Quem-
36 admodum etiam denegatur emphyteutæ, &
Feudatario qui cedere nequeunt in præiudi-
tium Domini directi. Socin. regula 68. fallent 2.
& 3. Carpan. ad d. statutum 408. nu. 120. cum seq.
lib. p.
Quinto excluditur ab hoc cessionis benefitio, is
debitor, qui sub spe cessionis bonorum, debi-
37 tum contraxit, ita probat Bar. in l. p. §. p ff. si quis
Testam. liber. esse iussus fuerit Brun. loco cit. q. 30.
q. 4. princip. per totum fol. mihi 104; Prout neq;
admittitur ad hoc benefitium debitor qui
38 bona omnia non indicasset creditoribus;
Quippe ea occultasset Gl. in l. p. vbi Bar. et Ang.
ff. eodem tit. de cess. bon. Ias. in § fin. col. 2. vers. An
autem qui cedit num. 8. Inst. de actionib. Et debitum
29 negans similis dicitur occultāti bona l. hæredi-
tatem §. fin. & ibi Castr. & Alexander ff. ad l. falcid.
Cui neganti debitum ideirco denegatur etiā
cessionis benefitium d. l. pen. & ibi Glo., & Bart.
ff. de cessione bonorum, Brun. q. 2. princip. num. p. &
30 qu. 5. princip. num. 2; Nisi tamen postea re inte-
gra illud fateatur, vt copiosè probat Rol. cons. 7.
num. 7. lib. 2. Apicella d. tr. sub num. 6. vers. etiamsi
negauit.
Deniq; non conceditur beneficium hoc cessionis
ijs debitoribus, qui dolosè egerunt, vel con-
31 trahendo debitum, etiamsi sciebant se non
esse soluendo, quādo induxerunt creditorē ad
contrahendũ Apitella d. tr. de cess. bon. sub nu. 29.
& num. 30. Secus si spontè, & proprio motu
contraxit cum eo creditor Castr. in l. etiam §. li-
cet num. 3 ff. sol. matr. Carpan. ad d. stat. 408. nu. 6. lib.
32 p., Vel bona sua in fraudem creditorem dis-
sipauit,

ſipauit, aut in ludo, ſiue Meretricibus conſumpſit, vt copioſè ſcribit *Brun. qu.28. qu.4. princip. num.1 cum ſeq. & qu.31. num.p.4.6. & 7.d.q.num. 4.princip. poſt Bal. in d.l.p, nu.4. cum ſeq. u.14. C. qui bonis C. de de re poſſ.*

Alios plures caſus, in quibus non conceditur beneſitiũ ceſſionis bonorum tàm ex diſpoſitio-
33 ne ſtat. Mediolani, quam iuris communis tradit *Carp. ad ſtat.408. num.43. cum plur. ſeq. par.p.* ad quem remittitur Lector, vt breuitati ſtudeamus.

An autem ceſſio ipſa bonorum ad quam deuentũ eſt poſſit reuocari diſtinguunt interpretes;
34 Vel enim id ſit re integra ideſt, ante bonorũ diſtractionem, & eam poſſe reuocari concludunt *Bar. in l. p. C. de ceſſione bonorum, & poſt multos decidit Capel. Telos deciſ.* 174; Aut actus eſt conſumatus, & res non eſt integra, & tunc pœ-
35 nitentia ſæradicitur, nec admittitur reuocatio, *Brun. qu. 14. princip. per totum*; Namq; cum ceſſio bonorum à lege introducta ſit ad beneſitium debitorum, ne ſcilicet in carceribus pro ciuili debito liberi homines marceſcant, Non debet in eorum odium retorqueri, quod ſequeretur ſi re integra ceſſionem reuocare non
36 poſſent modo parati ſint creditoribus integrè ſatisfacere *l. pen. & ibi Scrib. C. de pactis, Renidina all. tit. de ceſſione bonorum num.2. per totum, maxime in fin. & Coſta de re integra diſtinct.74. n.p.*

Quemadmodum huic beneſitio ceſſionis bono-
37 rũ non poſſe expreſsè renunciari per pactum, vel aliter diſtinguendo probat *Bal. in all. l. p. nu. 12. cum tribus ſeq. num.14. verſ. Et hac vera*, cum
38 nullitatis exceptioni, & ijs quæ contra bonos mores fiunt, renunciari non poſſit, *l. antique ff. ad Velleiana, & l. pactum ff. de pactis, Bal. loco relato num.13. Carpan. ad dictum ſtat.408. num.69. cum duob. ſeq. num. verò* 182. tradit quod ſi ſtatuto
39 prohiberetur huiuſmodi ceſſio non valeret ſtatutum ipſum,

Cedens verò bonis, ſicuti moleſtari vlterius non
40 poteſt à creditoribus; Ita neq; ipſe agere valet contra eius debitores etiamſi in creditorum fraudem ad ceſſionem deueniſſet *Brun. loco rel. qu.6. princip. num* 8. *quem ſequitur Carpan. ad d. ſtatut.* 408. *num.* 114. *vbi ſeq. num.* concluſionem ampliat procedere etiam in proſequtio-
41 ne litis captæ in actione iniuriarum quam proſequi nequit cedens bonis per Cumiam de ritibus magnæ Curiæ *cap.95. num.4, & Brun. qu.18. princip. num.2.*

Et in hac facienda ceſſione citandi ſunt omnes
42 creditores ſaltem ad quorum inſtantiam fuit carceratus debitor, vt tradit *Brun. qu. 10. princip. in princip. & num.4. licet ſecundum Papon. ſuis conſuetud. tr. de ceſſione* §. 71. *in princip.*, neceſſe
43 ſit omnes creditores citari facere *Carp. in all. ſtatut.408. num.166, & ſtatut.410. num.4. lib.p.*

Vbi autem ad ceſſionem vituperoſo modo deuenit debitor, amplius non tenetur verſus cre-
44 ditores, Etiamſi ad pinguiorem fortunam poſtea deueniat *Gloſ. in cap. ſicut dignum* §. *omnes inſuper in verbo ſi habeat de homicidio Guid. Papa ſing.* 343; Ignominia enim, quæ pœna corpo-
45 ralis eſt loco pecuniarij debiti ſuccedit. *l. fin. de in ius voc. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu* 183. *num. 22, cum ſeq. Aſſlict. deciſ. 379. num. 5.*

Vbi Vtſil. in fine dat cautelam ad hoc vt cre-
46 ditor poſſit conuenire debitorem ſic vituperosè cedentem, pro bonis aquirendis, quod slz. proteſtetur, quod de eius voluntate non ſit ceſſio hæc ſic vituperosè, *Carp. ad all. ſtat. num.* 408. *num.* 141. & poſt multos alios per eum relatos *Giurba ad ſtatuta Meſſanæ cap.2. glo.16. n.13.*
47 *par.p.* Vbi verſ. quid dicendum probat in foro iuditiali hoc procedere, quia in iuditio animæ tenetur hic vituperosè cedens ex bonis poſtea quæſitis ſatisfacere creditoribus *Molin. diſput.* 172. *num.9. Nauar. c.17. num.* 86. *& Griff. lib.2. deciſ.130. num. 7. p. p. deducto ne egeat, Lupus de*
48 *Vſuris coment. 4.* §. *4. num.64. & Craſſ. except.17. num. 8. & Apicell. citato tr. de ceſſione bonorum num.28. verſ. quam concluſionem Vbi ſeq. verſ.* ſcribit Clerico cedenti bonis, debere relinqui tot bona pro alimentis ne egeat.

Ceſſioq; bonorum operatur etiam ſolutionem compromiſſi ad quod prius deuenerat cedẽs, vt probat idem *Apicella num.* 74. vbi etiam inquit operari ſolutionem ſocietatis.

## SVMMARIA.

*Nouatio non inducitur niſi verbis expreſſis fuerit actum num. 1. Vel vbi ex coniecturis, & præſumptionibus eliciatur num. 2. & cur num. 3.*

*Expreſſum dicitur quod ex coniecturis, & præſumptionibus apparet num. 3. quæ euidentes, & vrgentes eſſe debent, & cur num. 4.*

*Nouationem induci ex incompatibilitate pactorum in Inſtrumentis contentorum num. 5. cum exemplo iudicis Authoris num. 4. & 50.*

*Pactorum incompatibilitas quomodo conſideretur nu. 6.*

*Interuſurij augumentum nouationem non inducit nu. 7. & 8.*

*Quando declaratio dicatur non autem nouatio num. 9. & 10.*

*Nouatio non ſit fauore dotis de Aequitate num. 11, & cur num. 12.*

*Dos non dicitur ſoluto matrimonio num. 13. & Vxore mortua dos amplius non dicitur, nec gaudet priuilegijs dotis num. 14. declaratur num. 43. & 44.*

*Dos conſtante matrimonio dicitur patrimonium mulieris, & ſoluto patrimonium filiorum, vel mariti in caſu lucri dotis num. 15.*

*Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æque priuilegiatum num. 16. & declaratur num. 48. 49.*

*Dos quibus in caſibus ſoluto matrimonio Priuilegia retinet remiſſiuè, et quibus non num. 17. 18. 19. 27. 28. 29, & 42, & quando non num. 18.*

*Hæreditas apprehenſa nulli reſtituenda non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium hæredis, & amittit priuilegia hæreditatis num. 20.*

*Dos recuperata à muliere cum onere reſtituendi alijs retinet nomen, & priuilegia dotis num. 21, 22, & 45, & cur ibidem, & num. 23.*

Dos

*Dos datur propter onera matrimonij, & plures fauores per liberorum procreatione consequtus num. 24.*

*Vxore mortua existentibus liberis dotis recuperatio ad maritocuius sit effectus num. 25. & 26.*

*Statuti Papiæ 125. in ciuil. dispositio num. 26.*

*Dos sine matrimonio stare non posse quomodo intelligenda num. 29. & 30.*

*Dos soluto matrimonio secundum communem vsum loquendi retinet nomen dotis, & venit sub dispositione statutorum num. 31.*

*Priuilegium dotis non soluta per mortem Vxoris an transeat in filios, & extraneos num. 32. 33. 34. 35.*

*Dotis priuilegia sunt personalia Vxoris num. 33.*

*Priuilegia dotis transeunt ad filios non iure hæreditario, sed filiationis num. 35.*

*Prælationis priuilegia licet cohereant personæ mulieris, & non transmittantur ad hæredes transeunt tamen ad filios num. 36.*

*Priuilegia personalia non transmittuntur ad filios, nisi quando ipsi sunt causa priuilegij num. 37.*

*Priuilegia competentia doti ratione personæ quibus competant hæredibus num. 38. 39. & 40.*

*Priuilegium tacita hypotheca ratione dotis transit etiã ad extraneos, & quomodo num. 41.*

*Dos soluto matrimonio antequam restituatur dicitur dos num. 42.*

*Promissionis dotis status non dicitur mutatus per solutionem matrimonij morte Vxoris, & cur num. 44.*

*Nouatio circa dotem in præiuditium mulieris fieri non potest num. 45. ampliatur in filio num. 46.*

*Tutor, & administrator non potest nouare in præiuditiũ pupillorum, sed quidem in vtilitatem num. 47.*

## Nouatio non consideratur fauore dotis quamuis alias inducta diceretur. Cap. CIX.



IMperatot Iustiniauns in *l. fin. C. de nouat. & in §. præterea Institution.*, quibus modis rollitur obligario animaduertens multas controuersias oriri circa nouationem inducendam inter contrahẽtes, statuit
1 in posterum non induci nouationem, nisi verbis expressis fuerit actum, Quam decisionem pluribus fundamentis comprobauit post *Gabrielem Mascardum, & alios Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 3. in princip. & Marescot. lib. 2. var. resolut. cap. 56. in princip. lib. 1.*
Quam tamen decisionem declararunt Scribentes, habere etiam locum, vbi ex coniecturis, & præsumptionibus eliciatur contrahentium
2 fuisse mentem nouandi, vt probat *Cagnol. in l. singularia num. 102. ff. si cert. pet. Afflict. decis. 44. num. 15. & post multos alios per eum relatos Menoch. lib. 3. præsumpt. 134 num. 36., ac Card. Mant. d. lib. 17. de tacit. & ambig. tit. 3. num. 13. cum seq., & Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de Nouation. resol. p. vers. secunda est opinio*, Vbi habetur ab hac opinione vti veriori, & AEQVIORI non esse recedendam, & ita fuisse decisum per Sacrum Concil. Neapol. *testatur Franch. decis. 15. num. 2.*
Eam adducunt decisionis rationem; Expressum sl. illud etiam dici quod ex coniecturis, &
3 præsumptionibus apparet ex doctrina *Bart. in l. Prætor ait ff. de operis noui nunciatione, quam rationem comprobant Afflict. decis. 44 num. 15 Osasc. decis. 142. nu. 11. & Mascard. de probat. concl. 1112. num. 18, & 22.*
4 Quas tamen coniecturas, & præsumptiones euidentes, & vrgentes esse debere docet *Alba cons. 68. num. 5, & sequitur Marescot. all. cap. 56. nu. 13*, Itaut euidenter appareat contrahentes voluisse nouare deueniendo ad nouum actum siue obligationem, vel primæ contrariam, vel saltem in aliquo primæ obligationi præiuditialem.
Vt superioribus mensibus considerabam in causa D. Beccariæ contra DD. Iugales de Albergatis Ticinenses, in qua D. Beccaria nulla facta reseruatione primæuorum iurium ratione residui dotis sibi restantis à D. Galinio eius sororio prædefuncto, deuenerat ad nouum contractum, in quo nouam dilationem concesserat debitori ad sibi soluendum debitum, Interim verò interusurium sibi solueret in maiori quantitate, quam primo loco fuerat conuentum, facta prius tamen renunciatione beneficij *Nou. Constit. in tit. de bonis in solutũ dandis.*
Hac enim stante præsettim beneficij renunciatione, quod primo loco sibi competebat, nouationem fuisse euidenter inductam pro absoluto habui, cum per huiusmodi renunciationem beneficio sibi in primo contractu cõperenti, præiuditium inferebatur primo contractui, & sic nouationem fuisse inductam vi-
5 debatur; Cum incompatibilia sint pacta in vltima conuentione apposita, & alia in primo instrumento contenta, & ita iudicasse *Rotam Romanam testatur Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. lib. 17. tit. 3. num. 13, quem sequitur Gratian. lib. 2. discept. forens. 290. num. 17. post Menoch. cons. 381. num. 32. cum seq.*
6 Quæ incompatibilitas, & diuersitas, consideratur non solum quando in totum fuit muratus contractus, sed etiam in parte, vt probat *Gabriel. cons. 170. num. 5. lib. 2. & Gratian. all. discept. forens. 290. num. 23.*
Ex quibus tolluntur, ea quæ ob augumentum interusurij non esse inductam nouationem
7 eleganter probat *Martius Medices examine 41. per totum præsertim num. 35, & decis. 67. præsertim num. 13, & num. 21. cum seq., & num. 28. 33. 35,*
8 *& 36.* Diuersa enim valde est consideratio augumenti interusurij, à renunciatione beneficij dandi bona in solutum, vt de se patet, Maxime verò quia sicuti in eo casu fideiussor obligatus erat, ex primo contractu ad damna, ita obligatus, etiam dicebatur ad cambia, & recam-
9 bia in secundo contractu sine eius præsentia facto inter creditorem, & debitorem, Quia in secunda obligatione, partes declararunt, non

noua-

10 nouari, ad rem *Marius Muta decis. 33. num. 24. & idem Medices loco relato num. 15.*

De AEQVITATE nihilominus fauore dotis
non fit nouatio, vt copiosè tradit *Gratian. lib. 3.*
11 *discept. forens. cap. 509. num. 13. cum seq., Martius Medices decis. 66. nu 62. cum seq.* Cum dos multa
12 habeat priuilegia, *D. Sen. Bellonus tr. de his, quæ incontin. fiunt c. 160, præsertim nu. 2. lib. 1. & amplè Amator. Rodriquez in tr. de priuileg. credit. par. p. art. p. num. p. cum seq. plur.*

Qua stante indubitata conclusione, duo adhuc
obijciebantur D. Beccariæ, Alterum scilicet
non agi hic amplius de dote, cum iam diù
13 mortua esset vxor; Soluto verò matrimonio
non dicitur dos *l. 3. ff. de iure dotium, Anchar. cons. 150. num. 4, & post alios Barbosa in quarta parte Rubr. ff. sol. matr. num. 13. circa medium, & in puncto Magon. decis. Lucensi 46. num. 31.*

Mortua enim Vxore dos ad filios, & hæredes
14 spectat, nec idcirco amplius dicitur dos, nec
gaudet priuilegio dotis, vt latè declarat *Bal. Noueli. de dote par. 11., & nouissimè defendit Gratian. lib. p. discept. forens. 185. num. 11.*

Dos enim constante matrimonio dicitur patri-
15 monium Mulieris, Eo autem soluto dicitur
patrimonium filiorum, vel mariti in casu quo
Vir lucretur dotem, vt Papiæ, vel hæredum, vt
probat *Castr. cons. 11, nu. 2, vers. Item dicere lib. p.*

Alterū verò est (dato citra veri præiuditij, quod
adhuc ageretur de dote) cum DD. Iugales de
Albergatis, & ipsi agant de dote obstare vide-
16 tur D. Beccariæ, ea iuris regula, quod priui-
legiatus nō possit vti priuilegio aduersus eque
*Priuilegiatū de qua copiosè Menoch. cons. 52. nu. 41. cons. 100. nu. 284. cons. 242. nu. 18, et cons. 680. nu. 38, ac cons. 813 num. 15.*

Primum tamen obiectum sublatum videtur per
Additionem eiusdem *Magonij, ad decis. 46. lit. C.*
17 vbi multos adducit casus, in quibus dos etiam
dicitur soluto matrimonio, & priuilegia obti-
net dotis, & præsertim quando supersunt filij,
vt hoc in casu, de qua conclusione copiosissi-
mè scripsit D. Ludouicus Somascus Eruditis-
simus Aduocatus D. Beccariæ in sequenti ce-
dula.

*Christi, ac B. V. Nominibus inuocatis.*

IN proposita quæstione an, & quando dos re-
tineat, vel amittat nomen, & priuilegia do-
tis, non est cōsiderandum iuditio meo an ma-
trimonium sit solutum morte viri, an morte
vxoris, sed inspiciendum est, an dos sit exacta
à marito, an verò sit exigenda.

Et si est exacta, tunc considerandum est, an mu-
lier prædecedat marito, an verò maritus post
vxorem viuat.

Et in primo ex dictis casibus videndū est an dos
sit restituenda alteri, an remaneat apud mu-
lierem, vel maritum superuiuentem.

His ante oculos habitis, dico quod si dos est
exacta, & nemini est restituenda, sed remanet
alterius eorum superexistentium viz. vel ma-
riti, vel mulieris superuiuentis, tunc admitti-
mus, dotem amittere nomen, & priuilegia do-
18 tis, quia fit patrimonium illius pęnes quem
ipsa bona, vel pecuniæ datę in dote remanent.

Si verò dos sit adhuc exigenda, vel exacta sit al-
teri restituenda, tunc semper retinet nomen,
19 ac omnia eius priuilegia, donèc sit exacta, vel
exacta donec sit restituta, siue mulier præde-
cedat, siue vir.

Hanc distinctionem firmo ex dictis per Docto-
res communiter in *rubr. ff solut. matrim. vbi signanter Ias. nu. 7. 8. & 9. & in l. 1. num. 9. vbi etiam Dec. num. 18. C. Vnde vir, & vxor.* Ad quæ pro-
banda vtuntur hac similitudine viz.

Sicut hæreditas appræhensa per hęredem, & nul-
li restituenda, nō dicitur amplius hæreditas,
20 sed proprium hæredis patrimonium, & tunc
amittit omnia priuilegia competentia hæ-
reditati, vt est petitio hæreditatis, quæ am-
plius hæredi non competit, sed rei vendica-
tio, & alia remedia, & sicut, si hæres appræ-
hendiderit hæreditatē, & bona hæreditaria,
& tenetur alijs restituere, puta per fideicom-
missum, adhuc dicitur hęreditas, & etiam post
aditionem hæreditatis retinet nomen hære-
ditatis, & fideicommissaria hæreditas appel-
latur; Ita etiam, quando dos est exacta, & vni-
ta cum alio patrimonio vxoris, si quod habet,
tunc non est amplius dos, sed patrimonium
mulieris, ac cum nomine perdit, & ius, & pri-
uilegia dotis; & est alienabilis; At quando
dos recuperatur à muliere cum onere alij res-
21 titueudi, puta liberis post eius mortem vigo-
re pacti, vel statuti tunc retinet nomen, & pri-
uilegia dotis, ad effectum vt illud onus im-
pleatur, & donec est implendum semper est
dos.

Ecce igitur quòd isti DD. in hac quæstione cum
pluribus alijs sequitur à *Ruger. cons. 26. nu. 5. & 6. lib. 2, et Mantica de tacitis lib. 12. tit. 1. num. 14,*
22 dicens non cessare nomen, & priuilegia dotis,
donec fuerit mulieri, vel hæredibus restituta,
vel filijs, quia per mulierem est restituenda,
*Idem tit. 4. num. 10.* dicens, quod antequam dos
sit restituta retinet nomen dotis, & si vxor de-
cesserit relictis filijs retinet adhuc nomen do-
23 tis, quia oneribus matrimonij præteriti de-
seruire intelligitur, & ideò dicunt *Soc. Sen. cons. 9 num. 13. lib. 1. & Soc. iun. cons. 35. num. 6. lib. 1.*
quod cum dos detur propter onera matrimo-
24 nij, inter quæ sunt liberi, & ipsorum educatio,
ideò dos pro liberorum procreatione pluri-
mos fauores consequitur.

Cum ideò in casu nostro mortua vxore in matri-
monio, existētibus liberis eiusdem matrimo-
nij patris officium sit recuperare dotem non
solutam, tum, vt vsufructo eo viuente fruatur,
tum vt apud eum remaneat ad commodum
25 filiorum, vt dicit *Mantica de tacitis lib. 11. tit. 8. num. 23.* scilicet vt post eius mortem proprie-
tatem dotis restituat filijs iuxta nostrum Stat.

in

26 in ciuilibus 1a1. vbi Tort.num.5. 55.61.& 68.cum ſeq. Negnſ.Inu.quaſt.480.num.12.ſequitur quod donec fuerit exigenda, vel exacta fuerit impletum onus reſtitutionis ſemper retinebit dotis nomē,& priuilegia, quia numquam adhuc eſt effectum patrimonium alicuius; Non Matris quia eſt mortua in matrimonio, non Patris, quia non eſt exacta, & etiam ſi fuiſſet exacta non eſt patris patrimonium, quia habet ſolum vſufructum, non filiorum, quia non eſt eis reſtituta.

Prædicta etiam diſtinctio ellicitur ex Soc.Sen.cōſ. 121. poſt num.9. 10. & 11. lib. 1. Dicens, aut ſumus in tempore antequam dos ſit reſtituta,
27 & tunc non viro, ſi ſolutum fuit matrimonium, vel adita fuerit hęreditas mulieris, vel non, nam omni caſu procedunt illa, quæ dixit num.6. & 7. Scilicet quod ſemper dicitur dos; Aut dos eſt verè, ac virtualiter reſtituta mortua muliere hæredibus mulieris, & tunc
28 non dicitur amplius dos, vel res dotalis, nec gaudet amplius beneficio,& priuilegio dotis, quia vt dixit num. 6. eſt factum proprium patrimonium eius, cui fuit reſtituta, & idem cōſ. 147. num. 3.4. & 5. eodem lib. 1. Dicens quòd
29 licet dos non poſſit ſtare ſine matrimonio, id tamen verum eſt, intelligendo de matrimo-
30 nio præſenti, vel præterito, vnde cenſetur ſemper ad dotis reſtitutionem habere priuilegia dotis, non ſolum in perſona mulieris, ſi viuit, ſed etiam in perſona hæredum mulieris, & poſtea loquens de dote adhuc non reſtituta, format tres caſus, ex quibus concludit quod ea non reſtituta, adhuc durat dos, ad quam filijs competit actio.

Præterea poteſt etiam dici, quod etſi dos fuerit reſtituta, Nihilominus etiam ſoluto matrimonio dos ſecundum communem vſum loquendi retinet nomen dotis, & ſub dotium diſpo-
31 ſitionibus etiam ſtatutarijs continetur Caſtr. in rubr. ff. ſol. matrim. nu.2. cum alijs per Ruger.conſ. 26.num.7.lib.1.citatis.

Alio etiam modo dictæ quæſtioni ſatisfieri poteſt ex Theſaur. Inn. lib.1. quaſt. forenſ. 5. qui videtur decidere hunc noſtrum caſum ad fauorem D. Beccariæ, dicens quòd aliqui volunt, priuilegium dotis non ſoluto marito, ſoluto matrimonio per mortem vxoris, non tranſire
32 in filios, nec alios extraneos hæredes, quia nō
33 eſt amplius dos, & dotis priuilegia ſunt perſonalia vxoris; Aliqui verò dicunt contrariū, Alij autem diſtingunt inter hæredes ſuos, & extraneos, vt ad ſuos eiuſdem matrimonij
34 tranſeant priuilegia ad extraneos verò non,& hæc eſt diſtinctio Accurſij, vt vbi per eum; Hāc diſtinctionem ſequitur Gratian. diſcept. 143. nu. 44. dicens quod quamuis mulier non habeat ſuos hæredes, tamen non fit tranſmiſſio iure ſanguinis ex potentia ſuitatis, Quare priuilegia tranſeunt ad filios non iure hæreditario,
35 ſed filiationis ſic; & Bald. in l.1. ſub num.2. verſ. & non ex prædictis priuilegijs ff. ſol. matrim. dicit quòd priuilegia prælationis, licet, cohereant
36 perſonę,& oſſibus mulieris eſto quod nō trāſmittantur ad hæredes tamen tranſeunt ad filios eiuſdem matrimonij, & nu.3.notant, quod priuilegia perſonalia non tranſmittuntur ad
37 filios, niſi quando filij ſunt cauſa priuilegij, vt l. dabimus ff. de priuileg. cred. l. non ſolem. §.ſi. puella ff. de ritu nupt.l.1. ff. de priuil. dot., & dicuntur eſſe cauſa priuilegij, quia ſunt onera matrimonij.

Verum quidem eſt quòd Theſ. poſt num. 4. dicit, quòd dicta diſtinctio videtur contra verba legum per eum citatarum num.1.cum ſeq. Vnde ipſe cogitabat, an dici poſſet, quod aut ſumus in priuilegijs quæ doti competūt ratione per-
38 ſonę, & illa non competunt hæredibus, vt eſt actio de dote, de qua loquitur Tex. in d. l. vn.C. de priuileg. dot. Aut verò de priuilegijs competentibus non perſonæ mulieris, ſed rei, & doti ipſi, vt hypothecę priuilegium,& ſimilia, & tunc ad omnes hæredes tranſit.

Sed Theſaurus loquitur contra dictam diſtinctionem Accurſij, & Interpretum, qui intelligunt dictam legem vnicam in hæredibus ex-
39 traneis, vt slz. in eis non tranſeat priuilegium actionis de dote.

Quare iuſta eum ratione Senatus Pedemontanus
40 in facti contingentia, vt dicit idem Theſ. ſequutus fuit dictam communem diſtinctionē, vt priuilegia dotis ad hæredes ſuos tranſeant eiuſdem slz. matrimonij,& ad eorum deſcendentes, non autem ad extraneos, Imò de extraneis notat Theſ. quod etiam ad illos tranſi-
41 ret priuilegium tacitæ hypothecæ, de quo in in lege aſſiduis C. qui poſt in pign. hab. vbicunq; ex pacto, aut ſtipulatione dos debet reſtitui hæredibus mulieris, quia virtute pacti, & ſtipulationis attenditur priuilegium.

Ex quibus omnibus apparet quod Additionator ad Magon. deciſ. Lucenſ.46. in finali addit. benè dixit, quod ſoluto matrimonio antequam dos reſtituatur, dicitur dos, Imò ſi fuerit reſtituta,
42 & adhuc debeat alij reſtitui, retinet nomen dotis.

Et quod dictum eſt in eadem deciſ.nu.31. ex Natta conſ.29. num. 9. quod fauor dotis conſideratur quando mulier agit ad dotem, cui iura fauent ad reconciliationem matrimonij, Secus ſi ea mortua, alter agit, quia non dicitur amplius dos, hoc inquam intelligendum eſt, quando
43 alter, Ideſt hæres extraneus mulieris agit, ad dotem, non autem, quando dos eſt reſtituenda filijs vti ſuis, Nam hoc caſu patet poteſt agere ad dotis reſtitutionem, pro illius conſeruatione ad commodum filiorum; quos alere tenetur, cum ſint reliquiæ onerum matrimonij, vt notabiliter deciſum fuit cauſa matu-
44 rè diſcuſſa per Rotam deciſ. 10. penes Gales. de oblig. Camerali, vbi non poteſt dici mutatus ſtatus promiſſionis dotis ex eo, quod per mortē vxoris ſolutum fuit matrimonium, quia cum dos fuerit promiſſa marito, ſi diſſoluto matrimonio,

strimonio, non est adhuc soluta, ei competit actio, prout prius etiam competebat viuente vxore, præsertim durantibus oneribus matrimonij per existentiã liberorum, ad quos pertinet dos, & eis est restituenda, quam tamen potest illam penes se retinere propter vsufructuum in ea vti patri, & legitimo administratori debitum.

Cum ergo priuilegia dotis competentia mulieri transeant in filios iure suitatis, firma remanent pro D. Beccaria adducta in prioribus scriptis ex *Medices decis. 66. num. 62. cum seq. & Gratian. discept. 509. num. 13. & 21.*, quod slz. dos sit ita priuilegiata, vt circa eam nulla pos-

45 sit fieri nouatio in præiuditium mulieris, ita vt si Actio doris nouetur, & mulieri sit aliquo modo inutilis, vel damnosa poterit redire ad primæuam actionem adhuc non extinctam, & ideò idem dicendum sit ad fauorem filiorum,

46 in quos transeunt priuilegia matri competẽtia, dum viuebat, & pater non potuerit facere pactum nouans actionem dotis, & eius antelationem, & priuilegia in præiuditium filiorũ, *Marius Muta decis. 33. num. 26. & 27*, vbi ducit argumentum à dote, in qua nunquam nouatio facta videtur, nisi expediat doti, ita etiam Tu-

47 tor, siue Administrator, non potest nouare in præiuditium pupillorum, licet possit in eorum vtilitatem; Quod vtiq; argumentum est satis ad propositum nostrum, quia etiam D. Beccaria, vti Pater, & legitimus Administrator filiorum non potuit facere nouationem in præiuditium priuilegiorum dotis, quæ est filiorum eiusdem matrimonij, & ideò potest excipere de nouationis (quatenus adesset, quod tamen perpetuo negamus) nullitate, vt dicit *Muta d. decis. 33. num. 29.*

Et minime sunt habenda in consideratione, quæ dicuntur per partem aduersam de diuersitate casus *decisionis 67.* Medicei à nostro casu, Non enim adduximus decisionem Medicei, vt eius e. sus decidat nostrum, vti similis, sed quia auctoritates, rationes, & fundamenta, quę pro decisione sui casus scripsit, satis eõueniunt, & adaptantur casui nostro, quia sunt fundamenta generalia, & quę in iure subsistunt, ideò possunt ad aptari secundum Ludouicus Somascus casuum contingentiam.

Prout secundum obiectum tollitur etiam eo ipso

48 quod Priuilegiatus agit de damno euitando, non de lucro faciendo, vt in hoc casu, atq; vbi

49 Priuilegiatus in specie agit cõtra Priuilegiatum in genere, Quia tunc, vti eo potest, vt copiosè scribit idem *Menoch. cons. 52. nu. 43. & cons. 447. num. 37. cons. 680. num. 44. & cons. 764. n. 13.*

Et ita iudicaui mense Nouembris 1635. fauore

50 D. Beccariæ, non fuisse scilicet factam nouationem in præiuditium dotis sibi adhuc debitæ; Quamuis eo quia non probauerat bona de quibus agebatur, fuisse in bonis Galinij, qui dotem promisserat, & sic hypothecata pro dote ipsa, Declaraui in eorum possessione esse manutenendam Vxorem D. Albergati.

*SVMMARIA.*

*Statutum Papiæ 98. in ei milibus declaratur num. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 9. 17. 33. 56. 63. 64. 65. num. 1.*

*Mulier adeundo hereditatem dicitur quasi contrahere cum creditoribus, & legatarijs num. 2. & 41.*

*Mulier in quibus casibus contrahere possit siue consensu Viri remissiuè num. 6. 7. & 8.*

*Authoris iudicatum pro Marchione Bellisomo num. 9.*

*Mulieres omnes propter infirmitatem consilij in potestate Tutorum esse voluerunt maiores num. 10.*

*Mulier habens maritum bannitum, vel condemnatum ad triremes, vel perpetuos carceres reputatur vidua, & cur num. 11.*

*Eiq; competit priuilegium viduis concessum num. 12.*

*Mulier quæ fecit diuortium cum marito gaudet beneficio Viduis concesso num. 13.*

*Mariti longa absentia mulierem extra casum statuti constituit num. 14.*

*Ex propria culpa, & negligentia lucrum quis consequi non debet num. 15.*

*Comparatio litterarum an probetur scriptura manu scripta Patris num. 16.*

*Statuti prohibentis contractibus mulieri maritatæ siue consensu Viri, & duorum attinentium quæ sit ratio num. 17. & 26.*

*Mulier ante reuocationem adita hereditatis prætextu solemnitatis statuti non adhibitæ restituere debet res occupatas num. 18. Ampliatio in Eccles. num. 19.*

*Mulieri non subuenitur nisi fuerit decepta num. 20.*

*Geminatio actus eum magis confirmat num. 21.*

*Hereditas solo animo aditur per actus qui citra nomen heredis fieri nequeunt num. 22.*

*Voluntas facto probatur num. 23.*

*Heres semel nõ potest amplius desinere esse heres n. 24.*

*Iudex omnia subtiliter rimari debet num. 25.*

*Statuti dispositio habens duas rationes finales impulsiuas vna cessante non cessat statutum num. 27.*

*Mulieres dicuntur consilij fragiles, & contra propria commoda laborantis num. 28.*

*Sagatitas, & prudentia mulieris probandum qui si fundat in ea num. 29. & an ea excuset ab obseruatione statuti num. 30.*

*Argumentum à cessante ratione procedit ex legis interpretari num. 31.*

*Littera dicitur quæ potest videri, & oculo corporeo legi num. 31.*

*Statutum loquens in casu verò non extenditur ad casum fictum num. 32.*

*Maritus absens absentia propinqua debet expectar pro obseruatione statuti à muliere num. 33.*

*Fæmina quo ad iuris ignorantiam æquiparatur rustico, & minori num. 34.*

*Mulier fragilitate propria non culpa dicitur decepta num. 35. & 36.*

*Debitor animaduertere debet an is cui soluit sit verus creditor, vt liberationem consequatur num. 37.*

*Hereditatis aditio nulla à principio confirmari non potest num. 38.*

*Ratificatio siue confirmatio requirit ea quæ sunt necessaria in primo actu num. 39. & 50.*

*Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis num. 40.*

Debitor

*Debitor soluens hæredi non facta perquisitione cum quibus conditionibus sit hæres non liberatur num. 42.*
*Liberatio sine mandato sufficienti est inefficax num. 43.*
*Periculum vbi maius est plenius est prouidendum n. 44.*
*Probatio debet de necessitate concludere num. 45.*
*Aditio ipso iure nulla potest impugnare ab eo qui adijt num. 46.*
*Nullum quod est, nullum iuris effectum parit num. 47, & 54.*
*Nulitas non includit in se iniustitiam num. 48.*
*Nullitatis scientiam non habentis ratificatio nihil operatur num. 49.*
*Confirmatio actus nulliter gesti non datur, vitio in confirmatione perseuerante num. 51.*
*Geminatio non operatur nisi circa illud quod validè fuit gestum num. 52.*
*Taciti minor virtus est quam expressi num. 53.*
*Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum num. 54.*
*Aditio secum trahit obligationem num. 55.*
*Pro actu semper est iudicandum, donec contrarium probetur num. 57.*
*Viro ad inopiam vergente triplicem ipso iure actionem mulieri competere ad dotis restitutionẽ n. 58, & 59.*
*Muliere non traditur libera dotis dispositio per contingentem casum lucri dotis num. 60. transfertur tamẽ dominium, & libera administratio num. 61.*
*Separationis iudicio pendente, vel terminato competũt remedia ad dotis restitutionem de quibus num. 62.*
*Cessante ratione, cessat statuti dispositio num. 65.*
*Mulier potest renunciare S. C. Velleiano num. 66.*
*Bannitus amittit omnia benefitia statut. Ciuitatis, licet non amittat benefitium Iuris Ciu. num. 67, & quando non num. 68, & 69.*
*Bannitus tanquam miles non potest impunè offendi n. 68.*
*Tolerantia, vt bannitus non amittat Iura Ciuitatis quanam sit num. 69. 70, & 71.*

## Statutum disponens, ne, Mulier maritata ad aliquem contractum deueniat, nisi adhibito consensu Viri, & duorum attinentium, locum an habeat, Quando Mulier viuebat separata, à Viro, capitaliter bannito, & Mulier erat sagax &c. Cap. CX.



Tatuto Ticinensi 98. in ciuil. cauetur mulierem maritatam, non posse aliquo modo alienare, vel se obligare sine Viri, & duorum attinẽtium consensu; Dubitari contingit, an statutum ipsum compræ-
1 hendat actus obligatorios, quos non cum aliquo, sed coram Iudice ex se facere potest mulier maritata, ad quos sine Viri, & attinentiũ consensu deuenit, Vtpote hæreditatis aditio coram Iudice facta.

Et quia mulier adeundo hæreditatem dicitur
2 quasi contrahere, cum creditoribus, & legatarijs §. *hæres quoq; Inst. de obligationibus, quæ ex quasi contractu. l. apud Iulian § fin. ff. ex quibus causis in possess. eatur Ias. in l. 1. n. 109 ff. de leg.*, In sta-
3 tuto contineri etiam huiusmodi actũ aditionis videtur, vt expressè tradit idem. *Ias. in §. omnium num. 36. & seq Inst. de actionib.*

Contrarium tamen vti AEQVITATI, magis consonum verius esse puto, Tum quia vt pluti-
4 mum hæreditatis aditio, vtilis mulieri existimatur, Et licet accidentaliter damnosum, finẽ sortiri possit huiusmodi adhitio, non per hoc actus ille sui natura proficuus, & vtilis mulieri licet tractu temporis damnosus effici possit; vt inutilis, & damnosus non est extimandus, sed proficuus, & vtilis, quo casu non habere locum statutum decidit, *Bald. in l. neq; C. de contrah. & committ. stipul. Tiraquel. in tr. de legibus connub. in glo. 6. nu. 56 & 76, Menoch. de præsumpt. lib. p. præsumpt. 6. num. 16. & Galia in consuetud. Alexan. Verbo legare, qu. 7.*

Tum quia in specie quod casus hic aditionis hæreditatia sit statuto exclusus probat *idem*
5 *Ias. in l. more nu. 33. vers. in contrarium ff. de acquir. hæred.* vbi hanc sententiam communiter, essẽ approbatam, & receptam tradit; Hanc eandẽ sequitur *Tiraquell. d. tit. de legibus connub. in glo. 3. num. 111. Menoch. cons. 196. nu. 22, Granuc. Theor. 25 num. 35, quos sequitur Tortus ad d. statut. 98. nu. 56., Vbi post Carpan. ad statut. 328. à num. 50. vsq; ad num. 58*, multos tradit casus, in quibus mu-
6 lier maritata potest contrahere sine consensu Viri, & propinquorum, *Prout seq. num. 61. per l. cum hæres ff. de acquir. hæred.* tradit ab hoc statuto pariter excludi, mulierem habentem Virũ
7 furiosum *Ruin. cons. 145. num. 4, Numero verò 65.*
8 idẽ procedere affirmat, si maritus diu abest, & ignoretur vbi sit, post *Costam tr. de iuris, & facti ignor. distinct. 78. num. 4. cent. 2*; Plures alios casus non comprehensos in statuto tradit *Carpan. ad d. statut. 328, num. 280, vsq; ad nu. 312. post Alex. cons. 105 num. 11. lib. 4, & Gabrielem cons. 161. nu. 17. cum seq. lib. 1.*

Et ita iudicaui, Ticini mense Nouembris 1635.
9 fauore D. Marchionis Bellisomij contra D. Drusianam Fiambertam, quæ postquam fratris hæreditatem adiuisset, eamq; per multum tempus retinuisset; Contendebat ab illa se abstinere, & eam repudiare vti sibi damnosam eo sub prætextu, quod in aditione adhibitę non fuissent solemnitates dicti statuti 98, quæ repudiatio in euidens damnum creditorum hæreditatis resultabat.

Namq; cum casus ipse à statuto exclusus videretur; Maiorem AEQVITATEM vigere videbatur pro creditoribus hæreditarijs, quam pro ipsa hærede, quæ diu bonis hæreditarijs gauisa fuerat, & ad sui libitum de ijs disposuerat, idest de mobilibus, & se mouentibus, Et quæ idcirco callide egisse dicebatur; Cum maximè illa notoriè esset prudens, & sagax mulier, quippe Virago, & sic non computari diceretur in ijs, de quibus loquitur Cicero pro

Matena,

Murena, dum ait, Mulieres omnes propter infirmitatem consilij, in tutorum potestate esse voluerunt maiores, Sed potest connumerari inter eas, de quibus loquitur *Valer. Max. lib.6. c.7. de fide Vxoris, ac Diuus Ambrosius lib. 2. de Virgin. Farin. qu.30. num. 118, & qu. 131. num. 160, ac qu. 32. num.79*, Atq; copiosissimè verba facit *Boadil. lib. 3. C. 15. num. 130. p. 2.*

Et quia prius motiua excitaueram in ea causa, illa, cum responsionibus in Aduocatorum in quibus plures excutantur iuris articuli hic subijcere statui ad commodiorem vsum Fori.

*Inter D. Drusianam Fiambertam, & D. Marchionem Belisomium.*

QVamuis ex difusè scriptis in hac causa sublata videatur omnis hæsitatio, Considero tamen, quòd finalis causa statuti 98. disponentis ne mulier maritata possit alienare, vel se obligare, nisi accedente consensu Viri, & duorum attinentium, Vel in eorum defectu duorum vicinorum; Ea esse videtur ne blanditijs Viri seduci possit mulier, Vel in eiusdem præiuditium quicquam agere ex se.

Si verò rectè perpendantur circonstantiæ concurrentes in casu, de quo agitur dum D. Drusiana notoriè prudens, & sagax, vt de facili in hoc multos masculos superet, Virum habens capitaliter bannitum ob carceris fracturam, dum in ijs asseruabatur ad querelã etiam eiusdem D. Drusianæ: cum aliquo non contraxit, vt vel bona alienaret, vel se ad aliquid obligaret, Sed coram Iudice comparuit, & aditionẽ hæreditatis fratris, prima facie satis opulentæ confirmari impetrauit; Vtiq; quod actum illũ fecisse dicitur, ad quem omnis diligẽs paterfamilias deuenisset, de quo minime loqui statuentes voluerunt; Cum ratio statuti in eo nusquam militaret, vt de se patet.

Mulier enim habens maritum bannitum, vel condemnatum ad triremes, vel perpetuos carceres, reputatur ac si vidua esset, quia inutilem
11 Virũ habere dicitur *Gl. sing. in l. vlt. verbo orbitates C. ad l. Flau. de Plagiar. & ibi Bar. Alex. cõs.* 104. *col.2. lib. p.* Eiq; priuilegium Viduis concessum
12 competit, vt docet *Bal. in l. is qui pro emptore col. 33. vers. adde ff. de Vsucap.*, *latissimè Cotta in memoriali verbo Vidua, Couarru. pract. q. cap. 7. nu. 2. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 666. num. 9.* Et sic contrahere eo casu potest mulier, ac si maritũ nõ haberet, vt post *Bal. in cons. 399. lib. 3.* probat *Lamberteng. de contract. glo. 8. verbo mariti nu. 31. fol. mihi 268, Petr. Gregor. lib. 11. Sint. Iur. par. 2. tit. 4. de potestate mariti in vxorem num. 22, 24, & 26.*

13 Prout dicitur de ea quæ diuortium cum marito fecit, quæ gaudet beneficio Viduis concesso *l. Vnica C. quando Imper. inter Viduam, & pupillum idem Grattan. lib. 3. discept. 406. num. 6.*

Præterquod longa absentia Viri constituit mu-
14 lierem extra casum statuti, vt in nostris terminis probat *Bal. cons. 488. lib. p. & cons. 393. lib. 5. quem sequitur Costa de facti scientia, & ignor. distinct. 78. num. 4. cent. 2. quos sequitur Tortus ad d. stat. 98. nu. 65, faciunt tradita per Seu. Bell. lib. p. de his, quæ incont. fiunt cap. 4. nu. 2, post Crau. cons. 12. num. 4.*

Additur etiam quod quatenus D. Drusiana admitteretur ad repudiationem hæreditatis sub prætextu inobseruantię dicti statuti; Ex propria culpa (ne dicam dolo) & negligentia lucrum consequeretur D. Drusiana contra dis-
15 positionem *l. pupillus ff. quæ in fraude cred. & l. non fraudantur §. nemo ex suo delicto ff. de reg. iuris, Menoch. remed. 7. recuper. num. 20. ac cons. 75. nu. 7, & scripsi Ego in tr. de AEQVITATE cap. 88. nu. 8, & 29.*

Nam dum Iudicẽ adiuit vt confirmationem additionis obtineret prout obtinuit; Tenebatur ipsa solemnitates statuti obseruare, Non enim Iudex ad id debebat animaduertere minusq; creditores hæreditarij id peragere poterant, quos non monuit D. Drusiana de eius aditione, vt in simili distinguendo considerat *Natta*
16 *in repet. Auth. Quod sine num. 15. C. de testament.*, dum loquendo de comparatione litterarum, an per eam probetur scripturam manu Patris fuisse scriptam, distinguit inter apocam scriptam inter partes quæ eam solemnem fieri curare tenebantur, Et Epistolam ab vno ad alium absentem scriptam, Et sic vel negligenter, vel dolosè id omisisse, Ergo &c.

Quam negligentiam siue culpam fateri videtur Egr. eiusdem D. Drusianæ Aduocatus in nouissima iuris allegatione vers. Dicimus adhuc ibi, Debebat igitur D. Drusiana requirere consensum Viri, qui si renuisset, consentire sine causa, Iudex declarasset, sine illo posse fieri aditionem.

Si etenim cum aliquo contraxisset, huiusmodi omissio posset ei imputari, cum ea contrahenti; Cum contrahens cum muliere teneretur benè animaduertere, an solemnitates legis etiam municipalis essent adimpletæ, Secus autem dicendum est quando mulier cum aliquo non contraxit, sed ipsa sola à Iudice prouisionem obtinuit.

Quod autem statutum fundatum sit super mulieris fragilitate, vt supponitur ex parte D. Drusianæ, Et consequenter semper militet illa ratio, tàm præsente, quàm absente Viro; Puto à veritate hoc esse alienum, Quandoquidem, cum statutum loquatur de contractibus, & obligationibus à mulieribus maritatis tantum suscipiendis, Permittendo, vt aliæ mulieres se obligare valeant omissa huiusmodi solemnitate, Certo certius habetur, non sexus fragilitatem, sed mariti blandimenta potius versus Vxorem, vel vxoris reuerentialem metum
17 erga maritum in consideratione habuisse statuentes faciunt tradita per *Gratian. lib. p. discept. 108. num. 14. & 25.*

Et quatenus ob sexus fragilitatẽ ad statutũ ipsũ

fuisset deuentum (quod omninò tamen negatur) Adhuc fragilitas hæc exclusa diceretur in D. Drusiana stātibus eiusdem notorijs qualitatibus mulieris, slz. sagacis, scientificæ & in rebus gerendis versatissimæ; Et sic limitata in ea diceretur regula ipsa.

Et eo fortius id declaratum esse videtur, dum D. Drusiana ad alios plures deuenit contractus (vt supponitur) sine statuti solemnitate cum vtiles illos sibi fuisse admitatt Egr. eius Aduocatus in dicta nouissima allegatione *ver, Dum autem asseritur*.

Præterea cum post aditam hæreditatem se immiscuerit in ea D. Drusiana, & multum tempus labi permisserit, antequam aditionem reuocare tentauerit sub prætextu non obseruatæ solemnitates à statuto requisitæ probabile est, vt mobilia, & alias res pretiosas hæreditarias occupauerit ad quarum restitutionem prius
18 teneretur antequam aditionem reuocaret *Gl, in l. fin, verbo completior C. de in integr. restit. min., Lambert. ad Statuta de contract. muller. glo. 24. nu. 5. Rimin. Iun. in §. vlt. num. 58. Instit. quibus alienare licet*, vel non tenetur enim prius restituere quidquid habuit, antequam actus, siue
19 contractus reuocetur, vt de Ecclesia voluit Rota die 15. Iunij 1599. & die 13. Februarij 1606. de qua *Gratian. lib. 3. discept. 576. num. 27, cum seq.*

Cum enim considerari non possit aliqua deceptio in hoc casu, frustra agere videtur D. Drusiana ad reuocationem aditionis hæreditatis, Quia deceptione cessante illi non subuenitur,
20 *vt per l. inter ff. de donationibus, & cap. cum vniuersum de rerum permutatione in terminis probat Gratian. all. cap. 576. num. 28. post Castrensem in l. 2, num. 7. ff. ad Velleianum*.

Deniq; quatenus prædicta non militarent, Adhuc obaudienda videretur D. Drusiana; Quandoquidem, postquam Vidua fuit effecta (& sic extra casum statuti) aditionem ipsam expressè ratificauit, Dū die 18. Decembris 1632, effecta vidua reportauit confirmationem præcepti ad eius instātiam emanati tempore quo viuebat Vir, Dom, Victoriæ eius sorori ne in hæreditate de qua agitur se ingereret; Quam sanè præcepti confirmatione inthimari etiam curauit eidem D. Victoriæ, postquam secundo loco nupserat D. D. Buttigellæ cum eiusdem secundi Viri consensu, vt ex ipsis actis exhibitis videre est.

Et sic & tempore Viduitatis aditionem ratificauit, Et tempore secundi matrimonij cum Viri consensu pariter approbauit D. Drusiana; Itaut per actuum geminationem magis atq; magis confirmata dicatur aditio hæreditatis prædictæ, Atq; sublatus dicitur omnis scrupulus omissæ solemnitatis in primæ aditionis actu
21 iuxta *l. balista ff. ad S.C. Trebell. Senator Bellon. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 97. nu. p. cum seq. plur.*, In tantum vt quatenus primus actus aditionis non valeret ob omissam solemnitatem, secundus actus sustineretur.

Cum non solum expressè, sed etiam tacitè, & solo animo possit adiri hæreditas faciendo actus
22 qui citra nomen hæredis fieri nequeunt *vul. l. pro hærede ff. de acquir. hæred.* Per factum tamen
23 probatur voluntas *l. p. C. de repud. hæred. Maranta in repet. l. is potest num. 2. ff. de acquir. hæred*, de quibus actis abunde *Menoch. cons. 772. per totum, Argel. tr. de legitimo contradictore qu. 4. n. 36.*

Itaq; certum est confirmationem dicti præcepti prohibentis D. Victoriæ, ne se ingereret in hæreditate fratris ad ipsam D. Drusianam spectante, & iam adita, obtenti tempore quo erat vidua ipsa D. Drusiana fieri non potuisset citra nomen hæredis.

Idcirco hæreditatem ipsam iam legitimè adceptam etiam per dictum secundum actum non posse repudiare D. Drusianam concludendum videtur iuxta regul. quod semel hæres am-
24 plius desinere non potest esse hæres, *l. sicut C. de repudianda hæreditate, & l. Pomponius ff. de negotijs gestis, Argel. d. qu. 4, art. 2. num. 40. cum seq.* Et ex his &c. Respondeatur tamen &c. Papiæ die 16. Maij 1635.

*Sobscripta Caluinus.*

*In Christi, ac eius M. V. Mariæ Nomine.*

Licet re vera negari non possit, quin dubitationes nouissimè subtiliter simulq; doctæ excitatæ à Perill. D. meo Iudice rationis equissimo contra Perill. D. Drusianam Fiamberrā, primo (vt aiunt aspectu) satis vrgere videantur.

Attamen si cuncta subtiliter rimentur prout facturum non dubito D. meum Iusdicentem ad
25 quem hoc spectat *cap. Iusdicentem 30. qu. vltima, Menoch. in consil. 36. num. p.* Crediderim nequaquam officere ipsi D. Drusianæ.

Et omissis pluribus de quibus in prioribus scriptis ne videar iam scripta reperere, solum curabo dubijs promotis ordinatim, ac singulatim satisfacere.

Considero enim priori loco rationem finalem, & principalem qua moti fuere statuentes ad prohibendum ne mulier maritata possit alienare, & se obligare absq; cōsensu viri, & duorum suorum attinentium fuisse ad consulendum fragilitati, & imbecillitati mulieris, vt
26 tradit *Hieron. Gab. in cons. 29. num. 39. lib. 2. Odd. de restit. in integrum q. 10. art. 6. num. 28.*, vbi vult quòd quando mulier prohibetur obligationē contrahere sine consensu propinquorum dicitur prohibita propter sexus fragilitatem.

Et licet possit etiam adduci alia ratio inductiua de qua per D. meum in suis doctissimis motiuis, nempe ne blanditijs viri seduci possit, & ne marito præiudicet, attamen cum duæ sint rationes inductiuè finales quarum quælibet de per se sufficit vna cessante, non tamen ces-
27 sat dispositio statuti, sed illa firma remanet *§. affinitatis, & §. Socerum inst. de nupt. l. si non lex.*

alia

*alia vbi Bald. & Imol. ff. de hered. instit.* cum
cæteris de quibus per *Euerard. loco à cessante ra-
tione num. 5. Socin. Sen. in conf. 23. num. 20. lib. 4.*
Maximè in casu nostro, in quo adhuc rema-
nent reliquiæ dictæ causæ, vt ibidem per *Eue-
rard. in fine*, & per hoc dicitur cessare secundum
obiectum deductum, à sagacitate, & pruden-
tia ipsius D. Drusianæ in his superante multos
masculos habentis maritum bannitum ob fra-
cturam carcerum, in quibus etiam detineba-
tur ad eius instantiam, & querelam, & quæ in
adeunda hæreditate fraterna prima facie sa-
tis opulenta, & quæ fecit quod quilibet pater
familias diligens fecisset.

Quia admisso hoc pro nunc citra veri labem ad-
huc remanet fragilitas sexus muliebris imbe-
cillitas Consilij, cũ mulieres dicantur consilij
fragiles donec viuunt, & eorum Consilium
28 semper laboret contra propria commoda, vt
per *Odd. in q. 10. art. 6. num. 29. & 31. de restit.
in integrum*, & sic remanẽt adhuc reliquiæ cau-
sæ, ob quã fuere prohibita à statuto se obligare
absq; dicta solemnitate quo casu cessare dici-
tur argumentum ex aduerso factum à cessan-
te ratione, vt per *Euerard. in d. loco à cessante ra-
tione in fine*.

Vltra quod in casu nostro non constat de ipsa
sagacitate, & prudentia, quæ cum sit extra
naturam mulierum, iuxta dictum Salamonis
in prouerbijs scilicet mulierem fortem quis
inueniet ex aduerso probanda venit, si vellit
29 super ea se fundare *l. 41. incumbit, & l. in excep-
tionibus ff. de probat.*

Accedit quia etiam admissa dicta sagacitate, &
prudentia, non tamen dicta D. Drusiana dici-
tur excusata ab obseruatione solemnitatis di-
30 cti statuti, vt probat *Tex. in l. qui habet ff. de tu-
telis, & in proposito tradit Odd. de restit. in integr.
q. 23. art. 7. num. 26.* vbi vult quod non debeat
attendi quod ex accidenti est in minore at-
tenta eius ætate, nempè quo ad prudentiam,
& malitiam excessiuam, sed quod regulariter,
& naturaliter est in ætate minoris.

Vltimo loco dico memoratum argumentum de-
ductum à cessante ratione statuti non habere
locum in statutis Papiæ, quæ cum debeant in-
telligi pro vt iacent ad litteram nullo extrin-
seco habito intellectu, vt disponitur in statuto
sub *rub. 55. de regim. potest.* ex magis communi
DD. opinione dicitur prohibita omnis lega-
lis interpretatio, & sic dictum argumentum à
cessante ratione quod procedere dicitur ex le-
gis interpretatione, vt per *Euerard. in d. loco à
31 cessante ratione cum littera dicatur, qua potest vi-
deri, & oculo corporeo legi l. 1. §. legi ff. de his qui
in testam.* debentur ita tradunt infrascripti DD.
nempe *Socin. in l. 1. num. 38. vbi de communi ff. de
vulg. Socin. Iun. in conf. 16. num. 6. cum seq. lib. 1. Cor-
neus in conf. 276. num. 6. lib. 4. Picus in conf. 85. nu.
30. Rol. in conf. 62. num. 37. vbi de communi lib. 3.
Cust. Iun. in conf. 6. num. 7. Alba in conf. 480. nu. 13.
Dom. Tortus ad dictum statutum 55. num. 6. ac 23.
cum seq.*

Non obstat dum dicitur D. Drusianam tempore
dictæ aditionis vti habentem maritum tunc
temporis inutilem reputari viduam, ac ei cõ-
petere priuilegium Viduis concessum, pro vt
etiam dicimus de vxore diuortium faciente à
Marito, quæ dicitur Vidua, & Vidua priuile-
gijs gaudet.

Nam respondetur procedere per fictionem non
autem verè, & propriæ, vt per *Couarruuiam in d.
cap. 7. num. 2. practic. quæst. Bal. in d. l. fin. C. ad legem
Flauiam de Plagijs*, Statutum autem loquens in
casu verò non extenditur ad casum fictum *Gra-
32 tian. cap. 505. num. 49.*

Accedit quia cum D. Drusiana haberet maritum
iuuenem, & licet bannitum, attamen toleratũ,
& cum quo nullum adhuc fecerat diuortium,
& in partibus propinquis commorantem tem-
pore aditionis, Nõ video cur possit dici habe-
re maritum inutilem, & stante dicto statuto,
quando maritus est absens non in partibus re-
motis, sed propinquis, vt in casu nostro debet
33 expectari vt præsens sit, vt in puncto huius
nostri statuti considerat *Costa de remed. subsid.
remed. 53. num. 13.*

Sed demus citra veri labem præsentiam Mariti,
ob eius bannum, & absentiam non fuisse ne-
cessariam; Adhuc tamen non video, quomodo
dicta aditio hæreditatis possit sustineri, ex quo
in ea desideratur, ne dum præsentia mariti, sed
etiam duorum attinentium, & statutum nostrũ
pro forma requirat, ne dum præsentiam ma-
riti, sed etiam attinentium, & vbi duo obstant,
vno sublato, alterum remanet, vt probaui in
alijs scriptis, & non repeto breuitatis gratia.

Dum autem ascribitur culpæ negligentiæ, & dolo
ipsius D. Drusianæ, quare adeundo non ob-
seruauerit solemnitatem statuti, id fortassè
posset procedere in masculo secus in fæmina,
quæ præsumitur iura ignorare, & quæ quo ad
34 iuris ignorantiam præsumendam æquipara-
tur rustico, & minori *Alexan. in conf. 127. num. 2.
lib. 2.* & à qua dolus omnis abesse præsumitur,
*Costa de iuris scientia, & ignorantia distinct. 13. nu.
3. cent. 1.* & quæ D. Drusiana cum fragilitate
propria fuerit decepta non potest dici propria
culpa decepta, vt in simili considerat *Odd. de
35 restit. in integrum q. 4. art. 5. num. 27.*

Stante igitur iuris, & statutorum ignorantia in
dicta D. Drusiana potest dici quod petendo
confirmationem aditionis à Dom. meo Iudice
absq; obseruatione solemnitatis statuti fuerit
in dolo, & culpa cum eadem fragilitate qua
adiuit absque solemnitate eadem fragilitate
36 confirmationem petijt ex adductis per *Ias. in
§. fuerat num. 8. inst. de act.*

Sed tenebantur debitores hæreditarij animad-
uertere an aditio prædicta fuisset facta cum
debita statuti solemnitatè, tenetur enim debi-
tor ad effectum, vt soluendo consequatur libe-
rationem animaduertere an is cui soluit sit
37 verus creditor, & sic verus hæres, & hoc auc-
toritate *Bar. in l. si Vrbana num. 4. ff. de cond. indeb.*

dum quærit nunquid conductor soluens Abbati intruso liberetur, & tenet quod non quando ab eo non conduxit *Bar. sequitur Alex. in cons. 130. nu. 7. lib. 5.* cum cæteris de quibus per *Pyrum Maur. in tract. de solut. oblat. & retent. cap. 5. num. 27.* cum debitor soluens alteri quam verò creditori non liberetur, *Surd. dec. 161. nu. 11.* nisi hoc faceret de mandato Iudicis competentis, vt per *Pyrum Maur. in tract. de solut. in d. cap. 5. num. 45. vers. nono,* Iussu Iudicis de qua quæstione doctissimè, ac vtiliter tractatur à Perill. D. meo Iudice rationis in suo vtilissimo *tract. de AEQVITATE lib. 1. cap. 50.* vbi hanc quæstionem doctè, ac subtiliter omnibus numeris soluit adeout nihil vlterius clarius, ac facundius, & plenius desiderari valeat ad quæ me remitto.

Additur quia cum dicta additio hæreditatis sit
38 nulla à principio non potest dici confirmata *Glos. in c. p. de confirmat. vtili, vel inutili,* cum quod nullum est nullum possit producere effectum *l. si non § condemnatum ff. de re Iudic. Surd. in cons. 3. num. 11. cum seq. D. meus in d. tract. de AEQVITATE cap. 26. num. 1. & cap. 45. num. 63.*
39 & mulieris ratificatio, siue confirmatio requirat ea quæ sunt necessaria in confectione primi actus, *l. si vt proponis C. de nupt. Gratian. cap. 565. num. 47. Surd. in cons. 3. num. 10. lib. 1.*

Et licet in meis nouissimis scriptis *vers. dicimus adhuc,* ibi debebat igitur dicta D. Drusiana requirere consensum viri, qui si renuisset consentire &c. non tamen per prædicta verba voluj fateri D. Drusianam fuisse negligentem, & in culpa hoc non faciendo cum attento sexu fæmineo præsumatur iura ignorare, vt supra dixi, sed solum volui inferre, quod si D. Drusiana volebat seruare solemnitatem statuti debebat interpellare virum ad consentiendum, & sic locutus sum non de necessitate præcisa, sed causatiua, quia si volebat posse agere contra debitores hæreditarios debebat obseruare solemnitatem statuti requisitam in obligatione mulieris maritatæ, & verba sunt intelligenda
40 secundum mentem proferentis *l. si quis intentione ambigua ff. de Iudic.* quicquid sit non potest Aduocatus præiudicare litigantibus argumento tituli *C. vt qua desunt Aduoc. facit regula alteri per alterum &c.*

Nec negari potest quin dicta D. Drusiana adeundo dictam hæreditatem non dicatur quasi contraxisse cum creditoribus, & legatarijs *§. hæres*
41 *quoque instit. de oblig. qua ex quasi contractu l. apud Iulianum §. fin. ff ex quibus caus. in poss. eatur Ias. in l. p. num. 109. ff. de legatis primo,* & ideo tenebantur creditores quasi contrahentes cum dicta D. Drusiana benè aduertere an ipsa in adeūda hæreditate prędictas obseruauerit debitas solemnitates à statuto requisitas ex quo ipsa vti mulier eas ignorare præsumebatur, vel saltim debitores hæreditarij antequam soluerent hoc animaduertere debebant, ad effectū, vt rectè ei soluendo possent consequi liberationem cum vtsupra dixi debitor alteri soluēdo quam verò creditori non liberetur, & de-
42 bitor soluens hæredi non facta perquisitione cum quibus conditionibus sit hæres non liberetur *Gratian. cap. 636. num. 6.* Hinc videmus quod licet creditor possit constituere Procuratorem ad recipiendum debitum absq; interuentu alterius personæ attamen debitor antequām soluat debet animaduertere an mandatū sit sufficiens ad recipiendum, & liberandum alios etsi est liberet sine mandato sufficienti li-
43 beratio est inefficax *Gratian. discept. forens. cap. 699. num. 2. & 3.*

Non etiam obstat dum prętenditur rationem statuti 98. non esse fragilitatem sexus ex quo non omnes mulieres coarctat ad se obligandum cū dicta solemnitate, sed solum maritatas.

Respondetur rationem principalem fuisse, vt cōsulatur fragilitati, & imbecillitati sexus, & licet alia possit esse ratio acutè, & subtiliter considerata à D. meo nempe ne blanditijs viri seducatur, & possit præiudicare marito, quibus rationibus simul iunctis fortassè moti fuere statuentes ad præscribendam dictam solemnitatem solum obseruandam à mulieribus maritatis non ab alijs ex quo mulieres maritatæ maiori periculo subijciebantur eis enim obstabat fragilitas sexus, & periculum ne à viris seducantur mediantibus blanditijs, & ideò eis solis de quorum periculo, & damno magis tractabatur voluit statutum consulere, cum vbi
44 maius est periculum plenius sit prouidendū, & magis consulendum *l. p. §. si quis ff. de Corb. edict. c. vbi periculum de elect. in 6. Gratian. cap. 669. num. 16.*

Et quod statuentes non hac ratione sola sint moti ad ita statuendum, sed etiam ratione sexus fragilitatis apparet, quia ea attenta, debuisset etiam idem statuere in viris in quibus militat eadem ratio nempe ne vxorum blanditijs seducantur iuxta *Text. in l. 1. ff. de donat. inter virū, & vxorem,* sed quia in viris non militat ratio imbecillitatis sexus prout in mulieribus, ideò de viris nihil disponere voluere.

Et cum in casu nostro concurrere dicantur duæ rationes principales nempè fragilitas sexus, & periculum ne blanditijs viri seducantur, & ambæ non possint dici sublatæ per prætēsam prudentiam, & sagacitatem ipsius D. Drusianæ nō cessat dispositio statuti vtsupra circa principium latè deduxi, vbi etiam probaui argumētum à cessante ratione statuti, non habere locū in casu nostro ꝙ non repeto cū non expediat.

Dum autem prætendit D. meus in prioribus scriptis in *vers. dum autem asseritur,* me admittere D. Drusianam fecisse alios contractus sibi vtiles non seruata solemnitate statuti.

Dico me hoc non dixisse, nec dicere, sed solum respondendo obiectioni in contrarium factæ nempe quod plures contractus fecerat sine viro, dixi per infrascripta formalia verba, hoc nō officere, cum possint esse tales cōtractus, puta

vtiles ipsi contrahenti, in quibus mariti consensus non requiritur vtsupra dixi, & non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, *l. neque tales C. de probat.* (hæc sunt mea formalia verba) quæ meo Iudicio (ni fallor) prætensam confessionem de necessitate non inducunt.

Argumentum autem desumptum ex eo quod ex quo D. Drusiana non statim, sed per multum tempus post aditionem ob non seruatam solemnitatem statuti annullari aditionem ipsam tentauerit multa mobilia, & alias res prætiosas occupasse probabile sit ad quarum restitutionem ante omnia teneatur, dicimus illud esse probabile, sed non necessarium, non enim sequitur fuit hæres ergo multa bona mobilia, & res hæreditarias habuit, cum eas in hæreditate reperuisse minimè constet, & possit esse quod nulla bona mobilia fuerint inuenta in dicta
45 hæreditate, & probatio debeat de necessitate concludere, *l. neque tales C. de probat. l. non hac C. vnde legit.* & ipsius D. Drusianæ negantis vlla bona habuisse hæreditaria in negatiua fundata esse dicatur *l. Actor C. de probat. Bal. in l. 1. col. 1. C. de iuris, & facti ignorant. Ruin. in cons. 63. num. 4. lib. 4.*

Et licet in casu nostro nulla fortassè posset considerari deceptio ex parte D. Drusianæ, vt prætenditur, in motiuis Adhuc tamen cum dicta aditio sit nulla ipso iure, vt alias probani potest ipsa D. Drusiana contra eam licet ab ea
46 gestam venire *l. 2. C. si aduers. re iud. l. quemadmodum C. de agricolis, & censitis lib. 11. Alex. in cons. 123. num. 6. lib. 1.* cum paria sint actum non fie-
47 ri, vel nulliter fieri, & quod nullum est nullum iuris effectum patiat *Surd. decis. 51. num. 13. cum seq. & dec. 122. num. 6.*

Vltra quod non potest negari quin hæc hæreditas non sit damnosa ex quo vt alias dixi in prioribus scriptis in hæreditate multa latent incommoda, & rarò sit, quod non sit damnosa, in quibus etiam probaui hoc onus nempe hæreditatem hanc esse lucrosam, & opulentam spectare ad partem aduersam ad quæ me remitto, ne denigrem papyrum, vbi non expedit.

Non obstat dum dicitur mulieri non subueniri nisi probetur de deceptione ex adductis à *Gratian. cap. 576. num. 28.*

Dicimus enim in casu nostro non esse necessariū, quod subueniatur dictæ D. Drusianæ ex quo aditio est ipso iure nulla, & nullitas non inclu-
48 dat in se iniustitiam, *Odd. de restit. in integrum q. 39. num. 29.* hinc videmus cessare restitutionem, quando actus est ipso iure nullus, *Odd. de restit. in integrum q. 17. art. 7. nu. 62.* & sententiam nullam non indigere appellatione, nec restitutione, *Odd. vbi supra num. 70.*

Nec potest fieri fundamentum super asserta ratificatione expressè vt dicitur facta de dicta aditione ab ipsa D. Drusiana dum prætenditur vti hæredem inhibuisse D. Victoriæ sorori, ac reportasse confirmationem præcepti inhibitorij illud inrhimando etiam cum consensu D. Petri Buttigellæ eius secundi mariti.

Cum huiusmodi ratificatio actus nullius ad hoc vt valeat requirat plenam scientiam ipsius nullitatis, & omnium qualitatum, & ideò cum D. Drusiana non haberet scientiam dictæ nul-
49 litatis, nihil operatur ratificatio, *Surd. in cons. 49. num. 32. cum sequentibus pluribus lib. 1. Hieron. Gab. in cons. 36. num. 60. lib. 1. Gratian. cap. 513. nu. 30.* hinc dicimus quod ratificatio, vt noceat requirit scientiam in specie claram nitidam, & concludenter probatam *Polid. Rip. de noctur. tepore cap. 65. num. 21. Costa de facti scientia inspect. 63. num. 20.*

Secundo respondetur quod ad hoc, vt ratificatio operetur requirit omnes solemnitates necessarias in confectione primi actus, & sic requi-
50 rit solemnitatem dicti statuti 98. vtsupra probaui ex *Surd. cons. 3. nu. 10. lib. 1. Gratian. cap. 585. num. 47. & cap. 933. num. 16. & 981. num. 44.* quæ solemnitas in casu nostro desiderantur.

Ex quibus apparet quod etiam si milies dicta D. Drusiana dictam aditionem hæreditatis primo loco factam absq; statuti solemnitate ratificauerit, cum tamen in ratificatione nō obseruauerit solemnitatem statuti in aditione requisitam, quæ ratificatio non valet minus confirmatio actus nullius, cum confirmatio actus nulliter gesti non detur, quando vitium
51 perseuerat in confirmatione *Gratian. cap. 761. num. 19. & cap. 669. num. 6,* eo quia vitium quod erat in aditione perseuerat in confirmatione geminata, *Dec. in cons. 475. num. 15.* & geminatio
52 non operetur nisi circa illud quod validè fuit gestum *Gratian. cap. 764. num. 30,* quæ ratificatio si non potuit expressè fieri absq; solemnitate dicti statuti vtsupra dixi, multo minus potuit fieri tacitè scilicet per actus hæreditarios ne plus operetur tacitum quod expressum, quod esse non debet, & minor sit virtus taciti quam
53 expressi *Beccius loquens in ratificatione in cons. 37. num. 24. lib. 1., Gratian. cap 699. num. 13.*

Et ex his concluditur quod cum D. Drusiana per dictam aditionem nullam non possit dici facta hæres non subintrat regula in contrarium adducta, quod semel hæres eum non præstet impedimentum, quod de[illegible]re non sortitur effectum *C. non præstat de reg. iur. in 6* & actus nullus habeatur pro non facto, & nullum producat effectum *Gratian. cap. 103. nu. 9.* & paria sint actum non esse factum, vel nulliter gestum, *Gratian. cap. 923. num. 16.*

*Subscrip. Hieronymus Madius I. C.*

MVlieres aliosne in potestate alterius Constitutos ex vi stat. 98. & 121. in ciuilibus prohibitos se obligare sine cōsensibus de quibus in stat. prædictis non est quidem ambigendum, verùm vtrùm ex vi eorumdem stat. possint adire hæreditatem sine prædictis solemnibus adhuc est controuersum cum ea ratione,

55 tione, quod aditio quodammodo secum trahat obligationem, omnes ex aduerso allegati, & desumpti ex *Veg. conf. 39. & D. Tort. ad statuta prædicta in locis citatis senserunt non sustineri aditionem, quibus stipulatur Tiraquel. de leg. connub. glos. 5. num. 119. & seq.*

Contra verò aditionem subsistere quasi quod illa obligatio non sit absoluta, sed secundum quid, & in quandam consequentiam pendentem à fortunæ euentu, adeò quod non ità absolutè
56 possit intrare dispositio prohibitiua dicti stat. sensit in terminis *Angel. conf. 318. & vltimo, cum alijs per Carpan. adductis ad cap. 328. nu. 143. lib. p.* cuius quidem authoritas in dubium refricatur per *Cost. de facti scient. dist. 78. per tot. cent. a.*, & de prædictis hinc inde plura adducuntur ex multorum auctoritatibus, quæ si hinc inde ponderantur res est apprimè controuersa.

Sed quoniam in puris terminis aditionis tota vis pendet ab eo, vtrùm actus sit in damno, vel id minus, quoniam data opulentia hæreditatis nemo dubitat sustineri aditionem, & hic adhuc non liqueat, quod hæreditas sit damnosa, vtiq; pro actu semper est iudicandum, donec
57 contrarium probetur, & hoc non inficiantur *tùm Tort., tùm Cost., tùm Carpan., & Tiraquel. in locis superius recensitis.*

Sed cum hæc, quæ dicta sunt, habeant locum solùm in muliere, quæ cum viro existat, & cohabitat, fortius dicendum est sustineri hanc aditionem in Domina Fiamberta, quę duplici ex capite à viro seorsum viuebat, tùm quia eius inopiam declarari curauerit, & proinde sola ad dotis assecurationem propediebatur, tùm quia tentato Iudicio separationis thori lis hac de re cum viro agebatur, seorsumq; ab ipso degebat.

Tum denique, quia vir effectus bannitus amisit beneficia statut. huius Ciuitatis.

Quidquid dici possit de viri inopia, iure communi inspecto nempè ex iure veteri in *l. si constante*
58 *ff. solut. matrimon. de iur. Cod. in l. vbi adhuc C. de iur. dot., & iure nouissimo in §. illud in authentica de æqualit. dot., & ex Iur. Can. in cap. per vestras de donation. inter virum, & vxorem;* Vnum est sequta declaratione vergentiæ viri ad inopiam triplicem ipso iure actionem mulieri competere ad dotis perfectam restitutionem obtinendam, personalem contra virum, & eius bona hypo-
59 tecariam contra tertios, & rei vendicationē, *Barbos. latè alijs cumulatis in d. l. si constante num. 7. & 8. ff. solut. matrimon.*, & licet per hoc non tradatur mulieri libera dotis dispositio per con-
60 tingentem casum lucri dotis, vt sensit eo loci *Barbos. num. 8. vers. denique,* tamen in mulierem
61 transfertur dominium, & libera administratio, vt dicit ibidem *Barbos. subseq. num. 45. vers. vlterius quæritur, sequitur Molin. amplissimè de contract. disput. 429. per tot.*

Iudicio autem separationis pendente, vel terminato rursus competere vxori prædicta reme-
62 dia ad dotis constitutionem dicit *Franch. decis.* *244. per tot. Thesaur. decis. 130. ad finem, quos adducit Paschal. de Patria potest. lib. 3. cap. 4. num. 25.*

In omnibus hisce casibus data bonorum separatione cessat virtus stat. & sustinetur actus mu-
63 lieris, vt in terminis scripsit idem *Tiraquel. vidend. d. tract. de leg. connub. glos. 6. num. 39. & duob. seq. vsq; ad finem,* & quidem apertissima ratione, nam sinè statutum eo conditum sit, vt consulat imbecillitati mulieris, quæ sanè intelligenda est quamdiù ipsa blanditijs inducatur
64 à marito, & non vltra, vt etiam alicubi sensit idem *Tiraquel. eod. tract. glos. 5. nu. 35.*, qui etiam *num. 36.* idem sentit de metu; alias esset dicere nunquam posse mulierem solutam contrahere, quo nihil absurdius; siuè consulat interesse iuri propter administrationem, quam habet de rebus vxoris; Cessat hęc difficultas quoties
65 cessat ratio, ob quam stat. prouidit, neq; enim, vt inquit *Tiraquel.*, statutum loquitur de fęminis absolutè, sed de maritatis tantùm, quo casu vel imbecillitas consideratur in ordine ad virum, qui mulierem compellat ad prejudicialia, vel in ordine ad ipsum, qui non debeat pati incommodum ex contractu, vel quasi ipsius vxoris; Mulierem autem ab his solutam posse regulariter cōtrahere, neq; nisi Sen. Cōs.
66 Velleiano iuuari, cui etiam potest renunciare, non est ambigendum, quod testatur *Castren. conf. 198. num. 3. vers. item hæc ratio &c. lib. 1. Pacific. decis. 171. num. 10.*

Hinc videmus D. Fiambertam, postquam à viro diuertit, & ipsum inopem declarari obtinuit, semper & quandocunq; & agendo, & excipiēdo in quibuscunq; actibus seorsum, absq; aliquorum consensu interfuisse, plurimos item contractus cum eodem viro, cum socero, & cū alijs diuersis confecisse.

Sed ad tollendas omnes difficultates mors ciuilis ipsius viri banniti ipsam reddidit habilem ad prędicta, quandoquidem clarissimum est
67 bannitum amittere omnia beneficia statut. Ciuitaris, etsi non amittat beneficium iuris ciuilis, *Menoch. latissimè conf. 603. per tot.*, & sicuti bannitus retinet patriam potestatem filiorum, quia hoc pendet à iure ciuili, vt inquit *Peregr. de iur. Fisci lib. 3. tit. 7. nu. 23.* ità non retinet iura sibi prouenientia à stat., vt ille restatur *subseq. num. 33. & pluribus seq.*, quibus acccedit *Boss. in sua praxi, tit. Banniti quæ amittant per tot. & Farinac. latissimè quæst. 102. num. 15. & pluribus seq. præcipuè num. 76.*, vbi plures adducuntur.

Neque adducatur pretēsa tolerantia ex eo, quod tamquam miles non potuit impunè offendi,
68 quoniam si inspiciatur *Farinac. cit. loco num. 81. & seq.* loquitur in casu, in quo in ipso actu bāni quis prohibetur impunè offendi, quia tunc verum est ipsum non amittere beneficium statur. Ciuitatis, sed hoc non habet locum in casu nostro, in quo primo fuit seruatis seruandis bannitus, deinde hæc tolerantia ità demum ipsum iuuat, quantum degat sub vexillo, alias non prohibetur si vagaret impunè offendi, vt

ad

ad litterā cauetur ex proclamationibus Prin-
cipis; tolerantia autem ad effectum, vt banni-
69 tus non amittat iura Ciuitatis ea est, quam re-
censent *Menoch. de arbitrar. quaest. 90. num. 56. & 57.*, *& in terminis banniti vti militis tollerati La-
derch. cons. 205. per tot.*, nimirùm vt per actum
Principis positiuum bannitus tolleretur, quo
ad habitationem in toto Dominio, non per so-
lam patientiam, sed per actum affirmatiuum
70 absolutè, & indefinitè in loco, & in tempore,
vt inquit *Surd. cons. 270. num. 16. & seq.*, quia
cessante aliqua ex prædictis tollerantia non
iuuat, quia inquit ille concessum ad tempus,
vel locum præcisum, post illud censetur pro-
hibitum, ac Princeps nonnisi bannitum tolle-
rat quatenus sub vexillo degat, vel vt aiunt in
quarterio sistat, non autem in hac particulari
tollerantia dicitur quis quæsiuisse iura Ciui-
tatis, quia hoc casu actus Principis ità debet
se exprimere, vt bannitus dicatur admissus ad
ea munera, quorum erat incapax, vt ad litterā
71 dicit *Laderch. d. cons. 205. sub num. 2.*
Ex quibus &c.

*Iacobus Cantonius.*

*SVMMARIA.*

*Immissus in possessione actione reali hypothecaria, aut mixta ex primo decreto remanet possessor etiam non expulso Domino ante annum reuocabiliter, post annum irreuocabiliter num. 1. declara num. 2.*

*Quando tale remedium concedi soleat num. 1. 2. & 3.*

*Immissio in possessionem ex parte decreta quam licentiā associandi vocant pragmatici differt à iussu de possidendo, vt executio iuris ab executione facti num. 4.*

*Executio iuris qua sit, & qua facti num. 5.*

*Datio in solutum nulla defectu citationis, vel pro maiori debito est reuocanda num. 6.*

*Nullum quod est nullum producit effectum num. 7.*

*Creditori agenti hypothecaria non obstante nullitate de Aequitate datur retentio donec ei sit satisfactum n. 8.*

*Et speciale est in creditore hypothecario num. 9. & 10. fallit num. 11.*

*Fiscus in pœnis incipit habere hypothecam in bonis delinquentis à die condemnationis num. 11.*

*Nou. Constit. Mediolani iure bona delinquenti Fisco hypothecata remanent à die commissi delicti num. 12.*

*Duorum Creditorum Chyrographarij personali actione qui prior executionem habet præfertur, licet posterior in sententiam num. 13.*

*Secus si eodem tempore facta executio num. 14.*

*Executio perfecta quot modis dicatur n. 15. 18. 20. et 21.*

*Præscriptio decens infra quod datur via executiua per vitum 124. quomodo interrumpatur num. 16.*

*Restitutio in integrum non retardat executionem sententia quando fuit petita post executionem captam n. 17.*

*Factum in quibus dicatur quod captum est num. 19. 20. & 21.*

*Hypothecarijs creditoribus tàm expressa, quàm tacita hypotheca satisfaciendum est iuxta ordinem temporis num. 22. 23.*

*Inter tacitam, & expressā hypothecam regulariter nulla est differentia num. 24.*

*Mulier, & Fiscus spetiali priuilegio præferuntur habentibus tacitam non autem expressam hypothecam num. 25.*

*Creditores funerarij sunt priuilegiati num. 26.*

*Creditores Chyrographarij, siue personalis vltimam partem capiunt satisfactionis in concursu num. 27, & æquali diuisione ratam vnusquisq; capit, vbi non integram possit num. 28.*

## Datur retentio creditori Agenti hypothecaria donec sit ei satisfactum, etiam si datio insolutum rei creditori adiudicatæ esset nulla.

## Cap. CXI.



IMmissum in possessione actione rea-
li, vel hypothecaria, aut mixta ex
primo decreto, legitimam remane-
re possessionem etiam non expulso,
Domino possessore ante annum re-
uocabiliter, post annum verò irre-
1 uocabiliter habetur in *l. 2. C. de Pignor. pign. Bart.
& Alex. in l. si finita §. Iulianus ff. de damno inf. &c.,
Misinger. obser. sing. 28. cent. p.* Vbi subdit hoc
2 procedere si verè, & realiter apprehendisset
creditor, & immissus esset ad bona *per l. non est
mirum ff. de pignor. act.*
3 Quod sanè remedium concedi solet, vel pro
executione instrumenti guarentigiati, vel Ca-
meralis obligationis, vel pro executione sen-
tentiæ dum fit captio pignoris, deinde ven-
ditur ad hastam, mox creditori in solutum
datur cum clausula constituti, & licentia in-
grediendi propria auctoritate, vt tradit *Costa
tr. de re integra distinct. 15. num. 1.*
Eademque est differentia inter immissionem in
possessionē ex Iudicis primo decreto, quam li-
4 centiam associandi vocant pragmatici, & in-
ter iussum de possidendo, qualis est differen-
tia inter executionem iuris, & executionem
facti, *Bal. cons. 259. circa finem lib. 3. Costa vbi sup.*
Executio enim iuris appellatur concessio exe-
cutionis, ea verò facti, quę realis, & actualis
5 est dicitur facta per primū decretum *Mastrill.
decis. 30. num. 10. par. p.*
Quatenus autem datio in solutum esset nulla, vel
deffectu citationis, vel quando pro maiori de-
bito fuit facta, quo casu, in totum debet reuo-
6 cari, *l. si non sortem § si centum ff. de condict. indebiti,
Tiraquell. de retr. consangu. §. 23. glo. p. num. 25. Dec.
cons. 585. nu. 5. vers. 6. conclus. & probat Gratian. lib.
primo discept. for. cap. 162. num. 33. vbi num. 34.* dis-
tinguit inter præiuditium tertij, vel ipsius de-
bitoris, Quia quod nullum est nullum posse
7 etiam producere effectum, habetur in *l. si non §.
condemn. ff. de re iud. Surd. decis. 45. num. 17, & dixi
in superiori libro cap. 26. num. p. & in cap. 45. n. 63.*
De AEQVITATE, tamen ea non obstante nul-
litate datur retentio, creditori ipsi Agenti hy-
8 pothecaria, donec eidem sit satisfactum, *Alex.*

*in*

in l. si finita in princip. ff. de damno infecto, quem se-
quitur Surd. decis.46., & probat Costa de re integra
dicta distinctione 15. sub num. 8. vers. quia procedit,
Vbi hoc speciale esse in creditore agente hy-
9 pothecaria pro bono iure iam detecto, & eui-
dente scribit post Negusantium tr. de pignor.
membro 2. par. 3. num. 6. 7. & 8, Non respectu
hypothecæ exortæ, ex tenuta, quæ non pro-
ducit ius speciale, ad fauorem creditoris, nec
vulnerat hypothecam præambulam, vel con-
10 uentionalem, aut legalem, l. non est mirum ff. de
pignor. act. Turrecr. cons. 31. num. 12. cum seq. lib. 2.
Quod tamen fallit in causis Fiscalibus; cum Fis-
11 cus in pœnis incipiat habere hypothecam in
bonis delinquentis à die condemnationis, vt
tradit Bart. in l. aufertur §. Fiscus ff. de Iure Fisci, &
sequitur Peregr. tr. de iure Fis. lib. 6. tit. 6. num. 12, ac
Sola ad nou. decr. Pedemon. tit. 30. glo. 4. num. 2.
Quamuis vigore Nou. Constit. tit. de iure, & priuileg.
Fisci §. omnium cadant in hypothecam Fisci bona
12 delinquentis à die commissi delicti non condemnatio-
nis, vt copiosè etiam scribit Carpan. ad ipsum §. om-
nium præsertim num. 59. cum seq. & ante eum tra-
dit Plot. cons. 30. num. 32, & Clar. qu. 51. vers. sciant
etiam.
Duobus verò existentibus creditoribus Chyro-
grapharijs, vel in personali tantum actione, &
primus obtinuerit sententiam deinde secun-
13 dus; Qui primitus habuerit executionem, is
præferendus est alteri creditori, qui primum
obtinuerit sententiam nondum executam, vt
docet Tuscus concl. 118. num. 69. lit. H. quem sequi-
tur Costa d. tit. distinct. 15. num. 12. & per l. qui au-
tem §. sciendum est, & l. pupill. quæ in fraud. cred.
probat Amator. Roderiquez tr. de Priuileg. cred. par.
2. art. 3. nu. 3. Vbi declarat quod si eodem tem-
pore facta sit executio, Tunc attenditur tem-
14 pus sententiæ, vt præferatur is qui primo sen-
tentiam obtinuit, licet executio fuerit dilata,
vsq; ad tempus, quo pariter facta est pro credi-
tore secundo, Molina tr. 2. de Iust. & iure disp.
536. vers. obseruandum deinde est fol. 793.
Exequtio autem perfecta dicitur etiam ex primo
15 decreto per detentionem creditoris, ac per
fideiussionem præstitam de soluendo certo ter-
mino, atq; per solutionem, vt caueri per Ritū
124. refert Cumia in tantum quod vno ex præ-
16 dictis interueniente interrumpitur præscrip-
tio decennij, Infra quod datur via exequtiua
per ritum Mastrill. all. decis. 30. nu. 8, & 9., Qui id-
circo concludit num. 4, restitutionem in integrum
non retardare executionem sententiæ quando
17 ea fuit petita post executionem cæptam, vt
post alios probat Sforz. Odd. de restitutione in in-
tegrum qu. 43. num. 49. Magon. decis. 133. lib. 1., &
Lancell. de attent. restitut. in integrum pendente par.
2. c. 18. nu. 127, vers. sexto limita, & nu. 132, Quam-
18 uis perfectionem executionis alios requirere
scribit inter quos idem Odd. d. qu. 43. num. 91. &
Honded. cons. 18. num. 92. lib. p.
Ad quod propositum considerandum est, quod
quædam sunt quæ habent certam formam, vt
domus, quæ consistit in solo, parietibus, &
tecto, Quædam sunt, quæ non habent certam
formam limitatam, Vt murus siue fouea, quæ
siue magna, siue parua sit semper fouea appel-
19 latur; Et in istis dicitur factum, eo ipso quod
aliquid est cæptum, l. stipulatio §. opus ff. de noui
operis nunciatione, & idem dicitur de executio-
20 ne, quæ facta vel vno, vel altero modo, semper
dicitur perfecta, l. & si non sunt §. quid ergo ff. de
auro, & argenteo legato; Idem si facta est missio
21 ex primo decreto, quia dicitur perfecta exe-
cutio non tantum cæpta, vt probat Bal. in l. con-
sentaneum nu. 43. C. quomodo, & quando Iudex quem
sequitur Mastrill. rel. decis. 30. num. 5. & 6.
Si verò creditores sint diuersi generis, nempe hy-
pothecarij tàm expressè, quàm tacitè Priuile-
22 giati, & Chyrographarij; Primo hypothecarijs
satisfaciendum est iuxta ordinem temporis,
vt qui prior sit tempore potior sit iure, l. si eo iu-
23 re, & l. potior ff. qui priores in pignore habeantur
cum regulariter, nulla sit differentia inter taci-
24 tam, & expressam hypothecam, vt tradit Bart.
in l. fin. is qui num. 28 ff. de iure Fisci; Ex speciali
verò priuilegio mulierum, & Fisci illi præfe-
25 runtur habentibus tacitam, non expressam
hypothecam, l. Assiduis, & l. pignus. C. qui potio-
res in pignor. habeantur Amatorius Roderiquez d.
tr. de concursu cred. art. p. num. 2. in fin. & par. 2. art.
3. ac Plenens par. 2. art. p. cum seq. Deinde Pri-
26 uilegiati, vt sunt funerarij, late Rodriquez loco
prædicto par. 2. ar. 2. per totum, Vltimo loco Chy-
27 rographarij, siue personales creditores, vt
scribit Molin. de Iust. & iure tr. 2. disput. 536. fol.
28 1792., Et inter eos Aeque, & diligenter fit di-
uisio æqualis bonorum, itaut ad ratam bonorū
quantitatis, vnusquisq; capiat, vbi integrè nō
sit omnibus soluēdo ex bonis debitoris, vt scri-
bit Rodriq. all. art. 3. per totum par. 2. de Priuileg.
cred.

SVMMARIA.

Reconuentio habet locum ratione excessus soluis qualita-
tis num. 1.
Reconuentio in quantitate, & qualitate non habet locum
num. 2.
Reconuentionis regula quomodo de Aequitate, & quo-
modo iuris rigore procedat num. 3. & 4.
Reconuentio causa spiritualis non datur coram laico
num. 4.
In causis spiritualibus Iudex sæcularis non potest cogno-
scere, nec ad finem sententiandi, nec super incidenti ad
finem pronunciandi super principali profana num. 5.
Causa repugnans solum qualitati Iurisdictionis admit-
tit reconuentionem, & quomodo num. 6. 7. 8.
Delegati Iurisdictio est odiosa, & non prorogabilis de
vna spetie ad aliam, nec de persona ad personam n. 9.
Reconuentionis causa potest proponi coram eodem Iudi-
ce tàm Delegato, quàm Ordinario etiam pedaneo qui
alias non posset cognoscere num. 10, & 11.
Reus an reconuenire possit Actorem pro eodem negotio
pro quo alias eundem Actorem conuenerat coram
alio Iudice super quo non iudicatum nu. 11. 12. cum
seqq.

L. si

*L. si quis postea, & l. vbi cæptum ff. de Iudic. declaratur num. 12. & 15. vsq; ad 29. vbi pluribus modis limitet, & num. 38.*

*In executiuis pro eadem re potest quis vexari coram diuersis Iudicibus num. 16.*

*Lapsa instantia dicitur finitum iuditium num. 21.*

*Reconuentio terminari debet coram quo Iudice fuit proposita num. 28.*

*In causa reconuentionis non potest opponi declinatoria fori num. 30, & procedit de Aequitate Canonica non de rigore iuris num. 31.*

*Reconuentio ex eodem negotio procedens, quo conuentio admitti omnino debet num. 32.*

*Clericus quid agendo Iudicem laicum elegit eundem pati debet Iudicem in reconuentione aumero num. 33.*

*Nec potest à sua petitione desistere ad euitandam reconuentionem num. 34. limitatur 36.*

*Appellans non potest renuntiare appellationi in præiuditium appellati num. 35.*

*Reus in iudicio pulsatus quando per modum exceptionis possit proponere id quod proposuerat in alio iudicio ab Actore inchoato, & adhuc pendente nu. 37. & 38.*

*Reconuentio in omnibus causis obligat actionibus, & super omnibus rebus regulariter locum habet num. 39.*

*Reconuentio non potest fieri de contentis in primo iuditio iam finito num. 40.*

*Iudicatum Authoris num. 41, & 48. vbi non magis impulsiua.*

*Exceptio litis pendentia tantum præstat quãtum exceptio rei iudicatæ num. 42. declaratur num. 43.*

*Exceptio rei iudicatæ non obstat nisi concludat de necessitate num. 44.*

*Morte Summi Pontificis concedentis finitur Iurisdictio data Conseruatoribus num. 45.*

*Reconuentio datur etiam non finito primo iudicio cum actiones Actoris, & rei originem haberet ab eodem fonte num. 46.*

*Connexa simul terminanda ne continentia causæ diuidatur num. 47.*

*Conseruatoris offitium quinquennio tantum durat n. 49.*

*Conseruatoris Iurisdictio delegata est à Sum. Pontif. nu. 50. & temporalis, ac momentanea non continua appellatur num. 50. 51.*

*Conseruatoria denunciatio debet fieri Episcopo intra mensem à die deputationis quot exemptione ab Ordinario num. 52.*

*Conseruator esse non potest Vicarius generalis num. 53, nec is qui non sit constitutus in dignitate Ecclesiastica num. 53. & 54.*

*A Conseruatore semel legitimo electo non licet recedere re non integra num. 55.*

## Dispositio .l. Vbi cæptum C. de Iudicijs diuersimodè limitatur, Itaut pendente primo Iuditio coram vno Iudice, possit denuò coueniri Reus coram alio Iudice. Cap. CXII.

ACtum fuit supra in præcedēti libro capitulo 76. de materia reconuentionis, quę cũ practicabilis valdè sit multa alia decidēda occurrunt, quæ in dicto cap. non fuerunt explicata; Et pręsertim illa se affert quæstio, Vtrum in materia reconuentionis, extendi possit Iurisdictio Iudicis coram quo facta fuit reconuentio ad diuersam causam non suppositam potestati Iudicis, ex natura causæ, Et tunc an sit prorogabilis, vel habeat locum reconuentio, aut non.

Et secundum Bartolum in Auth. Et consequenter, si datur solus excessus in quantitate, habet
1 locum reconuentio, Vt in laico Conuento co-
2 ram Clerico; Si verò in quantitate, & qualitate non habet locum reconuentio, Vt in causa ciuili etiam status, & libertatis quęstione, vt probat *Socin. in cap. ex litteris sub nu. 36. vers. Quãdoq; verò agitur de mutuis petitionibus.*

Et ibi subijcit *Socin.* materiam istam esse satis intricatam, & difficilem, Et quamuis opinio ipsa sit satis AEQVA, Tamen de iuris rigore vi-
3 detur dici posse, quod regula reconuentionis stet in qualibet causa secundum ea quæ dixit idem *Auctor num. 44.*

Nisi qualitas causæ, penitus repugnet qualitati
4 personæ, & Iurisdictioni Iudicis, qualis est spiritualis à Laico, *vt in cap. 2, & 3. de Iudic. & in cap. tua il p. de Decimis.*

Quia in his casibus Iudex Sæcularis, etiam incidenter non posset de tali causa cognoscere, nõ ad finem sententiandi super illa, sed neq; etiã super huiusmodi incidenti, ad finem pronun-
5 ciandi super principali quę esset profana, vt in *Cap. causa il p. Et cap lator qui filij sint legitimi, Socin. all. loco, & num. vers. Ita quod hoc casu.*

Si verò causa non repugnaret penitus qualitati personæ, & Iurisdictioni, sed solum qualitati Iurisdictionis, Quia sup. r illa causa alias ex natura Iurisdictionis non haberet potestatem cognoscendi directè, sed tamen posset per
6 viam incidentiæ prout est causa status, & libertatis, *vt l. Quoties C. de iuditijs* Et hoc casu ad-
7 mittitur reconuentio, dummodo alia qualitas non repugnet, videlicet quia sit penitus non cõtingens causam principalem, ita quod qualitas formæ, & ordinis, & substantiæ formæ cognoscendi repugnaret, quia tunc reconuentio non habet suam naturam, sed tamen propter
8 hoc nõ debet impediri, Ita ratiocinatur *Socin. all. loco, & num. vers. si verò, & in cap. prudentiam sub num. 20. eod. tit.*

Non releuante, quod pars non possit prorogare Iurisdictionem in illa, Quia per viam reconuentionis ius facit talem prorogationem, Sicut dicitur in Delegato, cuius Iurisdictio est odiosa, & restringibilis, & non prorogabilis de vna specie ad aliam, & de vna persona ad
9 aliam; *Scrib. & præsertim idemmet Socin. in cap. cũ olim de officio deleg.* & tamen virtute reconuentionis fit prorogatio ipso iure, *vt in d. cap. ex litteris, & cap. prudentiam de mutuis petition.*

Ex quibus clarius declaratur, quod alias affirmauimus *in d. cap. 78. num. 35.* causam reconuentionis

uentionis posse proponi coram eodem Iudice
10 tàm Delegato, quàm Ordinario etiam peda-
neo, qui alias non posset cognoscere iuxta *Glo.
in d. Auth.*, Et consequenter verbo eundem Iu-
dicem, *& l. quoties C. de iudicijs*, Quia verissima
ea, est sententia, quidquid in contrarium af-
firmant plures Scribentes modo non concur-
11 rat alia qualitas exclusiua Iurisdictionis ip-
sius Iudicis vt supra explicauimus.

Sequendo autem materiam recõuentionis, Quæ-
ritur verum possit reus reconuenire Actorem
pro eodem negotio pro quo alias eundem Ac-
torem conuenerat coram alio Iudice, super
quo iudicatum adhuc non fuerat, Quam quæs-
tionem à nemine expressè tactam vidi, & quã
idcircò non parum difficilem, & dubiam illam
esse censui.

12 Namq; pro negatiua stat regula ipsa *l. si quis
postea, & l. vbi captum ff. de iudicijs*, *Et §. quoniam
in Auth. de testibus*; in quibus cauetur iuditia
debere terminari coram eo Iudice, coram
quo fuerunt cæpta, & explicat ibi *Bart., qui sub
num 3. vers. Non enim tradit*, Actorem non posse
desistere à lite cæpta coram vno Iudice, & ad
alium Iudicem ire iuxta *Auth. quod semel C. quo-
modo, & quando Iudex*, nisi fortè reus citatus
13 fuisset contumax, quia tunc potest Actor no-
uum iuditium coram alio Iudice incipere. Cũ
reus non posset allegare alibi cæptum iuditiũ,
14 quod contempsit, vt docet ibidem *Bartol. sub
eodem num. 3.*

De AEQVITATE, tamen in pluribus casibus
contraria verior videtur sententia ipsa, Cum
multipliciter limitetur regula; vt ibidem tra-
15 dit *Bart. & disfusius explicat Socin. in dicto cap.
prudentiam num. 55. cum seq. plur. de mutuis petit.*,
Prout alias plures limitationes tradit etiam
*Gabriel. commun. opin. tit. de Iudicijs conclus. p. num.
10. cum seq. plur. quos sequitur Carpan. ad statut.
Mediolani 8. lib. p.* Prout alias etiam scribit *Port.
commun. conclus. lib. 3. regul. 22.*

Præsertim verò locũ non habet dispositio *d. l. cap-
tum*, in executiuis in quibus pro eadem re, vel
16 debito, poterit quis vexari corã diuersis Iudi-
cibus, vt probat *Dec. cons. 12. num. 2, & 3. Gabriel
d. tit. de iudicijs conclus. p. n. 31, Carpan. ad all. statu-
tum 8. nu. 42. Surd. cons. 542. nu. 11, & 12, Costa de
re integra dist. 80. sub nu. 6, quos sequitur Tortus ad
statutum 36. in ciuil. num. 7.*

Nam si primum iuditium cæptum fuit ordinariũ
17 contrauentionis alicuius instrumenti, eo pẽ-
dente poterit agi executiuè ad eius obseruan-
tiam coram alio Iudice, vt tradit *Lancell. de at-
tentatis, lim. 30. num. 11, quem sequitur Carpan. loco
rel. num. 51, & 52.*

Idem procedit si actor mutet iuditium ob vr-
18 gentem necessitatem, Vt puta si Potestas cæ-
perit in aliqua causa procedere, & eius offitiũ
deinde fuerit extinctum, *Socin. in all. cap. prudẽ-
tiam num. 41. de mutuis petit., Gabr. cit. conclu. p. nu.
14. Lancell. de attent. par. 2. lim. 2. nu. 46. & Carpan.
ad d. stat. 8. num. 63.* Qui sequenti numero tradit
hoc idem procedere si Iudex primus fuerit
19 impeditus, nec causa expeditioni potuerit in-
cumbere.

Quæ conclusio locum etiam obtinet si primus
Iudex non sit diligens in administranda Ius-
20 titia, vel eam facere nollit; Quia tunc alius
adiri poterit, vt docet *Affl. decis. 354. nu. 2. in fin.
& ibi Vrsill., Gabr. recit. conclus. p. num. 25. & 27.
cum plur. seq. Lancell. memorata lim. 2. num. 48, &
Carp. loco relato num. 70. Porcius in regula 22. lim.
5. & lim. 7.*

Prout idem procederet si instantia primi Iudi-
21 cis esset lapsa, & perijsset, quia tunc dicitur
finitum iuditium ipsum, ita scribit *Socin. in all.
cap. prudentiam sub nu. 32. de mutuis petit. & post
eum probat Costa de re integra distinct. 47. num. 3.*
Quia perempta instantia, pereunt omnia acta
ordinatoria iudicij etiam quoad effectum iu-
22 ris, Vt quoad vitium litigiosi, quod manet
extinctum, Et quo ad interruptionem præscri-
23 ptionis, Alia autem probatoria acta perdu-
rant, vt ex *Bar. & alijs tradit Gail. obseru. 67. num.
2, & 3. lib. p., quos sequitur Costa vbi supra.*

Limitatur etiam regula ipsa, quando reus con-
24 uentus esset contumax, Quia non poterit reus
coram alio Iudice conuentus allegare alibi
cæptum iuditium, quod contempsit, vt supra
affirmauimus, Nam quantum ad eum illa ci-
25 tatio posset penitus circonduci, & annullari,
vt per *l. post edictum C. de iudicijs probat Bart. in d.
l. Vbi captum sub num. 3, & ibidem additur lit. A.*

Deniq; limitatur dispositio *d. l. vbi captum*, quan-
do ex causa necessaria deduxit quis in secun-
do iuditio, id quod pendebat in primo, Vt in
26 iuditio reconuentionis iuxta *Tex. in l. sed, & si
restituatur §. sed si dies ff. de iuditijs, & ibi Glos. &
Bartol. ac in d. l. vbi captum sub num. 3. vers. Item
hæc regula*, ampliat conclusionem, siue slz. ne-
27 cessitas illa insit à principio, siue superueniat
ex post facto, vt explicat *Gabriel d. tit. de Iudic.
concl. p. num. 13.*

Quam sententiam sequi videtur *Socin. in d. cap.
Prudentiam nu. 23.* vbi tradit, Reconuentionem
28 terminari omnino debere coram eodem Iu-
dice, coram quo fuit proposita; *num. verò 44.*
Inquit quod si primum iudicium necessariò
fuisset cæptum coram vno Iudice, Tunc pote-
rit perfici etiam coram alio per *l. sed & si resti-
tuatur §. sed si dies ff. de iudicijs, Bart. in d. l. vbi cap-
tum num.* *Idem tradit Socin. loco relato num. 41,
& in cap. penult. num. 55. vers. limitatur de foro
compet. quem sequitur Carpan. cit. statut. 8. num. 62.*

Qui *Auctor in fine dicti cap. Prudentiam de mutuis
petit. concludit limitari etiam d. l. Vbi captum*, quã-
29 do id contingeret ex alijs quibuscunq; legiti-
mis causis.

Opponi namq; non potest declinatoria fori, in
causa reconuentionis, *l. cum Papinianus C. de sen-
30 tent. & interlocut. diuersorum Iud. Bartol. in Auth.
& consequenter nu. 19. C. eodem tit. Bal. in l. si idem
in vlt. lect. num. 2. ff. eodem Affl. decis. 173. nu. p. cum
seq. Molignatus de reconuention. q. 37.*

Quam

Quam ſententiam procedere de AEQVITATE
31 Canonica, non autem de rigore iuris tradit
*Marcobr. conſ. 44. num. 22, Boſſ. de foro compet. nu.*
*125, & poſt eos Carolus de Graſſis tr. de effectibus*
*clericatus effectu p. num. 746. poſt medium.*

Præterea reconuentio vbi perueniret ex eodem
negotio, ex quo conuentio deducitur, Ad-
32 mittendam omnino eam eſſe probat *Guido Pa-*
*pa conſ. 183., verſ. ſed contrarium, & conſ. 91. nu. 9,*
*Honded, conſ. 21. num. 2. lib. 1. Fariu. qu. 99. quos ſe-*
*quitur Carolus de Graſſis dicto effectu p. num. 746, in*
*fine, qui ſeq. num. & num. 755.,* ait quod poſtquã
33 Clericus agendo Iudicem laicum ellegit, non
debet dedignari eundem cõtra ſe habere iux-
ta *all. Tex. in cap. cum Papinianus, et tradit Honded,*
*all. conſ. 21. num. 1. 3, & 16,*

Qui Clericus non poteſt in reconuentionis præ-
iuditium à ſua petitione deſiſtere, ad euitan-
34 dam reconuentionem, Quia adhuc poſſet cõ-
tra eum procedi in cauſa reconuentionis; etiã
ſi in cauſa petitionis nihil ageret, *Affl. all. deciſ.*
*173. nu. 4. Francb. deciſ. 193. num. 13. & deciſ. 349.*
*num. 2, Carpan. ad ſtat. 44. num. 95. lib. 1. & Coſta de*
*re integra diſt. 47. num. 1. & ſeq. & diſt. 80. poſt*
35 *Caball. conſ. 177. num. 15.* Ad inſtar appellantis,
qui in præiuditium appellati renunciare non
poteſt appellationi iuxta *Surd. deciſ. 143. nu. 3.*

Niſi tamen re integra, & antequam facta eſſet re-
conuentio, petitioni, & moto iudicio renun-
33 ciaſſet Actor, vt inquit *Bal. in d. Auth. &, conſe-*
*quenter, & Graſſus d. effectu p. ſub num. 749.*

Additur etiam quod reus in iuditio pulſatus po-
teſt per modum exceptionis proponere id
37 quod propoſuerat in alio iuditio ab Actore
inchoato, & adhuc pendente, Dummodo ſe-
38 cundum iudicium ſit principalius primo, vel
æque principale, Secus autem ſi ſit acceſſoriũ,
& dependens à primo. *l. fundum ff. de except. Ab-*
*bas conſ. 50, n. 2. lib. 2. Coſta de re integra diſtinct. 80.*
*num. 7. vbi reſp. & obiectis.*

Et ex his patet regulam, *l. Vbi captum;* limitari
per aliam regulam, quod in omnibus cauſis,
obligationibus, actionibus, & ſuper omnibus
39 rebus regulariter habet locum reconuentio,
*arg. Tex. in d. cap. ex litteris, vbi Socin. num. 44, & in*
*d. cap. Prudentiam, & ibi pariter Socin. num.*
*de mutuis petition. & l. cum Papinian. & Auth. cõ-*
*ſequen. C. de ſentent. & interlocut. omn. Iud., Lopus*
*alleg. 67.*

Si verò lata fuiſſet ſententia ſuper omnibus con-
tentis in conuentione, & ſic finitum eſſet iu-
40 ditium, Non poſſet fieri reconuentio de con-
tentis in dicto primo iuditio iam finito *glo.*
*magna in cap. fin. de iudicijs, Francb. deciſ. 193. nu. 9.*
*& deciſ. 376. per totum, quos ſequitur Carol. de Graſ-*
*ſis d. tr. de eff ectibus Clericatus, effectu p. nu. 784.*

Et his præſertim motus rationibus ita iudicaui
41 menſe Decembris 1635. fauore Ven. Hoſpita-
lis S. Mathæi Papiæ, qui Ven. Monaſterium S.
Petri in Cælo Aureo reconuenerat, non obſtã-
te quod Monaſterium excepiſſet de litis pen-
dentia coram eius Conſeruatore ad inſtantiã
Hoſpitalis motę, quę tantum pręſtare dicitur,
42 quantum exceptio rei iudicatę in priore iu-
ditio, *Monter. deciſ. Aragon. 23. num. 6.,* Quia in-
telligitur quando ad aliud iuditium non con-
43 uolaſſet Monaſterium, tendens idcirco ad
diuerſos effectus, *Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres.*
*in 5. oppoſitione ff. de verb oblig. Alba cõſ. 672. lib. 4.*

Et ſic nunquam obſtare exceptionem rei iudica-
44 tę, niſi concludat de neceſſitate tradit *Surd.*
*deciſ. 260. num. 31,* concurrente identitate per-
ſonarum rei, cauſę finis, & modi agendi. *l. cum*
*quæritur, & duabus ſeq. ff. de except. rei iud. Rota*
*Rom. deciſ. 100. num. 40 cum ſeq. lib. 1. quos ſequitur*
*Coſta de re integra all. diſtinct 80. num. 7. cum ſeq.*
*vbi citat etiam Franciſcum de Ponte conſ. 62. nu. 35,*
*conſ. 49. nu. 3, & 4. ac conſ. 90. num. 9.* de hac ma-
teria diſertè loquentem.

Et eo libentius ad hanc deciſionem deueni, cum
Monaſterium conueniſset Hoſpitale etiã pro
ſcolaticijs pro quibus illud eſſe obligatũ ſup-
ponebat vigore inſtrumenti venditionis, Cu-
ius inſtrumẽti virtute ad damna, ob nõ adim-
pletam conuentionem primo loco Hoſpitale
egerat coram Conſeruatore contra ipſum Mo-
naſterium, qui Conſeruator curſu annorum
duorum cum dimidio iudicium ipſum non de-
finiuerat, ſed facta prouiſionali ordinatione;
Ius cognoſcendi ſuper damnis, & expẽſis, ſibi
tantum reſeruauerat, Et qui poſtea non termi-
nato negotio deceſſerat; Cuius morte finita
45 dicitur Iuriſdictio prout morte Summi Pon-
tificis concedentis finiri huiuſmodi Iuriſdic-
tionem datam Conſeruatoribus teſtatur *Io.*
*Andr. in cap. fin. § officium de officio Delegato, Gigas*
*tr. de penſionibus Eccl. qu. 91. num. 2, & 5. quos ſe-*
*quitur Coſta de re integra diſtinct. 64. num. p.,* Et ſic
cum eodem contextu ſuper contentis in eodẽ
inſtrumento pronunciandum ſit, ceſſat omnis
hęſitatio, quin admittenda veniat reconuẽtio
ipſa etiam non finito adhuc primo iudicio,
Cum actiones Actoris, & rei, originem habeãt
46 ex eodem fonte, Ideſt ex eodem inſtrumento
iuxta tradita per *Rebuff. de execut. ſent. art. 6. glo.*
*p. num. 2. per totum.*

Quippe connexa dicantur contenta in petitio-
ne Monaſterij, & in reconuentione Hoſpita-
47 lis, quo caſu ſimul terminanda eſſe ne conti-
nentia cauſæ diuidatur decidit *Tex. in l. nulli C.*
*de iudicijs, Rebuff. de ſentent. execut. art. 6. glo. in 2.*
*verſ. tertia ratio, Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. lim.*
*2. num. 87. cum tribus ſeq., faciunt tradita per Fo-*
*ler. ſuper Conſtit. Regni rubr. de Magiſtro Iuſticiarum*
*ſtatuimus num. 14. cum ſeq. Boſſius de foro compet.*
*num. 138. Gabr. de iudicijs concl. p. num. 5. quos re-*
*fert, & ſequitur Carpan. ad d. ſtatut. 8. num. 27. cum*
*ſeq. plur.*

Prout eo libentius in eam etiam inclinaui ſentẽ-
tiam, quia ante reconuentionem nulla data
48 fuerat notitia Hoſpitali de noua ellectione
Conſeruatoris facta per Monaſterium poſt
mortem primi Iudicis à cuius Monaſterij ar-
bitrio dependet ellectio ipſa, Cum ad ſuppli-

cationem

cationem Monasterij Cõseruatore nominato
ille concedatur per Summum Pontificem, Cu-
ius offitium quinquennio tantum durare pro-
49 bat *Costa all. distinc. 64. num. 5. de re integra*, Quod
Hospitale propterea diuiuare nequiuit nouū
ellectum fuisse Iudicem idest Conseruatorem
loco primi prædefuncti, cuius Iurisdictio or-
dinaria, neq; à iure, vel publico, vel municipa-
li data est, sed extraordinaria idest Delegata à
50 Sum. Pontifice, *Glo. & Gemin. in c. p. de offitia De-
leg. in 6., Ias. cons. 145. num. 8. lib. 4. Surd. de alim. tit.
p. qu. 79. num. 10. Costa loco relato num. 2.* Quæ id-
circo temporalis, & momentanea, non conti-
51 nua potest appellari, *Costa all. distin. 64, num. 1.
& 5.*

Quæ sanè denunciatio noui Conseruatoris om-
ninò necessaria erat, vt dicitur de Episcopo, cui
intra mensem à die deputationis Conserua-
52 toris denunciari debet, vt ille sibi in litteris
Conseruatorijs assignatis à Iurisdictione or-
dinarij eximat, vt cautum fuit per *Sacrum Con-
cil. Trident. Seß. 14. cap. 9. & tradit Leo in Thesaur.
fori Eccl. p. 2. cap. 18. num. 101. cum plur. seq. & se-
quitur Sbroz. tr. de Vicario Episcopi lib. 2., qu. 27. nu.
7, & 15. quos refert Costa all. dist. 64. num. 6, & 7,*
Quibus locis tradunt, Vicarium Generalem
53 non posse esse Conseruatorem, Huiusmodiq;
munus dari non potest, nisi ei qui sit in digni-
54 tate Ecclesiæ constitutus, Vel sit Canonicus
Cathedralis sub pœna nullitatis, *cap. p. de offitio
Deleg. in 6.*

Et quando ellectio est legitima, non licet à Con-
seruatore semel ellecto recedere, re non inte-
55 gra, *Leo d. cap. 18. num. 14. p. 2. in Thesaur. fori
Eccl. quem sequitur Costa all. dist. 64. num. 8.* Et latè
cauetur per Cõstitutiones Synodi septimi Pro-
uincialis Metropolitanæ Eccl. Mediolanensis
*tit. de Conseruatoribus etiam Regulatoribus pag. 69.
cum seq.*

*SVMMARIA.*

*Iudices iudicare debent secundum allegata, & probata num. 1. & 17. non secundum extraiudicialem scientiam num. 1. & 2. etiam si sola facti veritate inspecta iudicare debere num. 3. lim. num. 29.*

*Sententia D. Ambrosij de bona Iudice num. 4.*

*Iudex Dei Locumtenens in terra vocatur num. 5. & 6. aliaq; attributa narrantur, & quid illos deceat nu. 7. 8. 9. 10, & 11.*

*Auaritia dicitur Nouerca, & est summè inimica Iustitia num. 7.*

*Iudices non auaritiam, sed largitatem sectari decet n. 8.*

*Ecclesiast. c. 7. quod de Iudici disponat num. 12.*

*Homines qui habent de alijs iudicare sæpè propter iustitiam multos aduersarios habent num. 13.*

*Non est credendum testibus contra Iudices, nisi magna multitudo conueniat num. 14.*

*Voluntas sensusq; Ciuium fragilis flexibilisq; est erga Prætoris num. 15 & 16.*

*Deus aliquando permittit malos in bonorum obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, & cur num. 17.*

*Confessione facta Iudici, & Iudici per vnum ex litigatoribus de qua non constat ex actis absentia, vel negligentia Notarij potest sententia dici de Aequitate num. 18. & cur num. 19. lim. num. 23. 24. & 25.*

*Iudicis animus moueri potest etiam ex ijs quæ sibi exactis non constant num. 20, & 21.*

*Probatio nulla maior partis confessione, vbi certus sit Iudex eam non infitiari confitentem nu. 22. lim. n. 23.*

*Sententia Iudicis incerta ex actis ex Instrumenta tamen certa quod neq; in actis est, neq; memoratur in sententia an sit valida num. 26. 27. & num. 28.*

*Instrumentum in iuditio non productum non dicitur Iudici cognitum num. 28.*

*Iudex in causis, vel summis modici momenti oretenus tractatis an possit ferre sententiam super allegatis à partibus, & super confessione alterius partis non rogata num. 30. 31, & 32.*

*Iudex quando in scriptis proceditur sententiam dicere tenetur ex his quæ vt Iudex non vti priuatus cognouit num. 32.*

## Confessio facta Iudici per litigatorem licet in actis non sit registrata vtrum eidem confitenti præiudicet.

## Cap. CXIII.


*Aulus. I.C. in l. illicitas §. veritas ff. de
offitio Præsidis*, statuit Iudices secũ-
1 dum allegata, & probata iudicare
debere, vt triuiale est, non autem
secundum conscientiam, Ita vt si A
quis verè creditor sit Sempronij de certa sum-
ma, illum conuenerit; creditum verò minimè
probauerit, quamuis Iudex edoctus sit de ve-
ritate rei secundum probationem factam iu-
dicare debet, non secundum eius extraiudi-
2 cialem scientiam, *l. p. & toto tit. C. plus valere
quod agitum, amplè Glo. in d. §. veritas.*

Hinc scribit *Ruginel. pract. q. cap. p. num. 25. cum seq.
3 num. 32. cum seq. & num. 43.* procedere hanc
conclusionem etiamsi sola facti veritate inspè-
cta iudicare haberet, Iudex; Quia adhuc se-
cundum iudiciarium ordinem iudicare de-
bet iuxta *Tex. in cap. si quo, 30. qu. 5, & in cap.
Iudice 3. q. 7. cum multis alijs locis, & Authoribus
per Ruginell. allegatis, et præsertim Natta cons. 276.
num. 2. Menoch. de arbitr. qu. 24. num. 3, in fine, &
Osascus decis. p. num. 39. cum seq. plur.*

Ad quod propositum summopere confert sen-
tentia, Diui Ambrosij de Iudice sic loquentis,
5 vt refert idem *Ruginell. sub num. 34.* Bonus Iu-
dex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito
domesticæ voluntatis; sed iuxta leges, & iura
pronunciat; Statutis iuris obtemperat, Non
indulget propriæ voluntati, nihil præparatū,
& meditatum de domo refert, sed sicut audit,
Ita iudicat, Et sicut se habet natura decernit,
obsequitur legibus, non aduertatur examinat
causæ merita, non mutat.

5 Quia Iudex Dei Locumtenens in terra voca-
tur, pro vt ait Diuus Augustinus his verbis;

Vos

Vos enim reputati estis, ab hominibus Duces
Populi, Iudices terræ, Orfanorum Patres, Vi-
duarum mariti, Iustitiæ zelatores, Reipublicæ
amatores; Cauete ergo, ne corrumpamini,
odio, amore, pretio, precibus, vel timore; De-
cet igitur Iudices non solum quæ diximus
adimplere, sed etiam cum Dei adiutorio cal-
care superbiam abominari luxuriam abhore-
re falsitatem, despicere auaritiam, quæ nouer-
7 ca dicitur, & est summa inimica Iustitiæ; Ipsa
enim est quæ Patrem nescit, Matrem ignorat,
8 amicum perdit, se ipsam dereliquit; Decet igi-
tur Iudices non auaritiam, sed largitatem sec-
tari, amare paruulos, pupillis, & orfanis fa-
ciem serenare, nec solum verbo, sed opere de-
monstrare; Non debet auertere faciem à pau-
pere, nec conseruos dedignari fideles, nec
ceruicem erigere quosdam despiciendo scien-
tes, Quod moritur pariter doctus, & indoc-
9 tus; Decet Iudices gratiam, quam diuinitus
receperunt, sollicita mente custodire fidem
ostendere, zelum rectitudinis conseruare; De-
10 cet Iudices clementiæ esse cultores, sæuitiæ
detestatores, cunctis benignos, ad iram tar-
dos, ad misericordiam festinos, in aduersis
firmos, in prosperis humiles, Et quibuscunq;
11 dignitatibus fuerint sublimari semetipsos
agnoscant, & caueant, ne suo despiciant infe-
riores.

Et in Ecclesiastico cap. 7. habetur noli quærere
12 fieri Iudex, nisi virtute valeas irrumpere ini-
quitates, ne extimescas faciē potētum namq;
licet persecutores insurgant in Iudices rectos
13 de sententia Diu. Thomas, dum ait quod ho-
mines qui habent de alijs iudicare sæpè prop-
ter Iustitiam multos aduersarios habent,
Vnde non est credendum testibus contra eos
14 nisi magna multitudo conueniat, Vt enim
inquit Cicero in Tuscul., Quam fragilis, fle-
15 xibilisque est voluntas sensusque, Ciuium
erga Pretores, vt non modo improbitati eo-
16 rum irascantur, sed etiam rectè factis ple-
rumq; fastidiant, nihil eorum probitas, & in-
nocentia inter calumniantium tenebras splē-
17 descit, & vt inquit Diuus Gregorius in cap.
sunt plurimi 6. q. p. Deus aliquando permit-
tit malos in bonorum obtrectationem, & ob-
iurgationem prorumpere, Vt si qua gloria ab
ore laudantium in corde nascitur, ab ore Vi-
tuperantium suffocetur, Et sic vndiq; patet
Iudicem secundum allegata, & probata debe-
re iudicare, non secundum eius conscientiā;
Itaur de his quæ iudicialiter acta non sunt,
nec inter acta registrata haberi possit ratio in
iudicio.

De AEQVITATE, tamen, si Iudici, vt Iudici fa-
18 cta fuit confessio, per vnum ex litigatoribus
de qua non appareat in actis Iudicis, Vel ob
absentiā, vel ob negligentiam Notarij, ex ea
sententiā dicere potest Iudex cum ius litigā-
19 tium ei, vt Iudici manifestum sit; Ita probat
*Couar. lib. p. var. resolut. cap. 1. sub num. 9. vers. quod
si confessio.*

Hoc idem censuisse Baldum constat in *l. p. sub nu.
6. in fine ff. de manum vind.*, Vbi expresè docet,
posse Iudicis animum moueri etiam ex ijs quę
20 sibi ex actis nō constant, Quam sententiam
confirmauit idem *Bal. in l. Quoties §. fin. ff. de pro-*
21 *bationibus*, dum ait, quod animus Iudicis po-
test moueri, etiam ex non scriptis in processu,
puta ex aliqua confessione coram se facta viua
voce, vt in proposito casu, Et hanc conclusio-
nem tandem admittit idem *Ruginell. loco relato
sub num. 42. vers. Admittimus tamen;* Cum nulla
maior sit probatio, quam partis confessio; Vbi
22 tamen Iudex certus sit confitentem non infi-
ciari confessionem; Ad rem idem. *Bal. in l. solam
C. de Testibus, Fr. Aret. cons. 84. col. 4. & cons. 127.
col. 2. Marsil. sing. 102, 272, & 386. Bart. in l. non
solum §. sed vt nu. 5. ff. de oper. no. nunciat. Crau. cons.
250. num. 19, Pascius cons. 21. num. 2. Marius An-
guiss. cons. 40. num. 9. Menoch. cons. 361. num. 17.
Alba cons. 276, & Gratian. decis. March. 68. num. 8,
cum seq., & Marilian. decis. 5. num. 13.*

Vbi tamen agatur de sententiæ iustificatione nō
23 procederet conclusio; Quia quāuis AEQVIS-
SIMA, esse sententiam teneat *Couarun. loco re-
lato, & infra vers. tamen si verè AEQVISSIMA,*
Nihilominus eam nullam esse arbitratur, vt
etiam subijcit *Ruginell. d. num. 42, in fine.*

Propterea concludit Couarun. oportere, vt si
24 huic confessioni testes adfuerint, eos omninò
examinari, eorumq; testimonia inter acta re-
digi, quibus defendi sententiæ Iusticia possit;
Testibus verò deficientibus, sententia ipsius
Iudicis ex hac confessione lata iniqua ex præ-
25 sumptione iudicabitur, licet verè AEQVIS-
SIMA sit.

Elicitur ex hac conclusione an sententia Iudicis
incerta, ex actis; Certa tamen ex instrumento,
quod in actis minime apparet, & cuius men-
26 tio in sententia fit nulla sit, an valida; Et pro
validitate scripserunt *Innoc. & Felin. in cap. cum
Venerabilis num. 41, de exceptionibus, Alex. in l. a
Prætor §. vlt. ff. de re iud., & Bal. & Salycet. in l. 3.
C. de sententijs, quæ sine certa quant.*

27 Quamuis contrarium verius esse, Idest sentē-
tiam nullam etsi AtQVISSIMAM probauit,
*Anton. de Butrio in eadem cap. cum Venerabilis §.
quia verò col. 2. vbi Abbas num. 48, & Decius nu.
37. cum alijs per Couarun. citatis loco relato vers.
sicuti Accursius;* Ea præsertim ratione, quod in-
28 strumentum non productum in iuditio, non
dicitur per Iudicem cognitum *l. vlt. C. de fide
Instrument., Raudens. decis. Pisana 30 sub num. 218.
Vers. Acta autem.*

29 Hæc tamen conclusio limitatur in causis, quæ
oretenus tantum tractantur, non in scriptis
quando slz. agitur de causa, vel summa modi-
ci, momenti, Quia tunc potest Iudex senten-
30 tiā proferre super allegatis à partibus, Et su-
per confessione alterius ex partibus, etiam si
de confessione non fuerit rogatus Notarius.
Qui tantum inter acta annotare solet ordina-
tionem Iudicis, cum clausula auditis partibus

oretenus, Id quod probare videtur *Felin. in cap. Pastoralis* §. *quia verò num. 25. de offitio Delegat. Bart. & cæteri in Auth. nisi breuiores C. de sent. ex breuil. recit. Carpan. ad stat. 47. lib. 1., & sequitur Ruginell. all. cap. p. num. 95, num. 133, &*
31 *num. 169. Cuius Felini opinionem reprobat Couarun. cit. num. 9. vers. sexto ex principali*, Ea ductus ratione, quod in causa procederetur in scriptis, non oretenus tantum, in quibus terminis maxima est differentia, Quia quando in scriptis
32 proceditur sententiam dicere tenetur Iudex ex his, quæ vt Iudex, non vti priuatus cognouerit, & quæ conscripta inter acta fuerunt, Aliter nulliter ageret, vt supra fuit doctum.

SVMMARIA.

*Exceptio excussionis admittenda sit à Iudice procedente sola facti veritate inspecta num. 1. cum seqq. præsertim num. 14. 27. vsq. ad 33.*
*Argentarius, qui pro alio fideiussit non potest opponere exceptionem excussionis num. 2. & cur num. 3.*
*Exceptio excussionis an dicatur de apicibus Iuris nu. 4. & 16.*
*In iudicio in quo proceditur sola facti veritate inspecta reijciuntur iuris apices num. 5.*
*Exceptio excussionis an vitiet iudicium hypothecarium num. 6.*
*Exceptio excussionis introducta ad rigorem iuris conseruandum num. 7. Et proinde reijcienda num. 8.*
*Excussionis beneficium non perimit, vel impugnat obligationem fideiussoris, sed recipit modum procedendi num. 9.*
*Beneficij excussionis reiectione an lædatur fideiussor num. 10.*
*Benefitium excussionis in fideiussore introductum est iure Auth. num. 11.*
*Beneficium excussionis non competebat de Iure Cod. num. 12.*
*Clausula sola facti veritate inspecta omnem iuris formam reijcit num. 13.*
*Exceptio excussionis de Aequitate admittitur etiam à Iudice procedente sola facti veritate inspecta num. 14. & quare num. 15. & 16.*
*Apices iuris quam dicantur num. 17.*
*Bonæ fidei aliqui effectus narrantur num. 18, & 19.*
*Exceptio excussionis comprehendit ordinem Iudicis, & ius partis num. 20. & 21.*
*Exceptio excussionis ius partis continens inique excluditur num. 22.*
*Clausula rescripti, sola facti veritate inspecta quid operetur num. 23.*
*Exceptio excussionis fideiussori denegatur n. 24. & 25.*
*Inter mercatores de bono, & Aequo est indicandum ommissa excussione num. 25.*
*Excussionis exceptio tertio de Aequitate competit num. 26, & cur num. seqq.*
*Exceptio ius tertij tangent. Aequitati consentanea num. 27.*
*Decisio Senatus Taurinensis num. 28. 29. & 30.*
*Statutum Mediolani cap. 169. lib. 2. prohibet exceptionem excussionis num. 32.*
*Fideiussor qui se principaliter obligauit non gaudet beneficio excussionis num. 33. 34.*
*Cognita à Iudice summariè, extraiudicialiter impotentia soluendi principalis cessat excussio num. 35. cum duobus sequentibus.*
*Excussio inanis est quam excludit inopia debitoris nu. 36.*
*Exceptiones inutiles, & frustatoriæ non sunt admittendæ num. 39.*

## Exceptio excussionis non potest tertio possessori denegari, etiamsi Iudex sola facti veritate inspecta procederet in causa. Cap. CXIV.



Equendo materiã auctoritatis Iudicis, qui sola veritate facti inspecta procedit. Vel ex speciali decreto Principis, Vel ex dispositione alicuius, municipalis legis; Quæritur an coram hoc Iudice admit-
1 tenda sit exceptio excussionis, Et negatiuè respõdet *Bal. in l. frustra C. de nõ num. pecun. Angelus in l. fideiussor* §. *pater Seij ff. de pignor. Hyppol. de Martil. in rubr. de fideiuss. num. 8. per l. Illud. ff. ad l. aquil. quos sequitur Osasc. decis. 2. sub num. 6. Menoch. de Arbitrar. qu. 51, & Thesaur. decis. 51. per Glo. pen. in* §. *argentariorum in Auth. de fideiuss.* Vbi habetur argentarium, siue campsorem, qui pro alio fideiussit, opponere non posse hu-
2 iusmodi exceptionem, quam glosam singularẽ esse, & menti tenendam dicit idem *Bal. loco relato*.
Ratio huius decisionis est ob præcipuam fidem, quam homines habent ex promissione Cam-
3 psorum, vt explicat *Hyppol. de Martil. d. num. 8, in rubr. de fideiuss. Osasc. loco relato sub num. 6.*
4 Præterea, Cum exceptio excussionis dicatur de apicibus iuris, *Glo. in l. si mancipium* §. *si communi, verbo actum, & ibi Bologn. in apostill. ff. de euictionibus, Dec. cons. 27. col. fin. Thesaur. alleg. decis. 52. sub num. 2*; In hoc iuditio in quo proceditur
5 sola facti veritate inspecta reijciuntur iuris apices, vt post *Ias. probat Thesaur. all. decis. 52. num. 2.* Quia exceptio ista præpostera ratio-
6 nis non vitiat iuditium, & processus tenet licet actum fuerit hypothecaria aduersus possessores bonorum, non conuento principali, & excussione non facta, vt post *Bart. in l. persecutionem qu. vlt. C. de pignor., & in l. prolatam in princip. C. de senten. & interloqu. Iud. & Ias. in l. à Diuo Pio* §. *in venditione num. 19. ff. de re ind., probat Socin. cons. 24. num. 48. lib. p. & sequitur Osasc. all. decis. 2. sub num. 8.*
Huiusmodi, etenim exceptiones inductas esse ad
7 rigorem iuris, conseruandum probat *idem Bar. in l. p. in fin. ff. de condit. indeb., & in l. cum quis in*
8 *fin. C. de iuris, & facti ignor.*, Ergo eas reijciendas iuxta *l. si fideiussor* §. *quædam ff. mandati, Osasc. vbi supra num. 8.*
Beneficium namq; excussionis non perimit, vel impugnat

9 impugnat obligationem fideiussoris; sed respicit modum procedendi, seu ipsam litem; Idcirco per illius repulsam læsus non videtur
10 fideiussor, qui soluendo dicitur soluere debitum, nec repetit à creditore, quia debitor est, vt tradit, *Bar. in l. Cum quis, & ibi Bal. col. pen. vers. modo autem prædicta C. de iuris, & facti ignor. idem Bal. in l. p. in fine ff. de condit. indebiti.*

Considerandum est insuper quod beneficium excussionis in fideiussore est introductum de
11 iure Authenticorum §. *si quis in Auth de fideiuss. vt tradit Ias. in l. si constante num. 296. ff. sol. matrim.*; Cum de iure Codicis non competeret
12 hoc beneficium *l. non rectè, & l. iure nostro C. de fideiuss.*; Sed per dictam clausulam, sola facti veritate inspecta, omnis forma à iure intro-
13 ducta censetur reiecta, Ergo exceptio excussionis similiter repellitur *Angel. in §. Item si quis in fraudem col. 7. vers. Quæro statuto cauetur, & ibi Ias. num 78. Instit. de actionib. Alex. cons. 58. num. 7. lib. 5. & cons. 114. num. 9. lib. 6. Paris. cons. 53. num. 115. lib. 3. Neguſ. de pignorib. in octaua parte, in primo membro, vers. decimo fallit nu. 35, quos sequitur Osasc. vbi supra præsertim num. 9, & 10.*

Hanc eãdem sentent. sequitur *Dec. cons. 27. col. p. in fine, Rol. cons. 9. n. 21. & cons. 14. n. 15., Ioseph. Lud. decis. Perus. 45. num 8. Gail. lib. 2. obseru. 27. nu. 26, Rota Genu. decis. 78. num. 3. Gratus cons. 63. in fine, & cons. 119 num. 28. lib. 2.*

14 Contraria tamẽ sententia de AEQVITATE, verior videtur, quam amplexi sunt, *Osascus, Thesaurus, & Menoch. locis, vt supra relatis viz. Osascus sub num. 10; Thesaur. num. 3, & Menochius num. 6. quos sequitur Ruginellus cit. cap. p. num. 63, & ante eos copiosissimè Natta cons. 521.*

15 Excussionis enim admissionem, in maxima AEQVITATE, esse fundatam probant *Thesau. all. decis. 52 sub num. 4, & Menoch. cit. qu. 51. nu.*
16 6; neq; verè de apicibus iuris dici potest exceptio excussionis, cum sit adinuenta, vt circuitus euitentur ex magna AEQVITATE, vt dicit apostillator ad *Dec. cit. cons. 27. in fine, & sequitur Thesaurus all. num. 4.*

Apices enim iuris dicuntur, quicquid extrinse-
17 cus agitatum est, nec bonam fidem tangunt, secundum *Bald. in cap. p. col. 2. de Constitutionibus, quem sequitur Socin. cons. 120. col. 7 vers. nec ex eo lib. p, & refert Rugin. all. cap. p. sub num. 79*; Atque excussionis exceptio non dicitur de apicibus iuris, nec de superfluis, vt supra dictum fuit,
18 Cum bona fides non patiatur, vt iuris ciuilis ratio non habeatur *Bal. & Salyc. in l. placuit C. de iudicijs*, sicuti non patitur etiam bona fides, vt quis insistat rei, & agat ad rescissionem cõ-
19 tractus, cuius vigore potissimum, rem illam est consequutus *l. resistente, & l. bona fides tantundem ff. de reg. iuris. Ergo &c.*

Huiusmodi enim exceptio excussionis non solũ comprehendit ordinem Iudicij, sed etiam ius
20 partis, vt probat *Alciat. cons. 382, & 285. nu. 8,* Et ideò aliud est exceptio de excussione non facta, quo ad simplicem formam Iudicialis ordinis, & subtilitatem quandam iuris, Aliud si
21 opponatur tanquam de graui partis præiuditio, vt tradit *Rota Gen. decis. 90. num. 10, & 11,* Et si hoc casu vbi excludatur exceptio videtur ini-
22 quitas fieri, vt post *Neguſ. probat Thesaur. sub all. num. 4. & ante eum innuit Osasch. cit. decis. 2, sub num. 14. vers. Quapropter, quam sententiam sequitur Ruginell. in all. cap. p. num. 65.*

Facultas etenim huic Iudici tributa per rescriptum sola facti veritate inspecta se extendit, vt superflua quo ad ordinatoria processus reijce-
23 re tantum possit, non quo ad ius partis *Cardin. in clement. sæpè col. 10 in fine §. verum quia de verborum signif. Menoch. de Arbitr. qu 24. num. 3. in fine, quos sequitur Ruginell. all. cap. p. sub nu. 55.*

Placet tamen distinctio quam clarius facit *Thes. all. decis. 52 num. 6. cum seq.*, Et quam prius (licet non sic exactæ) innuerat *Osasc. loco relato*; Aut igitur exceptio excussionis proposita fuit per fideiussorem, Aut per tertium possessorem, Si per fideiussorem cum ipse se obligauerit ex facto proprio pro alio, & optimè sciret teneri
24 versus creditorem, & ideò sibi imputet, denegeganda videtur excussionis exceptio *arg. l. fin. ff. de fideiuss. iuxta doctrinam Decij in all. cons. 27.*
25 Maximè, si res inter Mercatores ageretur inter quos de bono, & Aequo est iudicandum, & sic, omissa excussionis exceptione *Gabriel. de fideiuss. concl. p. vt dixi supra lib. 1. cap. 6. nu. 11.* vbi quamplures in eam retuli sententiam, & quam opinionem sequitur *Thesaur. all. decis. 52. num. 5,* Qui hanc sententiam AEQVIOREM, esse testatur, De qua materia latius infra in *cap. 185,* Vbi amplè ea trutinabitur.

Si verò per tertium possessorem conuentum hypothecaria proponitur AEQVITAS suadet
26 excussionem fieri, Vt prius conueniatur Principalis, vel eius hæredes, si opponatur per *Tex. expressum in l. moschi ff. de iure Fisci*, vbi Paulus I. C. respondet AEQVVM. putare prius conueniri debere hæredes; Et sic magis liquet hãc exceptionem ius tertij tangentem, non esse
27 de apicibus iuris, sed AEQVITATI consentaneam, atq; ideò non debere reici, ab eo qui secundum veritatem, & AEQVITATEM procedere tenetur, vt post *Bal. in l. fin. §. sed, & si quis col. p. vers. fuit quæsitum C. commun. de legatis probat Ruginell. cit. cap. p. sub nu. 62. vers. At quod, & sub num. 63. vers. Aut loquimur de exceptione, post Alciatum cons. 33. num. 9. cum seq. lib. 6. alias cons. 382. num 5. Cran. cons. 263. num. 3, & num. 6. vers. ex præmissis*; Et ita decisum fuisse per Senatum Taurinensem testatur *Thesaur. recit. decis. 52.*
28 *sub num. 6. vers. Hæc; distinctio*, Quamuis postea hoc idem pluries statuisse Senatum ipsum
29 fauore etiam Fideiussoris tradit idem Auctor *vers. verum cum iterum*, Nullam admittendo differentiam inter fideiussorem, & tertium possessorem.

Hanc tamen conclusionem vti difficultate non carentem approbasse non videntur eundem

30 Senatum tradit, idem *Thesaur. decis.* 175. *nu.* 6.,
vbi differentiam fecit Senatus ipse inter ipsũ-
met debitorem, & tertium possessorem, vt vi-
dere est; Et sic magis iterum placet distinctio,
ipsa supra firmata, quæ maiorem AEQVITA-
31 TEM continere videtur, Et quam Coadiuto-
res staturorum huius Metropolitanæ Vrbis,
quam maxime ante oculos habuerunt, dum in
32 *cap.* 189 *lib.* 2. expresse prohibuerant excep-
tionem excussionis, & ibi amplè Carpanus.
Præsertim verò contra Fideiussorem hæc locum
33 obtinebunt, vbi simplex fideiussor, non exti-
tit, sed vlterius progressus est, & tanquã prin-
cipalis se obligauit versus creditorem, Vel
excussionis beneficio tacitè, aut expresse re-
nunciauit; Quia tunc omnino ad debita solu-
34 tionem tenebitur reiecta excussionis excep-
tione, vt probat *Gail. cit. obseru.* 27. *nu.* 20. & 21.
*lib.* 2, Et post multos per eũ relatos, tradit *Ru-
ginell, loco citato sub num.* 67. *vers. Nisi igitur*.
Faciunt tradita per *Canagnolum ad decretum Mon-
tisfirr.* §. 8. *num.* 8. *cum seq. plur*, vbi disertè ma-
teriam pertractat, & concludit Iudicem, eo
35 casu posse summariè, & extraiudicialiter co-
gnoscere an debitor principalis sit soluendo,
quia si soluendo non reperitur, poterit Iudex
36 absque aliqua declaratione super discussione,
contra fideiussorem, & tertios possessores pro-
cedere; Hoc enim pacto non tollitur ipsa ex-
37 cussionis exceptio, aut defensio Fideiussori;
Sed tantum mutatur defensionis modus, Et
ordo cognoscendi super ipsa exceptione, quod
fieri posse, tradit *Ruginell. loco relato*; Hoc idem
innuere, videtur *Gail. all. obseruat.* 27. *num.* 14, &
19, dum ait excussionem non habere locum si
debitori principali notoriè non sit soluendo
post *Vrsill. ad Affl. decis.* 318. *num.* 5. *Cardin. Mant.
tr. de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 17. *num.* 20. *cum
seq. plur. par.* 2. Quia innanis dicitur excussio,
38 quam excludit debitoris inopia *Tex. in l. nam*
39 15. *ff. de dolo malo*, Inutilesq; & frustatoriè ex-
ceptiones non sunt admittendæ, *l. non cogendum
ff. de Procuratoribus, & l. hæc stipulatio* §. *fin. ff. vt*
40 *legati non caueat*, *Gratian. lib.* 3. *discept. forens.
cap.* 490. *num.* 44. Prout etiam excussio cessaret,
quando principalis debitor mortuus esset, vt
probat *Alex. cons.* 51. *num.* 6, & *cons.* 100. *num.* 4.
*lib.* 5. *Paris. cons.* 50. *num.* 41. *lib.* 1. *quos sequitur
Card. Mant. d. lib.* 16. *tit.* 17. *num.* 14. *par.* 2.

*S V M M A R I A.*

*Emphyteuta caducitatem incurrit per alienationem rei sine licentia Domini eoq; irrequisito num.* 1. *duplexq; affertur ratio num.* 2. & 3. *ampliatur num.* 4. *ratio num.* 5. *ampliatur num.* 6. *lim. num.* 7. 8. 9. & 10.

*Mandatum speciale requiritur in alienatione rei emphyteoticæ num.* 10.

*Emphyteuta alienãs irrequisito Domino coemphyteutis, vel comprehensis in Inuestitura non cadit à iure suo num.* 11. & *cur num.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

*Alienatio in coemphyteutam facta censetur potius repudiatio quam alienatio num.* 13.

*Pactum expressum de nõ alienando rem emphyteuticariam irrequisito Domino quomodo intelligatur nu.* 16.

*Contractus emphyteuticus non requirit de necessitate scripturam num.* 20.

*Longinquitas temporis idem operatur quod scriptura num.* 21, & *quanam debeat esse num.* 22. & 23.

*Emphyteuta promittens soluere Canonem de fructibus rei emphyteuticaria non tenetur, nisi de anno quo fructus colligit, & cur num.* 24. & 25.

*Legato certo numero emphorarum vini alicuius fundi si minus natum est amplius non debetur num.* 26.

*Caducitas non incurritur nisi sit cessatum per tria triennia, vel quinquennia.*

*Vbi fructus solo triennio, vel quinquennio nascantur, & cur num.* 27.

*Emphyteuta quando pensionem soluat causa demonstrationis, & non taxationis, & quando cadat ab emphyteusi non soluendo Canonem per triennium, etiam si fructus non percipiat num.* 28. 29. & 30.

*Canonem in pecunia soluere obligatus tenetur omni anno soluere num.* 31.

## Emphyteuta recuperans rem venditam Domino irrequisito, antequam declarata sit caducitas excusatur. Cap. CXV.



Ctum fuit in superiori libro *cap.* 79.
& 80. de Emphyteutica moroso
quando excusari debeat à caduci-
tate ob non solutum Canonem, Sed
quia caducitatem etiam incurrit
ob alienationem rei emphyteoti-
cæ sine licentia Domini factam, & eo irrequi-
1 sito *iuxta Tex. in l. vlt. C. de iure emphyteutico, vbi
Scriben. & in capit. potuit de locato, vt post Clarum
in* §. *emphyteusis q.* 13., & *Rodo. tr. de rebus Eccl.
non alien. tit. de caducit. ob rei alien. nu. p fol.* 515.
*probat Corbul. tr. de iure emphyt. tit. de causa pri-
uat. ob alien. irrequisito Domino num. p.*
Cuius conclusionis duplicem rationem affert
Corbulus ibidem quorum altera est, vt Domi-
2 nus possit offerre idem pretium, si ipse rem
emere voluerit *d. cap. potuit*, & *l. fin. C. de iure
emphyt.* Altera verò est, vt propter consensum,
3 & receptionem noui emphyteutæ Dominus
Laudemium consequatur, ne necesse habeat
probare Dominium, si vellet agere, & rem ven-
dicare aduersus extraneum, in quem res est
alienata, quod difficile resultaret, vt docet
*Bar. in l. in conuentionibus ff. de verb. signif.* & *in l.
qui Romæ* §. *duo fratres, col. pen. ff. de verb. oblig.
Gabriel. cons.* 84 *num.* 9. *lib.* 1.
Quæ sanè conclusio procedit etiam si nullum fac-
tum fuerit pactum inter Dominum, & emphy-
4 teutam circa alienationem rei emphyteoticæ
vel melioramentorum, vt scribit *Ias. in d. l. fin.
num.* 8, *de iure emphyt.*, quia hoc venit ex natura
contractus

5 cō-tractus emphyteusis, vt notat idem *Ias. in l. a. in 4. notab. num. 4. C. de iure emphyt.*, quem sequitur *Corbulus loco relato, ampliatione p. num. 2.*
Et quam conclusionem etiam præcedere probat *Corbul. cit. tit. ampliat. 15*, etiam si alienatio fac-
6 ta fuisset in euidentem vtilitatem Domini post *Doct. in l. fin. C. de iure emphyt., & in cap. potuit de locato, Bero. conf. 124. num. 16. lib. p.*
Si tamē post factam huiusmodi alienationem rei emphyteoticæ Domino irrequisito, emphyteuta redimeret rem emphyteoticam antequā Dominus declarasset caducitatē; De AEQVITATE, subuenitur emphyteutæ, quia res in-
7 tegra adhuc dicitur, vt post *Gabrielem conf. 66. num. 47. lib. 2. & Corbulum tr. de iure empt. tit. de causa priuat. ob alienationem, ampliat. 29. probat Cotta de re integra distinct. 69. num. 5.*
Idem procederet si venditio esset nulla, *arg. l. 4. §.*
8 *condemnato ff. de re iud. Alciat. conf. 258. num. 5. Cotta in suis memor. verbo actus nullus, vers. tamen si mulier, quos sequitur Corbul. d. tit. de causa priuationis ob alienationem irrequisito Domino facta*
9 *lim. 2. num. 1.*, Vtpote si alienatio facta fuisset à minore, vel muliere, aut Communitate non seruatis solemnitatibus, vel à Procuratore nō legitimo, vel generale tantum habente mandatum. Cum speciale requiratur in alienatio-
10 ne rei emphyteoticæ *Alex. conf. 16. in fin. lib. 4. & conf. 42. lib. 6. Corbul. ibidem num. 2. & 3.*
Si tamen venditio facta fuisset irrequisito Domino alijs coemphyteutis, siue alicui ex comprehensis in eadem Inuestitura, non caderet alie-
11 nans à iure suo iuxta *decis. Bar. in l. si domus §. fin. & ibi Alex. num. 7. ff. de leg. p. Idem Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres qu. 10, vbi etiam Alex. num. 60, & Crottus num. 144. ff. de verbor. obligat.*, quam sententiam communem esse testatur *Gabriel. conf. 88. num. 16. lib. 1. Clar. in § emphyteusis qu. 14. quos sequitur Corbul. allo tit. de causa priuat. ob alien. irrequisito Domino fact. lim. 6. num. p.*
Isto enim casu, cessant rationes ob quas emphyteuta prohibetur irrequisito Domino aliena-
12 re, Vt Dominus recognoscatur in Dominum ab extraneo in quem res alienatur, & vt ipse Dominus habeat eum obligatum actione personali ad ipsum recognoscendum, & ad pēsionem soluendam cum ipse emphyteuta Emptor teneatur ad eum recognoscendum etiam pro patre, quam habuit à suo coemphyteuta: Ita vt
13 alienatio in eum facta censeatur potius repudiatio quam alienatio, *cap. p. & ibi Doctores de Alien. feudi Pater.*
Prout cessat alia ratio, ne cogatur Dominus ha-
14 bere emphyteutam contra propriā voluntatē, *Ripa in d. §. duo fratres sub num. 87. ff. de verbor. oblig. per l. fin. C. de iure emphyt.* Quia iam fuit ap-
15 probata persona ipsius coemphyteutæ ementis, *Corbul. in all. limit. 6. num. 2; Qui num. 6.* affirmat hoc procedere etiamsi emphyteuta in In-
16 uestitura pacto expresso promisisset Domino non alienare rem ipso irrequisito, nam tale pactum debet intelligi de alienatione facien-
17 da in extraneum, non autem inter se ipsos emphyteutas secundum *Salyc. in l. ea lege nu. 16. C. de condit. ob causam*, Quamuis contrarium placuisse *Baldoin c. p. §. Præterea de feud. alien. tradit ibidem ipse Auctor post Ripam in d. §. duo fratres sub num. 87. vers. & ampliatur*, Ea ratione quod prohi-
18 bitio hominis cum prohibitione legali debeat aliquid operari per *Tex. in §. Sācissima in Auth. de alienatione, in emphyteusim.*
Opinionem verò Salyceti procedere tradit ibidem Ripa, vbi non esset adiecta aliqua pœna
19 promissioni de non alienando, *Berous cōs. 128, num. 12. lib. p. quem sequitur Corbul. all. num. 5. in fin.*
Cæterum licet aliqui voluerunt, contractum emphyteoticum scripturam de necessitate requi-
20 rere; Contrarium tamen verius esse docet *Bar. in l. p. num. 6. C. de iure emphyt., & seq. Socin. conf. 169. num. 12. lib. 2*; Quia longinquitas temporis idem operatur, vt ipsa scriptura, cum ex longa
21 solutione Canonis, siue pensionis paruæ quātitatis præsumatur emphyteusis *Bal. conf. 116. num. 2. lib. 1. & conf. 24. num. p. in fine lib. 4. Crau. conf. 380. num. 16. Alex. de Neuo conf. 27. num. 3. Rol. conf 95. num. 25. lib. p, quos sequitur Gallia conf. 99. num. 62. & 79. cum seq.*
Modo tamen longinquitas ipsa temporis, quo fuit solutum Canon excedat annum quadra-
22 gesimum; Quia tunc præsumitur ab initio contracta emphyteusis, *Bald. conf. 24. lib. 3, Dec. conf. 146. num. 2. in fine, quos sequitur Gabriel commun. concl. lib. 1. tit. de præsumptionibus num. 18. & seq.*,
23 Maxime quando vniformis fuit pensio quotannis soluta *Alex. de Neuo d. conf. 27. num. p. & Gallia conf. 99. num. 65.*
Et quando emphyteuta promisisset soluere Canonem de fructibus rei in emphyteusim concessæ, Tum cum dicatur facta mentio fructus per modum taxationis, & non demonstratio-
24 nis; Emphyteuta non teneretur soluere Canonem, nisi illo anno, quo fructus collegit, Nā locus adiectus causa taxationis conditionem facit, & obligatio restringitur ad illud quod in tali loco nascitur, Itaut si fructus huiusmodi
25 solo triennio, vel quinquennio fierent, vt ex nemoribus, & Siluis, tunc solum omni triennio, vel quinquennio deberetur Canon, ita tradit *Dec. conf. 280. num. 2. in fin. per l. cum certus ff. de vino, tritico, oleo; legato*, vbi si Testator legauit certum numerum amphorarum vini,
26 quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum sit, amplius non debetur *Feretus conf. 241. num. 2, & Corbul. d. tr. de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob non solutum Canonem lim. 28. nu. 2, & 3.*
Quo casu caducitas non incurritur nisi cessatum
27 sit in solutione Canonis per tria triennia, vel quinquennia, Tunc enim huiusmodi triennium, vel quinquennium reputatur pro vno anno, vt notat *Ias. in l. diuortio §. quod in anno num. 6. vers. tertio principaliter nota ff. sol. matr., quod repetit. in l. 2. in 4. notab num. 4. C. de iure emphyt. per Tex. in l. si sic cōstituta sit aqua ff. quemadmodum seruitu-*

*amittantur. Cotta in eius memor. verbo emphyteuta priuati in prima declaratione per Rel. conf. 87. num. 29. verf. quarto dicitur lib. 1. quos sequitur Corbul. d.tit. de causa priu. ob non solutum Canonem lim. 28 num. p.*

Vbi verò emphyteuta conduxisset Siluam, aut fundum, & promisisset solum tantam quantitatem vini, aut frumenti, aut pecuniæ in genere; Quia tunc facta dicitur mentio de frumento, aut vino pro Canone causa demonstrationis, & non taxationis, quæ pensio dicitur præ-
28 stari in recognitionem Dominij, vt tradunt *Scrib. in d. l. p. C. de iure emphyt.* tunc omni anno
29 Canonem soluere tenetetur emphyteuta, qui si cessaret per triennium caderet in commissum, etiamsi singulo anno ex ipsis bonis emphyteoticis fructus non perciperet, vt probat *Corbul. all. lim. 28. nu. 4.* qui sequenti numero tradit idem procedere si Canon, esset vnius sextarij frumenti, & quinque bononenorũ, vel simili quantitate; Nam propter adiunctam quantitatem pecuniæ, nullo modo videtur facta mentio de frumento causa taxationis; Et
30 qui tenetur soluere Canonem in pecunia te-
31 netur omni anno soluere *Iaf. in Auth. quam rem num. 11. verf. idem quando ex qualitate rei C. de Sacr. Eccl.*

*SVMMARIA.*

*Pacta sunt seruanda num. 1.*
*Emptor cogitur retrouendere intra terminum secus eo elapso num. 2.*
*Aequalitas inter contrahentes seruanda vbi ei expressè non sit renunciatum num. 3.*
*Contractus ex conuentione legem accipiat num. 4.*
*Pactum redimendi temporale ob læsionem enormissimam de Aequitate sit perpetuum num. 5. ratio num. 6.*
*Læsio enormissima cessat si pretium, & paulò plus quarta diminuatur ratione pacti num. 7.*
*Venditio læso vltra dimidiam, quæ remedia competant num. 8. 12, & quæ emptori num. 13.*
*Vilitas pretij probat in emptore malam fidem num. 9.*
*Dolus ex proposito in emptori præsumitur cui renunciari non potest tanquam de futuro num. 10, & 11.*
*Responsum Autoris Persichello num. 14.*
*Datium portus est de Regalibus num. 15.*
*Redditus datiorum venduntur de stylo Status Mediolani in rationem duorum pro centenario num. 16.*
*Redditus materia per quos tractetur ad cap. spectans num. 17. & 18.*
*Redditus iustus incipiat quando tot esse debent, vt viginti annis sors æquatum num. 19.*

## Pactum redimendi temporale efficitur perpetuum, ob læsionem enormissimam pretij rei venditæ cum huiusmodi pacto. Cap. CXVI.

PActa seruanda esse tradit *Vlp. in l. p. de pactis, & Marcian. in l. si creditor §. illud ff. de distr. pi-*
1 *gnoris. & probaui in superiori libro cap. 67. per tot.,* Adeò quod si inter Emptorē, & Venditorē conuentum sit, vt Venditor possit intra certum tēpus redimere eodem pretio, rem venditam, Certum est, quod quemadmodum potest cogi Emptor ad retrouendendum rem emptā si, intra tempus conuentum venditor vult illam redimere restituto pretio, Ita eo elapso termino
2 inuitus non cogitur rem dimittere, si equalitas inter contrahentes seruanda est iuxta *l. fin.*
3 *C. de fruct. & litis expensis*, vbi ei expressè non sit renunciatum, *l. sed, & celsus §. si fundus ff. de*
4 *contrab. empt.* Contractusq; ex conuentione legem accipiunt. *l. p. §. si conueniat ff. de p̄fiti, Bim. conf. 297. num. 89. cum seq. & conf. 301. num. 28.*
De AEQVITATE tamen attenta pretij modici-
5 tate, & læsione enormissima, Pactum retrouendendi effectum esse perpetuum concludunt Scribentes, quorum antesignanus fuit *Hostiensis de Vsuris verf. an aliquo casu num. 8. per cap. ad nostram de contrahen. empt., Bal. in cap. p. in tit. de feudo dato inuicem legis comiss. Cassan. in consuetum Burgund. tit. de retens, & vendens §. p. nu. 22. quos sequitur Tiraquell. de retr. conuent. Glo. 2. num. 53.,*
6 qui subdit id procedere ex quadam AEQVITATE, ob suspitionem simulationis, vel feneratitij contractus, quæ suspitio oritur ea modicitate pretij, & pacto retrouendendi.
Hanc eandem sententiam de AEQVITATE sequuti sunt, *Menoch. de Arbitr. casu 217. sub nu. 3, & Bimius conf. 35. cum trib. seq. lib. p. & conf. 375. num. 23. lib. 4.*
Ad euadendum autem enormissimam læsionem, diminuendum est pretium iustum, paulò minus
7 tertia parte, & paulò plus quarta ratione pacti de retrouendendo, vt post alios copiosè tradit idem *Bimius d. conf. 375. num. 16.*, Itaut si facta hac diminutione ratione pacti redimendi, Adhuc vltra dimidiam læsus esset venditor in pretio rei venditæ, Tunc vel pactum temporale
8 redimendi efficeretur perpetuum iuxta ea quæ supra dicta sunt, Vel agere posset læsus ad nullitatem contractus iuxta *l. 2. C. de rescind. vend. vt abunde probaui supra in cap. 22, & c. 46. per totũ,*
9 Quia ex pretij vilitate mala fides dicitur probata in emptore, *Tex. in l. p. C. si vend. pignor. agat. Bart. in l. alio num. 14. ff de alim., & cibar. leg. late Gamma decis. 40. per totum præsertim num. 6. & nu.*
10 10, Quippe dolum ex proposito in emptore præsumi, cui minime posse renunciari tanquā
11 dolo de futuro, probat *Bargal. tr. de dolo lib. 3. tit. de dolo in iuramento nu. 26. post Gabrielem commun. conclus. tit. de arbitr. conclus. 3. num. 49. verbo sed tenendo, & Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 36. num. 14.*
Vel etiam agere potest læsus vt pretium ad Iu-
12 sticiam reducatur, & sic de AEQVITATE augeatur, vel diminuatur, tàm si fuit læsus Ven-
13 ditor, quàm Emptor, vt copiosè scribit *Thesau. lib. 2. qu. famil. 14. sub nu. 2.* Quo loci amplè scribit de omnibus contractibus emptionis, in quibus læsio potest considerari, vel re ipsa, vel
ratione

ratione temporis, vel fauore venditoris, vel
eonimodum emptoris in pretio decepti ad
quem remittitur Lector.

Erita respondi hoe eurrenti anno *1636.* pro D.
14 Persichello eontra D. March. Vidonum, qui
ab eo emerat duas sextas partes datij Portus
Piceleonis pretio aureorum bis mille centum
eireiter triginta, cum pacto redimendi ad an-
nos duodecim, Cuius redditus aseendebat ad
aureos eentum septuaginta, & sic in rationem
15 octo pro centeuario, Namq; cum datium ip-
sum esset de Regalibus, vt habetur in *c. p. quæ
sint regalia, & ibi Bal. & est Tex. in l. p. & 2. C.
de noul vect:gal. de qua materia Boss. tit. de regal. nu.
p. quem sequitur Roscutal. de feud. par. p. cap. 5.
conclus. 3, & conclus. 15.*, Stylus huius Regionis
16 est, vt huiusmodi redditus vendantur in ra-
tionem duorum pro singulo eentenario, vt ex
actis Ill. Magistratus Extraord., Itaut notoriè
constabat de enormissima læsione.

De hae materia amplè scribit *Menoch. plena præ-
sumptione 122. lib. 3. præsertim num. 50. cum seq.*
vbi docet quod emptor dicitur læsus, si ven-
17 dito fundo pro aureis eentum, illum condu-
xit pro aureis sex, quia redditus aur. centum
sint quinque ad Summum, Præter quod tot
fructus nō percipiuntur ex fundo, vt reddi-
18 tus viginti annorum æquent sortem, & sic
minus percipitur quam in quinq; pro singulis
centum aureis singulis annis, Cum tamen
lege cautum sit redditus tot esse debere, vt vi-
19 ginti annis sors æquetur *§. Quia verò Leenis in
Auth. de non alien. Corn. cons. 265. lib. p. & Crau.
cons. 156. num. 12. in fin. Natta cons. 198. num. 14.
& Rol. cons. 40. num. 27. lib. 2.*

*SVMMARIA.*

*Aduocati offitium nobile est honorabile, & laudabile num. 1.*

*Aduocatus esse prohibetur infamia notatus num. 2.*

*Aduocati non possunt esse collectores collectorem nu. 3.*

*Aduocati non possunt personali munere grauari, nisi necessitate consulendi, iudicandi, & arbitrandi nu. 4.*

*Minores decimoseptimo anno non completo non possunt aduocare num. 5.*

*Quibus aduocare prohibitum sit num. 6. vsq; ad 15.*

*Mulieres aduocare nequeat num. 8. limitatur num. 23.*

*Tutor, & Curator etiam si alias probibiti, aduocare possunt pro suis pupillis, & minoribus num. 16. ratio num. 17.*

*Clericus, & Monacus probibetur aduocare pro alijs in causis sæcularibus num. 18. secus pro se, Collegio, vel Monasterio num. 19.*

*Clericus pro quibus postulare possit in causis sæcularibus num. 20. 22, & 23.*

*Clericus in causis criminalibus omnino probibetur pro alio aduocare num. 21. an pro reis num. 22.*

*Clericus in quibus casibus honorarium petere possit per aduocatione licet oblata recipere valeat num. 24.*

*Clerici in causis sæcularibus possunt consulere, quia non dicuntur postulare num. 25.*

*Postulare, & aduocare quid sit num. 26.*

*Consulens in Camera potest esse Aduocatus alterius partis num. 27, & quando non num. 28. 29. 30, et 31.*

*Aduocatus esse quis non potest in causa in qua Assessor, vel Iudex fuit num. 32.*

*Iudex durante suo offitio non potest aduocare in causis pendentibus coram alijs Iusdicentibus num. 33. sub pæna arbitraria, vel priuatione offitij num. 34.*

*Delinquens in offitio priuandus est matricula, officio, & beneficio num. 35.*

*Lex probibens quod est contra bonos mores non apposita pæna intelligitur arbitraria num. 36.*

*Aduocatus, & Procurator qui ob infamiam non debuit admitti, admissus non reddit processum nullum n. 37.*

*Aduocatus qualis esse debeat num. 38. 39 40., & 41.*

*Aduocatus non accusat, sed defendit num. 42.*

*Aduocatus debet commendare Aduocatum Aduersarij non vituperare num. 43. 44.*

*Iactantia omnis à bonis moribus est aliena num. 45.*

*Aduocare in crimine læsæ Maiestatis omnibus probibitum etiam per Patrem, vel filio sine licentia Principis num. 46.*

## Infamia notatus qui sit Tutor, vel Curator potest pro minoribus quorum tutelam gerit aduocare. Cap. CXVII.



Duocati offitium nobile esse, &
honorabile, ae laudabile statuit
Imperator Anastasius, *in l. lauda-
bile C. de Aduoc. diuers. Iudicum, &
Imperator Constantinus, in l. Iudices
C. de dignitatibus lib. 12.* Idcireo
2 infamia notari Aduocatos esse prohibētur *d.
l. Iudices, & l. p. § ait Prætor ff. de postulando, & ibi
Bal. num. 4.*

Itaq; Aduoeati prohibentur esse colleetores
3 collectarum in *l. nequis C. de adu. diuers. Iud.*, neq;
aliquo personali munere possint grauari, nisi
necessitate consulendi, iudicandi, & arbitran-
di, vt statuerunt Imperatores Theodorus, &
Valentinianus in *l. Sancimus C. de Adu. diuerso-
rum iuditiorum.*

Prout minoribus qui decimumseptimum annum
non compleuerūt prohibitum esse pariter ad-
5 uocare scribit *Vlpian. in l. p. § pueritia ff. de postu-
lan. vbi in seq. § alios plures narrat.* quibus prohi-
betur aduocare, vt surdis qui Prætoris decre-
6 tum exaudire nequit, Item fæminis, ne contra
7 pudicitiam sexui congruentem alienis causis
8 se immisceant mulieres, Nec virilibus officijs
fungantur, Item cæcis, qui insignia Magistra-
tus videre, & revereri non possunt; Quamuis
Senatorium ordinem retinet, & iudicandi of-
9 fitio fungatur, cæcus, quando post ademptam
dignitatem euasit cæcus, & si aspitare ad ho-
iusmodi dignitates nō possit, vt habetur ibidē
10 § casum; Item ijs, qui in corpore suo muliebria
passi sūt, dummodo vi prædonum, vel hostiū
non

non fuerit stupratus; Item qui capitali crimi-
21 ne damnatus est, vel calumniæ causa publico
22 iuditio damnatus fuit, Item hæreticis, & In-
fidelibus quos si admittat Iudex puniri debet
l. nemo C. de postulando, Ala tr. de Adu. & Causid.
Christ. cap. p. Item qui operas suas, vt cum be-
23 stijs depugnaret locauit, quia tunc nota af-
ficitur; Si verò depugnasset non locatjs operi-
bus, sed virtutis ostendendæ causa sine mer-
24 cede non teneretur nota aliqua, nisi passus es-
set se in arena honorari corona, vel alio pre-
mio, l. spem C. quæ res pign. dari poss. Et his omni-
bus pro alio prohibentur aduocare, ludos .n.
25 facientes in plateis dicuntur infames Bar. in
d. l. p. l. §. remouet num. 27 ff. de postulando.

De AEQVITATE tamen admittuntur illi ad
Aduocationem etiam pro alijs, pro quibus
26 tutelam, vel curam gerunt, vt expresse caue-
tur in d. l. p. §. sed est æquissimum ff. de postulando;
Quia vt ibi subijcit Glo. litt. O, ratione offitij,
27 quædam permittuntur, quæ alias prohibita
sunt l. ex quibusdam ff. de Iure Fisci, l. quæsitum ff. de
in ius vocando.

Aduocare pro alijs in causis sæcularibus prohi-
28 betur etiam Clericis, & Monacis l. placet C. de
Episcopis, & Cler. Glo. in l. p. §. sexum ff. de postu-
lando; Qui tamen pro se, & pro Collegio, vel
Monasterio aduocare permittuntur Bal. in d. l.
19 placet num. 3, & 4, Specul. tit. de Aduoc. §. obijcitur
nu. 4, & 5. vbi tres excipit casus in quibus pos-
20 tulare potest Clericus videlicet pro se, pro
Ecclesia, & pro miserabilibus personis, cap.
primo extra de postulando, Quod tamen intelli-
21 gitur in ciuilibus negotijs, Quia in criminali-
bus omnino prohibentur Clerici aduocare
pro aliquo cap. aliquando 51. distinct., Pro acto-
22 ribus scilicet non pro reis; Quamuis tutius es-
se in totum abstinere tradit Specul loco relato
sub num. 8, Copiose Ala d. qu. p. vers. Clericus vsq;
ad finem, & qu. seq. qui etiam ampliat, Clericum
23 posse aduocare pro coniunctis, & sic causa ne-
cessitatis, pietatis, & affectionis naturalis, vt
probat Summa Siluestrina in verbo Aduocatus nu.
6., Prout pro parentibus decrepitis, aut infir-
mis Procuratoris officio in subsidium fungi
mulier permittitur l. fœminis ff. de Procuratori-
bus, & late tradit Costa remed. subsidiario 70. nu. 19.
24 In casibus verò permissis honorarium aliquod
petere nequeunt Clerici de AEQVITATE Ca-
nonica, Quamuis oblata recipere valeant, vt
post Hostiensem, & Butrium probat Ala d, q. 2. per
totum.
25 In Camera tamen consulere possunt Clerici
etiam in causis secularibus, quia tunc postula-
re non dicuntur l. Paulus §. Paulus ff. de legatio-
26 nibus, Quia postulare, & Aduocare, est in iudi-
tio aliquid dicere, Non autem in Camera in-
struere, Bar. in d. l. p. § postulare num. 2. ff. de postu-
lando.

Prout consulens in Camera, esse potest Aduoca-
27 tus alterius partis citra crimen præuaricatio-
nis, Nisi fidem alteri de patrocinãdo dedecit,
non

vel secreta causæ, sibi fuerint à primo com-
28 municata, eiq; solutum condignum salarium
pro consilio, Quia tunc non debet contrarijs
partibus consulere; Secus autem si rãrum fue-
rit tentatus à Clientulo, quia malicijs eorum
29 obuiãdum est, vt optime explicat Bal. in l. quos
prohibet in addit. in fine, & in l. à Principe ff. de
postulando, Et ante eum probat Specul. all. t. t. de
Adu. §. sequitur videre sub num. 11. vers. sa. è etiam
30 vidi, Qui tamen num. 19. honestius esse putat, vt
talis Aduocatus abstineat à nouo patrocinio
aduersæ partis, maximè in causa appellationis
31 quæ secundum aliquos, eadem esse videtur
cum principali, quamuis contrarium habea-
tur in cap. si quis in quacunque q. 6.

Qui fuit Assessor, vel Iudex in aliqua causa in
32 eadem, postea esse non debet Aduocatus l. fin.
C. de Assessor. l. pen. ff. eodem tit., & l. Quisquis C. de
postulando, & arg. l. his quidem §. in posterum C. qui
militare non possunt lib. 12. l. si plures ff. de pœnis,
& l. hac parte C. de prox. Sac. Scrin. lib. 12. late Spe-
cul. all. §. obijcitur num. 10. tit. de Aduoc.

Prout aduocare etiam prohibetur publicis Offi-
33 cialibus, siue Iusdicentibus etiam in causis co-
ram alijs Iusdicentibus pendentibus durante
eorum offitio Tex. est in l. si quis C. de adu. diuers.
iudiciorum facit l. puto etiam, & l. ex ea causa cum
34 l. seq. ff. de postulando, sub pœna arbitraria, vel
priuatione offitij, vt docet Bal. in d. l. placet C.
de Episcopis, & Clericis, vbi tradit quod si pro-
hibitum est Doctoribus salariatis aduocare;
Contrafacientes tolli debent de matricula, &
priuari salario, quia qui delinquit in offitio
35 priuandus est matricula officio, & beneficio;
36 Quando enim aliquid prohibet lex, quod est
contra bonos mores, licet pœna non appona-
tur, Intelligitur de pœna arbitraria leg. nemo
martyres C. de Sacr. Eccl., facit l. 2. C. si seruus, aut
libertus ad decur. aspirat. & probat idem Bal. in cit.
l. p. §. qui aduersus ff. de postul.

Si tamẽ admittitur Aduocatus, vel Procurator,
qui ob infamiam non debebant admitti, non
37 idcirco dicitur processus nullus arg. l. quãuis C.
de adult. idem Bal. in all. l. p. §. ait Prætor num. 4. in
fine ff. de postul.

Cæterum Aduocatus esse non debet procax, qui
38 opprobrijs non ratione certat, nec se ab iniu-
rijs temperat, quia talis Aduocatus damno
39 famæ, & opinionis mulctatur d. l. Quisquis C. de
postulando, Item nimium verbosus non esse de-
40 bet Aduoc. arg. l. p. C. de appell. Loquacitas enim
Actorem suum coinquinat, quæ seruire Audi-
41 toribus ad vsum profectus ignorat cap. sit rec-
tor 42. distinct. Specul. loco relato num. 9, & in §.
42 nunc nu. 8. Qui nu. 31. inquit quod Aduocatus
nõ accusat, sed defendit leg. qui cũ maior §. idem
puto ff. de bonis lib. & in §. seq. per totum tit.

Quemadmodum Aduocatum, debere comen-
43 dare Aduocatum aduersarij docet idem Spe-
cul. in §. nunc, quod est 6. nu. 16, Non autem illum
44 vituperare de quo conqueritur Seneca lib. de-
clamationum cas. 2. his verbis, Crescere ex mea
propoluit

propofuir inuidia homo, qui fe melius iactare quam defendere poteft; Orator ille cum fe nequiret defendere, in meam depreffionem voluit fe iactare, non attendens quod omnis iactanria à bonis eft motibus aliena *cap. imitare 6. qu. p. Specul. in all. § 6. num. 28.* 45

46 In genere autem omnibus prohibitum eft aduocare pro aliquo in crimine læfæ Maieftatis ràm humanæ, quàm Diuinæ etiã pro Patre, vel filio fine licentia Principis, feu Superiori *cap. filius de pœnis lib. 6. Affl. de feud. tit, quæ fint regal. n. 23.*

*SVMMARIA.*

*Infamia duplex eft iuris, & facti num. 1.*

*Infamia iuris quid fit, & quid facti num. 2. & 3. 28. 29. & 36.*

*Infamia etiam datur tertia fpeciei quæ dicitur Canonica num. 4.*

*Statutum loquens de infamia de qua intelligatur num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 30, & 37. De Aequitate intelligitur de infamia iuris num. 12, & 53.*

*Vbi lex non diftinguit, neq; nos num. 6.*

*Verbum aliqua vniuerfale eft num. 9. ac 62. & 90.*

*Statuta pœnalia dicuntur odiofa num. 13. & propterea reftringenda num. 14.*

*In dubio femper intelligitur de vera, & propria infamia num. 15.*

*Statutum huiufmodi eft iuris communis correctorium num. 16. & accipi debet, vt minus corrigat ius commune num. 17. & 27.*

*Infamia iuris non irrogatur pro pœnam extraordinariã num. 18, & cur num. 19. Senatus Confultum Mediolani afferuntur num. 20. 21, & 51.*

*Statutum huiufmodi conforme eft iuri communi nu. 22.*

*Francifcus Ofius I. C. laudatur num. 22.*

*Tabellionatus officium eft nobile num. 23.*

*Io. Petrus Ala I. C. num. 24.*

*Angelus Belmefferius num. 25.*

*Notarius condemnatus de crimine commiffo extra officium Notarius etiam fi ex condemnatione fubeat infamiam non poteft priuari Tabellionatu num. 26.*

*Infamia facti excludit ab acquirendis non à quæfitis n. 31*

*Difpofitio pœnalis loquens de infamia in dubio de iuris, & non facti intelligi debet num. 32.*

*Fama hominis decolaratũ pro facti mortaliter vulnerafum pro infamia iuris facti num. 33.*

*Infamia facti facilius irrogatur num. 34.*

*Infamiam diluit emendatio vitæ num. 35.*

*Infamia iuris tamquam accidens, & fequela delicti non poteft ftare fine fubiecto principali num. 37.*

*Infamia iuris dicitur quia à iure inducitur num. 38.*

*Delictum patratum quando infert pœnam ipfo iure, & de delicto conftat notatur factum num. 39.*

*Iudex fententiam certam in re incerta ferre non poteft num. 40.*

*Probationes in delicto debent effe luce meridiana clariores num. 41.*

*Sufpiciones, & indicia poffunt purgari per torturam num. 42.*

*Conftitutio pœnalis inhabilitans reum, propter delictum non comprehendit fola fufpicione grauatum nu. 43. & 44.*

*Condemnatus contumax fuper indicijs in caufa delicti famofi non notatur infamia, & cur num. 45.*

*Vbi agitur de infamia irroganda condemnatio ratione delicti non autem indiciorum neceffaria eft num. 46.*

*Ex pœna extraordinaria an fumatur argumentum infamiæ difpenfatæ num. 47. & 48.*

*Iudex imponens pœnam extraordinariam pro delicto famofo non tollit infamiam num. 49.*

*Furti condemnatus, vt efficiatur infamis furtum debet effe plenè probatur fententia, vel confeffione nu. 50.*

*Ex minori pœna videtur fuper infamia transactum n. 52*

*Statutum continens pœnam dicitur odiofum num. 54. & ideò reftringendum num. 55. & quam minimè fieri poteft ius commune corrigere debet num. 56.*

*Statutum quanto magis fieri poteft præfumitur conuenire cum difpofitione iuris communis, & quantò minus ei derogare num. 57.*

*Statutum quod poteft operari contra ius commune effectum vnum duplicem inducere non debet num. 58.*

*Infamia facti notatus non dicitur prorfus turpis, fed leui macula fis prorfus num. 59.*

*Infamia omnis priuat tantum dignitate propriè, vel impropriè num. 60.*

*Tabellionatus eft dignitas impropriè num. 60.*

*Infamis regulariter loquendo intelligitur de eo qui eft infamis per fententiam num. 61.*

*Dictio aliqua vniuerfalis recipit reftrictionem, ne fequatur abfurdum, vel iniquum num. 62.*

*Infamia triplex eft iuris, pacti, & canonica num. 63.*

*Statuentes quod non exprefferunt, confulto omififfe cenfentur num. 64.*

*Statutum eft reftringendum ne contineat duo fpecialia num. 65.*

*Statuti verba, vbi referri poffunt ad factum, & ad ius referri debent ad ius tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus num. 66.*

*Benignior, & Aequior fieri debet interpretatio nu. 67.*

*Statuta ad cooptandis I. C. in Colleg. benignè largè, ac fecundum Aequitatem funt interpretanda num. 68.*

*Argumentum à contrario fenfu eft validiffimum in ftatutis num. 69.*

*Filio malo nomine à Patre ferie notato infamia facti inducitur num. 70.*

*Infamia facti irrogatur interlocutione Iudicis caufa non incognita ignominiofa in litigantes prolatis verbis num. 71, dicta tamen cenfentur correctionis non infamiæ caufa num. 71. 72.*

*Statuto dubio femper recurri debet ad ius commune num. 73.*

*Statutum interpretare debet fecundum ius commune num. 74.*

*Statuti interpretatio vera, & fecundum Aequitatem defumitur ex abferuantia fubfecuta num. 75.*

*Statuta recipientia certam interpretationem à confuetudine recipientia non poffunt multari num. 76.*

*Statutum imponens pœnam tefti dicenti falfum intelligitur de falfitate circa fubftantia alia num. 77.*

*Statutum imponens pœnam contra deferentem felopum rotatum, non officie differentem non aptum ad glandem iaculandum num. 78.*

*Statutum, feu pragmatica prohibens Officialibus accipere munera non comprehendit Fifcales num. 79.*

Statutum

*Statutum non comprehendit casum improprium nu.80.*
*Statutum disponens sententias conformes esse executionis mittendas nulla admissa appellatione intelligitur de sententijs verè conformibus num.81.*
*Statutum pœnale loquens in casu verò, non trahitur ad casum fictum num. 82.*
*Statutum puniens mulieres portantes perles intelligitur de veris non de fictis num. 83.*
*Statuti verba vbi non conueniunt, neq; etiam dispositio num. 84.*
*Infamia notati dicuntur, quod lex tamquam infamis signat num 85.*
*Infamia facti non signat neq; notam inurit, sed tantum apud bones, & graues Viros lædit existimationem num 86.*
*Alia est infamia de homine, alia inter homines num.87.*
*Infamia alicuius, & infamia de aliquo quid sit num. 88, & 89, & quid intrinsecà, & extrinseca, ibidem num. 88 & 89.*
*Dictio aliqua vniuersalis, quid præstet num. 90. 91. 92. 93. & 94.*
*Infamia alia iuris, & de iure, alia iuris tantum, & quæ sit vtraq; vndeq; procedat nu. 91. cum duobus seqq.*
*Verba vniuersalia sunt restringenda secundum subiectā materiam num 94, & patiuntur exceptionem secundum causa quantumcumq; sint vniuersalia nu.94.95.*
*Infamia facti. irrogatur per simplicem accusationem contra aliquem porrectam num. 96.*
*Statutum interpretandum est potius ab alio statuto quam à iure communi num. 98.*
*Statuti verba interpretāda sunt de stylo Ciuitatis n.99.*
*Infamatus per sententiam dicitur de iure infamis n. 100.*
*Statutum interpretandum est secundum communem vsū loquendi eiusdem Ciuitatis num. 101.*
*Statutum loci inferioris non dicitur honestum si contradicit loci superioris num. 102.*

## Statutum pænale loquens de infamia intelligitur de infamia iuris non facti. Cap. CXVIII.



POstquam actum fuit supra de ijs,
qui infamia notati Aduocati offi-
tio fungi nequeunt, Sæpeq; vel à
iure communi, vel per statuta lo-
corum prohibitum sit huiusmodi
aliqua infamia notati, alia munera
exercere; Non ab re esse videtur diserere de
qua infamia loquantur leges cum duplex sit
infamia iuris slz. & facti *vul. l.p ff de his qui no-*
1 *tantur infamia, & l. cessat ff. de actionib. & obliga-*
2 *tionib.*, Iuris enim est, quando lex ipsa notati
factum, vel Iudex in sententia infligit infa-
miam; Facti vero, quando neq; lex, neq; Iudex
3 minister eius, aliquam infamiam irrogat, sed
ex aliquo turpi facto diuulgato apud homi-
nes probos, atq; graues diminuitur bona opi-
nio alicuius.
Secundum verò *Azorium in eius summa par. 2. lib.*
4 *6. cap. 7. litt. A, & B.* Tertia species infamiæ ad-
ducitur vlz. Canonica, quæ ex omni peccato
læthali inducitur

Et quia vt plurimum statuta generaliter loquū-
tur de infamia notatis Generaliter etiam in-
telligenda sunt, de omni genere infamiæ, vt
5 habetur in statuto Cremonensi, de delendo è
libro Collegij, & honoribus priuando Nota-
rio si postquam in illud fuerit admissus, aliqua
infamiæ nota affectus sit *iuxta l. de pretio ff. de*
6 *public. act. & probaui supra in cap. 12. num. 3.* per
quam legem determinatur, quod vbi lex non
7 distinguit, nec nos distinguere debemus.
Maxime cum verba statuti, siue legis videantur
8 esse talia, vt possint adaptari ad omnem in-
famiam etiam impropriam ratione illius ver-
9 bi, aliqua, quæ dictio est vniuersalis, & talis
quæ induit omnem speciem etiam improptiā,
vt probat Illustriss. Card. Tuscus *tom. 2. litt. V.*
*concl. 243. num. p. & 3. fol. 606.*
Et eo fortius quia fauorabile esse videtur statu-
10 tum ipsum, quod Notarios à Collegio exclu-
dit, & sic bonis moribus viuere doceat in-
gredientes in Collegium, quod fanè publicā
vtilitatem respicere dicitur, & sic ampliari, nō
11 restringi debeat eius dispositio *iuxta l. cum*
*quadam ff. de lib. & posth.*
De AEQVITATE ramen verior, & probabilior
12 est conttaria sentētia nempe statutum huius-
modi comprehendete solum infamiam iuris
non autem facti, vt probat *Abb. in cap. super his*
*num. 2. de pœnis Camill. Galin. de verbor. signif. lib.*
13 *10. cap. 17. n. 3*, Quia cū pœnalia sint huiusmodi
statuta dicūtur odiosa, vt post multos probat
*Galin. tr. de verb. signif. lib. 8. cap. p. n. 35. per Tex. in*
*§. Quia verò Leonis in Auth. de nō alien. rebus Eccl.*
Et consequenter resttingendam veniant, vt
14 communiter tradunt *Scribentes quos refert, &*
*sequitur Bombinus cons. 13. num. 18. & cons. 5. nu. 8.*
*Eruditiss. Bimius cons. 278. num. 37. lib. 3, & Morot.*
*cons. 7. num. 3.*
In dubio enim semper intelliguntur de vera, &
15 & propria infamia, vt iuris, Non de impro-
pria, vt facti quæ in hominum opinione con-
sistit *Sessa decis. 193. num. 31, Marius Salomen.*
*in repet. l. omnes populi num. 209. & seq. ff. de*
*Iustitia, & iure.*
Præsertim verò quia huiusmodi statuta sunt iu-
16 ris communis correctoria, quo casu ita acci-
pi debent, vt quo minus fieri possit ius com-
17 mune corrigāt, vt post infinitos tradunt *Bom-*
*bin. cons. p. num. 9. & Galua. cons. 51. num. 64.*
Quæ sanè infamia iuris non irrogatur per ex-
traordinariam pænam pro delicto, quod sui
natura iuris infamiam irrogat; Quoniam stan-
18 te extraordinaria pœna, infamia non dicitur
irrogata *Tex. est in l. si seuerior C. ex quibus causis*
*infam. irrogetur, & post alios multos docet Gamma*
*decis. Lusit. 139. per totum*, Quia ex impositione
pœnæ extraordinariæ, elicitur imputatum de
19 delicto non esse plenis probationibus cōuic-
tum, & consequenter infamiam iuris quæ ac-
cessoria est minime incurisse, *D. Sen. Bell. tr. de*
*his quæ incontinenti fiunt. cap. 115. num. 12. lib. 2.* Et
20 alias obtinui à Senatu Excellētissimo fauore
Antonij

Antónij Mariæ Rigolæ anno 1014. de quo Senatusconsulto *testatur idem D. Sen. Bellon. in all. cap. 115. num. 11.*

Prout tandem me etiam patrocinate pro Causidico, & Equite Io. Iacobo Curtarello Cremonensi, Censuit idem Excellentissimus Senatus
21 die 14. Maij 1622. referente eodem Amplissimo Senatore Bellono declarando per pœnā extraordinariam irrogatam Curtarelló, illum non remanere notatum ea infamia de qua loquitur statutum ipsum Notariorum Cremonæ excludens à Collegio Notarios infamia notatos, quod conforme esse dispositioni iuris
22 communis testatur vir magnæ eruditionis, D. Franciscus Osius in eius nouissimo, & elegantissimo opusculo de antiqua nobilitate *Tabell. post hac scripta impresso vers. Cæterum fol. 57. post Couarun. pract. qu. 19. nu. 5. vers. hinc deniq; & vers. Tertia conclusio*, dum absolutè probat infamem
23 non posse Tabellionis Offitium (quod nobile esse tradit) exercere; Et quia res ipsa diligen-
24 tissimo studio fuit exagitata; Tum ab Eruditissimo I.C.D. Io. Petro Ala, tum ab alijs Præstantissimis I.C. Et præsertim Sapientissimo D.
25 Angelo Belmisserio I. C. Pontremulense Serenissimi D. Ducis Mutinę Vigilantissimo Cōsiliario scripta ipsa infra ponere opportunum duxi ad commodiorem vsum in foro versantium.

## IN NOMINE DOMINI.

NOstrorum temporum conditionem, valde doleo: quod deficientibus causis, forum squaleat, & Aduocati cogantur exercere ingentum in tali controuersia, de qua, vt perspicua veritate dicam, quæ pro Domino Curtarello magis probabilia videntur, has conclusiones constituo.

Iure communi inspecto, Notarius condemnatus de crimine commisso extra officium Notariatus, etiam si ex ea condemnatione subeat
26 infamiam non potest priuari tabellionatu, vt docuit *Bar. in l. eadem lege. ff. ad l. Iul. Repetun. Fulgos. in l. Quod ait §. ignominiæ. ff. de his qui notat. infam. Angel. in dicta l. §. Miles. & in l. Si quis ex Argentarijs in principio, §. cogentur. ff. de edendo*, & ita etiam ex facto responderunt *Bart. in cons. 77. & Riminal. Iun. in cons. 185. num. 17. Farin. cons. crimin. 111. num. 41. lib. 2.* quod etiam notauit *Carpan. ad statuta Mediolani. cap. 354. num. 13. lib. 1. post Couar. pract. quæst. cap. 19. vers. sexta, & septima conclusio*, & hāc conclusionem probauit *Rot. Romana decis. 812. nu. 17. p. p.* vbi alij adducuntur.

In secunda conclusione, subscribo verba statuti cap. 19. ita concepti, vt sensus eius probabilior inuestigari possit.

Si postquam aliquis in præfatum Collegium admissus fuerit, & superuenerit aliqua infamiæ nota, Is de libro Collegij deleatur, & omnibus honoribus Collegij priuatus sit, & esse intelligatur, habeaturq; perinde ac si, numquam fuisset de dicto Collegio, & in officio Notariatus deliquisset.

Hoc statutum, quatenus iubet, Notarium infamatum ex alia causa, deleri, de libro, perinde ac si deliquisset in officio, Pœnale est, atq; Correctorium iuris communis, cuius dispositio-
27 nem retuli in prima conclusione. Ergo, benigna interpretatione debet ita restringi, vt minus corrigat illud quàm possibile sit, *Clemen. 2. vbi Glos. in vers. in eiusdem, de ætate, & qualitate. Anton. de Butrio in cap. fin. in 12. Fallentia de cōsuetudin. Roman. cons. 129.* cum mille similibus scienter ommissis.

Cum verò duæ infamiæ species, à Doctoribus nostris Magistraliter distinguantur, videlicet, facti, & iuris.

Facti, illa dicitur, quando, neq; lex, neq; Iudex
28 minister eius, aliquam infamiam irrogat, sed ex aliquo turpi facto diuulgato, apud Homines probos, atq; graues, diminuitur bona opinio alicuius.

Iuris verò, quando, lex ipsa notat factum, vel Iudex in sententia infligit infamiam: qui termi-
29 ni, cum notissimi sint, & in ore omnium quotidiè versentur, non est, quod eos confirmem; necessaria commemoratione contentus.

Tertia est conclusio, quod hoc statutum, simpli-
30 citer mentionem faciens, de nota infamiæ superueniente, satis erit iudicio meo, si intelligatur de infamia iuris, & non facti.

Si enim comprehenderet etiam infamiam facti, multæ correctiones iuris communis inde sequerentur.

Prima, quod Notarius infamis ex alia causa, possit priuari officio Tabellionatus, in quo minime deliquerit.

Secunda, quod infamis infamia facti, possit operari effectum exclusionis à Tabellionatu, contra quam iure communi caueatur: nam, talis
31 infamia excludit ab aquirendis, non à quæsitis, vt in specie de offitio Tabellionatus, Doctores primæ conclusionis tradiderunt, *& not. Corn. in Rubr. C. ex quibus Caus. infamia irrogatur & Appostill. ad Dyn. in cap. infamibus de regul. iur. in 6. Anton. de Monac. decis. 19. nu. 8. & 49. in Bonon.* vbi alios allegat, *& Appostill. ad Iacob. Rebuff. in l. prima C. de infamibus.*

Quæ tertia conclusio, videtur mihi in proposita specie valde rationabilis.

Tum quia, Dispositio pœnalis loquens, de infamia, in dubio debet intelligi, de infamia iu-
32 ris, & non facti, vt not. *Abb. in cap. superbis nu. 2. de pœnis*, & ex eo deducit *Io. Paul. Balzaran. in suis Commentar. nouissime editis, ad Constit. Siciliæ tit. de Pataremorum Recept. nu. 23.*

Tum quia, Fama hominis Decolorari dicitur per infamiam facti, & mortaliter vulnerari, per in-
33 famiam iuris; *Alberic. in l. nullam C. ex quibus causis infamia irrog.* quod ideo fieri dicitur, quia, sicuti infamia facti, facilius irrogatur. *Parif. in cons. 88. nu. 11. lib. 4.* ita, & facilius ab-
34 stergitur, emendatione vitæ, & morum cor-

rectione,

rectione, & sermones hominum de vitijs alio-
rum emendatis, facilè consenescunt; in quam
sententiam sufficiat plenissimus locus apud
*Menoch. in cons. 1 37. num. 17. cum multis sequent.*
vbi ostendit multis Auctoritatibus grauissi-
35 morum Doctorum, quod emendatio vitæ, di-
luit infamiam præteritam, vsq; adeò, vt non
possit amplius dici persona turpis in materia
*l. Fratres C. de inofficioso testamen.* & potest institui
ab vno fratre, absque eo quod alter præteri-
tus, habeat rationem conquerendi: qui tan-
tum conqueri potest, quando frater turpem
personam instituisset: quem insuper effectum
vitæ emendatæ ad abstergendam infamiam
facti agnoscit, & probat *Aldouin. cons. 27. nu. 26.*

Non est ergo existimandum, Prudentissimos, &
Circumspectissimos Conditores statuti præ-
dicti, eum sensum habuisse, vt infamia facti,
in sola hominum opinione consistens, & à le-
ge, vel eius Ministro, hoc est, Iudice, non irro-
gata, & habens originem extra officium No-
tariatus, & quæ facilè possit abstergi, sufficere
debeat in re tanti momenti, ad delendum
Notarium de Matricula, & priuandum Hono-
ribus Collegij honestissimi, sed potius sensisse
de infamia iuris, quæ mortaliter vulnerare so-
let existimationem hominum, vt supra decla-
raui.

Quamobrem, in eo consistit verus status propo-
sitæ causæ, Numquid, ex circunstantijs rerum
actarum, irrogata fuerit D. Curtarello, infa-
mia iuris, quæ, vt opinor, necessaria est ad exe-
cutionem statuti, hucusque explicati.

Senatus Excellentissimus, visa relatione de Cur-
tarello, & Felino accusatis, multumq; grauа-
tis de peccato &c. mandauit Felinum bene
torqueri, ad veritatem eruendam, & si nihil
emergat, dimitti cum præcepto in faciem &c.
Curtarellum verò, inhabilem ad torturam,
loco eius condemnari iussit, in tercentum au-
reis: illisq; solutis, mitti in exilium quinquē-
nale à toto Dominio.

Non ignoro, sed fateor, delictum illi obiectum,
esse talis qualitatis, vt simulatq; constat esse
patratum, lex ipsa notet factum, & irroget
infamiam, quæ propterea dicitur iuris, & de
36 iure, per Canonem latæ sententiæ, non expe-
ctato ministerio Iudicis condemnantis.

Sed & contendo, de hoc peccato, plenam proba-
37 tionem esse necessariam, Quod enim non est,
notari non potest, & infamia iuris, tanquam
accidens, & sequela delicti, non potest stare
sine subiecto principali *l. eius qui in Prouincia.*
*ff si cert. petat. vt latius discurrit Balzaran. in loco*
*citato*, quod ante eum notauit *Alberic. in Rub ff.*
*de his qui not. infamia num. 7.* vbi inquit, infamiā
iuris non posse stare sine facto, sed dici iuris,
38 quia à iure inducitur, & in actu practico, ita
respondit *Io Franc de Ponte cons. 90. num. 42. vers.*
*Sed quando delictum patratum infert pœnam ipso iu-*
39 *re, et de delicto constat, notatur factum lib. 1.* idq;
*præsupponit Th. Grammat. cons. 45. num. 32. in cri-*
*minal. & voto 3. num. 36.*

Et profectò, cū ipsa lex præcipiat Iudici suo Mi-
nistro, nè ferat sententiam certam, in re incer-
40 ta, quantumuis exigui momenti, vt tradit *Glo.*
*& Doctor. in l. 1. C. de sentent.* quæ pro eo quod
interest: *& in l. 1. C. de senten.* quæ sine certa
quantitate: Esset absurdissimum, quod, super
delicto incerto, & minime probato, eo genere
probationis luce meridiana clarioris, quod
41 ipsa requirit *in l. sciant cuncti, C. de probation.* vel-
let irrogare infamiam certam: quæ longe plus
affligit homines rectè sentientes, quam quod-
libet damnum pecuniarum.

Neque sententia Senatus, aut condemnatio præ-
supponunt plenam probationem delicti.

Accusatis, multumque grauatis.

Si multum grauati, de delicto: ergo non plenè
probato.

Condemnatio verò non puniuit delictum, sed
42 suspiciones, & iudicia, quæ per torturam pur-
gari poterant, sicut Felinus tortus optimè
purgauit.

Quando autem aliqua constitutio pœnalis, inha-
bilitat Reum propter delictum, non compre-
hendit eum, qui sola suspicione, licet vehemē-
43 ti fuit grauatus, vt notabiliter fuit resolutum
in *Rota Romana apud Iacobum Put. in decis. 400.*
*versic. statutum verò*, quod inhabilitat vigore
44 criminis, non videtur inhabilitare ratione
suspicionis lib. 2. idq; repetit eadem *Rot. apud*
*Far. decis. 51. ante num. nonum lib. 1. criminal. vbi*
*vidratur; quibus addo Bertaz. in consil. 55. num. 25.*
*versic. atqui*, cum non constaret plenè de deli-
cto, & præsumptionibus atq; indicijs fuerit
damnatus *lib. 1. criminal. vbi*, hac ratione defen-
dit Reum ab infamia, quæ illi obijciebatur.

Ab hoc fonte fluit alia recepta conclusio, quan-
do quis, condemnatus fuit in contumaciam
super indicijs sumptis in causa delicti famosi,
non notatur infamia: quia, non censetur con-
45 demnatus ob delictum probatum, sed ob fic-
tam confessionem ex dispositione statuti in-
ductam, *vt singul. decidit Bald. in l. Si tutor. C. de in-*
*terdicto matrim. Bart. in l. Ictus fustium ff. de his qui*
*not. infam. Angel. in l. infamem ff. de publ. Iudicijs*,
in quam sententiam responderunt *Andr. Sicul.*
*cons. 3. nu. 4. 5. 6. et 7. lib. 2.* & in causa Cremonensi
vnius de Locatellis. *Decian. cons. 96. num. 25. lib.*
*3.* quem hac ratione defendit à nota infamiæ
iuris, & multos alios allegat, quibus addo
*Paul. de Castro in cons. 467. lib. 1. Corn. cons. 281. nu.*
*6. lib. 4. Th. Triuisan. in decis. 3. num. 17. lib. 2. Al-*
*phons. Villagut. decis. 27. num. 15.*

Ex quibus patet, vbi agitur de infamia irrogan-
46 da, esse necessarium, vt fiat condemnatio ra-
tione delicti, non autem ratione indiciorum a
quod etiam ponderauit *Io. Calderin. in cons. 3.*
*paulò ante finem, vers. non habuit intentionem Iudex*,
quod iste notaretur infamia, & prædicta pro-
cedunt potissimè, quia non pronunciauit super
crimine, nisi per modum causæ &c. *sub tit. de*
*Accusat.*

Hanc pœnam extraordinariam, atq; diminutā,

no

non ea ratione perpendo, quod putem ex ea
47 semper sumi argumentum infamiæ dispensatæ, vt nonnulli Doctores incauti, non distinguentes terminos huius disputationis subtilissimæ, fuerunt opinati.

Scio enim, quod vbicunq; cõstat de delicto, quod
48 lex ipsa notare soleat, absq; ministerio Iudicis condemnantis, non potest ipse Iudex per pœnam deminutam, tollere infamiam, quam lex, sua porestate, ante condemnationem inflixit, vt originaliter distinguebat *Angel. in l. Quid ergo §. pœna grauior in fine. ff. de his qui not. infam. Alex in l. & si seuerior in principio, & ibi clarissimè Ioan. Sicard. num. 14. C. ex quibus cauf. infam. irrogat.* quod etiam optimè declarauit *Iacob. Cuiac. ad lib. 1. Respons. Papinian. eart. 753 tomo 4. Operum suorum*: qui locus, in hanc rem est peregregius: & ita quoq; respondit *Ioan. Franc. de Ponte in dicto consf. 90. in 3. dubio per totum*, vbi videatur.

Sed perpendi diminutionem pœnæ, in ordine ad causam, qua fuit motus Senatus ad eum
49 condemnandum, hoc est ad probationem delicti, non plenam, sed imperfectam; non clarissimam, sed obscuram, & quoniam scio *Petr. Caball. c. 172. resolutio. criminal. num. 36.* scriptum reliquisse, quod Iudex imponens pœnam extraordinariam pro delicto famoso, non tollat infamiam, Tamen aduertendum est, quod omnia habilia sunt præsupponenda, videlicet, certitudo delicti plenè probati, quod equidē ipse necessariò præsupponit, exemplum afferens in crimine furti, pro quo, inquir ipse, imponitur pęna arbitraria, & tamen certum est, quod ad hoc vt condemnatus furti efficiatur infamis, opus est, ipsum furtum esse plenè pro-
50 batum, vsque adeò, vt requiratur sententia super probatione, vel confessio ipsius accusati, vt notauit *Glos. singularis in l. Sed & si possessor. §. final. ff. de iureiur. vers.* Nec furto probato irrogatur infamia, nisi sententia, vel confessio intercedat.

Quæ cum ita sint, existimo partes esse eorum, qui hoc iudicium exercent, nihil grauius decernere, contra Curtarellum, sed eum relinquere in sua possessione officij, & dignitatis.

Neque enim credo, quemquam tantum ausurum, vt velit plus iudicare, factum condemnando, quàm fecit Excellentissimus Senatus, qui illud noluit punire, tamquam non plenè probatum sed compensare tantum, cum cruciatu corporis, quem, tortura intulisset.

LAVS DEO.

*Io. Petrus Ala I. C. Collegij Cremonensis.*

Pro Causidico Io. Iacobo Curtarello Abb. Collegij Notariorum Cremonen.
Contra
Eiusdem Collegij Agentes.
*Adsit virtus Spiritus Sancti.*

DE duobus agi videtur in proposita facti specie, in qua abunde scripserunt alij Eruditissimi Aduocati. Primo scilicet loco, an ex condemnatione aureorum 300. & exilij quinquennalis per Excellentiss. Senatum facta cõtra D. Io. Iacobum Curtarellum Causidicum, & Abbatem Collegij Notariorum Cremonæ delatum de nefando crimine, aliqua iuris infamia affectus dicatur ipse Curtarellus. Secundo, vtrum statutum Collegij Cremonę disponens; quod si postquam aliquis admissus fuerit in Collegium, & superuenerit aliqua infamiæ nota is de libro Collegij deleatur, ac omnibus honoribus Collegij priuatus sit, cõprehendat infamiam facti, adeo quod vbi affectus huiusmodi facti infamia admittatur dictus Curtarellus iuxta recitati statuti dispositionem, deleri debeat ex libro Collegij, & Abbatis officio priuari.

Quoad primam quæstionem, negatiuam partem verissimam esse iam probauerunt dicti Eruditissimi Viri, *& tradit Gama decis. Lusitana 139.*
51 *per totum*, in qua loquendo ferè in his nostris terminis, de eo, qui ob crimen libelli famosi (pro quo ipso iure imposita est pœna infamię) damnatus fuerat in pœnam pecuniariam, ac exilij sex mensium; In fine testatur fuisse conclusum non esse irrogatam aliquam infamiam dicto condemnato, illumq; esse capacem officij Iusdicentis quod prætendebat; tum quia vbi de crimine non plenè constat, non venit pœna infamiæ, tum etiam quia ex huiusmodi minori pœna videtur super infamia transactũ,
52 *vt inquiunt DD. ibi citati, ac probat Petr. Gregor. sintagm. iuris lib. 31. cap. 29. nu. 12. in fine, & num. 13. in fine*, & nouissimè sententiam ipsam multis auctoritatibus elegantissimè comprobauit Amplis. & Acutiss. vir D. Sen. Paulus Bellonus affinis, & olim præceptor meus in *tr. de his quæ incont. fiunt par. 2. cap. 15. per totum præsertim nu. 8.* dum concludit infamia, iuris non esse affectum eum qui ob deffectum inditiorum condemnatus fuit in pœna extraordinaria; etiam si pœna sit temporalis, vt in hoc nostro casu id quod, & eliciturex traditis per *Azor. in eius summa inst. moral. lib. 5. cap. 7. litt. D par. pr.*

Deueniēdo igitur ad vltimam quæstionem, quam magis arduam puto; Negatiuam partem vti veriorem, & tutiorem pariter amplector, viz. statutum de quo agitur debere intelligi de in-
53 famia iuris, non facti, & consequenter locum sibi non vindicare in casu proposito. Negari enim non potest, quin pænale dicatur statutum ipsum quidquid in contrarium afferre nixi sint DD. Aduocati dicti Collegij, fauorabile scilicet illud esse.

Namq; regula est, statutum continens pœnam
54 dici odiosum, vt ex recentioribus præter *Carpan. in prælud. stat. Mediol. num. 58. probat Camil. Galin. tract. de verb. signif. lib. 8. cap. pr. num. 35. per Tex. in §. quia verò Leonis in auth. de non alien. reb. Eccles. vbi Scribentes omnes, & post eos Alder. Mascar. de gener. statut. interpretatione concl. 4. nu. 246.* Cumque statutum de quo agitur cõtineat pęnā

55 priuationis Notariatus, & offitij Abbatis he-
sitari non potest, quin sit odiosum, & conse-
quenter quin sit restringendum iuxta commu-
nem DD. sententiam de qua per *Bombinum cōs.*
*p. num. 13. & 18. ac conf. 5. num. 8. D. Bimius conf.*
*278. num. 57. lib. 3. & Moroc. conf. 7. num. 3.* Maxi-
mè cum sit iuris communis correctorium, esto
quod vt fuit explicatum de iure communi, No-
tarius condemnatus de crimine commisso ex-
tra officium Notariatus, etiam si ex ea con-
demnatione subeat infamiam, non potest pri-
uari Tabellionatu, *vt per Riminal. iun. conf. 185.*
*nu. 17.* quo casu ita accipi debet, vt quo minus
56 fieri possit ius commune corrigat, *Bombinus d.*
*cō. pr. n. 19 et post infinitos alios Galuan. cōs. 5 . n. 64.*
Qua de re si restringendum venit statutum ipsū
tanquam odiosum, ac iuris communis correc-
torium; Procul dubio quod infamia iuris tan-
tum, non facti continere affirmandum est, sic
enim illud interpretando, minus quam fieri
poterit ius commune correctum remanebit,
vt enim tradit *Pelid Rippa obseru. 65. num. 5. &*
57 *Moroc. conf. 85. num. 55.* Statutum quanto magis
fieri potest præsumitur conuenire cum dispo-
sitione iuris communis, illique quanto minus
fieri potest derogare, vt ante eos etiam proba-
uit *Menoch. conf. 684. num. 6. & conf. 756. num. 2.*
Quippe quod statutum quod potest operari
58 contra ius commune, effectum vnum, duplicē
inducere nō debet, vt ex congestis per *Carpan.*
*in prælud. ad stat. Mediol. num. 337. & seq.*
De iure autem communi infamia facti non ex-
cludit, nec priuat quempiam à dignitate, siue
officio; Quoniam non prorsus turpis dicitur
59 notatus infamia facti, sed tantum leui macula
aspersus vocatur, *l. ea quæ, C. ex quibus causis infam.*
*irrogatur, Bal. in l. p. vers. item ex formis. C. de hæred.*
*inst* id quod etiam probat *Menoch. conf. 1137. nu.*
*45. & ante eum Affl. ct. super Constit. Regni rub.*
*89. lib p. num. 6. & 7.* dum tradit quod licet om-
nis infamia priuat quem dignitate, Id sanè in-
60 telligitur dignitatem propriè, nō impropriè,
vt Tabellionatus, Immo eius sententiæ fuit
*Petr. Greg. recit. lib. 31. c. 29. n. 11. in fine*; Vt super-
ueniente infamia iuris (quod magis est) nō possit
quis priuari beneficio, & sic dignitate tituli,
Ergo tanto minus superueniente infamia facti,
Corroboratur proposita conclusio, ex eo quod
appellatione infamis regulariter loquendo in-
telligitur semper de eo qui sit infamis per sen-
61 tentiam, & consequenter infamia iuris affec-
tus non infamia facti, *vt per cap. infamis 3. quæst.*
*7. docet Galin. dicto tract. de verb. signif. lib. 10. cap.*
*17. n. 3.* Vnde cū statutū de quo agitur loqua-
tur simpliciter de infamia; Indubitāter cōclu-
dendum est intelligi de infamia iuris nō facti.
Neque obstat, quod addita sit in ipso statuto dic-
tio illa aliqua, per quam vniuersaliter loqui
62 statutum ipsum videtur; Quia nihilominus re-
cipit restrictionem ne sequatur absurdum, vel
iniquum, *l. promittendo ff. de iure dot. Iacobus de*
*Nigris in repetitione, l. per omnia num. 4. ff. de legat.*
*p.* id quod voluit etiam *Menoch. conf. 261. nu. 31.*
dum scriptum reliquit statuti verba vniuersa-
lia restringi, vt minus corrigant ius commu-
ne, quam sit possibile.
Vbi autem admitteretur quod dictio ipsa aliqua
non restringeretur; sed comprenderet omne
genus infamiæ, profecto quod hoc absurdis-
simum sequeretur absurdum, vt etiam infamiā
63 canonicam comprehenderet, Esto quod tri-
plex dicitur infamia, iuris scilicet, facti, & ca-
nonica, secundum *Azor. in eius summa p. . 2. lib.*
*6. cap. 7. lit. A. & B.* quæ infamia canonica ex
omni peccato læthali inducitur, vt ibidem tra-
dit *Azor.* Adeò quod omnem committentem
peccatum mortale comprehenderet statutum
ipsum; & consequenter paucissimi, imo nullus
in ipso Collegio Notariorum extaret, quin
delendus à libro esset pro obseruantia dicti
statuti, si de alia infamia quam iuris loquere-
tur, adeò his temporibus prona est humana
fragilitas ad huiusmodi committendas mor-
tales offensiones, quod sanè absurdum omni-
nò euitandum est, nec credendum statutum
prædictum de alia infamia, quam iuris voluis-
se disponere; Statuentes enim id expressissent
64 clarioribus verbis si voluissent, & consultò il-
lud omisisse censentur. *Sfor. Odd. conf. 36. nu. 27.*
Præterea communis DD. conclusio est, vt statutū
sit restringendum ne contineat duo specialia,
65 *Ignens in repet. l. ductum num. 26. & seq. C. de con-*
*trah. empt. lib. 7.* vbi loquitur de statuto dante
terminum affinibus ad retrahēdum, quem ter-
minum testatur currere etiam minoribus ali-
ter duo concurrerent specialia; Verum quate-
nus admitteretur, quod statutum de quo agi-
tur loqueretur etiam de facti infamia, Enim-
uerò quod duo specialia contineret; primum
scilicet quod Notarius posset priuari officio
Tabellionatus, in quo minimè deliquit, ex alia
causa, quam disponit ius commune. Secūdum
quod infamia facti operaretur, tantum quan-
tum infamia iuris etiamsi maxima sit in iure
differentia inter iuris, & facti infamiam, cum
hæc ab acquirendis dignitatibus, illa verò ab
acquisitis excludat de iure communi hæc leui
macula aspersum, illa verò prorsus turpē red-
dat, vt supra fuit probatum.
His additur (& per hoc omnis tollitur hæsita-
66 tio) quod vbi statuti verba possunt referri ad
factum, & ad ius, debent referri ad ius, non ad
factum, tàm in ciuilibus, quam in criminali-
bus, quia benignior, & AEQVIOR fieri debet
interpretatio, vt disponitur in *l. stipulatio § hæc*
*quoq; vbi Glos. & Scribentes ff. de verb. oblig.* prout
si statutum loquitur de possessione simpliciter,
intelligitur tantum de ciuili, quæ in iure con-
67 sistit, non de naturali, quæ plurimum facti ha-
bet *Costa tract. de facti scientia, & ignorantia in-*
*spect. 59. num. 2. Sessa decis. 25. num. 84. & Pereg.*
*conf. 19. nu. 11. lib. 3.* Ita statutum nostrum men-
tionem faciens de infamia intelligi debet de
infamia iuris non facti.

Suffra-

Suffragatur vlterius nostræ cõclusioni quidquid
68 scribunt DD. statuta scilicet de cooptandis I.C. in Colleg., benigne, largeq; ac secundum AEQVITATEM esse interpretanda, vt post alios probat *Menoch. conf.227.nu.p. & 7. & conf. 552. num.10. ac Galin.alleg.tract.de verb.signif.lib. 10.cap.27.num. 35.* ea ratione moti, vt ex frequentiori numero I. C. florescant Collegia; Arguendo igitur à contrario sensu (quod ar-
69 gumentum validissimum esse in statutis docet *Pereg.conf.10.num.6.lib.3.*) strictissimè interpretanda sunt statuta quibus priuantur Notarij Collegio in quo fuerant admissi, Ita vt de infamia iuris tantum loqui ad exclusionem Notariorum statutum prædictum affirmandum venir.

Nec omittendum censeo absurdum esse, quod
70 vbi ab irato Patre filius malo nomine serio noratetur, per quod facti infamia inducitur, *Petr.Greg.d.lib.31.cap.29.num.10.* de Collegio Notariorum delendus esset ralis filius tamquam comprehensus in dicto statuto; Idẽ etiam affirmari posset de his quæ Iudex interloquendo causa non cognita in litigantes infamantia inferret; quia licet ex his infamia
71 facti irrogetur, *l. verbum, & l. interloquutio, ff. ex quibus causis infamia irrogatur,* dicta tantum censentur à Iudice, vt ad meliorem frugem re-
72 deant, non infamiæ causa. *Petr. Gregor. alleg. cap. 29. num. 10.*

Quando autem statuti mens est dubia, semper recurri debere ad granum salis, idest ad ius
73 commune, *tradunt Scribentes per l. in ambigua ff. de leg. Galin.d. tract. de verb. signif.lib.8.cap.3.nu.*
74 20. quia interpretari debet secundum ius cõmune, *cap. cum dilectus de consuetudine, & l. vltima §. in computatione, ff. de iureiurando, Galin. vbi supra num. 18. & Menoch. conf.527.num.9.*

Denique statuti interpretationem veram, & secundum AEQVITATEM desumi tradunt *DD.* ex obseruantia, & practica subsequuta, vt scri-
75 bit *Menoch.recitato conf.527.num.9. quem sequitur Carpan. in prælud. ad Stat.Mediol.num.333. cum sequenti;* Quia vbi statuta certam interpretationem recipiunt à consuetudine, non possunt
76 mutari, *l. minime. ff. de leg. Clarus in prax. crim. q. 89. sub nu.2. quem sequitur Galin.lib.7.cap.17.nu.8.* hucusq; autem nunquam auditum fuit fuisse aliquem Notarium dicti Collegij è libro deletum ob infamiam facti, quamuis quamplurimi in eam inciderint, tum ob diuersa crimina sibi impicta, quibus ipso iure infamia irrogabatur, tum ob spurietatem, tum ob alias causas, quibus apud probos viros nota affecti fuerunt huiusmodi homines; vt patet ex exemplis penes pet Ill. D. Relatorem existentibus, præsertim illius Causid. ac I. C. Io. Baptistæ ab alma Vrbe ob furtum banniti anno 1603. 4. mense Iunij, vt per continuam obseruantiam declaratum fuisse ipsum statutum non comprehendere infamiam iuris affirmandum est.

Cæterum conferunt etiam huic nostræ conclusioni multa quæ circa statutotum interpretationem scripta reliquerunt Doctores, & primo, quod statutum imponens pœnam testi di-
77 centi falsum, intelligitur in testimonio falso circa substantialia, non circa qualitates, aut accessoria, *Costa de facti scientia, & ignorantia inspect. 4. num. 5.* Secundo quod statutum imponens pœnam contra deferentem sclopum rotatum, non afficit deferentem sclopum non ap-
78 tum ad glandem iaculandum, *Costa dicto tractatu inspect. 23. num. 4.* Tertio, quod statutum, siue pragmatica prohibens Officialibus accipere munera, nõ comprehendit Fiscales, quã-
79 uis nomen Officialis sit generalis *Marcellus Maurus alleg.77. per totum.* Item quod statutum
80 non comprehendit casum improprium, *Sessa decis.103.nu.31.* Item quod statutum disponens sententias conformes esse executioni mittendas, nulla admissa appellatione, intelligi debet
81 de sententijs verè conformibus, *Bursa. cõs.219. num.p. lib.2. Carpan. ad statut.Med.cap.136.nu. 10.*
82 *lib. p.* Item quod statutum penale loquens in casu verò, non trahitur ad casum fictum, qui est idem secundum iuris fictionem, & non secundum veritatem *Bar.in l. si quis maior C. de transac. Marius Salomonius in repet. l.omnes populi, nu. 209. & seq. ff. de iustitia, & iure vol.p.* & demum quod
83 statutum puniens mulieres portantes perlas, intelligitur de perlis veris non de fictis, *Galin. d. trac. de verb. signif. lib. 8. cap. 17. num. 7.*

Quapropter ex deductis paret statutum prædictum non intelligi de infamia facti, & consequenter non posse è Collegio, & à dignitate Abbatis remoueri Curtarellum, cum in iuris infamiam minime inciderit, & ita iuris esse, & AEQVITATI conuenire, censeo, saluo &c. Mediolani die 20. Decembris 1621.

Ad laudem Omnipotentis Dei, atque Deiparæ semper Virgini Mariæ.

*Iulius Cæsar Caluinus I. C. Colleg. & Orator Dertbonensis.*

Firmatam conclusionem verã in iure esse existimo, Ego Io. Petrus Ala I.C. Coll. Cremonę, vt iam probaui in meis scriptis cum pro absoluto habeam nullam esse irrogatam iuris infamiam dicto D. Curtarello per recitatam extraordinariam cõdemnationem, nulloq; modo contineri facti infamiam statutum ipsum Colleg. Notar. Cremonæ, propterea in huius rei testimonium huic consultationi me subscripsi.

CVM excitatis auctoritatibus, & deductis fundamentis plenè liqueat de veritate cõclusionis supra firmatæ superfluum existimaui quidquã aliud allegare pro illius corroborationе, maximè verò circa primum articulum,
84 quamquam circa secundum illud etiam addere possum, quod vbi verba statuti non conue-

niunt, ibi neq; etiam conuenit statuti dispositio *vul. leg. 4. §. toties ff. de damn. infect.* Verumtamen statuti prędicti verba nō verificantur in infamia facti, neq; ad huiusmodi infamiam adaptantur, Ergo illa non continere statutum patet, Maior propositio probatur, nam statutum loquitur de ijs qui sunt insigniti nota infamię, & de illis, quibus superuenit infamiæ nota; Illi autem qui sunt infamia notati, neq; potest iustè dici quod habeant infamiæ notam, Illi
85 enim dicuntur infamia notati, quasi signati quod lex tāquam infames signat *Brison. de verb. signif. l. 12. vers. notare fol. 437. Io. Caluinus in suo lexicon. iur. in verbo notare fol. 1287.* Ergo ita apertissimè constat non verificari verba statuti in infamia facti, sed tantum iuris, quia facti infamia non signat, neq; notam inurit; Sed tan-
86 tum apud bonos, & graues viros lædit existimationem *Corn. in rubr. C. ex quibus cauf. infam. irrogatur.*

Præterea, vt tradit *Calderinus in conf. 156. quem sequitur Illustriss. Card. Tusc. pract. conclus. tom. 4. littera I. conclus. 107. num. pri. fol. 480.* Alia est
87 infamia de homine, alia inter homines, Prima de homine est læsæ dignitatis status legibus, & moribus reprobatus, Secunda inter homines, & publica, & communis infamatio, qua stante distinctione dilucidè apparet non verificari in proposito nostro statuti verba, quia statutum loquitur de infamia de homine, quæ lædit, & mutat statum hominis notando, & signando aliquem nota infamiæ. Nostra verò, est infamia inter homines, quem tangit existimationem similis est distinctio quam attulit *Costa de iuris, & facti scientia in sp. 19. num. 2. & 3. & ante eum Lolaus de iure vniuersalis par. 4. nu. 54.*
88 *fol. 265.* talisq; infamia considerari potest dupliciter primo infamia alicuius, secundo infamia de aliquo.

Primo modo est status alicuius contaminatus, secundo modo est publica vox, & fama contra
89 aliquem; Primo modo est intrinseca, Secundo modo est extrinseca qua stante distinctione quæ in effectu incidit in primam satis apertè constare potest non verificari verba statuti quæ loquuntur de illis qui sunt insigniti nota infamiæ, & de illis, quibus superuenit infamiæ nota, & sic de illis qui habent infamiam intrinsecam, & nulla ratione de habentibus infamiā extrinsecam, qualis est infamia facti.

Neq; obstat quod verba statuti videntur esse generalia, & talia quæ possint adaptari ad omnē infamiam, etiam impropriam ratione illius
90 verbi, aliqua dictio enim illa aliqua est vniuersalis, & talis, quæ includit omnem speciem etiam impropriam, vt multis probat *Illustriss. Cardinalis Tuscus tom. 2. littera D. concl. 243. nu. 1. 3. fol. 606.*

Quia respondetur vna cum *Bart. in l. pri. in fine ff. de his qui not. infamia*, quod huiusmodi dictio
91 se habet vtiliter respectu specierum infamiæ iuris, quæ vel est iuris, & de iure quando lex notat factum, vel est iuris tantum, quæ oritur
92 ex sententia Iudicis, aut ex delicto publico, aut etiam priuato in tribus casibus furti scilicet bonorum raptorum, & iniuriarum; Aut etiam ex contractu in quatuor casibus, vide-
93 licet ex dolo commisso in actione pro socio depositi mandati, & tutelæ *Gomez. var. resol. to. pri. cap. 11. num. 38.* & quamcumque iuris infamiæ notam, quis incurrat deleri debet à matricula, sed non possunt dicta verba intelligi de infamia facti quæ vt supra dictum est notat quemquam, neq; notam infamato inurit, & absolutissimi iuris est vniuersalia verba esse
94 restringenda, secundum subiectam materiam *Rota in vlt. Farin. par. 4. decis. 542. num. 4. & decis. 549. num. 3.* Et verba quantumcumque vniuersalia pati exceptionem, secundum subiectam
95 materiam resoluit *Rota iuxta Farin. d. par. pri. decis. 375. num. 8.* Et propterea statutibus prædictis statutum erit intelligendum de infamia iuris tantum, non de infamia facti, & ita &c. sub calculo tamen, & censura senioris iudicij Bononiæ &c.

*Ego Camillus Gipsius I. V. D. Collegiatus, & in antiquissimo Patrio Bonon. Archigymnasio publ. ord. iur. Ciuilis pomerid. horis professor, & Aduocatus Pauperum, in quorum fidem sic me subscripsi, & signaui &c.*

Circa primi articuli probationem superfluū existimaui quidquam aliud allegare cum res in claris esse dicatur; Ad secundę verò quęstionis corroborationem illud prætermittere nolui quod ex eodem statuto elicitur; In alia enim dicti statuti parte disponitur, quod si quis ex Collegio fuerit iniustè accusatus debeat defendi ab alijs de Collegio, cum multis quæ ibidem recensentur *vers. si verò quisquam.*
96 Quare esto quod per simplicem accusationem contra aliquem porrectam infamia facti irrogatur, *Boss. tit. de sentent. sub num. 89. in fine*, quomodo si statutum priuaret Collegio illum qui sola facti infamia notatus est posset esse quod deberet Collegium deffendere accusatum, quē iam & Collegio priuatum, & infamatum declarauerat; Certè ex hoc percipitur, quod statutum loquitur tantum de infamia iuris non
97 facti, vbi autem diceret quis statutum loqui de iniustè accusato non autem de omni accusatione, Respondeo quod si simplex accusatio, vt diximus infamat de facto, quia eius bonam opinionem lædit apud graues viros, debet infamare statim post porrectam accusationem, & tempore quo modo constat de veritate, vel falsitate accusationis, quia illius iustitia, vel iniustitia pendet à processu qui fabricabitur, & à sententia quæ post tantum temporis expectari debet: Dum igitur post porrectam contra vnum accusationem, & dum nundum constat de illius iniustitia, idest tempore quo

super

super illa fabricatur processus non solum non
tollitur de Collegio accusatus, qui interim est
infamis de facto, sed remanet sub illius pro-
tectione, Necessario dicendum est dictum sta-
tutum loqui de infamia iuris, non autem de
infamia facti, & hæc &c. Mutinæ &c.

*Angelus Belmesserius I.V.D. Pontremulen.*

ABunde adeò super duobus articulis de qui-
bus controuertitur scripserunt cęteri DD.
Aduocati, vt nihil amplius superaddi posse vi-
deatur, vtramq; enim conclusionem pro Dom.
Curtarello firmatam in iure verissimam esse
opinor; Atq; circa secundam quæ magis du-
bia, & difficilis prima facie videtur. Dico
quod memoratum statutum Collegij inter-
pretandum potius est ab alio statuto eiusdem
98 Ciuitatis Cremonæ quam de iure communi,
vt post multos alios probat *Reu. cons.* 118. *nu.*4.
*& ante eum Dec. cons.*411 *num.*12. *& cons.*597. *nu.*
12. Atqui statutum dictæ Ciuitatis sub rubri-
ca 159. de Notarijs expresse disponit, quod
nullus Notarius possit in Ciuitate exercere ar-
tem Notariatus, si per Collegium, siue per Cō-
sules Notariorum Cremonæ infamatus fuerit
ad Arengheriam, vel ad scalas Palatij sono tu-
barum præmisso ob fraudem, vel falsitatem in
officio Notariæ commissam &c. Ponderando
verba infamatus ad Arengheriam, vel ad sca-
las Palatij, quæ significant infamatum per sen-
tentiam, & ita de eo qui est infamis de iure, nō
autem de facto. Ergo verbum infamatus po-
situm in prædicto statuto Collegij vt supra in-
telligendum iuxta declarationem factam per
99 statutum ipsius Ciuitatis, maximè cum verba
statuti interpretanda sint de stylo Ciuitatis
*Soc. Iun. cons.* 18. *num.* 7. *lib.* 3. *Tob. Non. cons.* 94.
*num.* 15. Sed per dicta verba statuti Ciuitatis
infamatus, est ille qui ad scalas, & ad Aren-
gheriam est infamatus, ergo mediante sentē-
100 tia, & sic de iure non autem de facto, & ad
hoc conferunt notata per *Crot. cons.* 4. *nu.* 31. *lib.*
*pri. Corn. cons.* 133. *num.* 8. *& seq. lib.* 2.
Additur etiam quod statutum interpretandum
est secundum communem vsum loquendi eius-
101 dem Ciuitatis *Dec. cons.* 275. *num.* 13. *Curt. Se-*
*nior cons.* 13. *num.* 84. *Surd. cons.* 553. *num.* 34. *&*
*& seq.* sed in Ciuitate Cremonæ Notarius di-
citur infamatus ad Arengheriam, & ad scalas
ad effectum, vt dicatur à statuto priuatus, &
ita per sententiam, Ergo dictum verbum infa-
matus positum in statuto Collegij Notariorū
debet secundum dictam disponendi consue-
tudinem intelligi alias sequeretur, quod statu-
tum dicti Collegij, quod est locus inferior to-
ta Ciuitate, contradiceret dispositioni Ciui-
102 tatis suæ, quod esset inhonestum, vt conside-
rat *Dec. cons.* 538. *num.* 13. & ita &c. Papiæ &c.

*Ego Doctor Marta scripsi.*

*SUMMARIA.*

*Peritis credendum est num.* 1. *Fabro de Fabrica num.* 2. *Obstetrici de partu num.* 3. *Aduocato de causa nu.* 4. *Mensori de suo facto num.* 5. *Tabellioni de suo officio num.* 6.

*Artis suæ vnumquemq; & Autorem, & Disputatorem idoneum num.* 7.

*Q. Sceuola de iure Prætorio consultus ad Furium, & Cassellium consultores reijciebat num.* 8.

*Medicorum inditio statur an vulnera sint lethalia, nec ne remansura cicatrix num.* 9.

*Obstetricum indicio statur an partus sit maturus, & an qua fuerit deflorata num.* 10.

*Peritorum inditio statur cuius manu sit scriptura nu.* 11.

*Architectis in æstimatione domus, & rei Peritis statur num.* 12.

*Iudicio Peritorum, si apparet iniquum non statur num.* 13, *& ita censuit Senatus Mediolani nu.* 13, *&* 14.

*Periti cum iuramento de credulitate iudicium suum proferre debent num.* 15, *& cur num. seq.*

*Periti habentur loco testium num.* 16. *&* 38.

*Periti duo regulariter sunt adhibendi num.* 17.

*Peritus vnicus sufficit, vbi alius in loco non reperiatur num.* 18, *In causis modici præiuditij secus in grauibus num.* 19. *cum sententia Auctoris num.* 20.

*Peritorum iudicia nonnumquam ad nutum partium proferuntur num.* 21.

*Sententia lata ad relationem Periti nunquam transeunt in iudicatum num.* 22. *&* 23. *ratio num.* 24. *&* 25.

*Peritis pro Reo productis, peritioribus, vel pluribus pro eo iudicandum num.* 26.

*Foller. cōsilium Aduocatis, vt adhibeant peritiores Medicos ad tollendum iudicium læthale in defensionibus contra Curiam num* 27, *& quomodo articulanda defensio ibidem num.* 27.

*Peritis paribus numero, & peritia pro Curia deponentibus standum num.* 28, *cur num.* 29.

*Contra de Aequitate num.* 30, *&* 31.

*In dubio contra percussorem iudicandum num.* 32.

*Iudicium Peritorum distinctè, & separatim ab vnoquoq; recipiendum, non simul num.* 33. *alias nullum est num.* 34. 35.

*Autoris obseruatio in casu cuiusdam Principis nu.* 36.

*Iuditium Peritorum accipi debet coram ipsomet Iudice num.* 37.

*Quando agitur de vulnere an sit læthale, vel ne standum magis Chirurgo, quam Medico nu.* 39. *& cur nu.* 40.

*Peritis æqualibus standum iudicio eorum quod magis verisimile num.* 41.

## Peritis numero paribus magis creditur attestationibus fauore Rei, quam deponentibus pro Fisco. Cap. CXIX.

PEritorum iuditium sæpè necessarium, esse tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus causis notissimum est; Cum multa definiri nequeant sine Peritorū iuditio, & his omnino

1 credi statuerunt Imperatores, ac responderunt
Iurisperiti, *Imperator etiam Augustinus in l. semel C. de re milit. lib.* 12, statuit Medico de sua
peritia esse credendum, *& Imperator Iustinianus in Auth. de non alien. §. quod autem iubet, Fa-*
2 *bro de Fabrica esse credendum*, Prout, Obstetrici,
3 de partu, & similibus prouidet *Vlpianus in l. vnica, & ibi Glo. ff. de ventre inspiciendo.*
4 Idem obseruatur in Aduocatis de causa, *l. Rem*
5 *non nouam C. de Iudic.*, & in Mensore, cui creditur de suo facto, *l. p. ff. si mensor fal. dix. vt in Ta-*
6 *bell. de suo officio l. si quis Decurio ff. de falsis, vt abunde scribit Petrus Gregor. lib. 7. sintag. iuris, glo. 4. tit. 8. num. 5, & lib. 47. cap. 10. num. 11. par. 3.* Vbi ex
Valerij Maximi exemplis, tradit suæ artis vnūquemq; & Authorem, & Disputatorem opti-
7 mum esse, Ac Q. Sceuola quotiescunque de iu-
8 re Prætorio consulebatur, ad Furium, & Casellium qui huic scientiæ dediti erant Consultores reiciebat; *Gregorium sequitur Boadil. in eius polit. lib. p. cap. 5. num. 4. par. p.*
Hinc scribit *Bar. in proemio digestorum nu. 8, & Alex.*
9 *in cons. 15. num. 11. lib. p.* stari Medicorum iudicio, an morbus, siue vulnera sint læthalia, nec, ne, & an sit remansura cicatrix; Prout probat *Paris. cons. 56. num. 13. lib. 2.* stari inditio obste-
10 tricum, an partus, sit maturus, nec, ne, & an quis fuerit deflorata.
Idem obseruatur circa scripturas, an scilicet facta sit manu Titij vel ne, quia statur iudicio Pe-
11 ritorum, *l. comparationes C. de fide Instrumētorum, Alex. cons. 87. lib. 7, & Menoch. de arbitr. casu 113. num. 26, latè Mascard. de probationibus concl. 350, & conclus. 1169 num. 10.*
Prout in æstimatione rei, vel domus ad Architec-
12 tos, siue Peritos recurritur quibus credendū est *§. quod autem, in Auth. de non alienan., Specul. in tit. de probationibus §. fin. in fine; latissimè Mascar. conclus. 653. per totum.*
13 Quamuis si appareat iniquū esse eorum iudicium illi minime statur *Cagnol. in l. 2. C. de rescin. vend. n. 359. vers. sciendum est*, Et ita censuit Sena-
14 tus superiori anno 1624. die 28. Iunij in causa æstimationis domus adhesæ Sacello Diui Barnabæ, vt dixi in superiori libro *c. 89. n. 15. cū seq.*
15 Et qui Periti de credulitate cum iuramento iuditium suum proferre debent, *vt post Romanū in rubr. de iureiur. num. 3. copiosè probat Mascard. de probat. concl. 1169 num. 9*; Alias eis nulla fides esset adhibenda, *vt probat Io. Andr. in cap. fraternitatis de frigidis, & malefic. Glo. in d. l. comparationes verbo deponentibus C. de fide Instrumentorum, latè Io. Crottus in tr. diuersorum de Testibus par. 7. sub num. 227. vers. quarto extenditur fol. mu-*
16 *dum 655*; Quia Periti habentur loco Testium, vt explicat ibidem *Crottus, & tradit Mascard. all. concl. 1169. num. 23.* Quidquid in contrarium tradiderit antecedenti *num. 21. vers. ex qua quidem declaratione.*
Et licet regulariter duo saltem periti sint adhibendi, vt fit de testibus, & probat *Dec. in cap.*
17 *proposuisti de probat. nu. 10. post Bar. in l. p. ff. de ventre inspic.*, *& Bal. in proemio digestorum, & in l. 7. in 3. lect. ff. de statu hominum*, & post alios recentiores, *Bertazol. cons. crim. 33. num. 12. lib. p. per cap. significasti il 2. de homicid.*
Tamen vnicum sufficere, vbi alius in loco non re-
18 periretur declarat *Mascard. all. concl. 1169. n. 21. cum seq.* quam limitationem iterum declarat
19 *Mascard. num. 23.* procedere in causis modici præiuditij, secus verò in causis grauibus, vt in his in quibus agitur de vita hominis, Quam sanè vltimam declarationem, & ipse approbo,
20 quidquid in contrarium mox subijciat *Mascard. seq. num. 24.*
Quia, re fuit sæpissimè cognitum, horum Peritorum iudicia proferri nonnunquam ad nutum
21 partium, & non sine magno pretio, vt in causis quorum patrocinium tuebar, Et in alijs in quibus Iudex eram non rarò euenit; Tam in Medicis, & Chirurgis vulnus læthale, non læthale Iudicantibus, Et è cōtra; Vel veneni propinationem minime interuenisse, licet re vera interuenerat, & è contra, Item rei valorem esse magnum, cū re modicus esset; Item scripturā non esse manu talis conscriptā, & sic de singulis, quod tamē dictum sit salua proborum fide, quorum numerus non est exiguus.
Propterea prouidit lex, vt sententiæ latæ ad relationem Periti, nunquam transeant in iudica-
22 tum, vt tradit *Dec. in d. cap. proposuisti num. 43. de probationibus, & sequitur Riminal. Iun. cons. 212. n. 4. cum seq. plur. lib. 2, & Menoch. cons. 849. num. 2. cum seq.* qui licet distinguat inter Peritos elec-
23 tos à Iudice, & alios electos à partibus; Illius tamen distinctionem non approbat *Camill. Lepid. decis. Lucensi 38. vers. & cum doceor, quem sequitur Barthol. Niger in addit. ad Mascard. concl. 653. ad num. 3. in fine*, Quia talis sententia ex veris probationibus lata non dicitur sed pri-
24 uilegiatis, *Asin. tr. de execut. §. 7. cap. 199. circa med.* à qua idcirco appellari posse tradit *Bar. & sequuntur alij Scrib. in l. arbitrio ff. qui satisdare cogantur, idem Asin. recens. §. 7. cap. 203. prope finem.*
Quippe contrarium posse probari, per alios peri-
25 tiores docet *Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de homicidio num. 4. verbo noscant, quem sequitur Bal. in l. si ab hostibus §. si vir ff. sol. matr. Galtanol. in repet. l. 2. §. vlt. ff. de verb. oblig. & Pantaleo Crem. in repet. l. 2. num. 199. C. de rescind. vend., quem sequitur Menoch. in all. cons. 849. num. 3. & in tr. de adipisc. possess. remed. 5. num. 166.*
His verò contrarijs probationibus factis, Si Periciores, sint ijs quos produxit reus, vel numero
26 plures Pro eo iudicandū esset, *vt post Io. Andr. ad Specul. d. num. 4. probat Bal. in d. §. si vir ff. sol. matr., quem sequitur Gallunola, & Cremens. locis citatis*; prout hoc idem probat *Foler. in eius pract. tit. de forma Capitulorum in plur. delictis num. 21*, Vbi admonet Aduocatos, vt vbi aliqui Medici ex parte Curiæ deponāt vulnus fore lęthale,
27 In deffensionibus adhibeant, Peritiores Medicos, quia illis statur, Et in exceptione articulari

lari debet de pauca experientia illorum per Curia adhibitorũ, & de magna Petitia eorum, qui producuntur ad deffensionem, *Asin. tr. de execut. §. 7. cap. 199. in princip.*

Si verò pares ſint numero, & peritia adhibiti Periti tàm per Fiſcum, ſiue Curiam, quàm per reũ in deffenſionibus; Credẽdũ eſſe ijs qui per Cu-
28 riam iuditium protulerunt probat *Bal in cap. p. quib. mod. feud. amitt. in 6. col.*; Ea ratione quod in dubio iudicandum ſit contra percuſſorem, &
29 ſic fauore Fiſci, *cuius Baldi ſentent. ſequtus eſt idẽ Foler. in appar. ad pragmat. de ictu baliſta.*

Sed hæc opinio de rigore iuris procederet; De
30 AEQVITATE, verò exiſtẽtibus paribus probationibus tàm in numero Peritorũ, quàm in peritia ſtandum potius eſt iuditio eorum, qui pro deffenſione rei depoſuerunt, quàm qui pro Fiſco retulerunt, *Tex. eſt cum Glo. in cap. Clerici, 81. diſtinct. facit l. abſentem ff. de pœnis; tum ex doctrina Aug. de malefic. verbo cicatrix in fine, quem ſequitur idem Foler. reprobata eius priori opinione all. num. 21.* ea ratione, quod hæc ſe-
31 cunda opinio nititur AEQVITATE, Quam ſententiam amplexus eſt idem *Bal. in l. data opera C. qui accuſ. non poſſunt, Cephal. conſ. 23. num. 23. Anchar. conſ. 285. Maſcard. all. concluſ. 1169. nu. 44. poſt Hercul. in tr. de probanda negat. nu. 230*, Tum
32 quia in dubio fauore rei eſt iudicandum contra Fiſcum, vt declarat *I. C. in l. non puto ff. de iure Fiſci, & ſequitur Menoch. conſ. 305. num. 25, & conſ. 451. num. 40*, Præſertim in criminalibus cauſis in quibus de pœna agitur, vt probat idem *Menoch. conſ. 1007. num. 45.*

Peritorum verò iuditium, ſiue potius teſtificatus cum eorum iuramento accipi debet coram
33 Iudice diſtinctæ, & ſeparatim ab vnoquoq; eorum, Non autem vnico contextu, & ſimul vt obſeruari vidi à nonnullis non benè edoctis de his terminis, Quia præſertim in rebus gra-
34 uibus Peritorum iuditium hoc modo receptũ nullum eſt; Cum vnus alium inſtruxiſſe dicatur per eundem præmeditatum ſermonem, quo caſu veritas non poteſt de facili deprehendi
35 *Tex. eſt in §. Et quia verò multi in Auth. de teſtibus, Specul. in tr. de teſtibus §. nunc tractandum 7. num. p. & ſub num. 9. verſ. argum. contrar.; Caſtr. in l. minime ff. de legibus, latè Moncada in addit. ad Io. Crottum tr. de teſtibus diuerſorum par. 7. num.*
36 *257. lit. N. prope finem*, Et ita obſeruaui in pluribus proceſsibus grauioribus, & præcipuè ſuperiori anno ad probandum præcipuè ſubſcriptionem cuiuſdam Magni Principis eſſe factam manu eiuſdem Principis, per comparationẽ litterarum indubitabilium eiuſdẽ Principis in qua cauſa agebatur de confiſcatione bonorum valoris ſeptingentorum millium aureorum, & vltra, qui proceſſus à me vti Delegato ſpeciali formatus fuit trãſmiſſus ad Eccl. Proregem Neapolis, mox ad S. R. Maieſt.

Quod autem fieri, ſiue accipi debeat iuditium Peritorum coram ipſomet Iudice habemus
37 *Glo. in l. iubemus C. de liber. cauſa, & in l. hac conſultiſſ. §. fin. C. de teſtam. facit l. Quinquaginta ff. de probationibus, & probat idem Io. Crottus loco citato num. 257, vbi Moncad. lit. N.* Qui Periti tanquã teſtes reputantur, vt iam dictum fuit ex *Crotto*
38 *ſub nu. 227. verſ. Quarto extenditur, & tradit Maſcard. de probat. concl. 1169. num. 23.* Quidquid in contrarium affirmauerit ex *Bartol. in præcedenti num. 21.*

Et quando agitur de vulnere, & an illud ſit mortale vel ne, ſtandum magis eſt Chirurgó, quã
39 Medico *Glo. in cap. vt veterum, 9. diſtinct. & ſcribit Maſcardus all. concl. 1169. num. 40*, Peritiori-
40 bus. n. in ea arte ſtãdum, *eſt l. p. § p. & § ſi omnes vel plures ff. de ventre inſpic.*, Et vbi æquales eſſent Periti, Tunc ſtandum eſt iudicio eorum,
41 quod magis, veriſimile videtur *Maſcard. alleg. concl. 1169. num. 43.*

*SVMMARIA.*

*Fructus arboris pendentis in domum vicini ſpectant ad Dominum domus non arboris num. 1, De AEQVITATE tamen ſecus num. 3.*

*Arbor impendens in agrum alienum vſque ad quindecim pedes altius à terra coercenda eſt num. 2.*

*Dominus arbor poteſt inuito vicino per tres dies colligere fructus dummodo non afferat domum vicino num. 4. & vbi impediretur poteſt actione interdici de glãde legenda, & ad exhibendam num. 5.*

*Vicinus domum ſentiens ex impendentia arboris vicini de Aequitate poteſt fructus ramorum impendentium colligere, vel eos abſcindere vſq; ad altitudinem pedum quindecim num. 6. Niſi à Domino arboris praſcriptum eſſet ius incidendi ſpatio 30. vel 40. annorũ ſciente, & patiente vicino num. 7.*

*Arbore iuſtè plantata dimiſſo ſpatio ſecundum diſp. l. fin. ff. fin. regund. an abſcindi poſſint iam pendentes in fundum vicini num. 8. 9. & 10.*

*Arbor radices ad fundamentum domus vicini prouenientes an propria autem ius ſuccidere poſſit num. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*

*Vicinus altius ædificare non volens reluminibus afficiatur non poteſt arborem plantare num 17. & cur nu. 18. ſecus ſi ſeruitus eſſet ne altius tollatur n. 19. & 20.*

*Aequitas vbi ſimilis, & ſimile ius ſtatui debet num. 18.*

Fructus arboris pendentes in fundo, ſiue domo alterius non ſunt illius, ſed Domini fundi in quo arbor habet radices qui per tres dies poteſt illos colligere in domo, ſiue fundo vicini, Cap. CXX.



Votidiè videmus arbores vicini habere ramos pendentes in domo, ſiue fundo alterius vicini; Quæritur cuius ſunt fructus ab huiuſmodi ramis pendentes, Et ſanè, Vbi arbor in alienas ædes impenderit, cũ de vigore edicti Prætoris in *l. p. §. Deinde ait*

*Prætor ff.de arbor. cædendis*, debeat arbor ſcindi
à ſtipite; Conſequenter illius fructus ad Do-
1 minum domus ſpectare dicendum eſt,nõ enim
ad Dominum arboris, vt innuere videtur *Bal.
in l.p. in princip. verſ. ſi arbor C. de interdictis*.

Diſtinguit tamen lex ipſa,Quando ſlz.arbor im-
penderet in alienas ædes, quo caſu permitti-
tur ſucciſio, Et quando impenderet agro, &
2 tunc tantum vſq; ad quindecim pedes à terra
altius coercenda eſt, vt ibidem ſcribit *Vlpian.
in §. vlt.*

De AEQVITATE tamen fructus huiuſmodi ſũt
3 Domini fundi in quo arbor radices egit, & ſic
Domini arboris § *ſi Titius alienam plantam Inſtit.
de rerum diuiſ. Tex. in d.l.p. ff. de interdictis*, Qui
4 Dominus poteſt inuito vicino per tres dies re-
colligere huiuſmodi fructus dummodũ dam-
num non afferat vicino, *vt per l. Gracbus Cod. de
adulter. probat Caualcan. deciſ.22. num. 46. par. 2,
& copioſè probat Hortenſ. Caualc. eius FEter. tr. de
brachio Regio tit. de Aequitate par.6. num.622. nu-
perrime à me viſo*.

Et vbi vicinus hanc fructuum recollectionem
5 impediret, poſſet Dominus contra eum agere
actione interdicti de glande legenda, & ad
exhibendum, *vt ſcribit Caualcan. loco relato per
Tex, in l. Iulianus §.glans ff.ad exhibendum poſt Ce-
poll. in tract. de ſeruit. ruſtic. prædiorum tit. de ſemi
plant.num.3. verſ.ſed circa plantas, Et de ſeruit.itin.
num. 24. verſ. quarto ſi glans mea*.

Si tamen propter vmbram quam patitur in eius
prædio vicinus damnum aliquod ſentiret, De
AEQVITATE, & fructus ramorum in eius
6 fundo pendentium colligere, vel ramos ipſos
abſcindere poſſet, ne ſibi officiantur vſq; ad
altitudinem pedum quindecim, *vt per Tex. in
all. l. p. §. vlt. ff. de arbor. cædendis*, *probat Caualc.
in d. tr. de brach. Reg. par.6. tit.de AEQVIT.num.
622.circa medium*.

Niſi tamen præſcriptum fuiſſet ius non inciden-
di per Dominum arboris ſpatio 30, vel 40. an-
norum ſciente, & patiente vicino, quia tunc
non poſſet Vicinus propria auctoritate huiuſ-
modi ramos incidere, nec eorum fructus re-
colligere *l.p. ff.de gland.leg. & d.l.p.§.vlt.ff.de ar-
bor.cedendis Caualc. alleg. deciſ. 32. num. 47. quem
ſequitur Hortenſ. frater ſub all. num. 622.*

Neq; attenditur quod ab initio iuſtè fuerit plan-
8 tata arbor, videlicet, eo dimiſſo ſpatio quod
diſponitur in *l.fin. § finium regundorum*, ac leges
etiam municipales requirunt inter fundos vi-
cinorum, quo caſu iuxta *l.Gracbus ff.de adult.* pœ-
nam non meretur plantator; *Quia ſecundum Gl.
in d. l. p. C. de interdictis verbo redigent.*, Etiam ſi
iuſtè ſit plantata arbor cum ex iſto ſequatur
iniuſtum per accidens debent omnino remo-
9 ueri, ne contra AEQVITATIS terminos Do-
10 minus cum vicini iactura locupletior fiat, *vt
probat Bal. in d.l.p.n.p.in fine verſ.Glo.apponit C.de
interd.*

Præterea ſi radices arboris perueniant ad funda-
menta domus vicini, eas euellere, & propria
11 auctoritate ſuccidere an poſſit vicinus; Et Præ-
toris auctoritate id peragere debere docet *Ce-
pol. tr. de ſeruitut. Vrb. prædiorum tit. de arboribus
num.4.cum ſeq. Foler. ad Conſt.Regni rubr.de officio
Iuſtitiarij num. 90. Carp. ad ſtat. 371. num.4.par.2.
hos ſequitur Hortenſ.Caualc.cit.tit.de AEQVITA-
TE num.622.in fine; Et licet tradat Bal.in all.l.p.nu.
2. C. de interdictis*, quod videtur poſſe vicinum
12 propria auctoritate ſcindere radices funda-
menta eius domus deuaſtantes, Quia cum id
fiat in proprietate vicini contra eius volunta-
tem, poteſt propria auctoritate ſuccidere *arg.
l. Quemadmodum ff. ad l. aquilian.*

Verum diſtinguendo ſecundum *Cynũ ſubijcit Bal.
d.num.2.* quod, aut aliquid mittitur ſupra meũ,
13 quod non contingit meum, & non poſſum
mea auctoritate prouidere, ſed debeo inten-
tare interdictum: Aut contingit meum, & tũc
24 aut facto hominis, & tunc poſſum mea aucto-
ritate; Aut facto naturæ, Et tunc debeo ad Iu-
dicem recurrere, vt in propoſito caſu.

Quod tamen intelligi ſubijt de ſtipite, quia non
15 eſt in meo, & ſic propria auctoritate non poſ-
ſum ſuccidere, ſed ramos ſupra pendentes
poſſum incidere, quia ſolũ debet eſſe liberum
vſq; ad Cælum, & idem in arbore ſupra domũ
pendente dummodo in alienum non immittam;
hoc enim pacto, cum poſſeſſionem meam tuear
incidendo ramos, vel alia ſuper tectum meum
16 exiſtentia remouendo, licitè id agere me poſ-
ſe concludit ibidem *Bal. in fine*, Quamuis & hoc
caſu Prætoris auctoritate vti debere vicinum
ſcribit *Menocb. retinenda remed. 3. num.241. per l.
Si duo §. ſi vicinus ff. vti poſſidentis*.

Si verò vicinus non poſſit altius ædificare, ne lu-
minibus officiatur, vel ob ſeruitutem quam
17 debet, vel ex diſpoſitione ſtatuti; Idem intel-
ligitur ſicut de arbore in eius prædio exiſten-
te, quæ lumen vicino tollat, qui idcirco Cælum
videre nequit *l. ſi arbore §. interd. ff. de ſeruit. Vrb.
prædiorũ, Oliban. tr. de act. p.p. lib.2. ad §. AEQVE,
18 num. 55*; Quia vbi eſt ſimilis AEQVITAS, Et
ſimile ius ſtatui debet *l. Illud ff. ad l. Aquil. Glo.
in d. l.p. verbo quibus oſtenditur in fine Cod. de inter-
dictis*.

Secus dicendum eſſet vbi ſeruitus domus vicini
19 tantum ſe extenderet ne altius tollatur (non
expreſſa qualitate ne luminibus officiatur)
Quia tunc, per arboris plantationem, non di-
citur contrauentum ſeruituti, ſed contra ſer-
20 uitutem ne officiatur proſpectui, Vel lumini-
bus, *Tex. eſt in l. ædificia ff. de ſeruit. Vrb. prædiorum,
latè Socin. Sen. conſ.141. ſub num.p. verſ. confirmatur
hoc idem lib. p. quem ſequitur Carpan. ad ſtat. 242.
num.59. lib.2.*

*S V M M A R I A.*

*Capta in bello capientium efficiuntur num.1. diſt.nu.15.
& num. 32.*

*Bellum publicum dicitur quod à Populo Romano, vel ab
Imperatore inciditur num. 2. 3.*

*Principes*

Principes omnes, qui Superiorem non recognoscunt possunt inducere bellum num. 4.

Duces Mediolani habent ius indicenda bellum praescriptum licet Imperatorem recognoscant num. 5.

Omnes Italiæ Principes habent ius indicendi bellum n.6.

Capta in bello iusto non restituuntur de iure Canonico num. 7.

Belli iustitia ex tribus dignoscitur num. 8.9. 10.

Bellum iusta causa præsumitur motum à Principe auctoritatem habente indicendi bellum num. 11. 12. 13. & 16.

Iustitia belli dupliciter consideratur num. 14.

Principis declaratio habentis potestatem indiceni bellum facit illud iustum num. 17.

Causa iusta indicendi bellum est quando suscipitur pro defensione sua rerum suarum, aut sociorum, & confederatorum defensione num. 18. & cur num. 19.

Bellamus, vt absq; iniuria in pace viuere possimus n. 20.

Pacem qui vult, paret bellum num. 21.

Belli materia melius esto occurrere opportunè quam post exitum vendicare num. 22.

Bellum iustum dicitur, quod fit propter iniurias præcedentes ad eas propulsandas, & vindicandas num. 23, & cur num. 24. & 25.

Bellare bonis decet, vt eorum Dominio subdantur mali vicini num. 26.

Belli timor, & suspicio habetur pro bello nu. 27. & peior bello num. 28.

Principis ius indicendi bellum habentis milites disputare non debent de Iustitia belli num. 29, & cur nu. 30.

Vir iustus militans etiam sub Rege sacrilego rectè eo iubente belli gerat num. 31.

Capta in nauibus hostium piratarum infidelium, aut Hæreticorum qui occidi etiam possunt fiunt capientium num. 33.

Merces Christianorum è manibus Hostium, & Infidelis capta quem capientium fiant num. 34. & 35.

Iura captiuitatis quo ad personas inter Christianos non seruantur num. 36. & propterea non fiunt capientium num. 37.

Christiani remiges damnati reperti in manibus Turcarum, siue hostium, licet tempus condemnationis non compleuerint de Aequitate liberati à pæna dicuntur secus sit de rigore num. 38. & 39 & cur num. 40.

Libertatis fauore à priuatione ad habitum non datur regressus num. 40.

Carolus V, Imperator libertati donauit omnes Christianos perpetuum, & temporale remum iam damnatos in Arce Tuncti repertos num. 41.

Autoris de hac re sententia exemplaris num 42.

Hebræus factus Christianus non potest puniri de delictis commissis dum erat Hebreus num. 43.

Iniustitia belli obligat partem ad damna, & expensas num. 44. etiam si defendenda num. 45.

Commissum in bello ei totum imputandum qui primus mouit nisi de Iustitia appareat num. 46.

Capta mobilia in bello spectant ad Ducem non ad milites num. 47.

Milites exhibere tenentur Duci capta in bello num. 48.

## Damnati ad remum ab hostibus capti, cum triremibus, si mox à Christianis recapiantur. An liberati dicantur à priori pæna licet tempus condemnationis non adimpleuerint.

### Cap. CXXI.

CAPTA in bello effici capientium
1 triuiale est, & decidit *Tex. in l. p. ff. de aquir. possess. & ibi Scrib & in l. si quid in bello, & ibi Bar ff. de captiu. & post lim. reuers.*, Materiam hanc latè examinat, *Vincen de Franchis Plena decis. 268*, Quam conclusionem distinguendo declarat *Bart. in l. hospes num. 2. ff. eodem tit.*, procedere in publico bello, non in priuato,
2 quod publicum bellum nonnisi à Populo Romano indictũ, siue ab Imperatore in quo tran-
3 slata est omnis Iurisd. Romani Populi, *dicitur l. Hostes ff. de verb. signif.*
Tamen omnes Principes qui Superiotem non recognoscunt, sed supremi sunt Domini, habentur in eorum Prouincijs tanquam Imperato-
5 res, & bellum indicere possunt, *vt probat Boer. decis. 178. in princip. & num. 9. latè Borella tr. de Reg. Cath. præst. cap. 32. nu. 110*; Prout Duces Me-
5 diolani habere ius inducendi bellum saltem præscriptum, licet superiorem Imperatorem recognoscat tradit *Abb. in cap. sicut il 3. de iureiurando, Brun. cons. 19. num. 4. & probat Curt. Iun.*
6 *cons. 188. num. 23. lib. 3.* Ac omnes Italiæ Principes huiusmodi ius indicendi bellum perscripsisse probat *Menoch. cons. p. num. 256.*
De iure verò Canonico cauetur, capta in bello
7 iusto non restitui *Tex. in d. cap. sicut il 3. de iureiurando, vbi Glo. in verbo restituunt, & in cap. dicat 23. qu. 5. latè Decian respon. 25. nu. 110. lib. p. & post alios Ferrettus de re militari, tit. de iusto, siue iniusto bello num. 21, & 83, ac 118.*
8 Iustitia autem belli ex tribus dignosci testatur *Franc. Mar. decis. 456. num. 54.* Videlicet Auctoritas Principis indicendi bellum, Iusta causa, & intẽtio recta, Vt bonum promoueatur, & malum euitetur, *cap. Dominus 23. qu. 2. & cap. militari 2. q. p.*, *Quamuis secundum Couarru. in cap. peccatum par. 2. § 9. num. p. cum seq. de reg. iur. lib. 6.*
9 Duo priora requisita tantum sint necessaria,
10 Cum tertium in ijs contineatur, quem sequitur *Petrinus Bellus tr. de re milit. p. 2. tit. p. sub nu. 2, Et Menoch. cons. 70. num. 84.*
Iusta causa præsumitur semper, quando bellum fit à Principe auctoritatem habente indicen-
11 di bellum, *Scrib. in d. cap. sicuti, præsertim Abb. nu. 3. de Iureiurando, Ferretus dicto tit. de iusto, vel iniusto bello num. 9. Summa Angel. in verbo bellum nu.*
12 *3*, Quidquid in contrarium tradiderit *Barbat. cons. 39. num. p. lib. p.*, Cuius obiecta post *Abb. tollit Natta cons. 284. num. 7. & 9.* vbi expressè tradit non esse distinguendum, an bellum sit
13 iustum necne, vbi à supremo Principe est indictum,

dictum, cum iustum tunc præsumatur.
14 Et dupliciter consideratur iustitia slz. causæ,
& supremæ potestatis, vt ibidem subijcit Natta, num.8, & 9. post Abb. loco relato num.7. & tra-
dit Siluan. cons.22. num. 10. cum seq. lib.p. asserens
sub num. 10, quod tantum distinguitur an bel-
lum inter duos non recognoscentes superio-
15 rem mouetur, Vel ne, Quia primo casu bona
efficiuntur capientium, Secundo autem casu
illud procederet, vbi bellum esset iustum.
Itaut admissa potestate indicendi bellum iustũ
16 bellum dicitur, omissa distinctione, an causa
sit iusta necne Tex.in cap.p. 23.q.2. Dec.cons.691.
17 num. 3, Et stante Principis declaratione, bellũ
dicitur iustum cap.quod culpatur 239.p. Afflic.
decis.265 num.49.
Præterea causa iusta indicendi bellum, dicitur
18 quando suscipitur pro sui rerumq; suarum, aut
sociorum, & confederatorum deffensione, l. nõ
dubito ff. de capt. & postlim. reuers. Socin. Iun. cõs.
77. num. 30. lib.p. Summa Angel. verbo bellum sub
num.4. vers. tertio respondetur, & num.6, Menoch.
19 cons. 702. num. 86, Quia tunc pacis, & quietis
studio arma suscipiuntur, cap. apud verò 23. q.p.
Bellamus enim, vt absq; iniuria in pace viuere
20 possimus, cum qui pacem vult, bellum parare
21 debeat, vt est in adagio, & tradit Petr. Bellus de
re milit. tit. p. par.10.num.4; Et in materia belli,
Melius est occurrere in tempore, quam post
22 exitum vendicare, vt per l.p. C.quando liceat vni-
cuiq; inquit Ancar.cons.88.n.4, quem sequitur Alba
cons.769.num.17.
Bellum insuper iustum etiam dicitur quod fit
23 propter iniurias præcedentes pro ijs pulsan-
dis, & assumenda vindicta, cap. Dominus noster,
23.qu.2. Ias.cons.60.num.5.lib.p., qui loquitur de
Marchione Saluciarum à quo in bello captum
fuerat Castrũ Mulazani Dominis de Fariano.
Et in tantum dicitur iustum bellum id quod ge-
ritur ad pulsandum iniuriam, vel vindictã as-
sumendam, Vt ne si impunita transiret, alias
24 excitatura ad peius inferendum; Manifestum
nobis imineret periculum, ad hoc præsertim,
vt mali puniantur, & eorum audacia reprima-
tur, & vt emendentur, ac boni subleuentur pa-
cis studio Feret. de re milit. tit. de iusto, vel iniusto
bello num. 33. cum seq. post Socin. Sen. cons. 94, sub
num.22, vers. tertio principaliter, & num.40.lib.5.
25 vsq; ad totalem destructionem ipsius qui in-
iuriam intulit, vt probat Socin.Iun. cons.68.nu.
lib. 3.
Hinc scribit D. Augustinus de Ciuitate Dei cap.3. lib.
26 4. & cap. 19, Cum autem sint mali inquieti, &
iniuriosi. Tunc congruit, & bonis bellare, vt
subdantur eorum Dominio mali vicini; Quia
peius esset, vt iniuriosi Iustioribus domina-
rentur, Et ita nõ tantum diceretur necessarius
apud bonos, sed & non incongruè dicitur fe-
licitas.
Timor verò, & suspicio belli habetur pro ipso
27 belli tempore arg.l.Pedius ff. de incend.ruinis, &
28 naufr. Surd. cons.367. num. 24. Quippe peior est
bello timor ipse belli, vt inquit Seneca in traged.
quem refert Ancar. cons. 88. num. 3, & sequitur Io.
Iacobus de Leonardis inter consilia Bruni.cons. 117.
num. 168. cum seq.
Quando tamen bellum indicitur à Principe su-
periorẽ non recognoscente, vel qui bellum in-
dicendi ius præscripsit, Et sic iustum bellum
gerere ex supra allegatis, videatur; Siue præ-
sumptionem iusti belli habere dicatur, Non
debent subditi, & milites istius Principis dis-
29 putare super Iustitia huiusmodi belli, vt in-
quit Diuus Augustinus lib. 22. contra Faustum cap.
75; Interest enim quibus caussis, quibusuè auc-
toritatibus homines gerenda bella suscipiunt,
30 Ordo tamen ille naturalis mortalium paci
accomodatus hoc poscit; Vt suscipiendi belli
auctoritas, atq; consilium pęnes Principem sit,
Exequendi autem iusta bella, ministerium mi-
lites debeant pro pace, saluteq; cõmuni; Bellũ
.n. quod gerendũ, Deo auctore, suscipitur, rec-
tè suscipi dubitare fas non est, vel ad terren-
dam, vel ad subiugandam mortalium super-
biam; Et Diuus Paulus ad Romanos cap. 13; Cum
31 ergo vir iustus, si fortè sub Rege homine etiã
sacrilego militet, rectè possit illo iubente bel-
lare ciuice pacis ordinem seruans, Cui quod
iubetur, vel non, esse contra Dei præceptum
certum est; Vel verum sit, certum non est; Itaut
fortassè reum Regem faciat iniquitas Impe-
randi, Innocentem autem militem ostendat
ordo seruiendi; vt refert Caualcan.recit.par.6.sub
num.384. vers. hic obiter quæro.
Si igitur quæ in bello iusto capiuntur, capientis
32 fiunt ex supra allegatis; hæsitandum non est,
quin capta in nauibus hostium, siue Piratæ, vel
Infideles, aut Hæretici, qui occidi etiam pos-
sunt l.3.in fin.ff.de sicar. & l.proditores ff.de re mi-
33 lit., Effecta non sint capientium, etiamsi in ma-
nu Infidelium essent merces Christianorum
Christianis vehendi causa, Vel si ab hostibus,
aut Piratis, vel huiusmodi scelestissimis homi-
nibus prius capti fuissent cum mercibus.
Verum distinguendum est inter merces, & per-
sonas Christianorũ, quia respectu merciũ, vbi
34 eæ ab Hostibus, vel Infidelibus captæ fuissent,
& intra spatium 24. horarum eas non recupe-
rassent Domini, sed post dictum spatium ab
alijs, è manibus hostium captæ iterum fuissent,
Tunc non veniunt restituendæ Dominis, & ef-
35 fectæ sunt capientium, Tex. est in §. penult. Inst.
de rerum diuis., & in l.si quis §. differentiam, vbi Gl.
& Bar. ff. de acquir. possess. scribens in l.in bello ff.de
captiu. & postlim. reuer. Hortens. Canale. d.tract.de
brach.Regio par.6. sub num.384. vers. Hinc scias, fa-
ciunt tradita per Azorium qui loquitur de bonis te-
poral. Eccles. par. 3. Instit. moral.lib.p. cap.20.col.p.
lit.C. pag.67.
Respectu verò personarum per hostes captarum,
36 cum iura captiuitatis inter Christianos quo-
ad personas non seruentur Bart. & alij in l. Hos-
tes ff.de capt. & postlim. reuers. Salyc. in l.ab hostibus
C. eodem tit. Botr. decis. 178, num. 2, & nouissimè
Peregr.

37 *Peregr. de iure Fisci lib.3.cap.3;* Eas non fieri capientium probat *Anear. in cap. peccatum de reg. iur. lib.6, & ibi Didac.in 2.par.§.11.subnu.5, Aret. in l. qui à latronibus ff. de testam.*

Et ex hac conclusione inferatur, quod si in Nauibus Turcarum, siue hostium reperiātur Christiani ad remum damnati quos vulgò Galeotos nuncupant, & qui tempus in conditione appositum adhuc non adimpleuissent, licet de
38 rigore iuris liberati à pœna non diceretur.
De AEQVITATE tamen, & summa benignita-
39 te illos liberos, penitus esse habetur in *l.in bello §. de portatum ff. de captiu. & postlim. reuers. & ita probat Horteus. Caualc. de brach. Reg. par.6. tit. de AEQVITATE cap.13.num.133;* Quia fauore
40 libertatis à priuatione ad habitum non datur regressus *l. qui res §. arcam ff. de solut. & l. post diē ff de leg. commiss.,* Et ita libertatem concessit In-
41 uictiss. Carolus V. Imperator omnibus Christianis etiam ad perpetuos, aut temporales remos damnatos repertos in Arce Tuneti, quos seruos fecerat Ariademus insignis Pirata Barbarussa nuncupatus, & quorum opera in potestatem Cæsaris venerat Arx, ipsa teste Iouio in eius Historia *lib. 34.*

Hoc idem dixi obseruandum esse cum illis ad remum damnatis, qui in maximo naufragio Regiæ Classis pœnes Insulam Corsicæ inter spumantes vndas irati Maris Deo fauente vitam seruauerant superiori anno 1635, dum quidā Offitialis Regij legati in Ciuitate Ianuæ residentis, instabat apud Prætores Ciuitatum huius Dominij, vt huiusmodi damnatos, qui è naufragio seruati fuerant, detineri curarent, & iterum ad triremes transmitterentur, donec tempus condemnationis adimpleuissent,
42 Quia impium mihi videbatur, vt qui Diuinis numinis fauore vitam seruauerant, & libertatem obtinuerant, iterum sine nouo peccato, antiqua pœna afficerentur.

Qui *Hortensius Caualcau. subijcit in fine nu.333,* quod eadem ratione, & fauore Religionis, non potest puniri, Hebræus factus Christianus de de-
43 lictis per eum commissis dum erat Hebræus, *Caball. var. resol.casu 113, et 140,* de qua re in particulari *cap.140.* infra agitur.
44 Et quia data Iustitia belli ex vna parte, resultat iniustitia ex altera parte, illa tenetur ad damna, & expensas, *vt probat Socin. Iun. all.cons. 68. num. 43. lib.3. Petrus Belluscit. tr. de re milit. par. 2. tit. quæ sint causa bellum indicendi vers. quod non minus,* quo loci scribit, quod sicut mouens
45 bellum iniustum tenetur ad damna, *Mart. Laudens.tr.de bello q.14,* Ita etiam qui iniustè se defendit ad ea tenetur, Eiq; imputandum est totum commissum in bello, qui primus bellum
46 mouit si de eius iniustitia manifestè non apparet *l. quoniam multa C. de vi publica vel. priuat. & scribit Abb. in d. capit. sicut num. 13. de iureiur.*

Licet autem ex supra firmatis, satis luculenter appareat, quod capta in bello, fiunt capientis, opportunum tamen est scire an spolia hæc ad milites, Vel potius ad Principem spectent, Atq; copiosissimè allegatis ijs quæ pro vtraq; opinione traduntur per Scribentes, Concludit Eruditissimus *D. Antonius Mereuda lib.2. controuers. iuris pleno cap. 22.* quod immobilia ad
47 Principem spectant; mobilia vero ad Ducem Exercitus, qui eas militibus pro libito distribuere solet, vt eorum fortitudo præmium cōsequatur, Cui Duci idcirco exhibendæ sunt
48 spoliæ occupatæ per milites *Alcia. in l. p. n.7. ff. de aequ. possess. & D.Faber lib.2. semestr. cap. 4. quos sequitur Merenda cit. cap. 20. num. 10, & 21.*

SVMMARIA.

*Dilatio semel tantum prorogari debet num. 1. Accusato bis num. 2, Probato impedimento datur tertia num. 3. solo iuramento num. 4.*

*Dilatio quarta non datur num. 5. secus de Aequitate ex causa num. 6.*

*Dilationi communi vtriq; parti an pro reum possit renunciari in præiuditium Actoris nu. 8. vsq; ad n. 13.*

*Fauori suo renunciari potest num. 9.*

*Priuilegium qui habet aliquo non potest eo inuito contra ipsum eo vti num. 10. contra alium verò etiam eo inuito num. 11.*

*Distinctio Bart. num. 12. & 13.*

*Dilationis probatoria de iure communi sunt continuæ, vbi speciali lege dies tantum vtiles non numerentur num. 14.*

*Dilatione concessa non modo testes, sed etiam instrumenta produci possunt ab vtraq; parte num. 15.*

*Instrumenta etiam post didicita testificata produci possunt, & eur num. 16.*

*Dilatione data ad producendum instrumenta non possunt produci testes licet instrumentorum nomine summaut num. 17.*

## Datur etiam quarta dilatio ad probandum in causa ciuili. Cap. CXXII.



ET iure communi inspecto, & ex dispositione statutorū præscribitur certus terminus litigatoribus ad probandum, quem dilationem nuncupant, & quem semel prorogari tan-
1 tū deberi docet *Lafranch. de Oriano in cap. 2. n. 2. de dilationibus,* Prout accusatori in criminalibus
2 pariter semel prorogatur, Accusato autem bis, *vt probat ibidem Lafranch. cit. quem sequitur Afft. ad Const. Regni rubr. 23. num. 22. cum seq. lib. 2. post Bart. Maranta in eius speculo 6. par. princip., primo actu iudicij vers. de dilatione num. 4. cum seq.*

Probato verò impedimento datur tertia dilatio
3 probatoria, *vt subijcit Lafranch. loco relato num. 3. vers. est aduertendum,* quod tamen impedimē-
4 tum solo iuramento probari docet *Bar. in dicto*
5 *vers. summariè num. 21.* nec quarta dilatio danda est *cap. vltra tertiam de Testibus, & notat Afin. in eius praxi §. 21. cap. p. num. 2.*

De AEQVITATE tamen quarta etiam conceditur

6 ditur dilatio ex causa, *vt subijcit Asin. loco relato*
*vers. conceditur tamen, & sequitur Hortens. Caualc.*
*alt. tr. de brach. Secul. par. 6. tit. de AEQVIT. cap. 2.*
*sub num. 14. vers. in inditijs.*

Quam sententiam amplectitur *Carpan. ad stat. 24.*
*nu. 14.* adhibita moderatione de qua *Laus. äch.*
*loco cit. num. 11; Qui Carpan. d. num. 14.* testatur
7 hic Mediolani indistinctè practicari, quod vbi
proceditur per dilationes, vt in causis summa-
rijs ex sui natura, vel exequtiuis dantur à Iu-
dice quatuor dilationes, etiam nullo probato
impedimento, & sine causæ cognitione, Et vl-
tra eas solet nouas concedere Senatus Excel-
lentissimus, ea adhibita tamen clausula, vbi
absit calumnia.

Obtenta dilatione per reum an ei possit renun-
ciare in præiuditium Actoris, cui communis
8 redditur dilatio *l. petendæ C. de temp. in int. rest.*
9 Variant scribentes, Namq; cum fauori suo
quis possit renunciare *vul. l. quod fauore C. de le-*
*gibus;* Videtur affirmandum reum posse renun-
ciare dilationi obtentæ, & sic etiam in præiu-
ditium Actoris.

Huic rationi aliam addunt scribentes præsertim
*Iac. de Aretio in l. si post mortem §. fin. ff. de bon. pos-*
*sess. contra tabul. vbi tradit, qui habet priuileg. à me,*
10 non potest me inuito eo vti contra me *l. si Iudex*
*circonnento ff. de minor. & l. amicissimos ff. de excus.*
11 *tutorum*, Sed si vult vti contra alium potest me
etiam inuito *d. l. si post mortem*, Atqui in propo-
sito cum Actor habeat bebefitium dilationis
impetrata à Reo ex persona ipsius Rei, nõ vi-
detur posse ea vti contra ipsum Reum eo In-
uito.

Difficultatem tollit *Bar. in d. l. petenda num. 5.* per
hanc distinctionem vlz. aut re integra reus re-
12 nunciat dilationi, aut re non integra, Idest
postquam Actor dederat articulos ad proban-
dum virtute dictæ dilationis, vel testes citari
curauerat ad examinandum, Et primo casu
admittitur renunciatio dilationis obtẽtæ etiã
13 ad præiuditium Actoris; Secundo autem casu
non est locus pænitentiæ *l. si pecuniam ff. de con-*
*ditione ob causam, Bart. vbi supra nu. 5. & 6. quem*
*sequitur Carpan. in all. cap. 24. num. 18. lib. p. copiosè*
*Costa de re integra distinct. 58 num. 13.*

Dilationes verò probatorię de iure communi sũt
continuæ, vbi speciali lege dies tantum vtiles
14 non comprehendantur, vt cauetur ex *d. stat. 24.*
*& ibi Carpan. num. 20, conferunt trad. per Affl. ad*
*Const. Regni rubr. 18. de exceptionibus num. 18. vers.*
*4. lib. 2.*

Dilationeq; concessa non solum testes, sed etiam
instrumenta possunt produci per ambas par-
15 tes *l. Iudices C. de iudicijs, & l. p. de edend.* cum etiã
post didicita testificata, possint produci in-
strumenta, quia cessat timor subornationis;
16 E contra verò, data dilatione ad producendũ
instrumenta non possunt produci testes, licet
17 instrumentorum nomine testes contineantur
*cap. preuenit de testibus cogand. latè Specul. tit. de*
*dilationibus §. videndum sub num. 7. vers, Item nota,*
*& vers. Quod si data est dilatio, quem sequitur Asin.*
*in eius praxi §. 22. cap. 18, & Carp. ad stat. 22. num.*
*64. & num. 100. lib. p.*

*SVMMARIA.*

*Maritus nullo lucrandi pacto potest plus conferre in Vxorem quam vni liberorum prioris matrimonij minus habenti, & è contra Vxor versus secundum Maritum num. 1.*

*Legitima non est detrahenda prius quam portio Vxor debita detrahatur num. 2.*

*Parentes debent tantum relinquere filijs legitimam à lege statutam, residuum vel alijs ex secundo matrimonio susceptis, vel alijs personis legare num. 3.*

*Filij, & Vitricus, siue Nouerca sufficit, quod sint æquales in lucro legis, licet inæquales sint in prouidentia Testatoris num. 4. 5. 7. & 8.*

*Relictum filio suppletur à lege ipso iure vsq; ad supplementum legitimæ num. 6.*

*Quod capitur beneficio l. hac edictali C. de secundis nuptijs non imputatur in legitimam num. 9.*

*Legitima primo loca deducenda deinde bona æqualiter diuidenda inter filium, & vitricum, siue nouercam de AEQVITATE num. 10. vsq; ad num. 30. & num. 54, 59. etiam extante statuto quod &c.*

*Legitima, & bona ex l. hac edictali capiuntur diuerso iure, & ratione num. 11. 12. 13. & 14.*

*Diuisio inter filios primi matrimonij, & secundi quomodo facienda num. 13.*

*Mortua Vxore vir lucretur dotem num. 60, 61.*

*Filius legitimam consequitur tamquam æs alienũ nu. 15.*

*Portio debita per l. hac edictali dicitur lucrum num. 16.*

*Deductio vnius quando impediret deductionem alterius ibidem.*

*Portio debita per l. hac edictali dicitur pænalis nu. 17. & non imputatur in debitum filio creditori legitimè num. 18.*

*Cautela mulieris ad euitandam dispositionem l. hac edictali num. 19. & 20.*

*Authoris opinio num. 21.*

*Secundæ nuptiæ decorum adulterium appellantur n. 25.*

*Sex in dubio fauet filijs à matre derelictis contra extraneum num. 27.*

*Opinio fauore filiorum continet Aequitatem, & humanitatem num. 28. & 30.*

*Fauor filiorum naturali, ciuili, & canonica ratione magis consideratur quam Eccl. & pauperum num. 29.*

*Dispositio l. hac edictali tolli potest per statuta particulari a num. 31. non solum expressè, sed etiam tacitè verbis non obstantibus num. 32.*

*Lex continens ius voluntarium, & positionum na autem naturale, & necessarium tolli potest num. 33.*

*Legum correctio non inducitur per subauditos intellectus num. 34.*

*Statuti dispositione incompatibili existente cum dispositione tacitè legi derogatum censetur num. 35.*

*Statuto à legitima Matri excludi possunt filij num. 36. ratio num. 37. etiam si partem tantum dotis lucraretur Vir ex dispositione statuti num. 38.*

*Eadem ratio est partis quo ad partem quæ est totius quo ad totum num. 38.*

*Statutum*

*Statutum contingenter legitima potest priuare filios, non certitudinariè num. 39. & 42.*

*Et quando dicatur contingenter priuari num. 41.*

*Statutum disponente maritum lucrari dotem in praiuditium filiorum non autem de alijs bonis in ijs possunt consequi legitimam num. 40.*

*Legitimam non posse prohiberi à statuto AEQVIOR est opinio num. 43.*

*Statutum Derthona declaratur num. 44.*

*Baldi opinio reprobata à Thanne. num. 45. cuius traditio minus vera ostenditur num. 62. & 63. & opinio Bal. asseritur ibidem.*

*Statuto deferente verò dimidiam dotis filia matri legitima non datur in illa dimidia nu. 46. quia pars quã maritus lucratur est quasi as alienum num. 47.*

*Legitima dicitur as alienum improprium, & per fictionem num. 48, ratio num. 49.*

*Dictio quasi est nota improprietatis num. 50.*

*Legitima viuente patre non dicitur debita re, nec spe num. 51.*

*Legitima non comprehenditur sub statuto loquente de are alieno num. 52.*

*Legitima non debetur Fisco ob delictum commissum à filio patre viuente num. 53.*

*Plus quod est relictum victrico quam filio auocatur, & filio assignatur in pœnam iniuria sibi à matre illata num. 55. 56. 57. & 58, & 70.*

*Bertrandus refellitur num. 61.*

*Legitima non censetur sublata in omni dispositione, nisi expressè de ea dispositum sit num. 62.*

*Statuta strictè intelligenda, nec amplianda ad legitimam non expressam num. 64.*

*Legitima supplementum à legatarijs quando consequenter num. 65.*

*Legitima diminui per statuta non in totum tolli potest num. 66.*

*Legitima filijs relicta de residuo ad libitum possunt parentis disponere num. 67. limitatur num. 69. & 71.*

*Filij aquales in lucro l. hac edictali esse debent sic, inaqualis in prouidentia Testatoris num. 68.*

*Dispositio l. hac edictali procedit non solum in patre, aut matre, sed etiam in auo, & auia, proauo, & proauia num. 72. contra in materia statutorum num. 73. præsertim odiosorum, & cur num. 74.*

*Mulier secundo nupta per adulterium amissa dote viroq; applicata non nocet filijs primi matrimonij ipsa mortua num. 75.*

*Dispositio l. hac edictali extenditur etiam ad vsum fratrum relictum nouerca, vel victrico, & cur num. 76.*

*Aestimatio hæreditatis ratione dict. vsusfructus quomodo facienda num. 77.*

*Statuto, vel consuetudine dante victrico vsumfructum totius dotis eius vita durante filius tamen statim legitimam consequitur num. 78.*

*Legato vsufructu omnium bonorum patri, vel matri non intelligitur in eo comprehensa legitima nu. 79. & 80.*

*Beneficium l. hac edictali, vt consequi possit an filius hæreditatem patris, vel matris adire debeat n. 81. et 83.*

*Patrimonium defertur iure hæreditario num. 82.*

*Delatio operatur singulare beneficium l. hac edictali in quo non requiritur aditio hæreditatis num. 84.*

*Vno ex filijs prioris matrimonij repudiante lucro l. hac edictali, eius pretio non accrescit alijs, et cur num. 85. limitatur num. 86. & 87.*

*Decedente aliquo ex filijs primi matrimonij ante parentem secundum matrimonium contraxit transmittitur eius portio ad eius liberos, non ad extraneos num. 88.*

*Victrico, vel nouerca ablato illud plus relictum ex beneficio l. hac edictali tenentur etiam ad restitutionem omnium fructuum, & cur num. 89. 90. 91. 92.*

*Ampliatur ad fructus consumptos stante mala fide, & defectu tituli num. 93.*

*In condictione ex l. hac edictali non veniunt fructus ante litem contestatam, excepta illa parte quæ debetur loco legitimæ ipsis filijs, & cur num. 94.*

*Filius non priuatur beneficio l. hac edictali ob non confectum inuentarium, & cur num. 95.*

*Filius ob non confectum inuentarium non amittit legitimam, sed ea detracta tenetur insolidum, ad residuum, & poterit incarcerari num. 96. 97.*

*Filius institutus in sola legitima non tenetur facere inuentarium num. 98.*

*Dispositio l. hac edictali procedit etiam quando est facta donatio filijs secundi matrimonij in capitulis matrimonialibus num. 99. 100. 101. limitatur num. 102. & 103. declaratur num. 104. & 105.*

*Consuetudo Ciuitatis Neapol. si quis moriens, non corrigere l. hac edictali num. 100.*

*L. hac edictali facta fuit non solum odio mariti, & mulieris, sed etiam fauore filiorum primi matrimonij num. 105.*

*Filius consentiens secundo matrimonio matris non dicitur renunciare beneficio l. hac edictali, vt etiam de consensu viri dicitur nu. 106. & est sententia Aequa contra Thesaurum num. 107. & ratio num. 108. & 109.*

*Dispositio l. hac edictali in quo sit fundata num. 100.*

*Reprobatur Sarmienti opinio ab Autore à quo explicatur Textus legis num. 111.*

*Statuto Mediolani 305. lib. p. cessa quæstio l. hac edictali num. 112.*

*Filius an possit legitimam solam acceptare, & hæreditatem repudiare, vt euitet vexationes creditorum nu. 113. vsq; ad finem.*

*Legitima debetur omni remoto onere num. 114.*

*Legitima non perditur propter inobedientiam hæredis, vel non confectum inuentarium num. 115.*

*Facilius impeditur quid fieri, quam iam factum nu. 116.*

*Filius in legitima propriè non est hæres num. 117.*

*Ius naturale non potest corrumpi à iure ciuili num. 118.*

*Filius potest acceptare legatum, & repudiare hæreditatem, & cur num. 119. 120.*

*Hæres potest hæreditatem repudiare, & legatum acceptare num. 121.*

*Institutio diuidi non potest num. 122.*

*Filius non potest pro parte acceptare hæreditatem, & pro parte repudiare num. 123.*

*In legitimam filijs quæ imputentur, & quæ non num. 124. 125.*

*Filius institutus in certa re hæreditaria cum grauamine potest eum retinere, et dicere volo legitimam meam, & quod est vltra eam repudiare num. 126.*

*Sub verbis generalibus renunciationis hæreditatis non comprehenditur legitima num. 130.*

*Filius quando repudiata patris hereditate possit rem emphyteuticam obtinere pro se, & heredibus acceptam num.* 131.

## In diuisione bonorum hæreditariorum deducitur prius legitima filiorum, antequam assignetur portio debita Nouercę, vel Victrico ex dispositione l. hac edictali C. de secundis nuptijs. Cap. CXXIII.



Mperatores Leo, & Anthemius Sanxerunt ant in *l. hac edictali C. de secundis nuptijs*, Vt maritus nullo lucrãdi pacto possit plus conferre in Vxorem, quam vni liberorum prioris matri-
1 monij minus habenti, & è contra, Vxor versus secundum maritum; Hinc dubitant Scribentes si maritus leganit vxori mille, legitima verò filiorum ad quingentos ascendat, Vtrum prius detrahenda sit legitima, antequã portio vxori debita detrahatur.

Et pro negatiua facit *Tex. in Auth. de triente, &*
2 *Semest. col.* 3. Vbi habetur filijs legitimam tantum deberi, & reliquum posse relinqui, cui placuerit per Testatorem, *& in Auth. de nuptijs §. illud*, vbi expressè cauetur Genitores tantũmodo teneri relinquere filijs legitimam à lege statutam; Residuum, vel alijs filijs ex secundo matrimonio susceptis, vel alijs personis le-
3 gare; Quam sententiam amplectitur *Cynus in d. l. hac edictali qu.* 3. *C. de secundis nuptijs*, & eum sequi videtur *Bal. ibidem num.* 5. dum concludit sufficere, quod filij, & Victricus, siue nouerca
4 sint equales in lucro legis, licet inæquales sint in prouidentia Testatoris; Idem confirmare videtur sub *nu.* 17, *&* 18. dum concludit, quod computato relicto per patrem sufficit, vt filius habeat integram legitimam cuius vsq; ad concurrentem quantitatem potuit Pater relinquere Nouercę, vt consuluisse pro Nouerca affirmat ibidem *Bal.*, quamuis dubia videretur quæstio, Ergo legitima non venit ante partem detrahenda *Baldum sequitur Cast. cons.* 128. *nu. p. lib. p.*

Hanc eandem sententiam etiam probat *Bertrand. in repet. d. l. hac edictali vers. Ita tamen num. p. & sub num.* 6. *vers. Quæritur quid iuris cum num. seq.*; Vbi apertè probat, quod mortua muliere quæ instituit hæredem vniuersalem secundum virum, & filium primi matrimonij instituit hæredem in viginti si filius opponit Victrico, quod ipse non potest habere, nisi viginti, quia non
5 plus sibi fuit relictum, & quod vltra relictum est Victrico habetur pro non scripto iuxta dispositionem huius *l. hac edictali*, Victricus autem respondit, quod relictum filio suppletur à lege
6 ipso iure vsq; ad supplementum legitimæ *l. scimus ff. de inoff. testam.*, Vnde fingitur filius institutus in legitima de qua contentus esse debet; Concludit pro Victrico sublata dist inctione aliquorum Doct. an scilicet filius petierit supplementum nec ne.

Quemadmodum fortius conclusionem ipsam cõfirmare videtur, dum *num.* 9. *vers. primus casus vsq; ad num.* 12. distinguendo tres casus in quibus filio legitimæ supplementum consequitur concludit Nouercam, siue Victricum tantumdem habere posse quantum importat legitima filij, Ergo ea non potest ante diuisionem hæreditatis inter filios, & Victricum, siue Nouercam, deduci.

Idem affirmat ipse Auctor loco relato *sub num.* 28, *vers. Primo quando*, Vbi proponit exemplum Matris, quæ relicta hæreditate valoris aureorũ 1200. legauit filio primis matrimonij 500, Et residuum Victrico reliquit; Et sic 700. Quia ex quo Victricus habet ducenta plusquam filius primi matrimonij ex dispositione *d. l. hac edictali*, illa ducentum ab eo auocabit filius, Et sic Victrico remanebit nisi quinquecentũ, sicut fuerat legatum filio prioris matrimonij;
7 Vnde nulla habenda est consideratio, quod filius habeat primo legitimam, & postea temedium *d. l. hac edictal.*

Nam ex quo filius habet legitimam, & vltra à matre, nullum remedium ad illam habendam, vel
8 supplendã sibi competere, *tradit Bertrãd. loco relato*, qui subijcit quod licet videretur ex quinquecentum cum effectu relictis filio, quatuorcentum quæ ipse filius habere debet pro sua legitima non imputentur, seu non debeant impedire beneficium ipsius *l. hac edictal.* Sicuti id
9 quod capitur beneficio eiusdẽ lege nõ imputatur in legitimã per ea, *quæ scribit Bar. et cæteri in l. p. de inoff. testam.*, & sic cum vltra legitimam filius solum habeat centum, quod Victricus solum posset habere centum, & reliqua sexcentum applicari deberent filio primi matrimonij; Tamen hoc verum non esse concludit *Bertrand. loco citato.*

Hanc pariter sequitur sententiam *Alex. cons.* 158. *lib.* 5. *Ancar. cons.* 101., *& Alciat. in l. in quartam circa finem ff. ad l. falcid. quos refert ea sequitur Gabriel com. concl. tit. de secundis nuptijs concl.* 4. *n.* 60.

Contraria sentẽtia nihilominus de AEQVITATE, verior, & communior videtur, nempe pri-
10 mo loco deducendam esse legitimam à filio, mox diuidenda bona æqualiter inter filium, & Victricum, siue Nouercam pro qua stat *Gl. in §. optime in Auth. de nuptijs.*

Nam legitima, & beneficium *l. hac edictali*, capiũtur diuerso iure, & diuersis legibus, ac diuersa
11 ratione, legitima enim debetur filio ratione naturali *l. cum ratio ff. de bonis damnatorum*, sed hoc, quod reuocatur per *l. hac edictal.* reuocatur ratione ciuili propter offensam ipsius filij, &
12 sic dicitur beneficium ex AEQVITATE, in odium secundarum nuptiarum, & ideò ista debita inter se non confunduntur ad inuicẽ, vt copiosè probat idem *Bal. in d. l. hac edi... li num.* 21,

num. 21, & num. 41. C. de secundis nuptijs, Vbi etiā
13 tradit modum quo faciendas esse diuisiones
inter filios primi matrimonij, & filios ex secū-
do matrimonio; Idem sequitur Castr. cons. 462.
per totum lib. 2, Et vtramq; stare posse deduc-
tionem slz. legitimæ, & benefitij, l. hac edictali,
14 & locum habere per l. cum ex co ff. de action. &
obligation. & l. 2. ff. de priu. delictis, copiosè probat
Laurent. decis. Auenon. 95. in fin. vers. Alia vera
opinio.
Prout hanc sententiam sublatis contrarijs ante
Baldum comprobauit Flor. de S. Petro in disput. p.
num. 14. cum se plur. fol. mihi 220. vbi apertè tra-
15 dit quod legitimam tanquam æs alienū prius
consequitur filius l. Papin. §. sed si impubes ff. de
inoff. testam., Portio verò debita per l. hac edictali,
dicitur lucrum l. fœmina eodem tit., Ergo vnius de-
16 ductio non impedit deductionem alterius
arg. Glo. in d. l. Papin. § meminisse ff. de inoff. test. &
17 l. quamquam C. ad l. falcid, Quam portionem pœ-
nalem etiam nuncupat Flor. loco relato, quasi ir-
rogetur in pœnam, & odium coniugis, siue viri
ad secundas nuptias conuolantis, & idcirco,
non debet imputari in debitum filio creditori
18 legitimæ l. pignore ff. de pignor. act.
Quam conclusionem sequitur etiam Dec. cons. 246
nu, 4. vbi dat cautelam mulieri ad euitandam
19 dispositionem d. l. hac edictali, viz. vt donet om-
nia bona quæ habet secundo viro non obstan-
te prohibitione legis, & quod vnus obligat se,
& promittat conseruare maritum in tali do-
20 natione non obstante l. hac edictali, Quia talis
promissio obligaret efficaciter promittentem
ad interesse, Quam tamen cautelam vti in
fraudem legis adinuentā, & dolum continen-
21 tem parum prodesse mulieri arbitraret iuxta
ea quæ scribit ibidem Bal. num. 29 cum seq. plur.
& quam impugnat Franch. decis. 455. num. 19, Et
pro ea declaranda faciunt tradita per Martam
voto 77. num. 18. cum seq. plur. Vbi probat susti-
neri in tantum relictum siue donatum viro, in
quantum commodum relicti non remaneat
viro, neq; eius filijs.
Hanc eadem sententiam amplectitur Crou. consil.
142. num. 4. post Bal. in cons. 401. lib. 2, & cons. 22.
lib. 5. Castrens. cons. 348. col. 2, & cons. 462. lib 2.
Anch. cons. 101, & Sociu. cons. 35. in vlt. dub. p lib. 4.
Odd. cons. 3. num. 35, & quam etiam sequitur Rota
22 Roman. in nouiss. decis. 726. in fine p. 3. Vbi ita iu-
dicatum fuisse per Rotam habetur, & in quam
vt AEQVIOREM inclinasse Rotam die 10.
Decembris 1536. ibi traditur, & copiosè com-
probat Rol. de lucro dotis plena qu. 17, quam senten-
tiam etiam amplectitur Eruditiss. Fachin. lib. 3. con-
trouers. iuris cap. 70, qui ad contraria respondit,
Quippe conclusionem ipsam ex expressa dis-
positione Tex. in l. Scimus §. Repletionem C. de inoff.
testam. deducit, dum his vsus est verbis Impera-
23 tor Iustinian. Non si quid ex alijs causis filius
lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure
accrescendi, vt puta vsusfructus, Humanitatis
enim gratia (idest AEQVITATIS) sancimus
ea quidem omnia quasi aduenticio iure eum
lucrari.
Illamq; post longam controuersiam amplexus
est Senatus Pedemontanus testè Thesaur. decis.
24 184. sub num. 4. vers., Et cum hæc quæstio, vbi
scribit Senatum illum iudicasse fauore filiæ
cōtra victricum, & in odium mulierum secun-
do nubentium, quas secundas nuptias decotū
25 adulterium vocat Athenagoras Græcus scrip-
tor in oratione pro Christianis ad Imperatorē
Antoninum fol. pen. Quamuis verè secundis
nuptijs non conueniat nomen ipsum, Et ita in
posterum esse obseruandum censuit Senatus
ipse, Et denuò etiam iudicauit die 22. Decem-
26 bris 1589. faciendo tres partes hæreditatis,
quarum vna filiæ pro legitima applicaretur,
alia pro eius portione debita per dispositionē
dicta l. hac edictal., Tertia verò victrico assigna-
retur, vt ibidem subijcit Thesaur. Ad rem Fonta-
nell. de pactis nuptial. claus. 5. glo. 8. par. 3. num. 57.
& 61. lib. 2.
27 Quia in dubijs fauere solet lex, istis filijs à ma-
tre derelictis contra extraneum, vt ibidem
subijcit Thesaur. & probat Curt. Sen. cons. p. lib. 4,
& Paris. cons. 73. num. 40. lib. p. idem tradit Rimin.
Iun. cons. 339. num. 13. vbi ait tunc opinionem
28 fauore filiorum continere AEQVITATEM,
& humanitatem, Hinc scrib. Baldus in l. Iubemus
C. de testamentis, quod apud naturalem rationē,
29 apud ius ciuile, & canonicum magis est con-
siderandus fauor filiorum quam Ecclesiæ, &
Pauperum, quem refert, & sequitur Tiraquel. in
l. si vnquam verbo libertis num. 64. C. de reu. donat.
Sociu. Iun. cons. 189. num. 79. lib. 2.
Neq; ab hac sententia dissentiunt idem Rol. cons.
62. num 3. cum seq. lib. 3. & Surd. cons. 401. num. 2.
vers. Et quamuis cum seq. plur., & sub nu. 29. vers.
nec contradicit dum hanc opinionem verissi-
mam, & AEQVAM, esse probant continetq;
30 maximam AEQVITATEM per quam fauor
fit filijs, vt tradit Rim. Iun. cons. 31 r. num. 28, & in
cons. 333. sub num. 2. vers. prima est conclusio, & nu.
11. & 13, Quamuis in casibus ab alijs proposi-
tis stante statutorum dispositione in Ciuitate
Mediolani, & Mantuæ, qua sublata videtur ip-
sa lex hac edictali, contrarium sequti sunt; Prout
eandem sententiam sublato statuto Teluani
approbare, etiam videatur Peregr. cons. 107. lib.
3. & Gabriel cons. 13. sub num 33. lib. 2.
Non enim ambigendum est, quin per statuta par-
31 ticularia tolli possit dispositio ipsius l. hac edic-
tal. vt probat Bal. ibidem num. 7. C. de inoff. dot. Ber-
trand. in d. l. hac edictal. nu. 52, Quippe non solum
32 expressè, sed etiam tacitè posse legi prædictæ
derogari per statutum, illis verbis non obstā-
tibus scribit Bertrand. d. num. 52. & abunde pro-
bat Surd. cit. cons. 401. num. 18. & 26. in fine, & nu.
27. Carpan. ad stat. 298. nu. 298. cum duob. seq. lib. p.
Cum enim lex contineat ius voluntarium, & po-
33 sitiuum, non autem ius naturale, & necessariū
eam posse tolli probant post alios Rol. d. tr. de lu-
cro dotis qu. 24. num. p. & sequitur Phanuc. in tr. de

dote glo.5.num.33. vers.dicat immo contrariũ,Gabr.
cons.13. num. 10.lib.2. & Ludouis.decis. 173.nu.7.
In dubio autem dictæ legi derogatum non vide-
34 tur, quia legum correctio non inducitur per
subauditos intellectus Glo. in cap. cupientes §.
quod super viginti de elect. lib. 6. Socin. cons.52.col.
p.in fin.lib.3,& cons.35.col.2.lib.4. & Roland. d.tr.
de lucro dotis qu. 26. num. 8. vsq; ad finem, Rota de-
cis.432.num.3. p.p. & decis.255. num.7.p.4. in re-
centior. Vincent.de Franch.decis.435.nu.17.Quam-
uis num. 5. cum seq. probat requiri expressam
35 derogationem, Nisi statuti dispositio esset in-
compatibilis cum dispositione, l. Quia tunc taci-
tè derogatum censeretur Gabr.cons.73.num.10.lib.2.
Ludouis. all.decis.173.in fine.
36 Cuius statuti virtute à legitima etiam exclu-
di posse filios voluit Curt. Iun. in auth. praterea
num. 17. C.vnde vir,& vxor, Ad hoc vt mulieres
37 facilius maritum inueniant Castr. in l. 1. C. de
inoff. dot. Dec. cons. 19. num. 5. quos sequitur Surd.
all. cons. 401. nu. 23, Quod procedere affirmant
Scribentes, etiam si partem tantum dotis lu-
craretur vir ex dispositione statuti cum eadem
38 sit ratio partis quo ad partem, quæ est totius
quo ad totum l. quæ de tota ff. de rei venditione, &
ibi Glo.
Qui tamen auctor difficultatem huius opinionis
cognoscens, subijcit statuta contingenter, le-
39 gitimam posset priuare filios, quibus certitu-
dinaliter non tollitur, vt si statutum dispone-
ret maritum lucrari dotem in præiudicium
40 filiorum, nec loquatur de alijs bonis; In Iis
possunt filij consequi legitimam; Et si alia non
41 non adsint bona, excepta dote, tunc contin-
genter legitima priuarentur Natta cons.308.nu.
4. vsq; ad finem, Rolan. d.cons 62. num.53. lib.3,&
Bello. cons. 13. num.21, qui inquit sat esse quod
42 legitima non tollatur præcisè, & certitudina-
liter, quamuis alia non extent bona Phanuc.
de dote cit. Glo 5. nu.35. Crau.cons.nu.4. Alba cons.
50.num.3, & Osasc. decis.20.num.7., de hac quæs-
tione abunde Michael Crassus in cõmun. opin. ver-
bo Stat.qu.5.lib.p. Ancar. qu.famil.51 num 7.lib.2.
vbi tradit AEQVIOREM, esse eam opinio-
43 nem viz. posse prohiberi legitimã Menoch.cons.
4. num.11. Ascan. Clem. tr.de patria potest. c.6. eff.
16.num.22. quos sequitur Carpan. ad Statut. 278.nu.
19. lib.p.
Quamuis contrarium probauit Bal.in cons.273 lib.
5. qui loquitur in terminis statuti Ciuitatis
Derthonæ meæ originalis Patriæ, quod est re-
gistratum in lib.3. fol.117. à tergo, dum inquit
quod licet per statutum derogatum sit l. hac
44 edictali, Tamen filij consequuntur legitimam,
quia expressè non facit mentionem de legiti-
ma statutum ipsum, nec de filijs primi matri-
monij, sed tantum quod decedente muliere
constante matrimonio Vir lucretur dotem,
saluo iure communium liberorum ipsius ma-
45 trimonij; Baldi tamen doctrinam reprobat
Phanuc.de dote all. Glo.5. vers. hinc reprobatur, &
sequitur Surd. cit.cons.401. num 34. post Socin.Iun.
cons.70.num.2.lib.2. licet hanc Phanucij traditionem
minus, veram esse infra ostendetur vers. Per quod.
Idem intelligitur de legitima debita matri, quia
quotiescunq; statutum deferat viro dimidiam
46 dotis filiæ, non dabitur matri legitima in illa
dimidia, sed maritus ante omnia deducet lu-
crum prædictum, postea mater super reliqua
portione capiet legitimam, quæ tali casu erit
tertia pars tantum dimidiæ, idest tertia pars
eius quod habuisset ab intestato deducto lu-
47 cro viri, Adeò quod in calculanda legitima
non habetur ratio partis quam maritus lucra-
tur, perinde ac si esset æs alienum, vt post Butr.
probat Socin. cons.288. vers. confirmatur etiam lib.
p. & ante eum Bal in cons. 314. in fine lib 4. Corn.
cons. 127. col. p. lib. 3. quos sequitur Surd. cit. cons.
401. num.34. vers. Et pro confirmatione, ac num.35.
Maxime cum, & si legitima deducatur tanquam
æs alienum, & filius, siue mater in ea iudicetur
48 quasi creditrix; hoc tamen contingit impro-
priæ, & per fictionem, Quia habetur pro ære
49 alieno quo ad aliqua tantum, non quoad om-
nia Ang. in l. Papinian. § si quis impubes ff. de inoff.
testam. Textus enim ipse in §. si quis impubes, dicit
esse quasi æs alienum; Et vtitur dictione quasi,
quæ est improprietatis nota l. hoc colore, vbi Bar.
50 ff. de inoff. testam. Surd. loco relato num. 28. Et vi-
51 uente Patre, legitima non dicitur debita re,
nec spe l.p §. si impuberi ff. de coll. bon., & idcirco
legitima non comprehenditur sub statuto lo-
52 quente de ære alieno, vt probat Ias.cons.181. per
totum lib.2. Alc. in l. in quartam nu.25. ff. ad l. falcid.
Menoch. de arbitr. casu 159 num.12, & casu 163.nu.
18. ac in cons.71. num. 7. Propterea ea non debe-
tur Fisco ob delictum commissum à filio Patre
53 viuente, vt abunde probat Carpan. ad Stat. 416.
num.238. cum seq. Senator Bell. lib.2. de bis quæ in-
ter fiunt cap. 51. per totum.
Et quamuis Bertrand. in all. l. hac edictali vers. ita ta-
men sub num.28. vers. & totum residuum, & vers. &
ad id, ac vers. & aduertis, distinguit an aliquid
fuerit filio relictum per Matrem, licet minus
legitima, vel nihil penitus fuerit relictum; Quo
casu tantum posset filius prius deducere legi-
54 timam, postea residuum diuiditur æqualiter
inter Victricum, siue nouercam, & filios, aut
priuignos, Si verò aliquid relictum est filio
55 minus quam fuit relictum victrico, tunc tan-
quam non scriptum illud plus auuocatur à vi-
ctrico, & assignatur filijs in pœnam iniuriæ,
56 siue grauaminis illati filijs per matrem Bal. in
d.l. edictali num. 21, & ibidem tradit Bertrand. sub
num.7. vers. nec, habet iniquum, scribit Pich. in repet.
Auth. Præterea sub num. 40. vers. habent propter
iniuriam C. vnde vir, & vxor, Rol. in all.cons.62. sub
num.47. vers. non obstat lib. 3; Adeò quod filius
habebit plus victrico, id quod plusquam sibi
57 fuerat relictum, legatum erat victrico, & sic
non erunt æquales, sed filij pinguiorem partẽ
58 habebunt, vt ad litteram disponit Tex. in d.l. hac
edictali vers. si verò plusquam, & declarat Glo. in
verbo diuidi, & in §. optime in auth. de nuptijs, vt
ibidem

ibidem probat Bertrand. pleno num. 28.
Attamen communiſsima videtur concluſio vt ſu-
pra firmata, & à tot Doctoribus comprobata,
ac deciſionibus, tot Tribunalium corroborata
abſq; hac diſtinctione, ſed abſolutè; Itaut filius
habeat in primis eius portionem legitimæ,
59 Mox cum victrico æqualiter diuidet, vt pro-
bat Pich. in repet. Auth. Præterea num. 40, verſ.
tertium verò C. vnde vir, & vxor, Surd. conſ. 401. nu.
30. & conſ. 22. num p. & Fontanel. d. clauſ. 5. glo. 3.
par. 3. nu. 61. lib. 2. Etiamſi extaret ſtatutũ, quod
mortua vxore, vir lucretur dotem, vt tradit,
60 Pract. Papienſ. in form. libel. quo vxor agit ad do-
tem dictæ D. Margaritæ num. 11. & nu. 12, quem
61 ſequitur Old. all. conſ. 3. num 37, vbi Bertrandi doc-
trinam impugnat Carpan. ad d. ſtatut. Mediolani 298
num. 300. cum ſeq. & num. 318. verſ. niſi dicere ve-
limus lib. p. vbi verſ. Pro hac opinione ſcribit, quod
legitima non cenſetur ſublata in omni diſpo-
ſitione, niſi expreſsè de ea diſpoſitum ſit, &
62 teſtatur ita fuiſſe iudicatum per Coll. Medio-
lani anno 1581, contra concluſ. Rol. in cit. conſ.
61. lib. 3.
Per quod fundamentum, & deciſionem Coll. Me-
diolani, apertè patet benè conſuluiſſe Bal. ſuper
ſtatuto Terdonæ citato conſ. 273. lib. 5., & malè per
63 Socin. Phanuc. & Surdum fuiſſe reprobatam ipſius
Baldi ſententiam vt ſupra fuit explicatũ, Quæ Baldi
ſententia magis placet, & eã approbat Pichus in
d. repet. Auth. Præterea nu. 40. C. vnde vir, & vxor,
quando ſtatutum ſimpliciter diſponit, nec
64 verbum facit de legitima, Ea ratione quia ſta-
tuta ſtrictè ſunt intelligenda, nec amplianda
ad legitimam non expreſſam, vt vulgare eſt,
& probat Crot. in d. Auth. præterea num. 41.
Quia legitimæ multa ſunt priuilegia, & illius ſup-
plementum à legatarijs, etiam poteſt conſe-
65 qui, quando parentes factis multis legatis mo-
dicam portionem reliquerunt filijs, & ſic mi-
nus legitima, vt poſt Bar. probat Alex. in l. in quar-
tam in fin. ff. ad l. falcid. Bertrand. in d. repet. l. hac
edictali num. 30. verſ. A legatarijs vero, Et quam
66 legitimam diminui per ſtatuta non in totum
tolli poſſe, communiter tradunt Scrib. & præ-
ſertim Bal. in §. optime in Auth. de nuptijs, & in d.
l. hac edictali num. 20, Alex. in l. quod de bonis §. fin.
ff. ad l. falcid. vbi ſubſiſtente cauſa id tantum
agi poſſe tradit, & ſequitur Bertrand. in d. repet.
d. l. hac edictali, verſ. ita tamen num. 14. C. de ſecun-
dis nuptijs, Dec. conſ. 19. Calca. conſ. 11. num. eo
conſ. 36. num.
Ex his verò conſtat, quod quamuis relicta legiti-
ma filijs, de reſiduo poſsint parentes ad libi-
tũ diſponere, vt probauimus ſupra per d. l. quo-
67 niã in prioribus, et l. omnimodo C. de inoff. teſtam.
vt liceat Patri inęquales filios relinquere, dum
tamẽ legitimã nõ minuat §. optime, & §. pen. in
Auth. de nuptijs, & ſic Aequales in lucro legis
hac edictali eſſe debeant filij, licet inæquales
68 in prouidentia Teſtatoris: Bal. loco relato num.
16., Tamen limitatur hoc, quando diſpoſitio
69 facta eſſet fauore Victrici, vel Nouercæ per d. l.
hac edictali, quo caſu filij quid plus in odium
70 Victrici, vel Nouercæ poſſunt conſequi vltra
legitimam Bertrand. in d. l. hac edictal. verſ. ita ta-
men nu. 12. vbi verſ. addo quod, Ampliat hoc etiã
intelligi quando Pater plus relinquiſſet Ama-
61 ſiæ, ſeu Concubinæ, Vel mater Concubinario,
atq; filio legitimato, & naturali, Prout hoc idẽ
prius probauerat in alia repet. eiuſdẽ l. n. 20, &
& 21. vbi plura adducit fundamenta poſt Io.
de Garronibus in rubr. C. de ſecundis nuptijs num. 25.
Et cuius legis diſpoſitionem procedere non ſolũ
in Patre, aut Matre, ſed etiam in Auo, & Auia,
& proauo, & proauia probat Bal. ibid. num. p.
dum Auus, ſiue Auia habens nepotem ex filio
præmortuo, ſpreta naturali charitate nepotis,
a ; ſecunda vota conuolauit, & plus reliquit
vxori quam nepoti, quia habetur illud plus pro
non ſcripto per hunc Textum, & applicatur
nepoti cui facta eſt iniuria Corn. cõſ. 82. n. 5. lib. 3
73 Quamuis in materia ſtatutorum contrarium
eſt affirmandum, qua vbi ſtatutum verba facit
de Nouerca ſimpliciter illud non intelligitur
de Nouerca magna quæ eſt vxor Aui, ita probat
74 Bal. loco rel. num. 22, & 23. maxime in ſtatutis
odioſis, cum odia ſint reſtringenda, non am-
plianda iuribus vulgatis, & ſequitur Bertrand.
verſ. quam obſeruat num. 6.
Si verò mulier ſecundo nupta commiſsit adulte-
rium ob quod dotem amiſit, & applicatur vi-
75 ro; Videtur non potuiſſe nocere filijs primi
matrimonij ſaltem poſt mulieris obitum, vt
probat Cynus in eadem l. hac edictali, & ibi Bal. num.
11. ac in l. aſſenſum C. de repudijs, vbi diſtinctio-
nibus quæſtionem ſoluit.
Quæ lex locum etiam habet in vſufructu relicto
76 Nouercæ, vel Victrico; quia non conſideratur
forma relicti, ſed affectus rei, Et facta æſtima-
tione hæreditatis ſi habita ratione vſufruc-
tus, & ætatis Victrici, vel Nouercæ reperiatur
quod plus habeat quam filius, Illud plus ei
aufertur, & filijs applicatur, vt ibidem probat
Bal. num. 19. & ſequitur Bertrand. in d. verſ. Ita ta-
men num. 12, Et extimatio fiet iuxta diſpoſitio-
77 nem l. hæreditatum ff. ad l. falcid. Theſaur. all. deciſ.
184. num. 8., Vbi etiam tradit quod vbi ſtatu-
to, vel cõſuetudine daretur victrico vſufructus
totius dotis eius vita durante, Tamen adhuc
78 filius conſequeretur legitimam ſtatim per l.
Quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam; Et legato
vſufruct. omnium bonorum patri, vel matri
79 non intelligitur in eo comprehenſa legitima,
Bar. in l. Vxori ff. de vſufr. leg. Dec. conſ. 418. num. 2.
& 485. num. 14, & ita iudicaſſe Senatum Taurinen.
80 teſtatur Theſaur. num. 9. quamuis contrarium pro-
bauerit Rol. de lucro dotis all. qu. num 4.
An autẽ ad cõſequendũ beneficiũ huius l. hac edi-
ctali, neceſſe ſit quod filius adeat hæreditatem
Patris, vel Matris, cuius factũ impugnat; Et pri-
ma facie inquit ibidẽ Bal. n. 18, quod ſic, Quia ſi
illud habetur pro non ſcripto; Ergo remanet
in corpore Patrimonij diſponentis, ideſt teſ-
82 tatoris, A qui patrimonium oportet deferri,

iure hæreditario, *l. generaliter §. in his C. de ſe-
cundis nuptijs*, Ergo &c. Contrarium tamen de-
83 fendit *Bal. eodem loco*, ea ratione quod lex hæc
non ſolum aufert Nouercæ, ſed deferr filio, Et
delatio operarur ſingulare beneficium huius
84 legis in quo non requiritur aditio hæredita-
tis, *arg. Auth. hæres C. de ſecundis nuptijs*.

Et quatenus vnus ex filijs prioris matrimonij re-
pudiaret lucrum *ex d. l. hac edictali ſibi competens*,
Eius portio non accreſceret alijs cum ipſi con-
iuncti ſint coniunctione legali, & veniant ex
85 Priuilegio *d. l. hac edictali*, quo caſu ius accre-
ſcendi non habet locum *l. muliere, & Titio ff. de
condit. & demonſtrat.*; Niſi tamen vniuerſam hæ-
reditatem repudiaret non tantum lucrũ præ-
86 dictũ, Quia tunc procederet ius accreſcer -li,
etiam ex mera coniunctione legali *l. ſi ſeruus cõ-
munis ff. de aquir. hæreditate, & docet Bal. in d. l. hac
edictali num. 42.* qui ſubijcit quod tunc quilibet
87 filiorum tantum habebit quantum ſecundus
Vir.

Si autem decederet aliquis ex filijs primi matri-
monij ante parentem qui ſecundum matri-
monium contraxerat, eius portio tranſmitte-
88 retur, ad eius liberos, nõ autem ad extraneos
*Tex. eſt in Auth. ad vos C. de ſecundis nuptijs, &
poſt alios probat Crau. d. conſ. 142. num. 6.*

Quando autem Vitrico, vel Nouercæ auferrur
illud plus quod ſibi fuerat relictum ex benefi-
cio *d. l. hac edictal.*, Tunc ad omnium fructuum
89 etiam præceptorum reſtiturionem tenebitur
Vitricus, ſiue Nouerca, Quia cum *l. hac edictal.*
diſponat ipſo iure quod illud plus debeatur
liberis mortua muliere, & illud pro non ſcrip-
to habeatur, & ſic ipſo iure reſoluatur plus
90 relictum; Sequitur quod ex eo tempore ſtatim
debeant fructus reſtitui, non expectata peti-
tione, aut litis conteſtatione *Glo. & Doct. in §.
p. in Auth. de inceſt. nupt.*

Cum ratione illius pluris dicatur in mora ante
91 litem conteſtatam Vitricus, ſiue Nouerca,
nec alias ſe cõpati poſſint iſta duo quod fruc-
tus debeant reſtitui ſtatim ſecuta morte relin-
quentis non expectata petitione, vel litis con-
teſtatione, Et quod non ſit in mora, vt elegan-
92 ter probat *Rim. Iun. conſ. 333. num. 19. cum ſeq. &
37.* vbi plura adducit fundamenta, & rationes,
ac contrarijs reſpondet, *& ſcribit Peregr. conſ.
107. in fine lib. 3.*

Qui *Rimin. num. 36.* tradit concluſionem extendi
etiam ad fructus induſtriales, ſeu conſumptos
93 ſtante mala fide, & defectu tituli *Salyc. in l. cer-
tum C. de rei venditione, & in l. mala fide C. de con-
dit. ex lege reprobato Bal. in conſ. 292. fine 297. lib.
4. in antiqu. & conſ. 22. num. 5. in nouiſ.*, vbi tra-
dit, quod in conditione *ex l. hac edictali*, non ve-
niunt fructus ante litem conteſtatam; Excep-
94 ta illa parte, quæ debetur loco legitimæ ipſis
filijs, quia ante non eſt poſſeſſor in mora, quem
*Baldum contrarium voluiſſe in conſ. 336. in fine, ſcri-
bit Rimin.* dicens quod cum reſoluatur ipſo iu-
re, ſtatim ex eo tempore debent fructus reſ-
titui non expectata petitione, vel litis conteſ-
tatione *ex all. Glo. & Doct. in §. p. verbo iminere in
Auth. de inceſt. nupt. idem Bal. in Auth. inceſtas in
fin. C. eod. tit.*, *Tiraquel. in l. ſi vnquam verſ. reuerta-
tur num. 19. C. de reu. donationibus*, Et de legitima
filio debita vna cum fructibus perceptis per
hæredem à die mortis Patris probat per *Tex. in
§. prohibemus in Auth. de trien. & ſemiſ. Guidob.
Alnoe. 128. num. 18. & tradit Carp. ad ſtat. 485. nu.
26. cum ſeq. lib. 2.*

Neq; à beneficio huius legis hac edictali priua-
95 tur filius ob non confectum inuentarium, quia
nihilominus eo fruitur cum non agatur de hæ-
reditate vniuerſali, in quo fraus potuerit cõ-
mitti occultando res hæreditarias; ſed de be-
neficio particulari huius legis, vt poſt alios
probat ibidem *Bertran. in verſ. ſi verò plus nu. 28.
& tradit Fabianus in repet. Auth. nouiſſima nu. 159.
C. de inoff. teſtam.*; Vbi ſcribit quod filius ob non
96 confectum inuentarium non amittit legiti-
mam; Sed ea detracta tenebitur inſolidum
filius ad reſiduum, qui poterit incarcerari *l. fin.
97 §. in computatione C. de iure delib.* Quemadmodũ
etiam filius inſtitutus in ſola legitima, non te-
98 netur facere inuentarium, *vt not. Glo. in §. San-
cimus in Auth. de hæredit. & falcid. & tradit Bal. in
l. cum à Matre C. de rei vendicat. & ſequitur Fabia-
nus loco rel. n. 159. in fi. Franch. deciſ. 435. n. 11. &
44.* Quo caſu etiã declarauit diſpoſitionem *d. l.
99 hac edictali* procedere quando eſt facta dona-
tio filijs ſecundi matrimonij in capitulis ma-
trimonialibus (quod magis eſt) Neque legem
100 illam eſſe correctam per conſuetudinem Ci-
uit. Neapol. ſi qui moriens verbo relinquere
*verſ. poſſet ergo*.

Prout eandem ſententiam amplectitur etiã *Marta
pleno voto 67.* Vbi nullum eſſe teſtamentum
Matris, in quo minus relinqueretur filijs primi
matrimonij quam ſecundi probat poſt *Franc.
de Albergatis inter conſil. Caſtrenſ. 26. lib. p. & Io.
de Lignano conſ. 263, & poſt Crau. conſ. 193. nu. 11.*
qui ad contrarium reſpondit.

Et quam concluſionem communem eſſe admit-
101 tit *Bal. vt ſupra relatus in l. p. qu. 2. ff. de inoff.
dot.* dum admittit totum mundum, & naturam
tenere contrarium eius quod ipſe conſuluit.

Cuius opinionis alia fundamenta, & rationes
amplè explicat *Theſaur. cit. deciſ. 170. num 2, & 3,
ac num. 9, ſequenti verò num. 12. cum ſeq. plur.* reſ-
pondet ad contraria, & illa eneruat.

Limitat tamen ibi *num. 12.* concluſionem ipſam
quando tempore quo mater reliquit plus filijs
102 ſecundi matrimonij quam primi, mortuus
erat ſecundus maritus, Quia tunc ceſſaret præ-
ſumptio fraudis *in l. hac edictal. conſiderata*, cum
dicti Textus ratio militaret viuente tantum
marito.

Prout pariter limitatur ſi illud plus quod fuerat
relictum filijs ſecundi matrimonij manifeſtè
conſtaret non fuiſſe relictum contemplatione
103 Vitrici, & non in fraudem, vel ad cautelam,
Sed bono zelo tuitu, Et intactu filiationis tan-
tum,

tum, Ex aliqua rationabili causa, Vt puta, si
paupertate laborarent filij secundi matrimo-
nij, E contra diuites essent filij prioris matri-
monij, Quia tu: c cessaret ratio d. l. hac edictali,
vt probat Castrens. cons. 150. lib. p, & sequitur Ber-
trand. ibidem in l. hac edictali num. 19. Franciscus
Marc. decis. 27. lib. 2. quos sequitur Thesaur. all. decis.
104 170. num. 32. Quæ tamen limitatio non est sine
scrupulo, vt ibidem subijcit Thesaur., Cum l. hac
edictal. facta fuerit non solum odio mariti, &
mulieris, sed etiam fauore filiorum primi ma-
105 trimonij, cui derogari non potest per ma-
trem contradicentibus filijs.
Si verò huiusmodi secundo matrimonio consen-
sum præstitit filius non idcirco dicitur renun-
106 ciasse beneficio d. l. hac edictal., Vt etiam dici-
tur de consensu Viri, vt ad secundas nuptias
consularet vxor, vt per l. Caius ff. de pignor. act.
probat Sarmien. lib. p. Select. interpret. cap. 4. nu. p.,
Quæ sententia satis AEQVA videtur, quid-
107 quid dicat Thesaur. loco relato num. 29. vers.
amplia. quintò; Ne discordia, & dissidia nutriā-
108 tur inter matrem, & filios primi matrimonij
contra dispositionem l. liberto ff. de obseq. parent.
& patr. præstand.
Credendum enim est filium, vel maritum proprio
honori consulisse per huiusmodi consensum,
109 cum nullus domesticarum rerum, vel actio-
num, vel vxoris suæ morum plus scire possit
quam maritus, vt explicat Sarmien. loco relato nu.
3. Qui vers. non obstat, subiungit dispositionem l. hac
edictal. non esse fundatam ob iniuriam factam
filijs per matrem, secundo nubendo, sed quia
AEQVITATI, naturali, & rationi consonum
110 est, vt bona laboribus prioris viri quæ sita,
non cedant in vtilitatem victrici, vel eius filio-
rum, sed reseruentur filijs alterius prioris ma-
111 trimonij, Quam tamen rationem minime
veram esse puto, Cum non agatur de facultate
Viri, sed de dote, & hæreditate vxoris cuius
maiorem partem habere non debet Victricus,
siue eius filii, quam filii prioris matrimonii, vt
ad litteram explicat Tex. ipse in d. l. hac edictali.
Superflua tamen est hæc quæstio in hac Ciui-
tate Mediolani cum illa sublata sit per statutum
365. lib. p. quo expressè cauetur, ne ascendens
112 possit quouis modo meliorare conditionem
descendentium, Itaut æqualis omnes filios re-
linquere debeant parētes; De quo statuto egi-
mus supra cap. 96. num 50. Et super quo præter
Carpan. abunde scripserunt Thesaur. Iun. qu. famil.
92. lib. p. Bimius cons. 262. num. 19, & cons. 264. per
tot., & Polyd. Ripa sing. obseru. 231, & 232, ac obser.
248, & 252. ac 295. & Menoch. cons. 1097. per tot.
An autem possit filius legitimam solam accepta-
re, & hæreditatem repudiare, vt euitet vexa-
113 tiones creditorum, Dubia satis est quæstio
de qua amplè Fabianus in d. Auth. nouissima num.
150. C. de inoff. testam. cuius dicta hic referre iu-
uat, Et primn affirmatiuā facit per dispositio-
nē Tex. in l. quoniam in prioribus, & l. scimus §. cum
autem C. de inoff. testam. vbi legitima debetur
114 omni remoto onere; Cogi autem filium adire
hæreditatem, vt consequatur legitimam dici-
tur onus, Ergo &c.
Secundo quia legitima nō perditur propter ino-
bedientiam hæredis, vel propter non confec-
115 tum inuentarium, vt in Auth. hoc amplius C. de
fideicommiss. & in Auth. sed cum testat ur C. ad l. fal-
cid. & ibi Glo. Fortius hoc sibi à principio per-
mittitur nō adire, & velle legitimā, quia faci-
lius impeditur quid fieri, quā tollatur iam fa-
116 ctū l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, siue alieni
iuris.
Tertio quia in legitima propriè filius non est hę-
117 res. l. cum à matre & ibi Glo. C. de rei vendicatione,
Quarto quia ius naturale non potest corrumpi
118 à iure ciuili, l. ea res ff. de capitis diminutione,
sed legitima debetur de iure naturæ d. l. quon ā
in prioribus C. de inoff. testam. Igitur nullo modo
potest impediri propter non ad·tionem.
Quinto quia per Tex. præcisum in l. filio pater ff. de
119 leg. p. Vbi filius potest acceptare legatum sibi
factum, & repudiare hæreditatem, Quia iudi-
tium testatoris non dicitur, tunc impugnari ab
eo, qui iustis rationibus noluit hæreditariis,
130 oneribus implicari, Si autem conceditur in
legato fortius in legitima est admittendum,
vbi est maior ratio, Quia non solum filio, sed
cuilibet hæredi instituto, permissum est repu-
121 diare hæreditatem, & acceptare legatum l.
cum responso C. de legatis, l. qui filiabus § p ff. de leg.
2. & l. qui filiabus §. fin. ff de leg. p.
Pro negatiua verò facit, quia institutio non po-
122 test diuidi l. Verbis ciuil. in 2. respon. ff. de vulg.
& pupill. & l. p. ff. de acquir. hæred., quam senten-
tiam sequitur ibidem Dyn., & Cynus, neq; filius
123 potest pro parte acceptare, & pro parte re-
pudiare l. quidam elogio C. de iure delib. & l. p. ff.
de acquir. hæred.
Si autem filius esset grauatus pro legitima in re-
bus proprijs mea, tūc procedere prima opinio
l. mea res ff. de condicion., & demonstration. et pro-
bat Bald. in l. scimus num. 11. C. de inoff testam. vbi
multos proponit casus in quibus relicta im-
putantur, nec ne in legitima per filios, &
concludit, quod ea quæ iuditio testatoris per-
ueniunt ad filium sine pendentia conditionis,
124 Vel de eius substantia imputantur, Cætera
verò non, Et maximè quæ à casu pendent, vt
125 sunt fructus bonorum post Testatoris inte-
ritum recollectorum, vel ob mortem vsufruc-
tuarii, & similibus, latè Fabianus in d. Auth. nouiss.
num. 150. cum seq. et latè tradit Alex. Trentacinq.
lib. p. var. resolut. tit. de legit. resol. 5. per totum.
Quæ tamen conclusio limitatur quando filius es-
set institutus in certa re hæreditaria, cum gra-
uamine, Quia potest eam rem retiner·, & di-
126 cere volo legitimam meam, & quod est vl-
tra legitimam repudiate l. si liberti § quid ergo
ff. de bon. qua lib. vt tenet Bal. in Auth. si quas
ruinas sub num. 8. vers. Quarta ratio C. de Sacros.
Eccl., facit l. si domus de serult. Vrban. prædiorum.
Et licet Fabianus relato num. 150. vers. Dicendum est
primo,

*primo*, hanc partem teneat mox *vers. Alias autē*
127 *mihi visum est*; *Contrarium probet*, *Tamen sequenti num.* 151. *vers.* non tamen per prædicta concludit non esse recedendum à communi Doctorum opinione, & cogitandum, ac si hæc vltima opinio sit communior dum respondit ad dictū §. *quid ergo*, esse slz. casum singularem
128 in patrono, nec procedere in filio.

Primam tamen opinionem posse slz. repudiare hæreditatem retenta legitima sequi videtur
129 *Doctissimus Alex. Treutacinq. dicto libro p. var. resolut. tit. de legitima resol. 4. sub num. 11. in fine*, vbi concludit quod quando renunciat hæreditati, Non constat quod voluerit renunciare legitimæ, cum multi sint, qui accepta legitima, hæreditatem recusant, & ideò sub verbis
130 generalibus renunciationis hæreditatis non comprehenditur legitima de qua specialis mētio fieri debet, nec sufficere simplicem hęreditatis renunciationem ad exclusionem legitimę probat ibidem *Treutacinq. in fine*.

Et quod dictum est de legitima idem intelligi
131 debere de re emphyteotica docet *Bald. in Auth. si quas ruinas nu.* 8, *cum seq. C. de Sacros. Eccl.* vbi copiosè examinat omnia fundamēta quādo filius repudiata patris hęreditate potest obtinere rem emphyteoticam pro se, & hęredibus acceptam, ad quem remittitur Lector, ne eius dicta transcribere videar.

*SVMMARIA.*

*Dispositio l. hac edictali dicitur odiosa, & cur nu. 1. et 2.*
*Tex. in §. fin. auth. de nuptijs explicatur num. 3.*
*Excepta legitima filij potest Mater omnia relinquere num. 4.*
*Aequalitas inter filios seruanda num. 5.*

## Pater, siue Mater non potest relinquere plus filijs communibus, siue secundi matrimonij quam filijs primi matrimonij. Cap. CXXIV.



T plenius examinetur materia *d. l. hac edictali C. de secundis nuptijs*, Ea subsequitur quæstio an Mater, quę transciuit ad secunda vota, & filios suscepit ex vltimo matrimonio possit plus his vltimis filiis relinquere, quam aliis prioris matrimonii, Et sic in his etiam locum habeat dispositio *d. l. hac edictali*, Quod etiā intelligitur de viro secundas nuptias contrahente.

Hanc quæstionem arduam esse valde, & ambiguam tradunt Interpretes, Cum tot tantique Doctores pro vna, & altera parte scripserint, vt vix communior opinio possit secerni, & diiudicari; Vt tamen institutum nostrum sequamur.

Pro affirmatiua quod Mater possit plus relinque- 1 re, & sic non esse eam comprehensam in *dicta l. hac edictali facit, quod prohibitio d. l. hac edictali dicitur odiosa*, cum auferat Matri, & Patri liberā
2 testandi facultatem; Et ideò strictè interpretanda *cap. odium de reg. iur. in 6. Bertrand. in d. l. hac edictali num. 19. Capra cons.* 81. *num.* 3.

Secundo facit *Tex. in §. fin. in Auth. de nuptijs*, vbi licet Imperator hortatiuè consulat matri, vt
3 æqualitatem inter liberos seruet; Tamen in fine contrarium statuit, vlz. sufficere quod mater legitimam relinquat filiis prioris matrimonii.

Tertio hanc opinionem sequuntur plures Doctores, & primo *Bal. in l. p. qu. 2. de inoff. dotibus*, dicens se ita consuluisse, & tenere, Quamuis totus mundus, & natura contrarium teneat; *Idē probat in cōs.* 264. 164. *inter consil. Castrens. lib. p. & cons.* 22. *lib.* 2. *Bertrand. cōs.* 189. *n* 2. *lib.* 3. *& cōs.* 112. *lib. p. Durand. de arte testandi tit. de lega. cau.* 65. *num.* 2., *Franciscus Mar. qu.* 27. *lib.* 2. *Boer. decis.* 200. *col.* 3. *vers. ego tamen*, Et alii quos congerit *Thesaur. decis.* 170. *nu p. cum duob. seq. & n.* 9, *et* 10.

Et præcipuè mouentur ratione dicti Doctores, quia sequeretur absurdum, quod filij secundi matrimonij essent deterioris conditionis, quā quilibet extraneus, Cum excepta legitima filijs debita possit mater omnia cuiq; relinquere
4 *l. Quoniam in prioribus, & l. omnimodo C. de inoff. testam. Crau. cons.* 241. *num. p. Rol. cons.* 62. *num.* 25. *lib.* 3. Quam sententiam amplectitur *Fachin. lib.* 3. *controu. iuris cap.* 66.

De AEQVITATE verò contraria sententia ve-
5 rior, & communior est; Vt AEQVALITAS inter filios seruetur, vt præsertim cauetur in ipsamet *l. hac edictali in illis verbis*, Omni circonscriptione per interpositam personam, vel alio quocunq; modo cessante, Quam sententiam sequitur *Rimin. Iun. cons.* 241. *num.* 38, *& cons.* 243. *num.* 26, *& cons.* 428, Et post exactissimam discussionē comprobat *Thesaur. cit. decis.* 170. *nu.* 4. *& num.* 11. *cum plur. seq. & num.* 24. Vbi conclusionem hanc esse communiorem, veriorem, & AEQVIOREM tradit.

Hanc eandem opinionem, vti veriorem, & AEQVIOREM sequtus est Sacr. Consil. Neapol. testē *Francho decis.* 435 *num.* 11. *cum seq.*, *Mastrill. decis.* 175. *num.* 25. *par.* 2. *Raudens. var. resol. pleno cap.* 55., *Alex. Treutaciuq. lib.* 3. *var. resol. tit. de matrim. resol.* 5. *num.* 24. *vers. secunda est opinio, Surd. cons.* 250. *num.* 10. *quos sequitur Foutanell. de pact. s nuptial. lib.* 2. *claus.* 5. *glo* 8. *par.* 3. *nu.* 2. *cum seq.* Vbi hanc opinionem, veriorē, & AEQVIOREM, esse scribit.

Et quando per Matrem, siue &c. facta esset donatio secundo Viro in præiuditium filiorum primi matrimonij, & contra dispositionem *d. l. hac*
6 *edictali*, quam idcirco minime valere probat idem *Foutanella lib.* 1. *claus.* 4. *glo.* 9. *par.* 5. *nu.* 197. *reprobato Cancerio var. resol. cap.* 15. *par.* 3. *contrarium tenente tit. de renunciat. num.* 344, Tunc expectanda est mors illius qui contra dispositio-
7 nem *d. l. hac edictali donationem fecit*, antequam de

de ea conquerantur filii primi matrimonii, Et contra eum agant, vt probat *Ant. Faber in eius Codice Fabriano lib. 5. tit. 5. de secundis nuptijs, diffin. 11, quem sequitur Fontanell. cit. glo. 8. par. 3. num. 6. lib. 2;* Quia viuente parente nullum currit
8 tempus liberis ad impugnandam huiusmodi donationem, *vt subijcit Faber loco relato diffinit. 16.*, Et ita iudicatum fuisse per Senatum Sabaud. testatur, quem sequitur *Fontanel. cit. loco num. 8.*

Qui auctor limitat conclusionem *num. 11.* quando alter ex coniugibus esset nobilis, alter
9 verò ignobilis, Quia tunc non habere locum dispositionem *d. l. hac edictali* cócludit, Cum remuneratoria donatio tunc diceretur, vt etiam talis diceretur, si donatio facta esset per Senem
10 Vxori iuueni post *Surdum cons. 164. per totum, & Frauch. decis. 428. num. 4. ac Molettam ad Consl. Neapol. in 3. parte de successión. ex testam qu. 20. num. 9.*

*SVMMARIA.*

*Appellationis remedium est fauorabile num. 1.*
*In dubio fieri debet quod est minus praeiuditiale num. 2.*
*Negatiua opinio num. 3.*
*Vbi agitur de momentanea possessione appellatio regulariter non datur num. 4.*
*In dubio inclinandum est, vt appellatio non detur in quibus regulariter non datur, & cur num. 5. & contra num. 20.*
*In materia excepta in qua appellatio regulariter non admittitur fit interpretatio quae exceptioni magis congruit num. 6.*
*Affirmatiua verior, communior, & Aequior num. 7.*
*Appellatio si admittitur de minori praeiuditio agitur quam si reijciatur num. 8. & 25.*
*In dubio quod minus praeiudicat attendendum num. 9.*
*Appellationi semper in dubio deferendum in quacumq; materia num. 10. vbi adsit etiam clausula appellatione remota num. 11. ratio quia praesumitur pro appellante num. 12. & 13.*
*Praesumptio stat pro sententia, & contra appellante num. 14.*
*Sequestratio fructuum conceditur in praeiuditium appellantis ob praesumptionem sententiae num. 15. limitatur nō procedere in initio Iudicis appellatorij n. 16.*
*Sententia praesumitur potius super possessione successiua quam momentanea lata num. 17.*
*Dubia, & incerta magis praesumēda sunt perpetua n. 18*
*Appellatio etiam in casu prohibito ex regula Aequiori admittenda num. 19.*
*Procrastinatio in gerendis rebus odiosa quando sit, & quando fuerit num. 21.*
*Appellationem non esse desertam in dubio est pronunciandum num. 23. & 24.*
*Appellandi tempus est continuum, & de momento ad momentum currit num. 25. & 26.*
*Regula quod dies termini non computetur in termino limitatur in materia appellationis, & cur num. 27.*
*Distinctione conciliantur opiniones num. 28. 29. 30, et 31*
*Negatio quando non facit rem dubiam num. 32.*
*Per non factam commissionem articuli saltem intra decem dies postquam Iudex declarauit committendum esse articulum, an deserta remaneat appellatio num. 33. 39. 41.*
*Appellans ex dispositione legali intra annum appellationem prosequi tenetur num. 35.*
*Appellans in quibus casibus summa ope niti, & cum importunitate petere Apostolos num. 36.*
*Apostolorum locus succedit prouisio, vt dubio emergente committatur articulus num. 37. 65. 66.*
*Iudex articuli loco Apostolorum responsum dat super admissione, vel reiectione appellationis num. 38.*
*Appellans tenetur facere diligentiam, vt statim commissio fiat etiamsi expressè per statutum non sit dispositum de praefixo tempore intra quod sit facienda, & cur num. 40. & 98.*
*Dilatio maior non est danda cui minor debetur num. 41.*
*Statutum interpretari debet ne contineat absurditatem num. 42.*
*Ratio vbi eadem ibi ius idem statui debet num. 43. et 69.*
*Appellans instantiam sustinere debet cum in ea dicatur Actor aliter appellatio deserta remanet num. 44. et debito termino prosequi appellationem ibid. et n. 45.*
*Appellans ab instantia desertionem dicitur confessus, et potest contra eum ferri sententia tanquam contra confessum num. 46.*
*Qui promittit labi tempora videtur acquiscere sententiae num. 47.*
*Appellatum non esse, et appellationem esse desertam paria sunt num. 48.*
*Appellatio finitur per desertionem num. 49.*
*Appellatio deserta remanet in odium appellantis retardantis eam intra tempus legale introducere num. 50.*
*Appellans reus semper praesumitur fugere num. 51.*
*Appellatio non obtenta commissione, siue articulo intra decennium deserta remanet num. 52. 60. 166. sequenti autem die facta de Aequitate sustinetur num. 61.*
*Commissio appellationis instari debet cum ex officio non concedatur num. 53. et 54. aliter incurritur appellationis desertio num. 74.*
*Appellans non instando dicitur negligens, et beneficio priuatur appellationis num. 55 56. 59.*
*Desertio pluribus modis committitur remissiuè num. 57.*
*Desertio probatur per inspectione actorum num. 58.*
*Appellanti incumbit onus conseruandi instantiam appellationis num. 61.*
*Appellans qui articuli cōmissionem non instetit appellationem deseruisse dicitur sicut ille, qui pro responsione Apostolorum non comparuit in termino praefixo num 67. Neq; propter impedimentum superueniens excusatur num. 68.*
*Rescriptum Senatus Mediolani in casu appellationis declaratur quo ad desertionem num. 70. cum tribus sequentibus, et num. 81, et 82.*
*Terminus statutarius subrogatus loco termini legalis intelligitur restrictus ad qualitatem legalis num. 71, 72, 76, et 105.*
*Commissio articuli succedit loco Apostolorum num. 75, et 106.*
*Subrogatus vtitur eodem iure quo ille in cuius locum subrogetur num. 77. 118.*
*Lapso tempore à lege praefinito minori spatio triennali expirat instantia sicut per lapsum triennij num. 78. limitatur*

limitatur vbi facto Iudicis non autem negligentia, et dolo appellantis num. 79.

Transacto tempore limitato ad introducendam, siue finiendam appellationem deserta remanet num. 80.

Nou. Constit. Mediolanẽ quattriduum tribuunt ad appellandum continuum post sententiæ intimationem quo lapso deserta dicitur appellatio num. 81.

Dies assignati in rescripto currere incipiunt à die præsentationis, et petitionis executionis eiusdem nu. 82.

Rescripto distinctionem non faciente, nec nos distinguere debemus num. 83.

Alciatus refellitur num. 84. cum plur. seq.

Nou. Constit. Mediolani declarantur quo ad terminum assignatum ad prosequenda appellationem num. 85. 8687.88.89, et 90. et 105.

In lege semper præsupponuntur habilia num. 87.

Lex, vel statutum quotiescumq; cogit Iudicem ad expediendum causam intra tempus, intelligitur si pars petierit, vel institerit num. 91.

Statutum Mediolani 99. lib. 2. declaratur nu. 92. et 93.

Instantia compromissi non currit nisi à die acceptationis num. 94. ratio 95.

Tempus Iudici datum ad decisionem causæ non currit, nisi à die præsentationis rescripti num. 96.

Culpa, & dolus proprius nemini patrocinari debet n. 97

Ignoranti tempus non currit num. 99.

Præuentio appellato competit num. 100. et voluntaria est num. 101.

Voluntatis mera quæ sunt necessitati non subiacent nu. 102. et limitatur num. 104.

Donatio gratis facta non inducit obligationem in futurum num. 103.

Appellans non debet habere longius tempus ad commissionem articuli obtinendam quam Iudex ad illum definiendum num. 108. 109.

Nou. Constit. Mediolani finis quis in causis appellationum num. 109.

Appellans deferre non potest ad libitum appellationis causam num. 110. sed summo studio prosequi non debet num. 111.

Decem dies Iudici articuli dati non currunt, licet præsentatio rescripti per mensem dilata fuerit num. 112. et quid in eo obseruandum num. 113. 114. et 115.

Appellatus dilatam præsentationem rescripti potest sententiæ executionem interim obtinere citra attentatur incursum non translato tamen ei præcepto appellatione pendente num. 116.

Terminus legalis restrictus in rescripto intelligitur rescriptus cum eisdem qualitatibus num. 117.

Authoris consultatio de hac re num. 119.

Lapso termino decem dierum, et nulla facta declaratione à Iudice articuli appellatio deserta dicitur cum plur. num. 120. contrarium quod admissa censetur num. 139.

Iudicis à quo, et Iudicis articuli Iurisdictio differt dicto num. 120.

Iudex articuli limitatam habet Iurisdictionem, cuius Iurisdictio lapso decem die expirata dicitur nu. 121. qui terminus ne quidem partium consensu prorogari potest num. 121. 122.

Iudex à quo non respondendo dato termino ad habendum responsum videtur appellationem admisisse num. 123

Index articuli virtute rescripti expressè declarare debet admittendo, vel reiiciendo appellationem num. 124. cuius rescripti verbis omnino inherendum nu. 125.

Admissio appellationis tacita induci non potest per silentium Iudicis articuli num. 126.

Appellatio non deuoluit nisi pronunciato casu appellabili num. 127.

Appellanei, & appellato quomodo consultum sit Iudice articuli non declarante, quamuis instante, & protestante appellante num. 128. cum seq. & num. 141.

Iudicis culpa aliys nocere non debet num. 129.

Iudicis negligentia non excusat partem, quæ potuit ad superiorem recurrere, et sibi consulere nu. 130. et 131

Negligentia Iudicis, et appellantis quando interuenire dicitur, & deserta appellatio num. 132.

Iudex fraudibus occurrere debet num. 133.

Actus potest reiterari quando per primum fuit satisfactum menti concedentis num. 134.

Causa consulenda commissa si Consultor omisit dare consilium Iudex debet eam alteri committere num. 135. & cur num. 136.

Gesta à Iudice sunt stricti iuris, & nihil continent præter ea quæ exprimuntur, vel in necessariam consequentiam veniunt num. 137.

Silentium Iudicis articuli (remota negligentia appellantis) admissa censetur appellatio, & Æquiori sententia nu. 139. 147. et à in causa de sui natura inappellabilis num. 141. cur num. 142.

Decisio frustra expectatur de eo quod tacitè subintelligitur num. 140.

In dubio pronunciandum appellationem esse admissam per silentium Iudicis num. 143.

Taciti, et expressi par virtus num. 144.

Index à quo, et Index articuli æquiparantur in materia admittenda, vel deneganda appellationis num. 145. cur num. 146.

Necessarium non dicitur illud quod ad abundantem cautelam proponitur num. 148.

Supernacaneum est ad aliud remedium confugere, vbi magis vtile pro se quis possit habere num. 149.

Iudicatum Authoris num. 150.

## Appellatio in dubio admittitur etiam in casibus in quibus regulariter est prohibita. Cap. CXXV.



Egulare est quod in dubio appellatio admittenda venit, quia cũ sit præsidium, & refugium innocentiæ, & oppressorum, & dicatur remedium fauorabile iuxta l.
1 2. ff rem ratam haberi AEQVITATEM. præferens l. non tantum, & l. serui ff. de appell. et cap. ad vestram eod. tit. Gallia consil. 30 nu. 8, latè interpretandum venit, vt copiosè scribit Rugin. in tr. de appell. tit. quid sit appell. præsertim
2 sub num. 3. In dubio enim fieri debet, quod est minus præiuditiale Tex. in l. quoties nihil ff. de reg. iur. et probat Castrens. in l. p. ff si quis, quem sequitur Decius consil. 356. num. p.

Nihilominus hæsitant scribentes an in causa, in qua

qua regulariter appellatio est prohibita, vt in
causa possessorij, In dubio admittenda, vel po-
tius reicienda venit appellatio.

Et negatiuam partem veriorem esse putat *Berou*
3 *in cap. super eo il secondo num. 2. de appell. Dec. conſ.*
*28. num. 8, & in dicto cap. super eo num. 4. quos se-*
*quitur Neuizan. in eius Silua nuptiali verbo in dubio*
*quomodo iudicandum num.* 47. Vbi generaliter te-
net, quod in dubio non sit deferendum appel-
lationi vbicunq; appellatio regulariter est in-
terdicta.

Hanc sententiam amplectitur *Alcia. in cap. pernicio-*
*sam num. 68. verſ. nota benè de officio ordin. & conſ.*
*44. num. 10. cum seq. lib. 6. ac in conſ. 37. num. 5. eo-*
*dem libro, quem sequitur Bimius conſ. 167. num. 19,*
qui eam affert rationem, quod cum agatur de
4 momentanea possessione, vel de alia materia in
qua regula est, vt appellatio non detur, Non
potest habere locum contraria regula, Quini-
mo potius inclinandum est in dubio, vt appel-
5 latio non concedatur, Vt quanto minus fieri
potest recedatur ab ipsis regulis.

Prout hanc eandem sententiam sequitur idem
*Bimius in conſ. 206. num. 4.* dum ait quod quando
versamur in materia excepta, in qua appellatio
6 regulariter non admittitur, Tunc fit interpre-
tatio, quæ exceptioni magis congruit ex *Dec.*
*all. conſ. 28. num. 8.*

Contrarium tamen sententiam veriorem, & cō-
muniorem esse, & AEQVITATI magis con-
7 gruam docet *Bart. in l. p. num. 6. ff. nil noui, & Ang.*
*in l. p. §. interdum nu. 4. ff. à quibus appell. non liceat,*
*quos sequitur Iaſ. cōſ. 187. col. p. verſ. septimo multum*
*facit lib. 7. Gratus conſ. fin. num. 11. & nu. 51. verſ. vl-*
*timo inficiari lib. 2.*

Quam sententiam comprobat etiam *Decius sibi*
*contrarius in cap. vt debitam num. 23. de appell.,*
Eamq; adducit rationem quod de minore præiu-
8 ditio agitur, si appellatio admittatur quam si
reiciatur.

9 Et in dubio esse attendendum illud quod mi-
nus præiudicat *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12.*
*Ampliat. p. num. 22. cum seq.*

Eandem sententiam sequuntur *Socin. conſ. 39. n. 9.*
*lib. 4. & Philipp. Francus in cap. consuluit nu. 3. de*
*appell. & in cap. constitutus num. 18. eodem tit.* Vbi
10 tradit quod sēper in dubio deferendū est ap-
pellationi in quacūq; materia, *Atq; in cap. Pasto-*
*ralis n. 13. verſ. in glosa tenet*, quod vbi adsit etiam
11 clausula appellatione remota. Adhuc in du-
bio semper sit deferendum appellationem eā-
dem sententiam sequitur *Tiraquel. in tr. le mort*
*saisit declar. 6. par. 6. num. 10.*

Illud etiam adducunt fundamentum Scribentes
pro hac opinione, quod ratio propter quam in
dubio sit deferendum appellationi non funda-
tur super eo quod regulariter permissa sit ap-
12 pellatio, sed super illa quod præsumatur pro
appellante, Quoad initium iuditij tantum, vt
appellatio introducatur, vt doctè scribit *Phi-*
*lippi. Franc. in cap. de priore num. 2. de appell. & se-*
*quitur Dec. conſ. 356. num. 3;* Quæ ratio Aeque
militat, vbi regulariter est prohibita appella-
13 tio, ac in casu in quo regulariter est præmissa,
*vt tradit Contard. in l. vnica C. de moment. possess.*
*limit. 27. n. 7. & 8.*

Per quam distinctionem temporis initij slz. Iu-
dicij, tollitur obiectum illud, dum scribentes
communiter affirmant stare præscriptionem
14 pro sententia, & contra appellantem iuxta *l.*
*Imperatores §. fin. ff. de appell. & cap. fin. vbi Doct.*
*de sequestrat. poſ. & fruct.*, Vbi habetur quod
stante præsumptione pro sententia conceditur
15 sequestratio fructuum in præiuditium rei ap-
pellantis à sententia contra se lata, quæ alias
non concederetur, *& latè probat Alba conſ. 612.*
*num. 11.*

16 Ea enim conclusio limitatur non procedere
in initio Iudicij appellatorij, quia eo tempore
tantum stare præsumptionem pro appellante
patet ex singulari doctrina *Franchi, & Decij vt*
*supra citatorum*, Quamuis alio tempore pro sen-
tentia stet præsumptio, Itaut lata sententia in
17 dubio præsumendum sit, quod sententia sit la-
ta potius super possessione successiua quam
momentanea cum dubia, & incerta magis sint
18 præsumenda perpetua *l. sufficit ff. de condit. indeb.*
*cap. si gratiosè de rescript. lib. 6. Tiraquel. de retr. cō-*
*uent. §. p. glo. p. à nu. 36. vsq; ad nu. 40. Gomez regul.*
*de non coll. iure quæsita qu. 94 nu. 20, & in cap. p. nu.*
*69. de rescript. lib. 6. quos sequitur Contard. all. lim. 27.*
*nu. 9. in fine, vbi sententia hanc esse AEQVIOREM*
*scribit.*

Quemadmodum appellationem in dubio admit-
tendam esse, etiam in casu prohibito ex regula
19 AEQVIORI, *scribit Bursa. conſ. 219. num. 14. lib.*
*2, Additionator ad Albam conſ. 611. litt. A. Costa tr.*
*de facti scient. & ignor. distinct. 84. nu. 518, & Poly-*
*dorus Ripa singul. obseru. 214.*

Et hanc partem etiam sequitur idem *Bimius sibi*
20 *contrarius in conſ. 291. num. 2, & 3.* vbi apertè scri-
bit quod etiam in casibus in quibus regulari-
ter prohibita est appellatio, semper in dubio
pronunciandum est pro appellatione; Cum id
21 minus præiuditij habeat; Nam si appellationis
præsidium negatur, causa necatur; si verò detur
vbi etiam fortè concedendum non foret; Pro-
22 crastinationis tantum fit iactura, quæ licet in
gerendis rebus odiosa sit leuis tamen videtur,
si comparetur ad totius causæ interitum, ob
reiectum appellationis salutare remediū, quod
profecto euadit in magnum malum, *vt inquit*
*Contard. in d. l. vnica in verbo ratione dubij num. 10;*
Prout eandem sententiam etiā sequitur idem
*Bimius in conſ. 372. num. 4.* cum qua transit etiam
*Ruginel tr. de appell. §. 6. glo. 1. cap. 5. num. 10.*

Hinc subijciunt etiam Doctores quod in dubio
pronunciandum est appellationem non esse
23 desertam, vt probat *Castren. in l. p. ff. si quis caut. &*
*Dec. d. conſ. 28. col. 2. conſ. 356, & conſ. 524. Crau. cōſ.*
*24. nu. 6. quos sequitur Contard. all. limit. 27. nu. 11.*
24 Et ita iudicasse Senatum Taurinensem testa-
tur *Thesaur. qu. famil. 66. in fine lib. p.* quamuis cō-
trariam opinionem post alios renuisset *Vetal.*
*decis. 31,*

*decis. 31, & 32. par. pr.* dum tradit appellantem
teneri probare se appellasse tempore debito;
25 & intra horam congruam; Quia tempus ap-
pellandi est continuum, & de momēto ad mo-
mentum currit, in tantum, vt si sententia lata,
26 vel intimata sit die prima Aprilis hora 13, &
appellatum sit die decima hora 14, Deserta
erit appellatio, & sententia transitum fecisse in
iudicatum diceretur; In materia enim ap-
27 pellationis limitatur regula illa quod dies ter-
mini non cōputatur in termino, quia fallit hoc
casu fauore rei indicatæ, vt per *Gl. vlt. in l. datio,
siue ratio 3. §. fin. ff. de act. empt. probat Lancell. de
attent. par. 2. cap. 12. in præfatione nu. 67. Thesaur.
qu. famil 66. num. 2. lib. p.* Quidquid scribit *Gra-
tian. decis. March. 124. sub. 2. & 3.*

Contrarias verò opiniones in principali quæstio-
ne vt supra adductas federe distinctionis con-
28 ciliare studet *Contard. cit. limit. 27. num. 11.* Vi-
delicet vt prior opinio procedat quando nulla
adesset expressa causa læsionis, siue grauami-
nis; Cum enim Iudex videt appellationem in-
terpositā contra formam iuris communis de-
29 bet in dubio præsumere eam non esse admit-
tendam, quia non videtur eam interponi in ca-
su specialiter permisso, Ideò eam vti friuolam
reicit.

Altera verò opinio procedat quando exprimitur
causa per quam apparet quod appellatio inter-
30 ponitur ratione patentis grauaminis, & sic in
casu specialiter permisso per ea quæ tradit *Fe-
lin. in cap. quoad consultationem num. 20. vers. requi-
ritur autem de re iudic. & probat idem Contard. loco
relato limit. 9. num. 1, & 2, & tradit Rebuff. ad Const.
Regni tit. de appell. art. 8. glo. p. num. 2, & art. 9. glo. p.
num. 3. post Ruginel. tr. de appell. §. 2. cap. 3. sub nu.
193. versic. huic tamen Gratian. lib. p. discept. forens.
41 num. 7. & 31. ac cap. 74. num. 12, & cap. 76. n. 8.*

Quæ dubietas oriri potest, aut ex facto, aut ex iu-
31 re per negationem partis, quæ tamen negatio
non dicitur facere rem dubiam quoties negās
33 habet contra se sententiam, vel instrumentū,
siue alias probationes legitimè factas, aut præ-
sumptiones iuris, vt post *Felin. in cap. si Clericus
de foro compet. tradit Contard. all. limit. 27 num. 13.
cum plur. seq.*

Cæterum duæ in hac materia practicabiles valde
se offerunt Quæstiones dilucidandæ, Altera
33 an per non factam commissionem articuli sal-
tem intra decem dies post quam Iudex decla-
rauit committendum esse articulum, deserta
remanserit appellatio, & executioni idcirco
sit mittenda sententia; Altera verò, an per non
datam responsionem à Iudice articuli intra de-
34 cem dies sibi assignatos per rescriptum Sena-
tus ad faciendam declarationem; Deserta pa-
riter remaneat appellatio, vel potius admissa
illa censeatur.

Quoad primam quæstionem, vel agitur de dis-
positione legali per quam appellans intra an-
25 num appellationem prosequi tantum tenetur
iuxta *Tex. in Auth., & qui appellat, C. de tempor.
appellationibus 2,* Vel agitur de dispositione sta-
tuaria, siue Nouarum Constitutionum, & de
litteris Sen. Excellentiss. Mediolani in quibus
de forma solet mandari Iudicibus, vt si causa sit
appellabilis admittatur appellatio, & dubio
emergente termino decem dierum committa-
tur articulus Doctori de Colleg. partium con-
fidenti qui eodem termino declaret an appel-
latio sit admittenda necne.

Et vtroq; casu tenetur appellans summa ope niti,
36 & cum importunitate petere, vt Iudex det sibi
Apostolos *l. p. ff. de liber. dimiss. & cap. ab eo de ap-
pel. lib. 6. l. aut §. illud C. de temp. appell. Alex. cons.
19. sub num 3. vers. Vnde debuerunt,* Quorū Apos-
tolorum loco succedit clausula in rescripto Se-
37 natus, vt dubio emergente committatur arti-
culus &c. vt probat idem *Alex. in consil. 164. nu.
6. vers. quibus Apostolis lib. 2. quem sequitur Rugi-
nel. d. tr. de appell. §. 6. glo. 2. cap. 5. nu. 5. vers. quartæ
ratio.*

Quia Iudex articuli responsum dat super admis-
38 sione, vel reiectione appellationis loco Apos-
tolorum, vt scribit ibidem *Ruginel. cap. 5. nu. 32,
& tradit Ludouis. decis. 573. sub num. 14. versic. Vbi
redditur ratio,* In tantum vt si appellans negli-
gens fuerit in obtinēdo commissionē articuli,
appellationem desertam remansisse dicendum
39 est *Clement. quamuis de appell. in terminis Alex.
consil. 169. n. 5. lib 2,* Vbi probat appellantem te-
neri facere diligentiam statim vt cōmissio fiat
eam petendo instanter, & instantissimè iuxta
disposit. *d. l. fin. § Illud C. de tempore appell.,* etiāsi
expressè per statutum non esset dispositum de
40 præciso tempore intra quod commissio esset
facienda, Quia cum tempus ad terminationē
causæ appellationis obtinendam excedere ne-
queat 20. dies vtiles multo minus tēporis ha-
bere debet appellans ad reportandam cōmis-
sionem, aliter sequeretur absurdum, quod in
eo in quo minor exigeretur dilatio, maius ha-
41 beret spatium appellans quod non est dicendū
*l. p. C. de dilationibus,* Et statutum interpretari
42 omnino debet ne contineat absurditatē *l. scire
oportet §. Illud ff. de excus. tutorum,* vt ratiocinatur
*Alex. veritatis pater loco relato, & nu. 7. Scaccia de
appell. lib. 2. q. 13. n. 24, & Ludouis. decis. 573. nu. p.
& 12. cum seq.* quod admittere videtur idem
*Ruginel. in all. glo. 2. cap. 2. n. 29 & cap. 4. per tot.,
43 ac in cit. cap. 5. n. 28,* Vbi enim ratio est eadem,
idem ius statui debet *vul. l. cum prætor ff. de Iudic.*

Quod autem diligens valde esse debeat appellās
prosequendo appellationem statutis termi-
nis, & instantiam sustinere, cum in ea dicatur
44 Actor aliter appellationem desertam remane-
re. Cautum fuit per Imperatorem in *l. vlt. § Illud
C. de tempor. appell. dum his vtitur verbis.*

Hujusmodi iniquitatem amputantes, Iubemus
eundem appellatorem nisi obseruauerit iudi-
cium, & causam vsq; ad finem pergerit, sed etsi
per eum steterit quo minus omnia litis certa-
mina impleantur appellatione defraudari, &
sententiam contra eum latam in suo robore
durare

durare, & ad effectum perduci, tanquam si ab
initio minime fuerit prouocatum, nisi ipse ap-
pellator euidentissimis probationibus possit
ostendere, se quidem summa ope nisum vo-
luisse litem exercere, Per Iudicem autem ste-
tisse, vel alium inexorabilem causam subsequu-
tam propterquam hæc facere minime valuit.
Idem cauetur per Summum Pontif. *in Clement.*
45 *sicut de appell.* vbi habetur appellans debito tē-
pore appellationem prosequi, & finire tenetur,
quod si iusto impedimento cessante non fece-
rit debebit eius appellationem desertam cen-
seri.
Et ex his apertissimè patet appellantem teneri
ab prosecutionem appellationis, & sic ad sus-
tinendā instantiam aliter desertam remanere
appellationē; vt probat *Alex. cit. cons. 164. nu. 3.*
*cum seq. lib. 2, Ossasc. decis. 109. num. 14. Carpan. ad*
*statut. Mediol. 42. num. 232. lib. p. Bimius cons. 356.*
*num. 29. Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de ap-*
*pellation. resol. 11. num. p. cum seq. & nu. 17. Facbin.*
*controuers. iur. lib. p. cap. 79.*
46 Appellans enim ob instantiæ desertionem di-
citur confessus, & posse contra eum tanquam
contra confessum ferri sententiam subijcit idē
*Bimius num. 34. & 39.* Quia qui permittit labi
47 tempora, Videtur acquiescere sententiæ, vt
post *Bal. tradit Rebuff. in d. tit. de appell. art. 15. glo.*
*p. num. 11. idem Bimius cons. 70, nu. p.*, & paria sūt
non esse appellatum, & appellationem deser-
48 tam esse, scribit *Lancell. de attent. cap. 12. ampliat.*
*1. num. 21. par. 2.*
Ratio est quia appellatio finitur per desertionē,
49 vt probat idem *Lancell. loco cit. nu. 29. & 33. &*
*tradit in præfatione dicto cap. 12. nu. 26. cum seq.*
& appellantem à sententia facere suam illam
sententiam, & omnia acta per prius gesta, ita
vt instantiam sustinere teneatur tradit. *Ludouis.*
*decis. 259. num. 8.*
In odium enim appellantis retardantis appella-
tionem introducere, & prosequi intra tempus
50 à lege statutum appellationem desertam re-
manere decisum fuisse per Curiam Parlamen-
ti Delfinalis testatur *Guidopapa qu. 213. sub nu. p.*
quem sequitur *Lancellot. d. cap. 12. ampliat. p. num.*
51 13. Cum reus appellans præsumatur semper
fugere, *l. properandum §. si quid, & ibi Iason. in 3.*
*notab. C. de Iudic.*
Quæ desertio committitur eo fortius si appel-
lans intra terminum dierum decem minime
52 obtinuit commissionem appellationis, siue
articuli, vt disponit rescriptum, & habetur in
*cap. cum sit de appell.* ac probat *Crescent. decis. p.*
*alias 25. de appell.* quem sequitur *Lancell. in cit.*
*cap. 12. ampliat. p. nu. 23. Ludouis. decis. 575. nu. 14.*
53 Quam commissionem idcirco instare debet
appellans, & instanter eam petere, vt probat
*Alex. cons. 19. sub num. 3. vers. eo quia dictum sta-*
*tutum, & sub num. 5. vers. & si nullus institit lib. p.*,
54 Cum ex officio non teneatur Iudex deuenire
ad commissionem, vbi non sit instatus ab ap-
pellante, qui propterea dicitur negligens in
prosequenda appellatione, si commissionem
55 non insterit, & ob id ab eius beneficio cadit,
vt subijt *Alex. cit. cons. 19. sub num. 1. vers. & in*
*proposito, & in cons. 72. num. 5. in fine lib. 6. Dec. cons.*
*677. num. 5. Surd. cons. 8. num. 24, & cons. 223. num.*
27, in quibus locis probatur negligentiam, &
culpam appellantis, præsertim in non obtinē-
56 do commissionem causæ, siue articuli, sibi, nō
appellato nocere, ac desertionem inducere,
vt expressè probat *Tortus ad statut. Papiæ in præ-*
57 *fationem num. 933.* Pluribusq; modis deser-
tionem committi *tradit. Rebuff. in d. tit. de appell.*
58 *art. 5. glo. p. num. 45, cum seq.* Et quam probari
per actorum inspectionem subijcit ibidem
*Rebuff. & sequitur Lancell. cit. cap. 12. ampliat. p.*
*num. 8.*
Quam negligentiam considerat *Alex. all. num. 5.*
*vers. & in proposito,* dum appellans quamprimū
59 potuit impetrare cōmissionem inspecta qua-
litate personæ, & distantia loci, & non impe-
trauit, quia tunc omnino negligens dicitur
iuxta *not. per glo. in l. p. C. de his qui vt indign. &*
*ibi Bart. in verbo Quæro dicitur.*
Quemadmodum pluries iudicatum fuisse appel-
lationem desertam, quando commissio non
60 fuit facta intra decem dies testatur idem *Lan-*
*cell. d. cap. 12. in præfatione num. 67. cum sequent.*
*pluribus, vbi nu. 74.* etiam tradit quod quando
commissio fuit facta sequenti die post decem
statutos, licet de subtilitate iuris desertio erat
61 incursa, Tamen Rota de AEQVITATE con-
trarium iudicauit ob qualitatem, & grauita-
tem causæ, & modicissimam moram *Carpan. ad*
*statut. 131. num. 433. lib. p. Faciunt etiam tradita per*
*Affl. decis. 79. num. 3.*
Et eo magis desertio commissa dicitur, per omis-
sam commissionem articuli, ex quo ipse *Non.*
*Constit. in tit. de appell. § qua appellatione dispo-*
*nunt*, quod appellans teneatur petere Iudicem
appellationis, & sic eidem appellanti incum-
62 bere onus etiam conseruandi instantiam ap-
pellationis constat, & consequenter commis-
sionem articuli impetrare, vbi desertionem
incurrere non velit appellans; Vnde tuta non
63 videtur conclusio firmata per *Ruginell. in d. tr.*
*de appell. §. 6. glo. 2. cap. 5. sub nu. 9* dum commis-
64 sionem articuli factum appellati concernere,
non appellantis supponit:
Quandoquidem cum articuli commissio sit pars
substantialis appellationis, siue illius admis-
65 sionis, & eiusdem admissionis via, dum suc-
cedit loco Apostolorum, vt supra fuit proba-
tum, & admittit idem *Ruginel all. cap. 5. num. 5.*
66 *vers. quarta ratio, & num. 6.* Cum Iudex arti-
culi responsum dare debeat super admissio-
ne, vel denegatione appellationis loco Apos-
tolorum, vt repetit idem *Rugin. cit. cap. 5 nu. 32,*
*& docet Ludouis. decis. 573. sub num. 14. vers. vbi*
*redditur ratio;* Eo ipso quod articuli commis-
sionem non instetit appellans, deseruisse dici-
67 tur appellationem sicut deseruisset ille qui
pro responsione Apostolorum non comparuis-

set in termino præfixo *Tex. est in Clem. quamuis de appellation. Rota decis. 34. tit. de appellation. in antiquis, & decis. 178. par. p. diuers. Scaccia de appellationibus lib. 2. qu. 13. num. 24. cum seq. quos sequitur Ludouis. citata decis. 573. num. 2, & num. 12.*
68 Adeò quod neq; propter impedimentum superueniens excusaretur appellans, ab hac desertione *Rota decis. 144. num. 2. par. 2. diuers., & subycit Ludouis. all. decis. 573. num. 13.* Id quod admittere etiam videtur idem *Ruginel. all. glo. 2. cap. 2. num. 29, & cap. 4. per totum, & cap. 5. n. 28,*
69 Quia vbi ratio est eadem, idem ius statui debet *vul. l. cum Prætor ff. de iudicijs.*

Neque negotium facescit quod eo ipso, quod rescriptum Senatus non exprimit quod eo casu appellatio deserta intelligatur, si commissio articuli limitato termino non sit facta, Vt
70 necesse fuisse putat *Ruginel. rel. cap. 5. nu. 15, & sub num. 28. vers. quarta ratio*; Nanq; in iure indubitatū est, quod terminus statutarius, subrogatus loco termini legalis, vt est hic de quo
71 loquitur rescriptum, ac etiam *statutum Mediolani 131. lib. p. & stat. 99. & 196. lib. 2.* Subin-
72 telligitur restrictus cum eadem qualitate, quā habebat terminus legalis vlz. quod eo termino elapso, Et non impetrata commissione ar-
73 ticuli, Appellatio deserta remaneret, *Tex. est in cap. sapè contingit vers. quia tamen de appellationibus, & per l. Præses, vbi Bal. C. de appellat. scribit Decius in cap. Personas num. 10, de appellation. & ibi Abb. in 3. not.*, Quam sententiam amplè probat *Alba cons. 612. num. 2. cum seq.* vbi multos alios adducit.

Quare eo ipso quod facta declaratione per Iudicem à quo, quod committeretur articulus, sicuti ad statutum diem pro responsione Apostolorum comparere, & instare tenebatur
74 appellans, aliter desertionem appellationis incurrisset; Ita commissionem articuli instare statim debebat post declarationem Iudicis à quo; cum ille succedat loco Apostolorum, Ali-
75 ter desertio commissa dicitur; Faciunt tradita per *Bar. in tr. de perempta instantia post princip. vers. sed pone*, Vbi apertè tradit statuto stante, quod Iudex debeat definire causam intra mēsem; Si hoc non perficit Iudex; dicitur perem-
76 pta instantia causæ, quia illud tempus restrictum succedit loco temporis legalis.

Subrogatus enim eodem iure vtitur, quo vteba-
76 tur ille in cuius locum subrogatur *l. fin. C. de tempor. appell. l. mortuo Iudice ff. de Iudicijs, & l. 2. C. de compensat., & probat idē Bart. loco cit. vers. Præterea*, Vbi inquit quod quando lex mandat causam finiri minori tempore, quam triennio,
78 puta anno, vel mense, per illius temporis lapsum expirat instantia, sicut per lapsum triennij *l. p. C. de nauicular. lib. 11. quod repetit. Bar. in vers. si autem, Qui vers. Vel possumus*, conclusionem limitat; quando instantia lapsa esset fac-
79 to Iudicis, Non autem negligentia, vel dolo appellantis.

Hanc sententiam sequitur *Bal. in cons. 20. lib. p. & Alex. cons. 42. num. 3. lib. 3.* Idcirco transacto tempore vt supra limitato ad introducendam,
80 siue finiendam appellationem deserta remanet appellatio ipsa, vt post *Lancell. & alios probat idem Ruginel. de appell. §. 9. cap. p. nu. 17, Osasc. decis. 7. num. 6., & Tortus in proem. stat. Papia num. 363.*

Corroboratur firmata conclusio dum Nou. Cōst. terminum legalem dierum decem ad appellādum, restrinxerunt ad dies quattuor continuos post sententiæ inthimationem, non expressa qualitate pænè desertionis; Et nihilominus insulsum esset hæsitare de desertione
81 appellationis, Vbi appellans labi permitteret dictum terminū dierum quattuor ad proponendam adpellationem, vt de se patet.

Præterea perpendi debet quod dies assignati in rescripto, currere incipiunt à die appresenta-
82 tionis, & petitionis eiusdem executionis, *cap. sicut de appellation.*, & cum verba rescripti sint clara, nec in eis fiat aliqua distinctio, Nec nos
83 distinguere debemus *l. de pretio ff. de public. & tradit Angel. in cons. 140.*

Et ex his sublata videntur ea quæ summa ope, in contrarium deduxit Erudirissimus Alciatus
84 *in cons. 32. num. 9. cum plur. seq. lib. 6. tom. 2.* Vbi contra veram, & communem iuris conclusionem apertè lapsus est (pace tanti viri) & appellationem non remanere desertam, per non impetratam commissionem articuli ab appellante intra decem dies, Dum supponit terminum 20. dierum per Nou. Constitut. assignatum appellanti ad prosequendām appellatio-
85 nem, currere tantum à die factæ commissionis, nec appellantem teneri ad impetrandam commissionem, nisi termino à iure communi statuto, Vbi appellatus per præuentionem, cōmissionem ipsam prius non institisset.

Namq; cum de veriori contraria conclusione ex deductis constet, & id expressè cautum sit per rescriptum, quod de forma dat Senatus Excellentiss. reliquum erit, Vt fundamentis per Alciatum in contrarium deductis respondeatur; Et primo mouetur, quia licet verba Constitutionis arctant appellantem ad prosequēdum appellationem intra viginti dies; Id ta-
86 men intelligi debet ad habilitatem, idest dūmodo ellectus sit Iudex sub quo fiat prosecutio; Cum in lege semper præsupponantur cæ-
87 tera habilia *l. qui testam. vers. si non aliud de testam.* Et absurdum arbitratur *Alciat. loco relato num. 9. & 10*, quod curreret tempus appellationis antequam adsit Iudex, coram quo causa debeat agitari.

Verum procederent tradita per Alciatum, quotiescunq; appellans summa ope egisset, vt cō-
88 missio causæ, siue articuli fieret, & sit electum Iudicem haberet, coram quo appellationem prosequi posset iuxta *Tex. in l. fin. §. illud C. de termino appell.*, Contrarium autem dicendum est, quando ob propriam culpam, & negligentiam appellantis non fuit facta electio Iudicis,

dum

89 dum non institit, etiam pluries appellans cōmissionem fieri, Quia tunc sibi, non alijs huiusmodi mora, & negligentia nocere omnino
90 debet, & appellatio deserta remanet *tit. l. Illud C. de tempor. appell. Clement. sicut, & Clemen. quāuis de appell., vt post alios probat Cotta in eius memoriali verbo, statuto Mediolani cauetur*; Vbi regulam tradit, quod quotiescunq; lex vel statutū
91 cogit Iudicem ad expediendam causam intra certum tempus, id intelligitur si pars perierit, vel institerit per *Alex. conf. 164. col. vlt. lib. 2. Ad rem Fachin. contr. iur. lib. p. cap. 19, & Ludouis. all. decis. 573. n. p. & 12. cum seq. ac scribit idē Alciat. num. 6. & cauetur in statuto Mediolani 99.*
92 *lib. 2. vbi Carp.*, dum prouisum fuit, vt in omnibus commissionibus faciendis vigore statutorum Mediolani, Vbi appellans citare fecerit appellatum pro obtinenda commissione, si per ipsum non stetit, quin commissio sit facta, tunc tempus non currit, & stat in suspenso; Ergo à contrario sensu non citato appellato
93 pro commissione obtinenda, tempus currit, ac desertio incurritur ad rem *Cephal. conf. 708. nu. 54. vers. ex quibus, & num. 55. & 56.*

Quemadmodum minimè etiam procedit alia ratio per Alciatum deducta, *num.* 13. ex traditis per *Christoph. de Castelliono*; quod scilicet, sicut instantia compromissi non currit, nisi à die
94 acceptationis compromissi per arbitrium; Ita idem dicendum de hoc tempore; Quia cum facto compromisso arbiter retardauerit illius acceptationem, per ipsum stetit, non per par-
95 tes, Et sic merito mora, & factum arbitris nō potest nocere partibus, vt probat *Bart. in tr. de perempta Inst. vers. aut opera Iudicis arg. l. p. l. fin. ff. de col. bon. Alex. conf. 19. nu. 3. lib. p. & conf. 164. sub num. 5. lib. 2., quos sequitur Ruginel. in all. cap. 5. num. 23.* In hoc autem casu mora consideratur in appellante non impetrante Iudicem; Non autem in ipso Iudice, idcirco ex diuersis non benè infertur *vul. l. Papinianus ff. de minoribus.*

Idem dicitur de alio fundamento deducto sub eodem *num.* 13. *vers. conforme*, dum probare nititur tempus Iudici datum ad decisionē causæ
96 non currere, nisi à die appresentationis rescripti; Quia dato quod verisillud scit; Ex hoc non infertur propterea, quod tempus non currat, dum appellans rescriptum impetratū non appresentat, quia propria culpa, & dolus eidem patrocinarentur contra disposit. *l. ita demum ff. de receptis arbitr. & l. Itaq; fullo ff. de furtis, & probat Bart. in tit. tr. de perempta instantia vers. vel possumus distinguere*, Et tamen solam appellantis negligentiam sufficientem esse, vt
98 deserta remaneat appellatio satis superq; fuit supra probatum, & decidit Imperator in *all. l. fin. §. Illud C. de tempor. appell.*

Prout ex eisdem rationibus tolluntur ea, quæ subijcit *Alciatus in seq. num. 14. 15. 16.* Non currere scilicet tempus ignoranti; Quia diuersum valde est assumptum ipsum, ab omissione vo-
99 luntaria, & notoria negligentia appellantis non instantis commissionem fieri, & in appellatione obdormientis, vt de se patet.

Præuentio verò appellati de qua *Alciat. sub nu. 17. in fine*, & quam appellato competere tradit etiam *Alex. all. conf. 19. num. 5. & sequitur Rebuff.*
100 *ad Constit. Regni tit. de anticipationibus, ac Menoch. de arbitrar. casu 204. num. 3. & 4. de quibus Oldrad. tr. de rescriptis in præl ud. 7. num. 127, & ad præl ud. 17. num. 32, & 33. in fine*, Sicuti volunta-
101 ria est dum maluit præuenire appellantem, vt commissio fieret, Ita ad necessarium actum deduci nequit, Cum quæ sunt meræ volunta-
102 tis non subiaceant necessitati, vt exponit *Glo. in l. solet in fine, verbo qualitatem ff. de officio Proconsulis, & lega. & ibi Bart. num. 2*, quam notabilem esse tradit ibidem *Bal.* & ex qua infert
103 donationem gratis factam non inducere obligationem in futurum *Marsil. singul. 192, quem sequitur Menoch. conf. 201. num. 64.* Quamuis ali-
104 quando quæ meræ facultatis erant à principio, ex post fiunt necessitatis, vt in actore, qui cogitur prosequi Iudicium de quo *Tex. in §. omne, & ibi Bart. num. p. in Auth. de litigios.*

Deniq; dici non potest casum hunc fuisse omissum à Nou. Const., Quia ex deductis patet per restriuctionem temporis legalis factā à Nou. Const., factam subintelligi cum eisdem quali-
105 tatibus, quas habebat terminus legalis per *all. Tex. in cap. sapè contingit vers. quia tamen de appell., & l. Præses vbi Bal. C. de appell. Dec. in d. cap. persona nu. 10. de appell., & plenius Alba cit. conf. 612. num. 2, & 3*; In tantum vt non impetrata commissione articuli per appellantem intra
106 decem dies, (cum Iudex articuli succederet loco responsionis Apostolorum) Appellatio deserta omnino remaneret.

Et sic constat responsionem datam per Alciatum primo argumento in contrarium facienti, & respicienti negligentiam appellantis in non
107 imperranda commissione non subsistere; Dū optime cognoscens Alciatus fundamentum negligentiæ non habere responsionem; se vertit *num.* 19. ad disfugia, quod sit casus omissus à Nou. Constit., Et tamen ex deductis plenè liquet non esse casum ommissum.

Sicuti aliud fundamentum ad absurdum euitandum quod est solidissimum, dum hoc pacto longe plus temporis haberet appellans ad cōmissionem articuli obtinendam, quam ipse Iudex in eo diffiniendo, Quippe quam ipsemet appellans in prosecutione, & diffinitione obtinenda appellationis, quę termino dierum 20. erat omnino terminanda, vt subijcit *Alciat. num. 8, & 20. ac probat Alex. d conf. 19. sub*
108 *nu. 3. vers. nam si ita lib. p.* dum expresse probat, quod si admitteretur tale assumptum, sequeretur quod tempora finiendæ appellationis
109 esse possent longiora, quam essent de iure communi; Et tamen intentio statuti, siue Nouarum Constitutionum fuit prouidere quod causæ appellationis non protrahantur in longum, vt constat ex lectura earundem Consti-

tutionum, Quam conclusionem confirmat idē *Alex. in all. cons. 164. sub num. 6. vers. Quia*, dico quod slz. absurdum cessat, eo sub prætextu, dum appellatus potuit præuenire, Quia ad saturitatem fuit supra probatum non releuare solutionem obiecti, quia quæ sunt merè voluntatis, non subiacent necessitati.

Quinimo etiam absurdum ipsum eo maius re-
110 fultaret, nam vbi sententia Alciati vera esset, sequeretur quod esset in facultate appellātis differre ad libitum appellationis causam, quod nullo modo esse admittendum probat *Alex. d. cons. 164. num. 10. vers. & sicut dicimus lib. 2.*, Et
111 tamen appellans summa ope niti debet in prosecutione appellationis *all. l. fin. §. illud C. de tempor. appell. & Auth. sed his eodem tit.*

Tametsi autem vera sint tradita ab eodē Alciato in fine dicti consilij, dum ait quod si in rescripto ponatur instantia decem dierum intra quos Iudex articuli expedire tenetur causam
112 articuli; ij decem dies non currunt, dato quod pars distulerit per mensem rescripti appresentationem, quod idcirco, non extimabitur absurdum; Nihilominus ad duo sunt aduerrenda, Alterum quod respicit validitatem rescripti, quod nullius effectus esse declarant *Noua Constit. in tit. de rescriptis, & tradit Oldr. de rescript. in prælud. 12. num. 38*, Vbi illud intra
113 mensem non fuerit appresentatum, Et sic dummodo intra tempus à lege municipali statutum appresentetur, eius dispositio alias valida sustinetur; Alterum est quod rescripti, quod de forma conceditur slz. si causa est appellabilis, & debito tempore appellatum decernendo interpositam tali die &c. Binas has
114 conditiones continet, simulq; declarat tempus, quo fuit appellatio interposita, *Oldr. de rescriptis in prælud. 7. num. 50. post Plotum in l. si quando num. 115. C. vnde vi, & Rugin. de appell. in præfatione num. 53. cum seq.*, Itaut deficiente aliqua ex ipsis conditionibus, nullius effectus
115 esse rescriptum de se patet; Prout si debito tempore appellatum idcirco non fuisset, vt tradit *Oldr. tr. de rescriptis in prælud. 12. sub nu. 13. vers. vt si dixisset.*

Quare licet etiam omnes conditiones in rescripto continentes purificasset appellans, Dum differt rescripti appresentationem, non dicitur impeditus appellatus, quin sententiæ executionem interim obtinere valeat, absq; in-
116 cursu attentatorum, cum nullum impedimentum, nec præceptum appellatione pendēte sibi fuerit notificatum, *Lancell. de attent. cap. 2. olim 12. num. 27. & is Rol. cons. 77. num. 27. lib. 2. Senator Bell. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 27. nu. 4. lib. 2.*, quos sequitur *Oldrad. de rescript. d. prælud. 7. sub num. 50. & prælud. 12. num. 23*, Itaut per rescripti dilatam appresentationem damnum subire interim cogatur appellans, non appellatus, & idcirco non releuare patet adductum fundamentum per Alciatum.

Propterea cessat etiam quidquid pro ea parte affirmare videtur *Rugin. in all. cap. 5. præsertim n. 15. & 28*, Vbi admittere videtur appellationem non remanere desertam, ob non petitam cōmissionem, cum hoc non requirant litteræ appellatoriæ, vt ille inquit; Quia vt iam amplè
117 fuit probatum terminus legalis, restrictus in rescripto intelligitur restrictus cum eisdem qualitatibus, vt post *Baldum in l. Præses C. de appell. & Dec. in cap. personas nu. 10. de appell.* probat *Alba all. cons. 612. n. p. & 2.* Et sic subrogatus
118 sequitur in omnibus naturā subrogati *l. mortuo Iudice, & l. fin. C. de Iudic. de quo Ruginel. all. cap. 5. nu. 7.* cui obiecto minimè satisfacit.
119 Et ita respondi superiori mense Nouembris 1636. fauore Io. Pauli Contiui appellati contra Lazarum Campagnanum appellantem, qui obtinuerat declarationem à Iudice à quo, mense Iunij, vt committeretur articulus, & nil vlterius egerat, nec vnquam instauerat, vt commissio fieret, minusq; Continum citari curauerat pro commissione ipsa facienda, vt disponit stat. 99. lib. 2. Quam desertam remansisse appellationem probaui, Et ita iudicauit Egr. I. C. Colleg. Mediol. D. Ludouicus Moneta.

Deueniendo ad secūdam propositam quæstionem, an lapso termino dierū decem, & nulla facta declaratione per Iudicem articuli, Appellatio deserta dicatur, vel potius ea admissa censeatur; Et prima facie appellationem remansisse desertam dicendum vide-
120 tur, Quia, cum longe diferat Iurisdictio Iudicis à quo, à Iurisdictione Iudicis articuli, qui tanquam delegatus specialis Senatus Excellentiss. virtute rescripti pro cuius executione facta fuit commissio, limitatam habet Iurisdictionem declarandi scilicet, an causa sit appellabilis vel ne, intra decem dies; Eo
121 elapso tempore expirata dicitur illius Iurisdictio, Intantum, vt neq; etiam partium con-
122 sensu possit prorogari terminus ipse *Gl in cap. indultum de reg. iur. in 6. Alex. cons. 86. nu 2. lib. 7. Crau. cons. 119. num. 2. & Ruginel. de appell. §. 6. glo. 2. cap. 7. num. 2.* & consequenter deserta remansit appellatio, vt de se patet.

Iudex autem à quo non habet restrictam Iurisdictionem intra certum tempus qui potest cito declarare, vel pluries prorogare terminum ad dandum responsum, Et qui idcirco non res-
123 pondendo videtur appellationem admisisse, vt post alios tradit *Papiens. in forma respons. Iudicis à quo Verbo si Vicarius*, Vbi *Additionator, & sequitur Ruginel. all. §. 6. glo. 2. cap. 5. nu. 27. & cap. 6. in princip.*, Quod non contingere potest in Iudice articuli.

Accedit quod verba rescripti requirunt certam,
124 & expressam declarationem Iudicis articuli, admittendo, vel reijciendo appellationem, vt
125 verba ipsa sonāt quibus omnino inhærendum est *l. 1. §. in re igitur ff. de exer. act., & probat idem Ruginel. loco relato nu. 16*, Ergo non posse indu-
126 ci tacitam illius admissionem per silentium, & taciturnitatem patet, & expressè scribit Ruginel.

*ginel. in citato* §. *6. glo. 2. cap. 8. num. p.*
Maximè quia appellatio non deuoluit, nisi prius
127 causã esse appellabilem pronuntiet Iudex vt
docet *Gabriel. cons. 35. nu. 4. cum seq. nu. 7. vers.
idcirco lib. p Contard. ad l. p. C. si de moment. pos-
sess. nu.* 13, *&* 19.
Et hanc partem vti veriorem amplecti videtur
*Ruginel. all. cap. 5. glo. 2. num. 35. cum seq.* Dum
tradit, quod vbi Iudex articuli ad declara-
tionem non deueniat non obstante frequenti
instantia appellantis, quod per se non stabat;
Obtinere tentaret ipse prorogationem dicto-
rum dierum decem, & iterum in ea præsen-
128 tanda protestari, Quia hoc pacto appellanti,
& appellato esset consultum *Iuxta* §. *hoc quo-
cunq; in Auth. vt spons. larg.*, Et si postea non
129 sequeretur daclaratio, id culpa Iudicis fiet,
quæ alijs nocere non debet *arg. l. Vnica in fin.
ff. vt omnia Iud. & l. non debet ff. de reg. iur.*, Cum
in præiudicium partis illud tempus currere
non debuerit *Auth. item si C. de tempore appell.
Castr. cons. 144. col. p. lib. p. & post multos alios
Vant. de nullit. ex deffens. Iurisd. nu. 55. vers. &
propterea.*
Præsertim cum de facili per recursum ad Senatũ
posset tolli tale impedimentum Iudicis non
130 proferentis, vt innuit *Ruginel. loco relato, ac
ferè in his terminis probat Gallus cons. 82. nu. 40, &
41., post Cran. cons. 270. per totum*; Ratio est quia
131 Iudicis negligentia non solet excusare par-
tem, quæ potuit ad superiorem recurrere, &
sibi consulere, *vt post Bart. tradic Surd. cons. 223.
132 nu. 27.*, Et vbi pars non reclamat, Tunc dici-
tur non solum interuenire Iudicis negligen-
tia, sed etiam ipsius partis appellantis culpa,
cui idcirco est imputandum desertio appella-
tionis *Alex. cons. 72. nu. 5. in fin., & nu. 7. lib. 6.
Surd. cons. 8. nu. 4. & cit. cons. 223. nu. 27, vt post
Cottam in eius memoriali verbo statuto Mediolani
tradit Tortus ad stat. Papiæ in Præfat. nu. 933.*
Insuper, vbi hæc admitteretur cõclusio per silen-
tium slz. Iudicis articuli admissam censeri ap-
pellationem, locus de facili fieret fraudibus,
dum appellãs, qui appellationis admissionẽ
à Iudice articuli obtinere desperans, operam
nauaret, ne ad aliqnam declarationem deue-
niret Iudex in termino dierum decem; Vt eó
elapso, & non facta declaratione expressa;
Admissa postea censeretur appellatio. Quibus
133 sanè fraudibus obuiam ire, & occurrere de-
bere Iudicem probat *Tex. in l. in fundo ff. de rei
vendit. Menoch. cons.* 188. *nu.* 10.
Pro qua conclusione confert id, quod subijcit
idem *Ruginel in all.* §. *6. glo. 2. cap. 6*, dum tenet,
quod nõ secuta declaratione Iudicis articuli,
134 denuò committendum sit articulus, Cum
actus possit reiterari, quando per primum
non fuit satisfactum menti concedentis *Felin.
in cap. 2. de tregua, & pace, Cumana cons. 14, &
Roman. cons. 504*, Vt dicitur quando cõmissa est
causa alteri consulenda, & consultor omissit
135 dare consilium, Quia tunc teneretur Iudex
iterum alteri cõmittere *Scala de Consil. Sap. lib.
2. cap. 23*; quia ex quo semel fuit causa cõmissa,
136 Iterum committi debet *arg. l. Pater* §. *Quin-
decim ff. de leg. 3.*
137 Postremò loco considerãdum est, quod ges-
ta à Iudice sunt adeò stricti iuris, vt nihil cõti-
neant præter ea, quæ exprimuntur, vel veniũt
in necessariam consequentiam expressorum,
vt per *Osascum decis. 64 per totũ probat Surd. cons.
138 189. n. 37. cum seq.* Cum ergo silentium Iudicis
per necesse non inducat admissionem appel-
lationis iuxta *reg. l. qui tacet ff. de reg. iur.*; Re-
gulis, repugnaret ex silentio Iudicis deducere
velle admissionem appellationis.
ÆQVIOREM tamen contrariam esse senten-
tiam videtur, nempe per silentium Iudicis
(vbi considerari nullo modo possit negligen-
tia appellantis) admissam censeri appellatio-
139 nem, vt expressè probat Lapus *Alleg.* 124.,
qui in terminis loquitur de Iudice à quo, qui
nullum dedit responsum per Apostolos, qui
appellationem admisisse censetur, Hanc sen-
tentiam comprobant *Anch. cõs. 228, & Bal. cons.
242. lib. 1., Vestrius in eius praxi cap. 3. num. 36.
lib. 3.*, Quasi velint dicere quod frustra decisio
140 expectatur, de eo quod tacitè subintelligi-
tur *l. non rectè C. de fideiuss., in terminis Lancell.
de attentat. in præfat. nu. 53, & 57, quos sequitur
Ruginell. all.* §. *6. glo. 2. cap. 5. à num. 8. vsq;
ad nu. 32*, Vbi ad contraria respondit, & hanc
partem, vti veriorem, & AEQVIOREM am-
plectitur, quam conclusionem etiam firmat in
eodem §. *6. glo. 7. cap p nu. 43.*, Hoc enim pac-
to vtriq; parti consultum remanet vt supra de-
141 duximus *per l. primam, vbi Castr. & Alex. ff. si
quis caut. Dec. cons. 356, & 377.* Etiam in causa
quæ de sui natura, non sit appellabilis, vt eru-
142 ditæ probat *Bmius cit. cons. 291. num. 2, & 3.
Contard. de mom. possess. lim. 27. num. 11. Rugin. d.
143 cap. 5. nu. 11.*, Quia in dubio pronunciandum
est appellationem esse admissam per silentiũ
144 Iudicis, Cum taciti, & expressi par sit virtus
*l. cum quid ff. si cert. pet. ad rem Cur. Iun. cons. 4. nu.
17. & seq.*
Neq; obstant in contrarium addita, Quia in hac
materia admittendæ, vel denegandæ appel-
145 lationis, Equiparãtur Iudex à quo, & Iudex
articuli, *vt tradit idem Rugin. d. cap. 5. num. 6. 22,
146 & 29.* Quia idem ius statui debet, vbi eadem
militat ratio *l. cum Prætor ff. de Iudicijs*.
Prout fundamenta in contrariũ allegata semper
præseferunt negligentiam appellantis, Vnde
147 ipsa exclusa negligentia, cessant obiectiones
*vul. cap. cessante de reg. iur.* Recursusq; ad supe-
riores non dicitur necessãrius, Cum ad abun-
dãtiorem cautelam illum proponant scriben-
148 tes, & præsertim *Ruginel. locis citatis*; Et super-
uacaneum sit ad aliud remedium confugere,
149 Vbi magis vtile pro se quis possit habere
iuxta *l. si quando ff. de leg. p. & l. domus de con-
trah. empt.*
Et ita iudicaui anno 1634. dum Iudex eram fa-

uore D. Virginiæ Beccariæ in causa pendente 150 cum D D. Media, & proinde facta fuit commissio adpellationis.

*SVMMARIA.*

*Vassalli culpa re perempta feudo ipso tanquam negligens, & re feudali abutens decidit num. 1.*

*Meliorationes notabiles finita Inuestitura feudali sine dolo, & culpa Vassalli ad ipsum spectant, & eius haredi ex maiori Aequitate num. 2, & cur num. 3.*

*Vassalli facto vbi feudum ad Dominum directum deuoluitur expensas meliorationum acquirit Dominus num. 4.*

*Domini directi est in facultate, vel soluere expensas meliorationum, vel pati quod adifitium tollatur nu. 5.*

*Materia directi adifitij estimanda est num. 6.*

*Feudatarius bona fide adificans ratione iuris, & vtilis Dominij in re feudali potest impensas repetere, vel retentione vbi donec astimatio sibi soluatur, aut Dominus patiatur adifitium tolli, & remoueri num. 7.*

*Melioramentorum tria sunt genera num. 8.*

*Qua sint melioramenta naturalia, qua industrialia, & qua ciuilia num 9. & 10.*

*Haredes Vassalli possunt vti retentione re feudalis quousq; ipsis pretium seruitutis empta, & acquisita fuerunt solutum num. 11.*

*Melioramentorum ipsorum valor de Aequitate astimari debet non autem adifitij diruti num. 12. & 17.*

*Dominus ad solutionem expensarum tenetur non autem haredi Vassalli rudera, & saxa tradere nu. 13. & 14. Vbi Garzia contra opin. traditur.*

*Aedificatum solo cadit num. 15.*

*Aedificium constructum in feudali solo feudale est, & feudi natura accipit num. 16.*

*Melioramentorum astimatio fieri debet secundum tempus restitutionis non autem habita ratione temporis qua facta fuerunt num. 18.*

## Melioramenta facta in re feudali an extimari debeant iuxta valorem ædifitij, vel potius materiæ. Cap. CXXVI.



A Ctum fuit supra in *cap. 101. nu. 184.* quod Vassallus ex fructibus feudi tenetur ad reparationes, & refectiones Arcis feudalis, etiam ne res deterior fiat, aut corruat, Quia vbi culpa Vassalli res periret, à feudo
1 ille caderet tanquam negligens, & re feudali abutens, *vt post Affl., & alios probat Garzia tr. de expensis cap. 12. num. 70. cum seq.*

Quatenus autem meliorationes notabiles fecisset Vassallus ex finita Inuestitura feudali, vel per cursum temporis, vel per lineam finitam, vel aliter sine culpa, aut dolo ipsius Vassalli, Indubitanter spectant ad ipsum Vassallum,
2 Et eius hæredes, si ex industria Vassalli factæ fuissent, *vt post Aluarotum, & alios probat Clar. §. feudum, qu. 88. nu. p., & nouiss. scribit Cæsar Argel. tr. de legit. contrad. qu. 20. num. 30.* Vbi tradit maiorem AEQVITATEM postulare, vt melioranti, siue eius hæredibus debeantur
3 meliorationes, quam Domino feudi; Cum hoc pacto alliciantur homines ad res augendas, & meliores reddendas, quod valde Reip. interest.

Quia vbi facto Vassalli feudum ad Dominum directum deuolueretur, Tunc etiam expensas
4 meliorationum acquireret Dominus *arg. l. 2. & fin. C. de iure emphyt., vt probat Paris. cons. 55. num. 24. lib. 3. & scribit Scraderus de feudis par. 9. sect. 2. num. 30. lib. p.*

Qualiter autem estimanda sint melioramenta ipsa, Si eorum valorem soluere vellet Dominus directi hæredibus Vassalli; Cum in eius sit facultate, vel soluere huiusmodi expensas me-
5 liorationum, Vel pati quod ædifitium tollatur secundum *Tex. in cap. p. §. si Vassallus; In tit. hic finitur lex, & probat Clar. all. qu. 88. sub num. p. in fine, & ante eum Dec. cons. 218. & Guidopap. decis. 196. & decis. 438.*

6 Et materiam siue ruderam diruti ædifitij æstimandam esse tradit *Iacobus de Beluiso per Tex. in d. §. si Vassallus, & not. in l. sed & si quod ff. de vsufr., quem sequitur Beron. q. 96. sub num. 4. vers. si verò feudum*, vbi hanc esse magis communem opinionem affirmat, quem refert *Clar. all. qu. 88. sub num. 1. vers. reperio tamen*, & ibi scribit *Beron.*, quod cum Feudatarius bona fide ratione iuris, & vtilis Dominij in re feudali, ædificauerit; potest impensas repetere, vel retentione
7 vti, donec æstimatio sibi soluatur; Aut Dominus patiatur ædifitium tolli, & remoueri *arg. §. certè illud, Instit. de rerum diuis. Bal. & Salyc. in l. 2. C. de rei vēdic., & sequitur Guidopapa decis. 149.*

8 Melioramentorum autē tria esse genera tradit ibidem *Beron. num. p.*, Cum quædam sint naturalia, quædam industrialia, & quædam
9 ciuilia; naturalia sunt in quibus sola natura operatur absq; opera, & industria hominis, Industrialia sunt in quibus plus hominis industria, quam natura operatur, Ciuilia verò
10 sunt in quibus solum operatur industria, & nihil efficit natura, vt reales seruitutes, Iurisdictiones, immunitates, & id genus de quibus *Guidopapa all. decis. 149*, quæ idcirco dicuntur fructus ciuiles, in quibus sola hominis diligētia, siue industria interuenit, *Bar. in l. ex diuerso ff. de rei vendicat. per Tex. in l. si nauis ff eod. tit., & l. si domum C. eodem tit. Beron. all. qu. 96. n. 5. & in*
11 *fine*, Vbi apertè probat hæredes Vassalli posse vti retentione rei feudalis, quousq; ipsi pretiū seruitutis emptæ, & acquisitæ fuerit solutum.

De AEQVITATE tamen contrariam sententiā veriorem esse scribit *Bal. in cap. p. §. si Vassallus num. 4.* Videlicet vt extimetur valor ipsorum
12 melioramentorum, non autem ædifitij diruti, & ita obseruari de consuetudine reperit etiā idem *Bal. in Auth. excipitur post num. 2. C. de bonis quæ liber.*; Quem sententiam AEQVIOREM esse

esse probat *Clar. in all. qu. 88, sub num. 2. in fine,*
Vbi, in hanc sententiam refert modernum *Pa-
ris. in consuetud. Paris. feud. §. p. glo. 5. num. 98;* Et
quam sententiam admittit *Garzia tr. de expen-
sis, & melior. cap. 12, sub num. 85, & vers.* Neq;
potest dicere Dominus per *l. domum C. de rei
venditione*, habita ratione melioramentorum
voluptatis, vtilium, & necessariorum, Et hoc
de AEQVITATE, ne Dominus ditior fiat cū
aliena iactura, & habeat Vassalli substantiam
sine vlla causa.
13 Qui Dominus ad solutionem huiusmodi ex-
pensarū tenetur, non autem hęredi Vassalli ru-
dera, & saxa tradere, vt post *Guidopap. probat
Dec. cons. 518, & sequitur Garzia d. num. 85. in fine,*
14 Quamuis *seq. vers.* ex quibus videbatur; In
15 contrariam sententiam inclinat ea ratione,
quod ædificatum cedat solo, vt inquit *Bal. in l.
p. ff. de rerum diuers.* Maxime ne detur via Vas-
salli defraudandi Dominum, ne vnquam feud[a]
ad Dominum reuertatur sumptibus multipli-
catis quos Dominus soluere nequeat, Et prop-
terea meliorationes pertinere ad Dominum,
16 Ac ædifitium constructum in feudali solo esse
feudale, & feudi naturam accipere, vt post *Cas-
san. in consuetud. Burg. rubr. 4. §. 13. sub nu. 6. vers.
Aduerte tamen scribit Garzia sub d. num. 85. vers. ex
17 quibus videbatur;* Verum cum prima opinio in
AEQVITATE fundata sit ab ea non recede-
rem si casus euenerit.
Quam æstimationem fieri debere secundum tē-
18 pus restitutionis, non autem habita ratione
temporis, quo facta fuere melioramenta, tra-
dit ibidem, *Addition. ad Clarum litt. C.* vlz. Hie-
ronymus Giacarius, qui hoc idem dixisse af-
firmat in eius collectanea *com opin. verbo melio-
ramenta num. 5, de qua materia latè Garzia d. tr. de
expensis pleno cap. 24., Ad rem Natta cons. 256. nu.
4. post Bal. in l. domos hereditarias ff. de leg. p.*

*S V M M A R I A.*

*Incrementum latens quod fit per alluuionem ad Vassal-
lum pertin[et], directam verò quod fit per Insulam,
natam in flumine è regione fundi feudalis Domino
acquiritur num. 1. & 2.*
*De Aequitate autem vtrumq; acquiritur Domino nu. 3.*
*Iuramentum accedens feudo absq; industria Vassalli
respectu proprietatis acquiritur Domino directi res-
pectu vtilis Dominij Vassalli num. 4.*
*Incrementum latens ad Vassallum respectu vtilis Do-
minij indistinctè pertinet, & sine noua apprehensione
statim cum ipso feudali fundo potest possideri nu. 5.
limit. duobus modis num. 6. 7. 8. & 9.*
*Cum certum iugerum numerus est datus taxationis vi-
cem sustinet num. 10.*
*Vassallus non tenetur nouam Inuestituram suscipere
pro incremento num. 11.*
*Iure focularioru concesso an illorum augumentum spe-
ctet ad Dominum directi num. 12. & 13.*

## Incrementum contingens in re feudali ad Dominum spectat quo ad proprietatem. Cap. CXXVII.


Præcedentem conclusionem in feu-
dali materia insequitur alia Quæs-
tio, an slz. incrementum contigēs
in re feudali sit ipsius Feudatarij,
An potius Domini directi, In quo
dubio distinguit *Clar. de feudis alleg.
qu. 88. num. 3.* inter incrementum latens quod
1 fit per alluuionem, & incrementum discretum,
quod fit per Insulam natam in flumine è re-
gione fundi feudalis, Et hoc discretum absq;
2 difficultate acquiri Domino directi tradit ibi-
dem *Clar. cit. num. 3,* latens verò ad Vassallum
pertinere dicit *Glo. in c. 1. p. §. si quis de manser.
verbo reseruauit Ruin. cons. 7. num. 12. in fin. lib. p.*
De AEQVITATE tamen vtroq; casu ad Domi-
num pertinere huiusmodi incrementa probat
3 idem *Clar. sub d. num. 3. in fine,* ea ratione, quod
cum proprietas feudi sit Domini directi; quid-
quid illi accedit accrescere deberet Domino,
nisi aliter ex tenore ipsius Inuestituræ appa-
reret, & propterea AEQVIVS, esse affirmat
quod omne incrementum accedens feudo,
4 absq; industria Vassalli, respectu proprietatis
acquiratur Domino directi; respectu verò vti-
lis Dominij acquiratur Vassallo.
Hanc sententiam sequi videtur *Aimo tr. de alluu.
pleno cap. 11. præsertim sub nu p. vers. Alia, et nu.
2. 5. 8. 9. 11, & 13. post Ardizonem in eius Epitome
feudorum in cap. 138. in fine,* Qui *Aimo sub nu. 10.
vers. cum itaq;, & num. 11.* apertè tradit incre-
mentum latens ad Vassallum indistinctè per-
5 tinere, respectu vtilis Dominij, & sine noua
apprehensione statim cum ipso fundo feudali
illud posse possidere *per l. Item si fundi §. huic
vicinus ff. de vsufr.*
Et qui Auctor *num. 12,* duos excipit ab ea con-
6 clusione casus, Quorum alter est quando ex-
pressè sit in Inuestitura prohibitum, ne Vas-
salli sit incrementum, cujus Inuestituræ sen-
7 sum diligenter semper fore inspiciendum ait
in proposito *Martin. Laudens. in cap. p. § si quis de-
manser. num. 6. & §. rursus num. 17. tit. si de Inuest.
feudi fuerit controuersia.*
Alter est quando tacitè fuit prohibitum, vlz. la-
tifundij alicuius particula mensura taxata,
8 Vti ex Semproniano prædio ducentum iuge-
rum iugera dena concesserit Dominus; Tunc
enim incremētum intelligitur reseruasse Do-
minus directi *arg. l. Rutilia Pola ff. de contrahend.
empt. & l. in agris, et l. lacus ff. de acquir. rerum do-
6 minio,* Cum feuda tunc videātur habere natu-
ram agri limitati, & lacus qui per alluuionem
non augetur.
Namque cum certus iugerum numerus datus
10 sit, Nihil amplius debetur, quia taxationis vi-
cem hoc sustinet, vt habetur in *l. cum certus ff.
de trit. & oleo lega. arg. l. Iulianus §. si Titius ff. de
act.*

*act. empti*, *vt explicat Aimo d. cap. 11. num. 12.* Vbi sequenti *vers.*, alias fortiores adducit rationes; *Et num. 16.* docet non teneri Vassallum,
11 nouam Inuestituram suscipere pro incremento, *post Aluarottum in d. § si quis de mansur. nu. 7.*
Circa hanc principalem quęstionem conferunt tradita per *Andream Georgium alleg. 43. per totum.* Vbi tractat quęstionem quando per Principe concessę fuerunt quędam iura foculariorum super aliquot pagis, aut oppidis, An auctis
12 focularijs, Illud augumentum spectet ad Dominum directi, an autem ad Vassallum, siue Donatarium, In qua causa lata fuit sententia
13 per Reg. Cam. quod vbi concessio expressa summa foculariorum contineret augumentũ ad Fiscum spectaret, vbi verò in genere concessio, esset tunc ad Vassallum pertineret.

## SVMMARIA.

*Nou. Constit. Mediolani circa immunitatem 12. liber. conueniunt cum l. si quis decurio Pater C. de decur. lib. 10. num. 1.*

*Immunitas dicitur beneficium latissimè interpretandũ num. 2. & 58.*

*Natus statim decedẽs, habetur, ac si natus non esset mortuus num. 3. & 17. 18.*

*Viuus nascens naturaliter viuere nequens, vt sexto, vel octauo mense habet si natus non esset, nec sit locus eius hæreditati num. 4.*

*Contrarium de Aequitate in materia immunitatis nu. 5.*

*Testamentum vt rumpat tanquam post sumus vel vt num. 12. filiorum compleat sufficit vt partus edatur viuus num 6.*

*L. quod certatum, & l. Vxoris abortu de posth. hæred. inst. declarantur num. 7. 8. 9. 10. 36.*

*Afflictus reprehenditur num. 11. & 28.*

*Partus viuus, & perfectus editus licet paulò post moriatur non habetur, ac si natus non esset, vt abortus natus mortuus num. 12. 13. & 29.*

*C. nam, & ego de Verb. signif. declarat nu. 14. 15. et 16.*

*Fundamento erroneo sublato cessat conclusio num. 18.*

*Partus octimestris viuere potest nu. 18. 19. 20. 44. 45. & 46. & rumpit testamentum num. 21. de veriori, & Aequiori num. 22.*

*Muliêres in Nazo Insula omnes octauo mense pariunt, & partus viuunt num. 20.*

*Opinio Doctoris liberans quem à muneribus benignior, & Aequior interpretatur num. 23.*

*Partus Vitalis censeri debet cum viuus nascitur n. 24.*

*Senatus Mediolani iudicatum num. 25. & 26.*

*In qualibet materia, siue succedendi, siue rumpendi testamenti, siue alia sufficere, quod partus nascatur integer, & viuus, licet statim decedat num. 27.*

*Partum viuum nasci sufficit, licet viuere non possit nu. 29. 60. & 62.*

*Natus 5. 6. 8. 10, & 11. mense viuere potest num. 30. 40, & 41. cum sequ.*

*Natus in dubio non præsumitur mense inhabili ad viuendum, sed habili num. 31, & 53.*

*Iuditium obstetricum certam rationem non habet, & præualere non debet præsumptioni naturalis nu. 32.*

*In materia consequendæ immunitatis 12. fil. secundum Constit. Mediolani sufficit si paratus in vtero viuat num. 33.*

*Cancellariæ Senatus Mediolani formula circa partum in materia immunitatis 12. fil. declaratur num. 34.*

*In materia duodecim filiorum sufficit quod duodecim filij eodem tempore vixerunt num. 35. & 74.*

*Hominis multiplex pariendi tempus datum, & cur num. 37.*

*Omnes animantes præscripta habent pariendi tempora solus homo indiscreta, & confusa num. 38.*

*Mulieres etiam decimo mense pariunt, & vndecimo num. 39. & 40.*

*Natus sexto mense duobusq; diebus dicitur iusto tempore natus num. 42.*

*Nati octauo mense cur viuere nequeunt num. 43.*

*Aliquando viuunt, & quare num. 44.*

*Astrologorum reprobatio num. 46. & 47.*

*Astra inclinant, non necessitant num. 48.*

*Natus in materia 12. fil. sufficit quod secundum regulam naturæ probabiliter viuere possit num. 49.*

*Post nonum, vel decimum mensem fœtus dicitur absolutus, & ei maternum alimentum non sufficere nu. 50.*

*Maturatio in fructibus crassioribus non tàm cita est, quàm intentionibus num. 51.*

*Gemini vnde confirmationem habere dicantur num. 52.*

*Ad impossibile nemo tenetur num. 54.*

*Probatio quod gemini nati sint nono, vel septimo mense est impossibilis, & cur num. 55.*

*Dies Conceptionis est incertus num. 56.*

*Fisco onus probandi incumbit geminos natos fuisse tempore quo viuere non poterant cum iuris præsumptio sit eos natos tempore quo viuere possent n. 57. & 62.*

*In dubio de Aequitate pro immunitate iudicandum est num. 59.*

*Senator Hieronymus à Basilicapetri num. 61.*

*Sutor nihil vltra crepidam num. 63.*

*Carolus Ciualerius I. C. num. 64.*

*Mortuo vno ex vndecim iam natis ante declarationem, & natiuitatem duodecim immunitas etiam sortitur suum effectum num. 65. & cur num. 68. & 69. 70. 74. & 75. & ita iudicatum à Sen. Mediolani num. 78.*

*Immunitas 12. fil. in Dominio Mediol. habet effectum à die petitionis viuo tamen edito partu num. 66.*

*Decretum Senatus, & ita fuit iudicatum ab illo Senatu num. 67.*

*In ventre positus priuato habetur ad sui fauorem quando proximum est tempus num. 68.*

*Liberi postea mortui prosunt ei qui propter numerum liberorum excusatus fuit à tutela num. 71.*

*Priuilegij vbi aliquæ reliquiæ restant licet causa finalis cesset ipsius cesset non cessat tamen priuilegium num. 72. 73.*

*Ventre prægnante mortuo Patre nihilominus beneficium immunit. 12. fil. competit ex iudicato Senatus Mediolani num. 77.*

*Immunitas 12. filiorum durat etiam post obitum Patris etiam si ex filijs moriatur, vel religionem ingrediatur modo alij in communione bonorum paternorum viuant num. 78.*

*Affertur iudicatum Senatus Mediolani num. 79.*

*Immunitas durat quousq; ex duodecim filijs si ad bonorũ*

divisionem

Decretum

*Decretum Senatus Mediolani quo declaratur filios diuersarum Vxorum contineri in numero duodecim liberorum ad obtinendam immunitatem num. 159. & 160.*

*Decretum Senatus quod immunitas prædicta conceditur etiamsi aliqui ex filijs seorsum à Patre habitent num. 161. & etiam post Patris obitum num. 162.*

*Immunitas ratione duodecim liberorum dicitur grauis, & onerosa num. 163.*

*Immunitas hæc dicitur concessa ex contractu oneroso num. 164.*

*In contractibus necessarijs est mutuus consensus n. 165.*

*Quod etiam extenditur ad præsumptos in multis casibus num. 166. & 167. cum plur. seq.*

*Immunitas concessa modo quod adimpleatur, eo impleto statim resultat contrarius immunes num. 171.*

*Fide sub publica nemo decipi debet num. 172. & 177. cum seq. ac num. 181.*

*Authoritas disponentis per lege habetur num. 173.*

*Princeps ex contraria obligatur etiam versus subsidias num. 174. cum seq. limitatur quando ex causa receditur num. 176.*

*Immunitas hæc tolli non potest sub quouis prætextu publicæ vtilitatis num. 179. & 180.*

*Bannitus securitas data seruanda est num. 181. cum seq. nec tollenda etiam per viam legis generalis num. 184.*

*Princeps non habet facultatem recusandi permissa nu. 185. & 186.*

*Immunitas ratione duodecim filiorum dicitur onerosa in eo in quo onerositas æqui posset immunitati, in eo autē in quo excedit dicitur gratiosa num. 187.*

*Immunitas de iure communi conceditur etiam si Pater, & filij seorsum viuit secus ex dispositione No. Const. num. 188.*

*Communio parit discordias num. 189. cum seq.*

*Immunitas concessa ob merita transit etiam ad fœminas num. 191.*

*Immunitas Decurionibus de iure cui concedebatur si filiorum haberent num. 192.*

*Immunitas conceditur iure communi inspecto, vbi sexdecim filios quis haberet num. 193. secus ex dispositione Nou. Constit. num. 199.*

*Immunitas ad onera municipalia, & personalia tantum se extendebat de iure communi num. 194. Quæ etiam mortuo Patre ad filios non pertinebat num. 195.*

*Immunitas se extendit etiam ad bona postea quæsita nu. 196.*

*Decretum Senatus in eam materiam num. 197.*

*Immunitas se extendit ad filios etiam mortuo Patre nu. 198.*

*Onera eius qui duodecim habet liberos intollerabilis dicuntur num. 201.*

*Immunitas prædicta conceditur in nutrimentum filiorum num. 204.*

*Alimenta à lege neq; tolli possunt num. 205.*

*Onera bellica ad Principem spectant num. 206.*

*Grex censetur vnicum corpus intellectuale, licet multitudinem animalium contineat num. 207.*

*Senecæ dictum circa Tantali pœnam num. 209.*

*Immunitas non potest dici magna ob spem lubricam num. 210.*

*Casus contingens non inducit, aut tollit læsionem etiam in fideicommissis num. 211.*

*Incertum quomodo æstimandum num. 212, cum seq. plur.*

*Immunibus quæ onera spectent num. 215. cum seq. plur.*

*Attendi semper debet qua contemplatione quod gestum est num. 218.*

*Egisse quis præsumitur ex ea causa quæ sibi vtilior est num. 219.*

*Immunis declaratur standum est quando res est dubia num. 220.*

*Vtile quod est ex sola scientia præsumitur acceptatum num. 221.*

*Martialis sententia circa connubium num. 222.*

*Dolus præsumitur in eo qui immunitatem rumpere satagit num. 223. cum seq.*

*Immunitas etiam duodecim liberorum non venit dispositione generalis num. 225.*

*Lucani sententia ob malam vicinitatem num. 227.*

*Insolitum dicitur in materia immunitatis id quod spacio mille annorum vna vice contingit num. 228.*

*Insolitum in alia materia num. 229.*

*Immunis factus à lege non tenetur etiam insolitis n. 230.*

*Decretum Senatus quod declaratus immunes prædictos non esse molestandos ratione onerum belli tempore impositorum num. 231.*

*Vtilitates publicæ causa alienum ius lædere non potest num. 232, nisi aliter fieri nequeat num. 233, & tunc soluto pretio num. 234.*

*Vniuersitas aliud est aliud singuli num. 235.*

*Altare vnum detegi nequit, vt aliud cooperi amor num. 236.*

*Immunitas ratione duodecim liberorum comprehendit etiam onera pro conseruationem status imposita num. 237.*

*Immunium bona non tenentur ad onera ratione belli, nisi deficientibus aliorum bonis, & sic ob necessitatem præcisam num. 238.*

*Necessitas eo casu dicitur quando onera paulò minus quam integros aliorum fructus annuos absorbeant nu. 239.*

*Onera æqua lite sunt distribuenda num. 240.*

*Debitoris infortunium creditori nocere non debet n. 241.*

*Immunitas concessa ex contractu oneroso tolli non potest ob quamcunq; necessitatem num. 242. cum seq. & lege differt ab alijs immunitatibus nu. 259. cum seq. plur.*

*Ecclesiastico in casu necessitatis tenetur ad onera n. 246. cum seq.*

*Immunes duodecim liberorum non tenentur ad constructionem viarum, & Pontium num. 249.*

*Decretum Senatus in ea materia num. 250.*

*Eccl. tenetur etiam pro præteritis oneribus leuamen nu. 251, Rom. Popul. exemplum num. 252.*

*Filiorum duodecim onus sustinens nunquam dici potest diues num. 256.*

*Immunitas ratione duodecim filiorum fauorabilis vndiq; dicitur num. 258.*

*In dubijs opinionibus ea recipi debet quam approbauit consuetudo loci in qua lis versatur num. 262.*

## Immunitas ob duodecim liberos conceditur etiam si filius vltimo loco natus, statim decesserit, suspicareturq; illum esse, octimestrem.
## Cap. CXXVIII.

FRequentissima est materia consequendi immunitatem ob duodecim liberos, de qua in Nou. Cōst.
1 Mediol. tit. de immunitate duodecim liberorum, quę conueniūt cum *l. si quis decurio Pater C. de De-*
2 *cur. lib.* 10, Quæ sanè immunitas dicitur beneficium quod latissimè interpretandum venit, vt tradit *Gabr. cons. 161. num. 2. lib. 2, & Menoch. cons.* 297. Quia hominum copia potius quam pecunijs status augetur, vt tradit *Paulus I.C. in l. cum ratio ff. de bonis damnatorum*, Et diximus in superiori libro *cap. 96. num. 15.* Et in dubio pro immunitate esse pronunciandum probat *Ofasc. decis. 95. num. 18*; Cum pluries hæsitatum sit an ea concedenda veniat, si natus vltimo loco statim etiam decessit, & sic natus videatur tempore, quo viuere non posset, vt in octimestre multi sunt arbitrati.

Difficultas in eo versatur, quod ille qui decessit statim postquam natus est videtur natus tempore, quo non posset viuere, & sic immaturus
3 adhuc esset partus, qui idcirco habetur, ac si natus nō esset, vel saltem natus, esset mortuus, *Tex. in cap. Nam, & ego de verborum significat. & probat Castrens. in l. Vxoris abortu num. 3. vers. & circa C. de posthum. hered. instituendis*, vbi dicit hanc quæstionem fuisse de facto Paduæ, & decisum quod licet quis viuus nascatur, tamen si certum sit quod naturaliter viuere non potest, vt est is qui natus est in sexto, vel octauo men-
4 se, tunc habetur, ac si natus non esset, nec sit locus eius hæreditati, Vt de octimestre decisum fuisse per Sacrum Concil. Neapolit. testatur *Affl. decis. 236. num. 6.* quam sententiam amplectitur *Tiraquell. in l. si vnquam verbo susceperit liberos num. 141. & 167. C. de reu. donation.* vbi multos alios refert *Paris. in cons. 56. num. 5. cum seq. plur. lib. 2. Grammat. cons. 154. num. 5. cum seq. in ciuil. Ruger. pleno cons. p. & nu. 42. vsq; ad finem, & Giurba ad stat. Messana glo. 4. cap. p. num. 37. vers. Proinde putat cum plur. seq. par. p.*
5 Contraria tamen sententia De AEQVITATE verior videtur, cum in his quæ liberationem à muneribus concernunt, benignior, & AEQVIOR videatur opinio eorū, qui illam partem tenent, vt per *l. si de interpretatione ff. de pœnis docet Rol. cons. 52. sub num. 3. vers. Vbi dicit lib. 2.*

Namq; sufficit, vt partus viuus ædatur ad hoc, vt testamentum rumpat tanquam posthumus, vel
6 vt numerum duodecimum filiorū adimpleat, etiam si paulò post moriatur, vt expresse cauetur per Imperatorem Iustinianum *in l. quod certatum C. de posthum. hared. instit.*
7 Et licet verbo perfectum partum vsus sit Imperator; Illud tamen non intelligitur respectu temporis, siue mensium, vt perperam interpretati sunt Doctores contrariam sententiā probantes; sed de perfectione membrorum; Id quod ellicitur ex sequentibus verbis viz. licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis, decesserit, nihilominus rumpi testamentum. Alias diuinare esset si admitteretur Imperatorem de octauo mense intellexisse.

Cum in dicto Textu, nec de octauo, nec de alio mense loqutus sit Imperator, Vnde sufficit posthumum natum fuisse viuum, ad rumpendū
8 Testamentum, dummodo ad monstrum, vel prodigium ille non declinet, vt clara sunt verba Textus ibi, Hoc tantummodo requirendo; Si viuus ad orbem totus processit ad nullum declinans monstrum, vel prodigium, Id quod fuerat etiam antea cautum à Diocletiano, & Maximiano in *d. l. Vxoris abortu C. eod. tit.*, ibi
9 quamuis natus illico decesserit. Cui dispositioni addidit tantum Iustinianus limitationem in casum monstruosum, vel prodigiosum; Quā sententiam mirificè exornat, & deffendit, *Eruditiss. Camillus Borella pleno cons. 28. præsertim nu. 41, & num. 52. cum plur. seq.*, vbi per multas, & rationes, & auctoritates deducit; Prout non minus doctè quam eleganter, & difusissimè eandem comprobat acutissimus *Odd. pleno cons. 28. num. 15. cum seq. plur., & num. 23. cum seq.*,
10 Auctoritatesq; in contrarium adductas tām Iurispetitorum, quām Medicorum, Philosophorum, Astrologorum, & Arithmeticorum contrarijs rationibus, & auctoritatibus omnino tollit, & eneruat.

Præsertim verò hanc conclusionem defendunt *Bal. in cons. 228. lib. p. cons. 407. lib. 2., Bertrand. cons. 217. num. 5. lib. p Boer. decis. 220. per totum*, vbi
11 reprehendit *Afflict. in alleg. decis. 236.* idem probat *Dec. cons. 623. col. p., & eleganter Petrus Gregorius lib. 10. syntag. iur. cap. 3. nu. 14. p. p., Ad rem Corneus cons. 176. num. 12. lib. 2. per l. p., & l. posthumi ff. de iniusto testam., & l. 2. & 3. C. de posth. hered. Instit. Polyd. Ripa tr. de act. in mortis articulo cap. 3. num. 17.*

Quando enim viuus, & perfectus editur partus, licet paulò post moriatur non potest conside-
12 rari, quod habeatur, ac si natus non esset, vt
13 præsumitur de abortu qui mortuus est natus *l. 2. C. de posth. hered. instit., & l. qui mortui 129. ff. de verbor. significat. & l. anniculus amittitur 132. § fi. ff. eodem tit., vt latè explicat Petr. Gregor. d. lib. 10. tit. 3. num. 14. in fine.*

Per quam declarationem, siue distinctionem tol-
14 litur obiectum, de quo *Tex. in cap. Nam, & ego de verborum signification.* qui intelligitur loqui de nato imperfecto, non de perfecto, Vt de eo qui mortua Matre, per vim extractus fuit ab
15 illius vtero, illo prius secato de quo dicta *l. Anniculus §. falsum ff. de verb. signif. & consuluit Socinus Iun. cons. 35. lib. 2.*; Quia tunc propriè non

dicere-

diceretur natus posthumus, & sic à natura per-
16 fectè, & congruo tempore editus, & spontè operante natura natus; Sed extractus violento hominis facto, qui ante tempus nascendi poterat in vtero mori, vt doctè scribit *Borella all.conf.28.num.53*, Et in puncto probat *Odd.cõs. 28. præsertim num.59.& 60.* vbi alia ratione, etiã docet dispositionem dicti *cap. Nam, & ego*; nõ obstare huic sententiæ, Cum ab Imperatore nõ admittatur in legibus citatis larga interpretatio dicti capituli; Quod is qui illico decessit, postquam natus est, habetur ac si non esset na-
17 tus, vt optimè explicat *Odd.d.num.60, & sit cum Cardin. Paris.in all.conf.56*, cum alijs citati, omne eius opinionis fundamentum constituerit, quod certum esset, partum octimestrem non
18 posse viuere *vt num. 5, & 8*; Sublato hoc fundamentum tãquam erroneo, cessat etiam eius conclusio iuxta *cap. cum Paulus p. qu. p., l. nam origo ff. quod vi, aut clam. & l. lex vectigali. ff. de pignoribus, Menoch.conf.211. num.92.*
Falsissimam autem esse eorum Auctorum opinionem, quod octimestris partus non possit viue-
19 re probat ibidem *Borella à nu.13.vsq; ad nu.41.*, vbi innumerabiles tradit rationes, & contraria exempla, dum multi nati in octauo mense diù
20 vixerunt, Et in Nazo Insula, mulieres omnes octauo mense parere, & partus omnes viuere traditibidem *num. 19.*
Quam conclusionem comprobat etiam *Odd.d.cõs. 28. per totum, maxime num. 15. cum seq.* vbi permultis fundamentis, & auctoritatibus probat
21 octimestrem partum posse viuere, & illũ rumpere testamentum, *& num. 61.* concludit hanc opinionem fauore partus octimestris, vti veriorem, & AEQVIOREM, & legali simplicitati amicabiliorem esse sequendam à Iudicibus
23 doctis, & perspicacis ingenij, qui auctoritatibus nudis Doctorum non sunt contenti; Et ita fuisse iudicatum per *Ex. I. C. Io. Paulum Lancel-*
23 *lotum testatur*; Quia opinio Doctoris liberans, quem à muneribus benignior, & AEQVIOR interpretatur, vt per *l. si de interpretatione ff. de pænis tradit Rol.conf.12. sub num.3. in fine lib.2.*, Et
24 omni in casu partum esse vitalem, cum viuus natus sit censeri debeat.
Prout etiam censuit Senatus Excellentiss. Me-
25 diolani die 18. Maij 1599, fauore Fabritij Villæ cui natus fuerat duodecimus filius graui morbo laborante matre qui infans paulò post mortuus erat, patrocinante eximio I. C. D. Io. Baptista Vicecomite, mox Amplissimo Sena-
26 tore creato; Prout pariter hoc idem censuit Sen. Excellentiss. die 15. Ianuarij 1616. referente Amplissimo Senatore Callento fauore Io. Andreæ Merzagoræ Angleriensis, qui habens decem filios, & Vxorem grauidam, non curauit, vt assumerentur de more informationes, quæ tantum iussu Senatus assumi solent; quando vndecim viui sunt filij, & Vxor prægnans est; Cum enim peperisset geminos, qui post spatium aliquot horarum decessserant; confugit ad Senatorẽ Merzagora, vt immunitatem obtineret, & assumptis informationibus de vita aliorum decem filiorum, Et quod gemini nati viui fuerant, quamuis ex post mortui; Senatus iussit, vt Collegium Fiscalium eius votum subijceret cum nati non viderentur gemini tempore quo viuere possent eo ipso, quod paucarum horarum spatio mortem ambo obijssent; Tandem audito voto Collegij Fiscalium me patrocinante pro ipso Merzagora immunitatem concessit Senatus Excellentissimus, & quia per me scripta, & iuris allegationes dicti Amplissimi Vicecomitis impressi simul curauerat Merzagora quibus se subscripserat Eruditissimus tũc Aduocatus nunc Amplissimus Senator D. Hieronymus à Basilicapetri, & Egr. D. Carolus Ciualerius ipsas allegationes hic subijcere malui ex quibus veritas huius quæstionis magis elucescit.

*Pro Fabritio Villa, in causa petita immunitatis ob numerum duodecim filiorum.*

AD probandum, quod Fabritius Villa cui duodecimus filius natus est viuus, & post duas horas mortuus est sit in casu gaudendi beneficio *No. Const. in tit. de immun. & iur. 12. liber.* facio infrascriptas conclusiones.
Prima est, in qualibet materia siue succedendi, siue rumpendi testamenta, siue alia, sufficere, quod partus nascatur totus integer, & viuus, licet (vt ait *Tex. in l.quod certatum, C.de posth. her.*
27 *inst.*) illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decedat, *est Tex. in l. quod dicitur. de lib. & posth. & in dicta l. quod certatum*, vbi est casus decisiuus, vbi habentur hæc verba in fine illius legis, hoc tantummodo requirendo si viuus ad orbem totus processit ad nullum declinans monstrum, vel prodigium, sequuntur Doct. ibidem *Bart. Bald. Alex. Castr. & alij præcipuè Corn.*
Secunda conclusio est, licet aliqui voluerint natũ taliter, quod viuere non possit haberi pro non
28 nato, vt inter alios *Affl. d.decis.236.* tamen cõtrarium multo plures voluerunt, vt etiam sufficiat viuum nasci, licet viuere non posset, &
29 contra *Affl.* decisum fuisse testatur *Boer. decis. 220.* ita tenuit *Bald. in duob. consilijs ibidem allegatis, Corn.d.l.fin. Dec.conf.623.num 3 vol.4. Alb. de Ros.in l.septimo mense.de stat. homi.* & alij quãplures tãm ab ipso Boerio, quàm ab *Vrsil.ad dict. decis.236. allegat. & Bertr. conf.217.num.5. vol.1. Marcus Vetran.de iure liber.c.27.Petr.Greg syntag. lib.10.c.3.14.par.1.* quos allegat *Borell.in conf. infra allegando. num. 14.* ita vt possit etiam iure sustineri hæc opinio, in qua tamen parum nobis insistendum est cum non simus in hoc casu.
Tertia conclusio est, natum 5. 6. 8. 10. & 11. mense
30 viuere posse, vt latè per Philosophicas rationes tenuit Doctissimus Philosophus D. Speronus de Speronis in suo Dialogo de tempore pariendi, vbi omnino videndus est, quẽ allegat
etiam

etiam *Apoſtill. ad Corn. in d. l. quod certatum*, *&* *Cam. Borell. conſ.* 28. *num.* 14. vbi latè, & plures
allegat. atteſtantes, quod partus octimeſtres
vixerſit, ſed & in hoc parum inſiſto, quia opus
non eſt in præſenti caſu.

Quarta igitur ſit concluſio, quòd in dubio natus
non præſumitur menſe inhabili ad viuendum,
31 ſed habili, vt in puncto ſcripſit *Boer.* vbi ſu-
pra circa finem *verſ.* tamen iudicabitur iſte
partus, *&* *Magon. deciſ. Flor.* 41. vbi hoc tenet,
& iudicatum fuiſſe, & habitum pro vitali non
obſtante iuditio obſtetricum, quæ iudicaue-
rant partum fuiſſe 6. vel 8. menſium ea ratio-
ne, quia cum iuditium obſtetricum certam ra-
tionem non habeat, non debet præualere præ-
32 ſumptioni naturali, & vt latius apud ipſum,
& vt in puncto quæſtionis noſtræ in materia
immunitatis concedendæ in caſu quo duode-
cimus filius ſtatim natus mortuus eſt, viden-
dus eſt *Camill. Borell. conſ.* 28. vbi planè quæſtio-
nem noſtram pertractat.

Quinta ſit cōcluſio, quòd quidquid dici poſſit in
materia rumpendi teſtamēti, certè in materia
33 conſequendæ immunitatis ſufficit, iuxtà Tex-
tū ipſius Conſtit. ſi in vtero viuat ibi enim ex-
preſsè habetur duodecimus ſi in vtero fuerit
etiam comprehendatur, & ita requirit ſolum
34 exiſtentiam in vtero, & licet forma Cancel-
lariæ ſit cum conditione modo partus viuus
edatur tamen primo poteſt dici hanc condi-
tionem eſſe iniuſtam, & reſtringere beneficiū
conſtitutionis; duo omnino in caſu noſtro ad-
ueniſſe conditionem, quia viuus natus eſt, &
& aliud eſt, requiri, quod viuus naſcatur,
aliud quod ſit habilis ad viuendum, nam ſuf-
35 ficit, quod duodecim filij eodem tempore vi-
xerint, vt pluribus auctoritatibus probat *Bo-
rell. vbi ſupra per Tex. in l. ſi quis decurio. la prima.
C. de decur. lib.* 10.

Quæ omnia fundantur ſuper *Tex. in d. l. quod certa-*
36 *tum*, vbi ſolum requirit Imper. quod naſcatur
viuus per ea verba illud tantummodo requi-
rendo, non autem quæſiuit quo menſe, aut
qualis naſcatur, & prout latius apud ſupraſ-
criptos Doct. videre licet.

Ex quibus iunctis deciſionibus de quibus *&* *Boer.*
& magis in terminis *Magon. d. deciſ.* 41. & pun-
ctualiter in materia, *&* *quæſt. noſtra Borell.* vbi
in fine conſilij ait, per Regiam Cameram ita
fuiſſe iudicatum, debet omnino Senatus Ex-
cellentiſs. petitam immunitatem concedere;
& ſi quis ex Magn. Senatoribus in aliquo hæ-
ſitet dignetur videre ſcripta diffuſius per *Boer.
Magon. & Borell. & alios ab ipſo allegatos*, & pe-
nitus omnis ſcrupulus euelletur.

*Io. Baptiſta Viccecomes I.C. Colleg.*

## Iuris allgationes pro Io. Andrea Merzagora.

*In cauſa petitæ immunitatis duodecim liberorum.*

SVper quæſtione, quam nuperrimè in dubium
reuocauit Excellentiſsimus Senatus, an ſcili-
cet, Immunitas duodecim liberorum conce-
denda ſit, quotieſcunq; duodecimus filius po-
ſtremo loco natus, ac poſt horam in circa mor-
tuus eſt, ita vt non conſtet, an natus ſit eo tem-
pore, quo viuere poſſet; Eleganter adeò, & do-
ctè pro Fabritio Villa permulta ſuperioribus
annis à Perill. tunc præſtantiſſimo Aduocato,
nunc Senatore Integerrimo D. Io. Baptiſta Vi-
cecomite ſcripta fuere, vt Soli lux abſq; dubio
adderetur, ſi ſpicos aliquos poſt tam diligen-
tem meſſorem colligere, & aliquid ſubiun-
gere cenſerem. Nihilominus, vt ijs morem
geram, quorum mandatis, & parere etiam te-
neor, nonnulla adducam, ſiuè potius reperam
fundamenta, ad demonſtrandum, quòd gemi-
ni nati Io. Andreæ Merzagoræ, de quibus agi-
tur, nati ſint eo tempore, quo viuere poterant,
quæ partim deduxit, partimq; ſciens, de in-
duſtria prætermiſit dictus Perilluſt. D. Viceco-
mes, & de quibus ferè omnibus ſit mentio ab
Eruditiſſimo Camillo Borella *in conſ.* 28. in quo
præſentem materiam fuſiſſimè pertractauit.

In primis enim, perpendenda videtur communis
illa Philoſophorum, Hiſtoricorum, Legiſtarū,
ac ſacrorum etiam Doctorum concluſio, quòd
37 hominum multiplex pariendi tempus datum
eſt, cum ſolus ipſe ex omnium animantium
genere varia generationis tempora obtineat,
totoq; anno, & incerto gignatur ſpatio, vt teſ-
tatur *Ariſtot. de natura animal. lib. 7. cap.* 4. *Aui-
cenna Pen.* 21. *lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 1. *Plin. lib* 7. *cap.* 5.
*& Hier. Cardanus de ſanit. tuen. lib.* 1. *cap.* 10. quod
etiam probat *Diuus Ambr. lib.* 5. *Hexaemeron.
c.* 10. dum inquit, quòd omnes animantes præſ-
38 cripta habent pariendi tempora, homo ſolus
indiſcreta, atq; confuſa; Mulieres enim, & de-
cimo parere menſe affirmat *Tiraq. in repet. l. ſi
39 vnquam in ver. ſuſceperit liberos. num.* 210. *C. de re-
uocan. donat.* ac vndecimo menſe etiam partum
40 geri voluit *Iuſtin. in §. fin. in authen. de reſtit.* & ea,
quæ parit in 11. menſe. Infinitos Authores
hanc concluſionem comprobantes refert *all.
Borella in recit. conſ.* 28. *num.* 46. *cum duob. ſeq.* id-
circò ibi ad ſaturitatem perlegi poſſunt, ad
quem me remitto.

Ex hac verò concluſione abſq; vlla controuerſia,
& ſerio, deſumitur, quòd nō ſolū nati nono, &
decimo, ac ſeptimo, ſed etiam octauo, & ſexto,
necnon & quinto menſe, viui euadere poſſunt,
41 ſicuti in ſpecie probarunt *Plutarch. de placit.
Philoſophorum lib.* 5. *cap.* 18. & ex mente *Aſcle-
piadis Medici*, *Nicolaus Leoninus de varia hiſtoria
lib.* 1. *cap.* 99. ac ſexto menſe, duobusq; diebus
42 natum iuſto tempore natum eſſe, *poſt Vlpianū
in l. inteſtato. §. vlt. ff. de ſuis, & legit.* tenet *Menoch.
de arbitr. Iud. caſu* 89. *num.* 35. licet deinde ſub
eodem num. ſubiungit, credere, quod ſecun-
dum menſes lunares, dictum tempus contine-
tur ſex menſibus, & quinque diebus (quicquid
dicant Aſtrologi, quod nati octauo menſe vi-
uere nequeant, ea ducti ratione, quòd ſub ſy-
43 dere Saturni tunc nati dicantur, qui cum fri-

gidus, & ſiccus ſit, morti aſſimilatur, & partum
viuere non patitur, ex quo hominum vita ex
callido, & humido nutritur, vt refert *Petrus de
Apono in conciliat. differ. 49. ac teſtatur Phyſ. Tho-
mas Tomai in eius libro inſcripto, Idea del vago giar-
din del Mondo. cap. 9. prope finem.*

Quia præter quòd nonnulla humana corpora
adeò calidirate, & humiditate abundant, vt
ſicuti contraria contrarijs curantur, ita ex fri-
44 giditate, & ſiccitate illius ſyderis Saturni aſ-
ſeruantur, non autem corrumpuntur, Ac præ-
terquam quòd de hac re variè ſenſerunt natu-
rales, Medici, ac ipſi Aſtrologi, vt latiſſimè ha-
betur apud *Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in verb. ſu-
ſceperis liberos, nu. 141. C. de renoc. donat. Sfor. Odd.
conſ. 66. num. 20. & 93. ac in tr. de compen. art. 2.
par. 6. num. 13. & Bonif. Rog. conſ. 9. in princip.*

Si admitteretur illud Aſtrologorum aſſumptum,
quod nati octauo menſe viuere nequeant, vitã
& mortẽ pœnes ſydera, & planetas eſſe ſeque-
retur, contra illud ſcriptum Deuteronomij
45 cap. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam,
& Sapien. c. 16. Tu es Domine, qui vitæ, &
mortis habes poteſtatem, & deducis ad por-
tas mortis, & reducis. Ac illud Euang. Eſto-
te parati, quia neſcitis diem, neq; horã; Quod
cum abſurdum videatur, dicendum non eſt,
aſtringi Deum Opt. Max. ad planetarum in-
fluxum, ſiuè (vt inquit Cicero) ad Lunæ trac-
tum ſeruandum.

Cum per Ezechielem in cap. 32. dicat, Et operiã
46 cum extinctus fueris Cœlos, & nigreſcere fa-
ciam ſtellas eius, Solem nube tegam, & Luna
non dabit lumen ſuum, omnia luminaria Cœli
manere faciam ſuper te.

Maxime, cum Aſtrologorum in hoc iudicio ferè
vna fiat aſſertio, & ideò, vt plurimum, in inſa-
nias incidunt, ac cum eorum ſcientijs vitam
iugiter ducunt miſerrimã, & dum moriuntur,
47 in profundum demergunt, vt ſcriptum reliquit
*Borell. all. conſ.* 28. *num.* 28. qui ad eorum falla-
ciam oſtendendum per multa tradit.

48 Vltra quod confert vulgatum illud dictum,
quòd aſtra inclinant, ſed non neceſſitant.

Quare ijs ſtantibus, remouetur omnis hæſitatio,
quin gemini illi nati viui dicto Merzagoræ ad
complementum duodecim liberorum, nati non
ſint tempore, quo viuere poterant, Si natum
quolibet menſe à quinto ſupra incluſiuè, viue-
re poſſe probatum extitit, Niſi aliter Altiſſimo
49 Creatori placuerit, cum ſufficiat probabiliter,
ſecundum regulam naturæ, potuiſſe viuere,
licet propter aliquod accidens, & propter aliã
cauſam viuere nequierint, *Hier. Gabr. conſ.* 55.
*in fin. Magon. deciſ. Flor.* 48. *nu.* 6.

Immo, dictos geminos nouo menſe, potius, quàm
alio tempore natos fuiſſe, maxime ſuadent ſe-
quentes præſumptiones.

Primo, quia ſicuti præſcriptum non eſt, ſeptimo,
nonouè, aut decimo menſe pariendi tempus,
ſed dumtaxat tempore, quo abſolutus fœtus in
eam corporis molem aſſurrexit, cui maternum
amplius alimentum minimè ſufficiat, nec lo-
cus in quo quieſcit ei capiendæ ſatis, nec calor
per arteriam ad eam refrigerandam delatus,
idoneus amplius exiſtat, quod ferè poſt nonũ,
50 vel decimum menſem contingere ſolet, hac de
cauſa fœtus in vtero veluti oppreſſus, ita ſe ſe
volutare incipit, vt membranas quibus inclu-
ditur, diſcerpens, & ſecundas euellens, pro-
deat, domicilij alimenti, & ſpiritus cupidus
amplioris, vt tradit Ioannes Valuerdus de cor-
poris humani Anatome, *lib. 3. cap. 14. ac recitat.
Thomas Tomai in d. cap. 9. circa finem.*

Ita poſtquam viui nati fuere dicti gemini, dicen-
dum eſt, quod maternum alimentum amplius
non ſufficiens, diſcerptis membranis tempo-
re maturo prodeunt, & ſic nono menſe editi
fuerunt.

Secunda præſumptio ex eo deſumitur, quòd in
fructibus craſſioribus non tàm cita eſt matu-
51 ratio, quàm in tenuioribus, hinc eſt, quod fœ-
tus tenuiores citius ſeptimo, aut nono menſe
ad maturationem perueniunt, quàm craſſio-
res, vt inquit Parens Pariſienſis de generatio-
ne hominis *cap. 30. in fin.*, quia ex multo, &
copioſo mole viribusq; & ſemine conforma-
tionem habuerunt, vnde & ipſi maiores, &
craſſiores exiſtunt, itaut ad plenam ſui abſo-
lutionem, perfectionemq; plus temporis re-
quirant.

Verùm cum conſtet dictos geminos ex multo, &
copioſo mole, viribusq;, & ſemine conforma-
tionem habuiſſe. Ex eo ſaltem, quòd bina cor-
52 pora habeãt, mox multis auctoritatibus refert
*Borella alleg. conſ. 28. num. 36.* & conſequenter
craſſiores fœtus vocandi ſunt; neceſſariò ſequi-
tur dicendũ, tardiùs, & ſic ſaltem nono menſe
fuiſſe editos dictos geminos, non intempeſti-
uo tempore natos.

Vltimo, aſſumptum hoc valde ſuadet concluſio
illa, quòd in dubio natua non præſumitur men-
53 ſe inhabili ad viuendum, ſed habili, licet re-
pente moriatur, *l. vxores abortu. C. de poſth. ha-
red. notat. Bald. in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin.
Dec. in cap. per tuas. col. 2. extra de probat. Socin. iun.
conſ. 35. num. 25. lib. 2. Sfor. Odd. conſ. 28. quos ſequi-
tur Peregr. tract. de fideicom. art. 45. alias 43. per
errorem, ſub num. 30. circa med. hanc concluſionem,
etiam poſt Boer. in alleg. deciſ. 220 circa fin ac Burſat.
conſ. 35. num. 10. probat Magon. deciſ. Flor. 41.* qui
id etiam iudicatum fuiſſe teſtatur, non obſtã-
te indicio obſtetricum, quæ partum fuiſſe ſex,
vel octo menſium iudicauerant, quod magis
eſt. Ergo nono menſe potiùs natos fuiſſe con-
cluditur.

Præterea, aduertendum eſt, quòd ad impoſſibilia
54 nemo arctatur, *vt vulgati iuris eſt*, & tradit
poſt alios *Surd. deciſ. 89. num. 2.* Atqui probatio
quod gemini hi nati ſint nono, vel ſeptimo
menſe (dato citra veri præiudicium, quòd nati
octauo, vel ſexto, ac quinto menſe viuere ne-
queant) dicitur impoſſibilis, eo quia nec mu-
lieres ipſæ parturientes verè ſciunt ex quo
coitu,

55 coitu, & quando conceperint, *l. 1. §. si mulier. ff.*
*de lib. agnoscen. glos. in cap. 1. in verb. quadraginta.*
*dist. 5. Boer. decis. 299. sub nu. 1.* qui in eius senten-
tiam refert *Bald. in cap. per tuas, col. 2. vers. Item*
*nota. de probationib.* dicentem, diem natiuitatis
esse certam, & conceptionis incertam; hoc
etiam tradit Philosophorum Princeps *lib. 7. de*
*histori. animal. cap. 4.* cum nec eidem mulieri
56 parturienti credetetur, quo mense, aut tem-
pore conceperit, *Burs. cons. 63. num. 21. vol. 1. &*
*Conan. in commen. Iur. ciuil. lib. 8. cap. 7. sub num. 2,*
Si igitur nec ipsa mulier parturiens asserere po-
test secundum rei veritatem quonam mense
filium peperit, scilicet an septimo, vel octauo,
aut nono mense, quisnam hoc affirmare audet?
& cui hoc credi debet? Quare sequitur, quòd
cum iuris præsumptio faciat pro dicto Merza-
gora, vt gemini nati sint tempore quo viuere
poterant, Fisco contrarium asserenti transfe-
ratur onus id probandi, prout concludentissi-
57 mis probationibus, id probauit ille, qui con-
trarium prætendebat, & obtinuit à Sacro Con-
silio Neapolitano, sic testante *Affl. in decis. 236.*
*num. 2. & seq.* & quorum genere probationum
vllo modo nec Fiscus, nec quisquis alius in hac
controuersia vti poterit, cum admodum dis-
par sit casus hic noster ab illo de quo meminit
*Afflict.*

Postremo, si pro victoria causæ, hæc non sufficiūt
(quod mihi in mentem cadere nequit) sup-
pleant Boerij, & Borellæ, ac Magonij grauissi-
morum Doctorum auctoritates id testantes,
& quamplurimis fundamentis vno ore id fir-
mantes; Suppleatque infallibile, & AEQVIS-
SIMVM Excellentiss. Senatus iudicium; Cum
Amplissimus ipse Ordo re semel, atq; iterum
maturè perpensa, filium duodecimum dicto
Villæ immaturo tempore, natum potiùs ex im-
pulsu, & vi lethalis morbi, quo iam per mul-
tos dies antea cruciabatur eius infœlix ma-
ter, & post duas horas mortuum, natum fuisse
tempore, quo viuere poterat, iudicauit die
18. Maij anni 1599. & consequenter ipsum
Villam fuisse in casu gaudendi beneficio Noa
*Const. in tit. de immunitate, & iure duodecim libe-*
*rorum.*

Sicuti idem etiam fore iudicaturum De AEQVI-
TATE, tantò magis speratur ad fauorem Io.
Andreæ Merzagoræ, quantò in partu dictorū
eius geminum cessat vis illa impulsiua morbi,
quo affecta erat vxor dicti Villæ, cessatq; præ-
sumptio illa, quòd nati fuerint immaturo tem-
pore, sicuti tali tempore dicti Villæ filium na-
tum fuisse ex priuilegio illi cōcesso, & ex eius-
dem probationibus constat.

Præcipuè quia immunitas hæc non dicitur priui-
legium, quod strictè interpretari debet, sed
beneficium, quæ idcircò dicitur fauorabilis, ac
58 latè De AEQVITATE interpretanda est,
*Menoch. cons. 197. num. 19. & cons. 466. num. 2. quem*
59 *sequitur Surd. decis. 123. num. 6.* pro qua immuni-
tate in dubio sequendo AEQVITATEM iudi-
candum est, vt post *Gratum responso 61. num. 55.*
*vol. 1. tradit Osasc. decis. 95. num. 18.*

Præter quòd ex dispositione iuris communis, nō
requiritur, quòd filius vltimo loco natus, nas-
catur tempore quo viuere posset, sed tantum,
60 quòd viuus nascatur, vt loquitur *Text. in l. quòd*
*certatum. C. de posth. hæred. instit. & post Borell.*
ac alios disertè tradit dictus Perill. D. Vice-
comes in recitatis iuris allegationibus prope
finem, & ita &c. saluo &c. Mediolani die 20.
Octobris 1615.

Ad laudem O. D. atq; Deiparæ semper
Virg. Mariæ.

*Iulius Cæsar Caluinus I. C. Colleg. Derth.*

CVM doctè eruditissimus D. Cōsulens scrip-
serit, & materiam benè, ac diligenter trac-
tauerit, meq; solum de subscriptione requisi-
uere libenter annuere volui. Et ita iuris esse
censeo:

61 *Hier. à Basilicapetri I. C. Colleg. Mediol.*

HAnc ego quoque consultationem verissimā
esse dico, ex legibus citatis, scilicet *Tex. in l.*
*2. & 3. C. de posth. hæred. instit.* secundum in-
ductiones *Borell. cons. 28. & Sfor. Oddi pariter*
*cons. 28.* sufficit enim, quòd viuus partus nasca-
62 tur, licet nec vagitum, aut vocem emiserit, &
præsumitur natus in tempore, quo viuere po-
test, & allegaṅti contrarium incumbit onus
probandi, nec multum credendum est Docto-
ribus, qui volunt ponere falcem in alienam
messem, & disputare quo tempore partus sit
63 vitalis necne, Nam sutor nihil vltra crepidā,
*Tex.* enim illi citati supponūt partum esse vita-
lem si viuus nascitur, & ob id, qui viuus nasci-
tur, fruitur priuilegijs, quæ dantur omnibus
vitalibus. Et ita quoq; sentio cum præfato
Eruditissimo consulente, saluo &c.

64 *Carolus Ciualerias I. C.*

Et hæc conclusio ampliatur etiam procedere,
quando ante obtentam declarationem immu-
nitatis, & antequam natus esset duodecimus
65 filijs, alius ex vndecim iam natis decessisset
post tamen assumptas informationes de ven-
tre prægnante duodecimi filij.

Qandoquidem cum statim post assumptas infor-
mationes de vita vndecim filiorum eodem
tempore, & de ventre prægnante, ex quo po-
stea viuus æditus fuit duodecimus filius immu-
nitatis eius effectum sortiatur in hoc dominio
66 vlt. à die petitionis, quo constitit, per infor-
mationes deinde assumptas adesse in vtero
viuum vltimum filium, modo ille viuus fuerit
natus, vt quotidie obseruat Senatus Excellen-
tissimus; *Costa de retrotract. cap. 2. nu. 4. & affir-*
*mat Amplissimus Senator Bell. lib. 2., de his qui in*
67 *continenti fiunt cap. 28. nu. primo lib. a.* vbi testatur

ita fuisse decisum per Senatum Excellentissi-
mum die 25. Augusti 1621., Cum in ventre po-
68 situs pro nato habeatur, in sui fauorem, quan-
do proximum est tempus natiuitatis, l. qui
in vtero ff. de statu hom. Thesaur. decis. 257. num.
8. in fine, Boss. tit. de Principe num. 154. cum seq. &
Additionator ad Albam cons. 794. litt. A. in fine.
69 Propterea nihil refert, si interim aliquis ex
alijs vndecim filijs moriatur, Tortus ad statut.
Papiæ 145. in Ciuit. num. 13.
Ratio est, quia, quando Priuilegium, siue gratia
sortita est effectum, Nihil, nocet si aliquis ex
70 liberis moriatur, per ea quæ habentur in l. li-
bertinus §. amisso ff. de oper. libert. Vbi liberi amissi
quo ad futuras operas prosunt, & in l. 2. §. opor-
tet ff. de excusat. tut. Vbi liberi postea mortui
71 prosunt ei, qui propter numerũ liberorum ex-
cusatus fuit à tutela, Et in l. si quis hæredem C. de
instit. & substitut. Rol. d. cons. 52. num. 47. vers. se-
cundo pro lib. 2.
72 Vbicunq; enim restant reliquiæ aliquæ Priui-
legij, licet cessat causa finalis ipsius Priuilegij;
nihilominus non cessat priuilegium propter
reliquias, quæ remanent l. fin. ff. de Decur. & l. 3,
& 4 ff. rerũ amotarum, vt probat Annania cons. 105,
quod est vltimum sub num. 4. præsertim vers. & licet,
Et ferè in his terminis tradit Bombinus in quæst. siue
dubio octauo num. p. registrata post eius consilia,
73 qui ita Romæ fuisse iudicatum scribit num. 3,
etiamsi eo casu informationes fuerant assum-
ptæ, post mortem duodecimi filij qui vixerat
per menses quattuor; Quia sufficit vt omnes
duodecim filij fuerint viui eodem tempore,
74 Quamuis viuos illos esse debere tempore pe-
titionis immunitatis computato eo, qui erat
in vtero, licet mortui exinde fuerint aliqui,
75 supra probauimus, & habetur in l. p. C. de his
qui pro numero & tradit Rol. all. cons. 52. sub num. 6.
76 vers. nec refert lib. 2, Et ita censuit Senatus Ex-
cellentissimus die 29. Martij 1632. referente
Amplissimo Senatore D. Francisco Arguis fa-
uore Iureconsulti Ludouici Ghilini Alexan-
drini, Cui post petitionem immunitatis, &
post assumptas informationes de ventre præ-
gnante eius Vxoris, & de alijs vndecim fi-
lijs viuentibus, antequam duodecimus filius
nasceretur, decesserat vnus ex alijs vndecim;
Et tamen AEQVITATE inspecta declarauit
Sen. adhuc eidem competere beneficium No.
Const. in tit. de immun. duodecim liberorum.
Quod beneficium eque prodesse declarauit Sen.
Excellentiss. etiam si ventre prægnante, & ad-
huc non nato duodecimo filio in ventre exis-
77 tente decessisset, eius Pater, de quo Senatuscõ-
sulto meminit idem D. Senator Bellonus loco relato
nu. 3. Vbi seq. num. etiam testatur immunitatem
78 hanc durare post obitum Patris; Etiamsi ali-
quis ex filijs moriatur, vel Religionem ingres-
sus esset, Modo remaneant alij in communio-
ne bonorum Paternorum, vt censuit Senatus
79 die 7. Iulij 1603. in causa Celciarorum, & Ci-
uitatis Nouariæ, & probat Rol. all. cons. 52. vers.
nec refert sub num. 6, & num. 46. cum seq. plur. lib. 2
Menoch. cons. 486. Surd. decis. 123. Franciscus de Ton-
80 ote cons. 16. per totum, & cons. 17; Cum immunitas
ipsa duret quousq; viuat vnus ex duodecim
liberis, si ad bonorum diuisionem non fuit de-
uentum, vt probat Bim. cons. 219. nu. 22, & Crau.
cons. 664. num. 19.
Si verò defunctus esset vnus ex filijs, pluribus re-
lictis filijs, & sic vndecim tantum liberos ha-
beret Pater, & Nepotem, siue nepotes ex filio
81 prædefuncto, Adhuc immunitatem iure com-
muni inspecto obtineret Pater qui diceretur
habere 12. filios computato nepote ex filio
prædefuncto, Quamuis, si plures essent Nepo-
tes ex filio, non repræsentarent nisi eorum Pa-
82 trem, & sic vnum tantum filium ad obtinendã
immunitatem, vt probat Tex. in l. 2. C. qui num.
liber. se excus., ibi, neq; nepotes numerantur,
quorum Pater superest §. cum filius Instit. de hæ-
red. ab intest., vt probat Angel. in §. p. Inst. de ex-
cusatione tutorum per Tex. in l. nepotes, vbi Io. de
Platea C. de his qui pro muneribus liber., Imol. cons.
77. col. 2, quos sequitur Roland. all. cons. 52. num. 7.
lib. 2, hanc sententiam amplectitur Franch. decis.
259. num. 14. & Menoch. all. cons. 486. sub num. 28.
vers. Quarta est.
Qui Nepotes ex filio, licet viuo Patre, non pro-
83 sint auo; Eo tamen mortuo habentur loco
vnius filij, etiam quo ad munera personalia, vt
cauetur in d. l. Nepotes, & explicat Roland. loco re-
lato.
Quamuis inhumanum esse, & contra omnem AE-
QVITATEM, affirmat Gaspar Antonius Thesau.
ad d. decis. 267. sub num. 6., Vers. & re vera, vt Ne-
84 potes qui ab auo sunt alendi, & qui filij Eque
dicuntur non faciant numerum cum alijs filijs
ad obtinendam immunitatem ob duodecim
liberos à lege concessam, Quia cum præcipuè
85 talis immunitas concessa dicatur, vt Pater
educationi filiorum possit commodè vacare,
Sine grauamine onerum, & collectarum, vt
probat Menoch. cons. 486. sub num. 14. vers. Re-
86 pondetur primo; Illud esset sumere panem filio-
rum, & dare canibus, vt subijcit idem Thesaur.
Qui etiam scribit non obstare huic AEQVI-
TATI rigorem iuris in d. l. 2. §. non solum ff. de ex-
cusat. tut. Vbi plures nepotes pro vno capite
numerantur; Quia Tex. loquitur in excusando
à tutela, quo casu nihil deperit filijs, & Nepo-
tibus, Cum tutor de substantia propria mino-
res non alat, Sed secus esse in hoc casu vbi trac-
tatur de tollendis alimentis proprijs nepoti-
bus solutione onerum, à quibus immunis esse
87 deberet auus, si nepotes inter filios enumera-
rentur ad constituendum numerum duodeci-
88 mum, Vt connumerantur in præstatione ali-
mentorum, Et hanc partem comprobat Natta
cons. 64. num. 13, Rol. all. cons. 52. num. 7. lib. 2. Socin.
Sen. cons. 59. num. 6. lib. p. quos sequitur Menoch. all.
cons. 486. num. 29. Prout Tex. in d. l. 2, loquitur de
89 nepotibus ex filia, vt exprimit ibidem Glo., Nõ
autem de nepotibus, & filio inter quos magna
est

est deferentia, vt de se patet; Quemadmodum
etiam *Tex.* ipse loquitur de muneribus muni-
cipalibus, non de patrimonialibus, de quibus
non sine mysterio lex non loquitur, sed ad
90 municipalia tantum se restringit, vt explicat
ibidem *Thesaur. Iun.*, Per quam rationem res-
ponderi etiam potest *Tex. in d. l. nepotes C. de
his qui num. liber.*, *lib.* 10; Non puto tamen in
91 practica hanc, Thesauri opinionem obseruari,
quamuis AEQVITATI coniunctissimam illam
esse pateat, Maxime cum Menochius, & cæteri
potius probẽt priuilegium immunitatis con-
92 cessum filijs, transire ad nepotes, quam quod
nepotes faciant numerũ in constituendo duo-
decimum filium.
Quæ disputatio cessat omnino in hoc Mediolani
Dominio, Cum Nou. Const. omnino excludãt
93 à numero filiorum Nepotes, Et sic verè filij
duodecim viui eodem tempore requiruntur,
vt immunitas aquiratur, Exclusis ex filio nepo-
tibus.
Et hanc immunitatem non solum se extendere
ab bona postea aquisita, viuente Patre, sed etiã
eo prædefuncto per fratres, in communione
94 tamen viuentes, probat idem *Menoch. alle. cons.
486. in fine post Bar. Alex. Paris. Nattam, & Di-
dacum ibi citatos*, quorum sententiam amplecti-
tur *Bal. in Auth. Item nulla vers. deinde quæro C. de
Episcopis, & Cler. Osasc. decis.* 136. *Alba pleno
cons.* 8. *Bursa. cons.* 10. *num.* 77. *lib. p.*, Et ita sæpè
95 declarauit Senatus Excellentiss. præsertim
die primo Septembris 1564, vt manu Secreta-
rij Petranigræ annotatum legitur ad Constitu-
tiones quæ in Senatu asseruantur.
Quod etiam procedit in collectis impositis ra-
96 tione mercaturæ, Vt censuit Senatus die 2. Iu-
nij 1571. fauore fratrum de Paternis Merca-
97 torum Cremonen. contra eandem Ciuitatem,
dum iussit vt pignora ablata dictis Paternis ra-
tione onerum per dictam Ciuitatem imposito-
rum super mercatura, absq; impensa eis resti-
98 tuerentur; Prout idem censuit Senatus fauore
Tonsi pariter Mercatoris Cremonensis mense
Februarij 1624; Quamuis Nou. Constit. omni-
no contrarium statuere videantur, Vt s. pro
99 mercatura non concedatur immunitas, & hãc
partem tenet *Thesaur. Iun. in all. Addit. ad decis.
257. sub nu.* 14, Vbi ita iudicasse Senatum Tau-
100 rin. testatur die 27. Octobris 1601. fauore
multorum Negotiatorum quos à datijs, & ga-
bellis exemptos esse declarauit.
Quemadmodum immunitatem hanc prodesse
fratri habitanti cum alio fratre qui ob nume-
101 rum duodecim filiorum immunitatem obti-
nuerat probat expresse *Marsil. singul.* 180. *vers.
ego autem ad confirmationem. & sequitur Menoch. de
arbitr. casu* 379. *num.* 8, *& 9. post Nattam cons. p.
& cons.* 65. *in fine num.* 10; *Idem tradit Additiona-
tor ad Albam cons.* 519. *litt. A. & probat Bombin.
in all. dubio, sive qu.* 8. *vers. p.*, & ita obseruari hic
Mediolani constat; Præsertim ex sententia Egr.
102 Vicarij, & XII. Prouisionum fauore Com.
Alexãdri Serbelloni ob immunitatem obten-
tam per Com. Io. Baptistam eius fratrem ra-
tione duodecim liberorum, declarando, vt di-
ctus Com. Alexander gauderet beneficio im-
munitatis prædictæ, ratione tamen eorum bo-
norum, quæ adhuc indiuisa possidebat cum
fratre, durante ipsorum bonorum communio-
ne, quod magis est, Cum alia bona haberet se-
paratim à fratre, Id quod fuerat antea obser-
uatum cum Marchione Cusano.
Cui tamen sententiæ non aquiescit *Thesaur. Iun.
in d. Addit. ad num.* 11. *vers. An autem dum inquit*,
Senatum Taurinen. reliquisse indecisam hu-
103 iusmodi quæstionem, Quamuis maior pars
Senatorum inclinabat, vt talis immunitas
fratri non prodesset, quod verius esse affirmat.
Allhucinari tamen videtur virum hunc alioquin
Doctissimum tum ob auctoritatem tantorum
Patrum, qui sententiam ipsam affirmarunt, Tũ
etiam quia cum in bonis communibus inter
fratres vnusquisq; eorum ad instar socij par ẽ
104 habeant in qualibet parte bonorum, *l. Vtrum
ff pro socio, Hector Felic. tr. de societate cap.* 20. *num.
25. cum seq. & cap.* 26. *sub num* 32. *Vers. & res-*
105 *pondetur*, Et fratres dicantur socij, vt exponit
*Glo. in l. vlt. verbo super C. de muner. non continu.*
106 Distingui non possunt onera spectantia bo-
nis alterius fratris communibus cum fratre, Et
hanc conclusionem probat etiã *Tortus ad stat.
Papiæ* 145. *in ciuili num.* 16.
Ob communionem enim, vel societatem, inhabi-
107 les gaudent beneficio habilium iuxta *Tex. in
l. si commune ff quemadmodum seruit. amitt. & in l.
is qui duos, & ibi Bart. ff. de libert. legata*, Et ita in
his terminis consuluisse Excellentiss. I. C. Lu-
douicum Ludouisium fauore fratris cui consi-
lio per multi se subscripsisse testatur *Marsil. all.
sing.* 180 *vers. & adducit etiam Felin. in cap. quam
sit in primo notab. de Iudæis, & in cap. quæ in Eccle-
siarum col.* 18. *vers. sexta dubitatio de constitut. Alex.
cons.* 122. *sub num.* 17 *vers. ad hoc etiam facit lib.* 4.
*Tiraquell. de retr. linger.* § 25 *glo. p. num.* 31.
Quæ conclusio eque procedit, vt s. immunitas
adhuc duret etiamsi vnus ex duodecim filijs
in communione viuentibus decedendo insti-
108 tuisset hæredem extraneum, à quo hæreditas
fuisset adita, dummodò ad bonorum diuisionẽ
non deuenisset cum fratribus defuncti, *Glo. in l.
vlt. verbo fratribus C. de muner. non continu. lib.* 10.
*facit Tex. in l. cum hæreditate* 55. *ff. de acquir. hæred.*
Communio enim bonorum inter fratres tantum
consideratur à Nou. Constitut. & in Senatus-
109 consultis, quibus declaratum extat immuni-
tatem durare inter fratres post obitum etiam
maioris partis ipsorum fratrum; modo ad di-
uisionem bonorum non deueniatur, vt patet
ex supra deductis; Quare non sequta diuisione
cum hærede representante fratrem defunctũ
cuius est hæres, Immunitatem durare adhuc
dicendum videtur.
Et quatenus hæres extraneus eius hæreditatem,
& sic fratris defuncti portionem habere sepa-

ratim ab alijs fratribus intenderet;ſibi tantum
non alijs fratribus præiudicaret in immunita-
te ipſa,quam idcirco amiſiſſet hæres, Ad inſtar
110 legatarij extranei, certè proprietatis relictæ
ab ipſo fratre decedente, Vel ad inſtar aliena-
tionis alicuius proprietatis factæ per fratres
111 in commuuione viuentes, Quia tunc legata-
rius, & emptor bonorum hanc immunitatem
non gauderent etiam viuentibus ipſis fratri-
112 bus venditoribus, ſed contingentia onera
ſubire tenerentur *l. reſcripto §. fin.ff.de muner. & bonor.*

Per hanc enim hæredis extranei inſtitutionem
diceretur facta bonorum alienatio, ac ſi per
113 contractum donata, vel vendita fuiſſent bo-
na ipſa *Tex.in l. fi. C.de bonis quæ liberis*, Et conſe-
quenter ſolus hæres eius portionem bonorum
capiens, Immunitatem amiſiſſet, Vt reſpondi
ſuperioribus annis ad fauorem fratrum de
Montijs.

Hæc verò Immunitas quæ ſpecialem fauorem ha-
bet, extenditur etiam ad onera bellica, vel
cauſa belli impoſita, ac militum hoſpitatio-
114 nem; Quia cum publicum fauorem reſpiciat
immunitas hæc, ob liberorum commodiorem
educationem, latè interpretanda venit *Glo.4.in l. hæres ff. de Iudic.*, Et hanc ſententiam multis
medijs apertiſſimè probat *Natta conſ.539. in fine, & copiosè Rol.all.conſ.52.num.27.cum ſeq.lib.2. verſ.his tamen non obſtan. & conſ.66.num.35.lib.p., Io.Thomas de maioribus inter conſil. Albæ conſ.794. num.3. cum ſeq. & ibi additionator*, Quorum ſen-
tentiam vti AEQVIOREM amplectitur *The-
ſaur.Iun. in all. Addit. ad deciſionem 267. Ampliat*
115 *10, & ad num. 15*, Vbi ita iudicatum ter fuiſſe
per illum Senatum teſtantur, Reprobando id-
circo opinionem eius Patris in eadem *deciſ. 267.num.15, latiſſimè Bimius conſ.403.num.59.cum plur. ſeq.*, dum reſpondet pro Almo Collegio
I. C. huius Ciuitatis Mediolani.

116 Quod tantum procederet iure communi in-
ſpecto, Cum ex diſpoſitione dictarum Nou.
Conſt. exprimantur onera à quibus exemptos
eſſe eos cauetur qui numerum duodecim li-
berorum habent.

Confirmatur concluſio, Quia hæc immunitas di-
citur clauſa in corpore iuris, quæ reuocata nõ
cenſetur per Principem reuocantem generali-
117 ter quaſcunq; immunitates, vt per *Glo.& Bar. in Auth. quæ in Prouincia C. vbi de crim. agi oper., & probat dictus Io. Thomas de Maioribus in all.cõſ. 794.num.6. inter conſ.Albæ*, lexq; ſemper loqui-
tur omni tempore etiam belli, *l. Arrianus C. de Hæretic. & Manicheis*, Qui idcirco de futuris
118 bellis etiam cogitauit, cum lex ſit dogma
commune prudentum virorum *l.p.ff.de legibus*,
119 cuius proprium eſt dare formam futuris ne-
gotijs, *l.leges C. de legibus, l.p.in fi.C.de caduc.toll. & tradit Rol. all.conſ.52.num.31. cum ſeq. lib.2.*

Vbi tamen ob puram neceſſitatem aliter per ſu-
periorem non poſſet prouideri, niſi etiam tale
onus exemptis imponeretur; Tunc non obſtã-
120 te immunitate prædicta tenentur huiuſmodi
immunes ad ſolutionem impoſiti oneris iuxta
tradita per *Bal.in l. iubemus nulli in ſecundo notab. C.de Sacroſ.Eccl.vt declarat Socin.in l.ſi ex toto col.2. verſ. tertia concluſio ff. de legibus, quos ſequitur Rol. conſ.52. lib.p. poſt Curt.Iun. conſ.61.num.14*; Quia
121 ob publicam vtilitatem ceſſare debet omnis,
Immunitas, *Natta conſ.225.num.4*; Id quod etiã
admittit *Bimius conſ. 403. num. 59.* Vbi aliorum
facultates non ſuppeterent, *l. omnes populi col. 93.q.6.ff.de iuſt. & iure, Neuizan.conſ.10.col. ſexta in fine, Rol.conſ. vlt.51. num.536*, Quod obſer-
uaſſe Romanum Populum ſcribit *Petrus Aerod.*
122 *lib. 10. rerum iudicatarum tit. 14. de vacatione, & excuſatione munerum cap.p.*, Dum narrat his ver-
bis, Quod dum Pœnus hoſtis in Italia eſſet,
minusq; iuuentutis haberent Romani Duces,
vnde conſcriberent milites, cogebant colonos
maritimos milites dare, ac communi periculo
ſubuenire; Sed quia dicebant ſe habere Sacro-
ſanctam Vocationem; Eis indicta fuit dies, vt
eam quo quiſq; iure haberet, Senatui deferret;
Venerunt Hoſtienſis, Ancias, Auxuras Min-
turnenſis, Sinueſſanus, & Senenſis, qui vacatio-
nes ſuas recitabant, quas adeò certè Sacroſan-
ctas nuncupatas eſſe apparebat; Quod mariti-
mis incurſionibus, Oreq; Italiæ perpetuò intẽ-
tas colonias nefas eſſe videretur alio euocare
alijsq; muneribus onerare, aut ſic fidem eis Po-
pulo Romano fallere liceret, Quo modo illa
ſua antiqua Priuilegia Romani violaſſent, Ta-
men cum hoſtis eſſet in Italia, nullius præter
Antiatem, & Hoſtienſem placuit vacationem
obſeruari, Non enim eſſe Ciuem Romanum,
qui in neceſſitatibus ſibi vlla excuſatione vtẽ-
dum putet, Ideoq; in tumultu Gallico nullæ
vacationes ſeruabantur.

Et ita etiam in hoc Mediolanenſi Dominio fuit
123 obſeruatum ſuperiori anno 1635. Dum Galli
hoſtiliter oppida huius Ducatus inuaſiſsẽt, nec
pecuniæ ſufficientes Regij Erarij ſubeſsẽt pro
ſubſidijs militibus præſtandis, Adeoq; exte-
nuati remanerent cæteri ſubditi, vt non ſolum
commodè, ſed valde miſerabiliter poſset per
eos ſuſtineri onus hoſpitandi milites, & ſubſi-
dia ijs erogandi, de quo incommodo, *Rol. all. conſ. 8. num. 52. poſt med. lib. p.*, Sub huius enim
iminentis neceſſitatis prætextu Excellentiſs.
Marchio de Leganes Gubernator per publicũ
edictum expreſsè ordinauit, vt nulla habita ra-
tione cuiuſcunq; Immunitatis, etiam ratione
duodecim liberorum, Omnes tenerentur ad
ſubſidia militum, & alia onera ratione belli
impoſita; Itaut etiã publici Interpretes Gym-
124 naſij Ticinenſis, qui ex contractu immunita-
tem ampliſſimam obtinebant (quod magis eſt)
iuxta doctrinam *Caccialupi in l. omnes populi col. 93.qu.6. ff.de Iuſtitia, & iure, Neuizan.conſ.14.col. 6. in fin. & Rol. all.conſ.5. num.53. lib.p.* Onus ſu-
bire fuerunt coacti, Inaniter ipſis contenden-
tibus, Quod alias imminente eodem bello à
125 Gallis indicto ſexaginta præteritis annis; Po-
ten-

tentissimus Philippus Secundus declarauerat non posse ipsos publicos Interpretes molestari pro quibuscunq; oneribus etiam ex causa belli impositis, vel ab eo dependentibus.

Quorum Interpretum fauore Immunitas con-
126 cessa filio Interpreti publico extenditur etiã ad Patrem, in cuius est potestate, & etiam fratribus in communione viuentibus, cum pro vna, & eadẽ persona, & domo, & pro vno corpore, & estimo habeantur propter ipsam sanguinis coniunctionem, & rerum communionem, & commistionem; Sicut è contra filius
127 gaudet immunitate Patris, *l. dicimus ff. de execut. Tut. l. p. § si vir ff. ad Silanianum in verbo commixta familia. & l. p. & vlt. C. de muneribus, & honoribus lib. 10, & post Nattam cons. p. à nu. 10. vsq; ad finem, & Cran. cons. 249. num. 10, probat Menoch. de arbitr. casu 379. nu. 9. & latè tradit Bimius cons.* 217. num. 4, Quamuis onerosam hanc immunitatem duodecim filiorum, & aliam ratione contractus magis priuilegiatam esse, quam
128 gratiosam Immunitatem Eccl. & Ecclesiasticis bonis concessam, & nullo modo posse violari, etiam ratione belli defendit, Amplifs. Senator Petrus Paulus Buttinonus in responso pro Immunibus ex causa duodecim liberorũ, mihi tradito per eundem D. Senatorem, postquam hęc scripsissem, quod responsum infra registrabitur.

Sicuti Immunitatem hanc ab Extraordinarijs tãtum oneribus, non ab Ordinarijs excusare im-
129 munes *ob duodecim liberos* probat *Rol. eodem cõsilio* 52. *num.* 15. *per l. 2. & l. nequis C. de muner. patrimon. lib. 10. & in proem. ff. §. hoc autem, Facit etiã Tex. in l. Si Diuina domus C. de exact. tribut. lib. 10. & l. fin. C. de priuil. domus Augustæ lib. 11*; Quod
130 enim à pluribus fertur, leuius, & facilius portatur *l. Exactores C. de Exactoribus tribut. lib. 10. & l. fin. C. de muneribus patrimonial. lib. 10*, Et ita cen-
131 suit Senatus Excellentiss. die 30. Martij 1614.
132 referente Amplissimo Senatore Ludouico Acerbo Conciue meo Derthonensi; mox Illustrissimo Præside Magistratus Ordinariorum Redditũum creato fauore Communitatis Angleriæ contra I.C. D. Pompeum Lampugnanũ: Illum scilicet teneri ad onera ordinaria, quæ imponi solent per ipsam Communitatem; Maxime attenta consuetudine ipsius Communitatis, sic repartientis onera, ratione duodecim liberorum in qua distributione valet, vt pluri-
133 mum obseruantia, vt in eodem *consil. 52. subijcit Rol. in fine vers. tamen hoc de facto, Additionator ad cons. 794. Alba litt. D.*

Et profectò tãtæ est potentiæ consuetudo, in hac onerũ reparticione, quæ incõcussæ seruari de-
134 bet, vt vario modo immunitate gaudeãt immunes ob duodecim filios iuxta consuetudinẽ locorũ, in quorum territorijs sita sunt bona ipsius immunis ab oneribus, vt declarat *Thesaur. Iun. in Addit. prædictæ decis. n. 11. vers. Vndè in posterũ in fine*; In patria .n. mea Derthonensi obseruatur, Vt immunitate ab omnibus ordinarijs, & extraordinarijs oneribus, ac militum hospitationibus gaudeant immunes, Ad implen-
135 dum Ciuitatem hominibus iuxta Imperatoris Anastasij sanctionem, de qua in *all. l. 2. C. de indicta viduit*; Laude enim magna digni sunt, qui plures filios ad Reipublicæ beneficium
136 procrearant, vt scribit *Diuus Augustinus de Ciuitate Dei cap. 19. & inquit Cicero lib. p. de officijs, ac copiosè docet Rol. all. cons. 52. num. 9. cum seq. plur.*

Inter extraordinaria verò munera cõputari onus mensualis probat *Gallia cons. 59. num. 67.*, à quo
137 idcirco Immunes esse huiusmodi exemptos ob duodecim filios habetur ex Nou. Constit. ab oneribus extraordinarijs præseruantibus,
138 vt tradit *Tort. ad all. stat. 145. num. 20.*

Si autem aliquis ex liberis duodecim, ante adeptam Immunitatem decessisset in bello, & pro Republica, siue Principe, Quod nihilominus is
139 computaretur in numero aliorum ad obtinendam Immunitatem scribit *Albericus in rub. de muner. & honoribus num. 88. quem sequitur Thesaur. all. decis. 267. sub num. 8. vers. immo si aliquis*, Quamuis hoc nusquã minime obseruatum vidi.

Vbi verò is qui memoratam Immunitatem obtinuisset, satis Diues esset in eo loco, et maiorem
140 partem registri, siue æstimi in catastro possideret; Cũ cæteri pauperrimi remanerent, Iniquum videretur, & sic contra AEQVITATEM naturalem, vt sub prætextu istius immunitatis, alij pauperes ipso excusato integram collectam, & onera soluerent; Quia tunc verè diceretur immunem locupletari cum alterius iactura, id quod AEQVITATI resistit iuxta *Tex. in l. nam hoc natura ff. de condit. indebit. Menoch. cons. 27. num. 36.* Propterea scribit *Thesaur. tum loco relato ad num. 15. vers. finge etenim*, Senatum cum
141 hoc temperamento transijsse, Vt immunitas non haberet locũ in homine diuite, quoad illa onera, quæ loci conseruationem, & communẽ vtilitatem respiciunt; Ne eueniret id quod inquit *Vlpianus in l. 3. §. Præses ff. de muner. & ho-*
142 *norar.* Vt ex iniquitate simul viris, & iuribus Respublicæ destituantur, Vt de Asino, & Equo scribit Aesopus in eius fabula; Quod assumptum probauit etiam idem *Thesaur. Iun. in qu. famil. 93. num. 15. lip. 1.*

Quam differentiam inter diuitem, & pauperem
143 huiusmodi Immunitate gaudentem tradit *Ias. in l. si ex toto num. 16. vers. quarto facit ff. de leg. p., Additionator ad Guid. Pap. qu. 401. in fine.*

Teneretur etiam huiusmodi Immunis ad expensas factas tempore quo hostes obsidebant Ci-
144 uitatem, vel oppidum, vt se defenderet; Quia eo casu quilibet Immunis tenetur, vt tenerentur etiam Ecclesiastici pro communi defen-
146 sione, vt scribit *Abb. in cap. non minus de Immun. Ecclesiastica, quem sequitur Thesaur. Iun. in cit. Addit. ad nu. 15. prope finem vers. & quo ad expensas*;

Vbi tradit iussionem Principis omnes excep-
147 tiones ex causa belli reuocantem, non admisisse illum Senatum in præiudicium eorum Immunium, qui tenuas facultates possidebant,

quibus

quibus duodecim filios vix alete poſsent.
Sicuti etiã Immunitas hæc, non excuſaret exem-
ptus ratione duodecim filiorum à neceſſaria
148 mutorum refectione, vt poſt *Bal. in conſ. 312.*
*lib. 3.* qui loquitur de Monetarijs Imperatoris
exemptis ab omnibus oneribus tradit *Rol. cõſ.*
*5. num. 33, & 34. lib. p., quem ſequitur Add. ad Al-*
*bam conſ. 519. litt. A.*

Idem dicendum eſt de expenſis factis ex cauſa
peſtis, ad quas etiam exemptos ob Immunita-
149 tem duodecim liberorum teneri, tanquam
ad onus publicam ſalutem concernens, eſt *Tex.*
*in l. 2. C. à quibus muner. nemo lic. ſe eximer.*, in illis
verbis; Cum tempus exegerit priuilegio non
obſtante collationi ſuccumbant; Etiamſi in
150 odioſis non admittatur extenſio vnius caſus
ad alium ſimilem, *vt tradit Bar. in l. Illud num. 2,*
*& ibi Bal. num. 4. C. de Sacroſ. Eccleſ.*. & hanc con-
cluſionem probat *Ripa in tr. de Peste cap. 5. qu.*
*2. num. 229, & ſequitur Plot. in l. ſi quando num. 17.*
*C. vnde vi, Riudenſ. tr. de Analog. lib. p. cap. 22. num.*
*30 Borgn. tr. de vſufr. mul. rel. num. 105, Oſaſc. deciſ.*
*39. num. 14, & deciſ. 91. num. p, Ceph. conſ. 58 nu. 5.*
*& conſ. 154. num. 3, & conſ. 451. num. 294. Franc.*
*Marc. deciſ. ſiue qu. 458. lib. p, & Mſinger. ſingul.*
*obſer. 20. cent. 4;* Qui omnes teſtantur opinionẽ
hanc eſſe magis communem, & AEQVAM,
quos ſequitur *Theſaur. Iun. lib. p. qu famil. 13. n. 5.*

Dicitur enim bellum Diuinum peſtis, Propterea
151 valet argumentum de bello ad peſtem, vt tra-
dit *Bartolus, & alij Scrib. in l. naturalibus ff. de vſu-*
*capion. Ripa in d. tr. de peſte, qu. 4. num. 8. Ceph. conſ.*
*776. num. 9 & Corbul. de iure emphyt. tit. de cauſa*
*priu. ob non ſol. canon. lim. 1 t.*

Quippe maior dicitur cauſa peſtis, quam belli
152 humani; Quia maior eſt hoſtilitas Dei, quã
hominum *Bal. in l. cum notiſſimi §. fin. C. de reſcrip.*
*30, vel 40. annorum; Corn. conſ. 128. col 2. lib. 2. &*
*Ripa d. tr. de peſte in princip. num. 9;* Idem igitur
cenſendum eſt de oneribus impoſitis ex cauſa
153 peſtis, ſicut de impoſitis ex cauſa belli, vt
ſcribit *Ludouic. deciſ Peruſ. 3. num. 11.* Eita iudi-
154 caſſe Senatum Taurini die 15. Maij 1591, teſ-
tatur *Theſaur. Iun. all qu. 13. in fine lib. p.*

Quę concluſio procedit etiam in caſu inediæ, ad
cuius expenſas teneri etiam immunes cau-
155 tum fuit per Imperatorem Anaſtaſium *in l. p.*
*C. vt nemini liceat lib. 10,* ibi vrgente neceſſitate
publica, & ſcribit *Theſaur. in all. qu. 13. ſub num. 5.*
*lib. p.*

Cæterum ad conſtituendum numerum duode-
cim liberorum de iure communi computari
156 etiam filios legitimatos per reſcriptum, cum
illi habeantur, ac ſi legitimi nati eſſent; Et præ-
teriti Teſtamentum rumpant, probat *Ruin. conſ.*
*124. num. 5. lib. 4, & copioſè tradit Rol. cit. conſ. 52.*
*num. 5. lib. 2, & conſ. 67. num. 18. cum plur. ſeq. lib. 3,*
*Additionator ad Albam in d. conſ. 794. litt. A. in*
157 *fine*, Et tam ſi in poteſtate Patris eſſent filij,
vel ne, vt nuptui traditæ filiæ, ſiue emancipati
filij docet *Io. de Platea in l. nepotes, & in l. de pa-*
*trimonialibus C. de his qui muner. liber. lib. 10,* quos
*ſequitur Rol. cit. conſ. 52. num. 4. cum ſeq. plur. lib. 2.*
*Additionator ad Albam in d. conſ. 519. litt. A.*

Quamuis ex diſpoſitione *Nou. Conſtit. in d. tit. de*
*Immunitate duodecim liberorum* expreſsè exclu-
158 duntur ab hoc numero duodecim liberorũ
illegitimè nati, ijs exceptis, qui per ſubſequẽs
matrimonium legitimati ſint, vt etiam expo-
nit *Tortus ad dictum ſtatutum Papiæ 145. in ciuili-*
*bus num. 9.*
159 Neq; obſtat quod filij nati ſint ex pluribus
160 vxoribus; modo ex vno Patre, Vt cenſuit Se-
natus die 22. Maij 1554, quod decretum eſt
regiſtratum in Additione ad *Nou. Conſt. fol. mihi*
*52;* Sicuti etiam non reſiſtit priuilegium Im-
munitatis, ſi aliquis ex filijs ſeorſum habitata
161 patre, Vt declarauit Senatus die 7. Maij 1552
fauore Io. Petri Murinæ, quod decretum regiſ-
162 tratum eſt pariter in dicto fol. 52, & etiam ſi
poſt obitum Patris, dummodo bona ſint in cõ-
muni, vt ſubijcit *Tortus loco relato num. 16. poſt*
*Plotum in l. ſi quando, in verbo decretum.*

## R E S P O N S V M
## Ampliſſimi Senatoris D. Petri Pauli Buttinoni.

*Immunitatem ex cauſa duodecim liberorum nullo modo infringi, aut diminui, prætextu neceſſitatum hoc tempore Reipublicæ incumbentium, aut etiam longè maiorum, quæ malo Subditorum fato eiſdem imponi contingeret; ſed ſartam tectamq; omnino eſſe ſeruandam.*

### AVXILIVM A DOMINO.

QVantùm à verò iuris tramite, atq; ab omni
prorſus AEQVITATE aliena ſit ea præten-
ſio, quæ noſtra hac tempeſtate introducta eſt
occaſione hoſpitationis militum, & aliorum
onerum, quæ propter bellum, belliq; timorem
vniuerſum Mediolani Statum acerrimè tor-
quent; vt ſcilicet vel ipſi immunes ex cauſa
duodecim liberorum obtentu publicæ neceſſi-
tatis ad onerum præſtationem adigantur; fa-
cilè is ſentiet, qui ex veris, atq; indubitatis iu-
ris principijs expendet, quo in primis ex fon-
te ea Reip. obligatio prodierit, per quam im-
munitas habentibus duodecim liberos con-
ceſſa fuit; quantùm vtilitatis ex tàm egregio
filiorum numero in Rempublicam collatum;
quantùm oneris ea contemplatione ſubditis
incuſſum; quàm ſæpè ſpes immunitatis immi-
nentem duodecimum fruſtretur; quàm ſerò
immunitas competere incipiat; in quàm pauco
fęnore conſiſtat; quàm breui extinguatur; quã-
163 ta expenſarum mole, tùm in neceſſarijs ali-
mẽtis, tùm in cęteris, quę vniuſcuiuſq; digni-
tas poſtulat, miſeras priuatorum familias, ſe-
ries tàm numeroſæ prolis, non quidem tem-
poraliter, ſed ſucceſſiuè, ac ferè perpetuò, an-
gat, & cruciet; quæquidem ijs grauior incũbit,
qui

qui nullis plerumq; bonis stabilibus potiun-
tur;quibus ex præscripto N. C. minimum quid
erogari contingit, quod magis in signum men-
dicitatis, quàm correspectiuę remunerationis
ipsis collatum videtur; vt meritò ea onera tot
liberorum, dixerit penè insoportabilia *Ripa in
l. Ex facto sub num. 13. vers. pro habenda veritate, ff.
de vulgari*; quot etiam, quantisq; periculis, &
angustijs circonsepta sit, vt per diuisionem,
quæ tàm sæpè contingit, amittatur, & quæ fi-
liabus non competit vbi matrimonio copulē-
tur, etiam si aliud sit iure communi inspecto; Et
propterea censendum vtrinq; contractum ea
mente, atq; intentione fuisse, vt etiam si gra-
uissima onera imponi contingat immunitas
omnino seruetur, Quiq; etiam eum rerum sta-
tum, in quo hisce temporibus Respublica con-
stituta est, attentè perpendet, nempè de grauis-
simis quidem oneribus tractari, sed non de ijs,
in quibus præcisa omnino sit pro salute Rei-
publicæ necessitas, & quæ non alio modo re-
parari possit.

Is etenim planè intelliget rem nostram in ijs ter-
minis versari, vt non aliter immunitatem de
qua agitur, duodecim liberos habentibus cō-
164 cessam agnoscat, quàm ex contractu, & eo
quidem oneroso, ac talis onerositate, quæ ne-
dum benefitio acceptæ immunitatis respon-
deat, verum etiam ipsam longè lateq; vincat,
& superet; & consequenter fatebitur nullo iu-
re ab hac immunitate recedi posse, ita vt vel in
totum tollatur, vel aliquam minimam dimi-
nutionem pati possit.

Enimuerò immunitatem hanc ex contractu, seu
quasi descendere, quod quidem non aliquo iu-
ris effectu, sed nudo verbo, ac nomine, distare
iampridem nouimus, prima iuris fundamenta
demonstrant.

Lex etenim, vt publicæ vtilitati consuleret, plu-
res introduxit obligationes, sine aliquo par-
tium interuentu, eorumq; expresso consensu,
& ministerio, quæ alioquin ad producendam
obligationem necessariò requirebantur; non
temerè quidem, sed ijs omninò medijs, quibus
in casu veri contractus, qui hominum ministe-
rio creantur, homines ipsi vti consueuerunt,
165 hoc est mutuo illo consensu, quem apprimè
in contractibus creādis necessarium esse com-
perimus, *vulg l. Consensu ff. de act. & oblig.* Itaq;
ex præsumpto ipsorummet consensu, de quorū
interesse tractatur, & quorum benefitio res ge-
ritur, lex plures, vt diximus obligationes in-
166 troduxit, cuiusmodi sunt obligationes om-
nes negotiorum gestorum, administrationis
tutelæ, communium rerum, aditionis hæredi-
tatis, de quo etiam *Tex. in l. 3. §. Pupillus in vlti-
mis verbis ff. quibus ex causis in possessionem eatur*,
vbi de quasi contractu cum creditoribus, & le-
gatarijs, *Gl. & ibidem Bald. in l. vnica C. Vbi fideic.
peti oporteat*; nec non & obligationes solutio-
167 nis indebiti, & id genus aliorum quæ ex me-
ra, & simplici legis prouidentia concreantur,
de quorum primis, singulariter expressis, me-
minit Imperator, & eò loci scribentes omnes
toto titulo de oblig.; quæ ex quasi contrac-
tu, & nuncupatim *Oinotomus in prin. sub num. 3.
vers. leges tamen interim, nec non Missingerius in §.
1. sub num. 1. vers. sed ex tacito, & præsumpto*; qui-
quidem eas omnes quasi contractuum species,
de quibus eò loci Imperator locutus est, ex
præsumpto consensu oriri, & non per modum
restrictionis, sed exempli prodijsse merito as-
seuerant; cuius itidem opinionis, quod nempe
ex tacito, & præsumpto consensu eæ obligatio-
168 nes oriantur, fuit *Fernand. Rebell. de obligat. lib.
1. de contract. in genere quæst. 1. sect. 1. col. 3. sub nu.
18. vers. Volunt autem fol. 195.* quippe, & in cæ-
teris omnibus, in quibus solo iuris ministerio
obligatio producitur quasi cōtractus resultat;
169 quemadmodum videre est in litis contesta-
tione, & sic in iuditijs, *l. 3. §. idem scribit ff. de pe-
culio, & ibi Bart. & in l. 1. C. de litis contestatione
num 10. & 18.* quod etiam in sententia obtinet
*l. 2. §. sed si vnus ff. de Præt. stipulat., & in iusiurando
l. Depositi §. si filius familias ff. de peculio*, & in alijs,
de quibus latè meminit *Petr. Gregor. Tolos. in
syntag. lib. 29. tit. de actionibus, rubr. de oblig quæ ex
170 quasi contr. fol. 196. & seq.* Quo fit vt si fortè rei
habita notitia, quis dissentiat, obligatio aliqua
ex gestione, non oriatur, *l. finali ff. de negot. gestis
cum simil.* Vt quisq; planè sentiat verissimum
esse quod diximus non aliter, quam ex præ-
sumpto consensu, & sic via cōtractus, seu quasi
memoratas omnes obligationes, & alias quot-
quot a lege in similibus casibus introductę sūt,
& sic nostram hanc de qua agitur, prodiisse.

Quod quidem ex aliis etiam apertissimis regulis
iuris euincitur; Quia nempè quoties immuni-
171 tas alicui conceditur, à quo aliqoid implen-
dum est, statim eo implente resultat contrac-
tus, vt probat *Tex. in l. Cæsar, & ibi DD. ff. de pub-
licanis*, quo loci id tenet *Imola expressè, & Ro-
man. num. 73. Angel. de Gambalion. cons. 125. nu.
14. Natta cons. 66. sub num. 9., & 10.*

Hæc autem cum verissima sint, palam etiam est
eò validius contractum immunitatis de quo
agitur sustineri debere, quò authoritate ipsa
legis, & Principis in lucem prodiit; cū quisq;
172 sciat neminem sub fide publica, & Principis
authoritate falli, ac decipi debere, vt benè con-
siderat *Imperator in l. 1. C. de his qui ven. ætatis im-
petrauerunt*; Quin, & verius dispositionem No.
Const. si vel ea sola pro vt fatemur, interim in-
spici debeat, nedūm ratione modi cum pro-
dierit in vim legis, verum etiam attenta dispo-
nentis authoritate pro lege habendam esse, ex
173 theorica, quam per illum *Tex. tradit Imola, &
Roman. num. 7. in d. l. Cæsar ff. de public.*, vbi aiunt,
quod pactum factum ab eo, qui habet authori-
tatem legis condendæ, vim atq; efficaciam le-
gis sortitur.

Propterea meritò asserimus nostram hanc immu-
nitatem, in qua nedum correspectiuū Aequale
onus per immunes rependitur, sed quod longè
latèq;

latèq; id quod omnibus collatũ est exuberat,
non posse etiam ex causa belli & conseruatio-
nis Status in totum tolli, vel pro aliqua mini-
ma parte comminui; cum & Princeps, & Deus
174 ipse ex contractu tenaciter obligentur, alias
Princeps animal irrationale à cunctis diceretur,
tur, vt de Celestino Papa inquit *Baldus cons.* 171.
*vol.* 3., & Princeps non magis est Dominus cõ-
tractuum, quàm elementorum, & ideò gesta
per eum via contractus, etiam cum personis
175 subditis, nullo modo reuocari, vel diminui
possunt; egregiè omnino *Paul. de Castro de Re-
pub. Venetiarum loquens*, & videndus, cùm plura
notatu digna afferat, *cons.* 317. *sub num.* 5. *col.* 3.,
iuncto principio eiusdem muneri *par.* 1., & in-
ter cætera, quod dominium quidem fuit inuẽ-
tum iure gentium secundariò, ideoq; potest
Princeps illud auferre ex causa, nec dicitur ve-
176 nire contra fidem suam; sed fidem seruare de
iure primæuo prodiisse; *Roland. cons.* 76. *num.* 13.
*lib.* 2., *Tiraq.* qui communem dicit, *in l. Si vnquã,
in verbo donatione largitus. num.* 11. *C. de reuoc. do-
nat. Natta cons* 669. *num.* 7, vbi de immunitate
iis concessa, qui se ad habitandum contulerũt,
177 & fidem omnino seruandam esse in casu de
quo agitur, probat in fortioribus terminis *Tex.
in ratione sui, in l.* 2. *ff. de iure immunitatis*; vbi in-
quit *Vlpianus* fidem eis seruandam esse, qui se
muneribus, vel honoribus sub certa conditio-
178 ne obstrinxerunt, cum iis astricti non essent;
si etenim id iure de iis dicitur, qui ad habitan-
dum venerunt sub certa lege, longè fortius di-
cendum de iis est, qui ea conditione in lucis
vsuras editi fuerunt, vt immunitate potiren-
tur. Et in hunc sensum idem concludit iuxta
communes DD. traditiones antiquiores recẽ-
sendo, *Alphonsus Moditius in §. Plebiscitum, dubi-
tatione* 20. *sub nu* 2. *&* 3., *optimè Crauet. cons.* 933.
*num.* 3. 6. 7. *& duob. seq.*, vbi quod neq; prætextu
179 publicæ vtilitatis, nec grauissimorum onerũ
Reipublicæ, & Ducatui nostro Mediolanensi
incumbentium, id liceat, authoritate Baldi, &
aliorum, qui de immunitate per viam contra-
ctus innominati concessa, vt si data sit venien-
180 tibus ad Ciuitatem colendam; qua de re etiã
*Aretinus cons.* 125. *per totum, & præsertim sub num.*
9. *vers. sed bis non obstantibus, & numeris seq. vsq;*
181 *ad finem*; aut cum bãnitis securitas præstatur,
qui merito aliquo Rempublicã prosecuti fue-
runt, *Menoch. videndus cons.* 540 *num.* 13. *in* 3. *fun-
damento, & sub num* 16. *vers. respondetur, vbi com-
munem testatur, plenè Manent. cons.* 84. *num.* 31, 54.
*& duob. sequen.*, vbi quod, nec id quidem fieri
182 potest à Principe ex plenitudine potestatis;
& in rem istam innumeros ferè, & maxime au-
ctoritatis DD. allegat *Cyriacus for. contr.* 154.
*num.* 17. *&* 18 *vol.* 1. *Surd. cons.* 262. *num* 63. *Costa
cons.* 58 *sub num.* 1. *&* 2. *Menoch. cons.* 1105. *nu.* 22.,
183 qui de ordinaria potestate loquitur, nihil de
absoluta statuens, de qua tamen *Bursat. cons.*
259. *num.* 2. alios plenè recensens; & neq; per
184 viam legis generalis, vt per *Ananiam cons.* 105.
*ibiq; Bologninus*; tametsi ex vetioribus eruditio-
rũ traditionibus ea absoluta potestas in Prin-
185 cipe, ex toto negetur; saltem in casu nostro,
& similibus, *Couar. variarum resolut. lib.* 3. *c.* 6. *nu.*
8. *& Sarmientus in selectis interpretat. lib.* 1. *cap.* 8.
*num.* 20., quod egregiè nobis in hunc eundem
sensum absoluit *Angelus Matheatius de via, &
ratione artificiosa iuris lib.* 1. *cap.* 24. *Rodolfinus de
suprema Principis potestate cap.* 6. *num.* 16. *& qua-
tuor seq.* & in hoc constans est, ac perpetuus fe-
rè Iuriscunsultorum omnium consensus, qui
propterea meritò concludunt axiomata illa,
quæ traduntur in *l. Si ex toto ff. de legatis primo*,
circa reuocandas, vel limitandas, ex causa ma-
186 xime necessitatis exemptiones, non pertine-
re ad immunitates ex contractu oneroso con-
cessas; optime *Purpurat. cons* 580. *num* 25., *iunctis
quibusdam numeris præcedentibus vol.* 2. *& ex com-
muni Rol. cons.* 76. *num.* 23. *lib.* 2. vbi etiam de re-
muneratoria immunitate loquitur quod tamẽ
pro modo onerositatis exaudiendum admit-
to, vt proximè dicetur.

Quia verò agnoscenda ea veritas est, quod prædi-
cta omnia tunc demum procedunt, vbi onero-
sitas æquipolleat immunitati, in eo autẽ, in quo
fortè excedit, perinde esse, ac si de immuni-
187 tate titulo gratuito concessa ageretur, *Bald. in
l. Qui se patris col.* 7. *sub num.* 10. *vers. sed Nicolaus
prædictus C. vnde lib. Gulielmus de Cuneo, & alij, de
quibus satis latè per Riminaldum iuniorem institut.
de donationibus num.* 376 *& trib. seq. Tapia in l. Be-
nefitium cap* 9. *num.* 7. *& seq. ff. de constit. Princip.
latè Bossius de Principe num.* 152, *& nu.* 323. *& seq.*
& vtrobiq; semel, atque iterum ità fuisse à Se-
natu iudicatum testatur, *Peregrin. de fideic. art.*
51. *num.* 65. *Surd. de alimen. tit.* 1. *quæst.* 98. *num.* 24.
*Oddus de integrum restit. quæst.* 58. *num.* 8. *Gallia ad
consuetud. Alex. in verbo viginti sub num.* 97. *qu.* 8.
necessarium omnino est, vt quid quantumue
hinc inde datum, & receptum sit, diligenter
inquiratur, atq; æqua lance libretur.

Sanè autem obseruandum est ante omnia, bene-
fitium illud per quod ex iuris communis dispo-
sitione priuatorum quisq; ad Ciuitatem homi-
nibus media procreatione replendam inuita-
batur, multò latius solo iure communi patuis-
se, vel ex eo, quod non aliter patri, ac filijs im-
munitas competit, quam si in communione vi-
188 uant, quod quidẽ à iuris communis disposi-
tione alienum est, vt probat latè *Menoch. cons.*
486. *sub num.* 25. *vers. Cæterum, & numeris sequen-
tibus*, cum id expresè non sine iniuria ex N. C.
dispositione sublatum fuerit, tametsi nil planè
ad publicam vtilitatem communio, quæ ple-
189 runq; discordias parere consueuit, *vulg. l. cum
pater §. dulcissimis ff. de legat.* 2. *pertineret*, quod
quidem ex frequentissima facti contingentia,
cum homines faciles sint ad dissentiendum sæ-
190 pissimè immunitates radicitus conuellit, &
destruit; Indeque fit, vt & ipsæ feminæ, cum
nubunt, tametsi dubio procul immunes esse
deberent ex iuris communis dispositione, cum

saltem

saltem ob merita talis immunitas concessa fuerit, in quibus terminis generaliter ad fœmi-
191 nas transire probat *Surd. consil. 140. num. 41. & 42.* nihilominus immunitate priuentur, nec quippiam ratione eorum personæ in patremá Republica deinceps conferatur.

Tantum abest, vt dispositio N. C. fauore priuatorum ampliorem iure communi immunitatē concesserit, quemadmodum audio circōferri.

Quod enim dicitur de iure communi soli patri
192 competere, ac patri tunc demum si Decurio sit, non alias per *Tex. in l. Si quis Decurio C. de Decur. lib. 10. de vera, & communi opinione Couar. de sponsal. seu potius de Matrimonio cap. 8. secunda partis per totum*; in alijs verò requiri numerum
193 sexdecim filiorum ex *Tex. in l. Semper §. Demonstratur ff. de iur. immunit*; non etiam immunitatem ea ratione de iure communi ad alia
194 oneta, quam municipalia, & personalia pertinuisse, *ex Couar. loco prox. citato col. 2.*, nec per-
195 tinuisse ad filios mortuo Patre ex *Bossio de Principe num. 155.*, vsq; quaq; veritati est contrarium; pront, & ea assertio, quod restringatur ad bona patrimonialia, hoc est patris dūtaxat; cum verius sit ad omnia, subinde per ip-
196 sos quoq; filios quæsita, pertinere ex traditis per *Nattam consil. 66 lib. 1. & consil. 328. num. 4. lib. 2.* & quotidiè ita nouimus obseruatum, ex præcisis Senatus Excellentiss. responsis, & ita bonis temporibus declaratum fuit, referente Se-
197 natore Bossio 1. Septembris 1584. inter fratres Consalonerios ex vna, & Comm. Candiæ ex altera, occasione acquisitionum per ipsos fratres factarum post mortem patris.

Siquidem, & ad filios post mortem patris eam
198 spectare verioribus, ac receptioribus DD. opinionibus, & à Senatu Excellentiss. semper approbatis est compertum; originaliter *Io. Andr. in c. Decret. de reg. iur. lib. 6.* vbi ex professo tractat, & dicit hanc quæstionem disputatam fuisse, & absolutā fauore filiorū per D. Mauririum, & per solmne DD. in facto consultum, & nuper iteratum per bonæ memoriæ generū suum D. Philippum de Formaginis; *Menoch. alios allegans consil. 486. num. 1. num. 12. & num. 24.*, qui nedum receptissimam, sed ab omnibus ferè approbatam affirmat; *Purpur. consil. 483. num. 6. vol. 2.*, & indistinctè omnibus competit, qui
199 duodecim tantum filios habent, siue sint Decuriones, siue non, vt benè resoluit *Io. de Anania d. consil. 105. in prin., & Bologninus ad eum addens vbi de communi testatur sub num. 9. vers.* Attamen communia opinio, quam etiam communem fatetur *Couar. tametsi contrarium teneat in d. c. 8. in prin. col. 2. & 3. tit. de matrimonio, & multis probat. Purpur. d. consil. 483. sub num. 4. vbi de com.*

Onera quoq; realia, ac patrimonialia, & bellica
200 ea immunitate comprehensa fuisse plusquā certum est, ex magis vera, & magis communi opinione *Bald. consil. 312. Si de iure cōmuni in prin. vol. 3., in quam sanè veritatem plures congerit Alba consil. 519. num. 6., & ibi Annibaldus, Thomas de maioribus inter consil. eiusdem consil. 794. num. 5. vbi de veriori, & magis communi, & rō loci Annibaldus Thes. iunior ad decis. patri 267. num. 15.*

Hoc autem retento, quidquid beneficij immunibus ex dispositione Nou. Constit. collatum est, vix meo iudicio comparari meretur ijs, quæ in Rempublicam tām insigniter ab ipsis conferuntur; longè autem minus ingentissimorum onerum moli, quæ per ipsos immunes, atq; deinceps per eorum descendentes susti-
201 nentur, quæ propterea meritò intollerabilia dixit *Ripa vers. meminimus in l. ex facto sub nu. 13. ff. de vulgari.*

Primo etenim compertum est, maximè reipublico compendio, & bebeficio esse, nedùm ad priuatorum facultates adaugendas, verum etiam ad conseruandum, & propagandum imperium, quod per tam numerosam prolem Respublica repleatur hominibus, quæ demùm
202 ex Ciuibus non ex lateribus, muris, atq; ędificijs constat, *l. 1. ff. sol. matr. l. 2. ff. de iure dot. leg. 3. ff. de priuil. creditorū, l. Hoc modo ff. de cond. et dem., l. Cum ratio §. Si plures ff. de bonis damnat. alios refert, & sequitur in propositio Io. Ant. Bell. consil. 69. num. 17.*

Quod planè nobis ex prima legum, in id elaborantium origine, optimè deduxit *Marcus Vertranius de iure liberorum in præfatione deinceps, Couar. de matrimonio d. cap. 8. col. 1. & 2.*

Id autem, vel vnum sufficit ad sustinendam concessionem immunitatis in vim contractus, & quidem onerosi, nec cuiquam præiuditium tale considerari potest, cui non præponderet publica vtilitas, quæ abundè & exuberantissimè omnia rependit, cum ijmet, qui de præiu-
203 ditio conqueruntur in publica vtilitate inde proficiscente leuamen sentiant, vt benè considerat ex *Textu in l. quod Reipub. ff. de iniurijs*, & aliorum authoritate fretus, suo in casu *Bimius consil. 402. num. 66. & duobus seq. & consil. 403. n. 28. & quinque sequentibus lib. 4.*

Secundo compertum est immunitatem hanc nostram à iure, & N. C. concedi in nutrimentum
204 tot filiorum, vt disertè probat *Tex. in l. Semper §. Demonstratur ff. de iur. immunit., Bald. consil. 312. vol. 3. & post Andreā de Barulo Ananias consil. 105. num. 2., Ripa in l. Ex facto sub num. 13. vers. secundo ff. de vulg. Rol. consil. 52. nu. 14. vol. 2., & Natta consil. 539. num. 3. & 5. vol. 3. Peregrin. consil. 371. nu. 10., Menoch. consil. 486. num. 10. 26. & 27.* Quo quidem vel ex vno intentum habemus; nempè quia, vbi contra bonam fidem, & omne ius humanum, & Diuinum liceret à contractu post ius quæsitum resilire, certè in eo, in quo agitur de alimentis, crudele, & impium esset non cogere eum, qui obligatus est ad implementum; talis enim quantum in se est occidere dicitur; ideòq; vel legi ipsi, & sic nec Principi permissum est, hanc immunitatem adimere, cum ali-
205 menta, nec quidem à lege tolli possint *Bald. in 1. lectura in l. 2. §. ius naturale col. final. num. 32. ff. de iust. & iure, Couar. de matrimonio cap. 8. §. 6. num. 5.*

*num. 5. Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 85. num. 8.*
Tertio, vt sæpius dixi nedum adest è latere im-
munis onerositas, quæ immunitati correspon-
det, sed quam longissimè exuberans, vt statim
apparebit.
Siquidem è latere Reipublicę exiguum illud pręstatur,
vt quis onera extraordinaria non susti-
neat pro bonis suis quantacunq; sint, etiam si
post mortem patris per filios acquirantur, vt
iam dictum; si verò quis bona stabilia non ha-
beat immunis seruatur vsq; ad summam mo-
diorum trium furmenti, & merretarum sex vi-
ni pro qualibet persona parentum, & filiorum.
Exiguum inquam, quia cum onera bellica ad
206 Principem pertineant, & Status Mediolani
potentissimo Regi subsit, leuia omnino sunt
onera, quæ sui natura ad subditos spectant,
ideòq; licet reliqua, exhausto demum Princi-
pis Ærario, in subditos reflectantur, ab hoc
casu qui nostris temporibus contingit immu-
nitatem æstimare non debemus, sed ex eo,
quod alias regulariter contingere debuisset,
ideòq; ab incerto hoc, & sub dubio euentu in
illius æstimationem ita eundem est, vt quem-
admodum æquo animo ingentem filiorũ molẽ
immunes tulissent bonis temporibus, tametsi
leuissimum quid reciperent; Ità non iniquo,
pleniorem calamitosa hac tempestate immu-
nitatem Respublica agnoscat ratione incerti-
tudinis, & mutui periculi, de quo supra dictũ
fuit, *vers. & huc pertinet incertum illud*.
Exiguum, quia tametsi quispiam ex immunibus
quo ad ingentem fortè bonorum suorum sta-
bilium quantitatem, sub clypeo huius immu-
nitatis, tanquam è specula tutissimo in loco
positus aliorum tempestates, & naufragia de-
spiciat; innumeri tamen sunt ex ipsis immuni-
bus, qui durissimarum horum temporũ ærum-
nas patiuntur, & quibus vix quidquam leua-
minis præstat immunitas, cum bona stabilia,
vel admodum pauca possideant, Indeq; cùm
in vniuersum, & ex toto, non autem quo ad
eos tantum, qui egregia bonorum quantitate
potiuntur, hæc quæstio dirimenda sit, verè ad
quid minimum reducitur.
Quemadmodum enim in legato gregis, quem
nouimus nil aliud esse, quàm multitudinem
quandam minorum animalium congregatã,
iure constitutum est, vt vnicum corpus intel-
lectuale censeatur, licet ex pluribus indiui-
duis corporibus constet, quod & in veste, in
207 argento, ac similibus obtinet, & propterea
separationem non dari, sed vnitim omnia cõ-
siderari oportere, *l. Grege ff. de legat. 2.* Ita in
legis dispositione, quæ quasi contractum de
quo agitur introduxit inter Rempublicam ex
vna, & priuatos hómines, quotquot duode-
cim filios habere contigisset, de priuatis ipsis,
tamquam de vnico corpore, non autem de sin-
gulis meritò dicimus iudicandum.
Exiguum, quia, insignem, antequam competere
incipiat, ex eo recipit diminutionem, quod
208 pater alimoniam vndecim filijs præstare de-
bet, vt propterea vix immunitas sit beneficiũ
allatura, nisi similia hisce temporibus grauami-
na contingant, quorum intollerabilem sar-
cinam cum immunis euitauerit beneficiũ ali-
quod considerabile sensisse videatur, in leua-
men tot, ac tantorum onerum.
Exiguum, quia non semel tot filiorum progeni-
tores concepta spe, dùm duodecimus immi-
net, falluntur, atq; immensum, & intolerabile
onus tot filios alendi, aliaq; incommoda, &
onera de quibus proximè dicetur, sustinere
coguntur, vt meritò de ijs dici possit, quod
209 de Tantalo Seneca.

*Immune medio faucibus siccis senex*
*Sectatur vndas, abluit mentum latex,*
*Fidemq; cum iam sæpe decepto dedit,*
*Perit vnda in ore, poma destituunt famem.*

Consequens propterea est, vt etiam si quo ad ca-
sus, qui euenerunt dici posset, immunes, in-
gens aliquod, ex immunitate onera non sol-
uendi, quasi in se collatũm percepisse, nihilo-
minus id in considerationem, attenta spe tàm
210 lubrica, atq; incerta, & mutuo periculo, non
venire, vt probat *Tex. in l. de fideicommisso C. de
transact.* dum ibi notatis, quo genere argumẽti
passim in mutua remissione fideicommissorũ,
211 vt ex casu, qui contigit, nec læsioni sit locus,
nec in integrum restitutioni, ac alios comme-
morem plures referre, ac sequitur *Oddus de inte-
grum restit. quæst. 85. num. 26. & 27.*
Et huc pertinet incertum illud, quod æstimandũ
212 inquit, *Celsus in l. Si iactum retis ff. de act. empti.,
& Pomponius in l. Nec emptio, ff. de contr. empt., &
in l. Spem, vbi Bald. ff. de donat.*, & quod de fructi-
bus certi fundi ad vitam empris certo pretio,
si is diutius viuat itaut, quàm longissimè pre-
213 tij quantitatem fructus transcendant, tradũt
*DD. in c. Nauiganti de vsuris, Petrus, & Cynus in l.
Si pater C. de inoff. testam.*, & latè prosequitur
alios allegando, & aliter exemplificando in
214 fornario, nempè qui se ad coquendum panẽ
pro familia alicuius obligauit, quod ea licet
aucta conqueri non possit, *Marsil. in rubr. num.
428. & duob. sequen. Cod. de probat.*, & in varijs
causarum figuris, passim tradũt DD., & in spe-
cie *Tyraq. de iur. primog. quæst. 6. num. 4. & 5., &
multò latius in repet. l. Si vnquam in verbo donatio-
ne largitus num. 126. vers. 4. & principaliter, &
multis sequentibus Decian. respons. 29 num. 112, &
113. vol. 2., Surd. decis. Mant. 277. num. 9., & in ter-
minis immunitatis; Natta cons. 397. num. 14, & 15.
Menoch. cons. 156. num. 34, vbi reassumit votum*
Collegij Patauini, *Olasc. decis. 91. num. 17., & 18.
iunctis tribus numeris præcedentibus*.
Contra verò grauissima onera immunibus in-
215 cumbunt; nam præter necessaria alimenta,
dum viuunt, de quibus dictum satis, vtiq; dum
fœminis dotes erogantur, siue temporaliter,
siue spiritualiter nubant; dùmq; filij, tàm pri-
mi, quàm vlterioris gradus matrimonio co-
pulantur, & liberorum procreationi incum-
bant,

bunt, vtiq; patrimonium ex rei natura paula-
tim itá diminuitur, vt penitus exinaniri ne-
cessarium sit, nempè per multiplicem succes-
siuam diuisionem, quæ ad ægestatem diuites
alioqui familias reducit, vt experientia docet,
& vbiq; recepta fideicõmissa, & maioratus in
publicum bonum adinuenta, conuincunt. Hinc
persæpè infelicissimi vsq; adeò miserarum fa-
miliarum status, vt nedùm de sua nobilitate, &
auito splendore conclamatum videant, verùm
necessatiò etiam, ac tenuissimo licet victu de-
stituantur, & perpetua egestate itá sordescant,
vt iam ipsis, quasi fulminæ læsæ Maiestatis icti
sint vita supplicio mors solatio esse possit. Mi-
serrimum autem, hunc statum, si aliquando tã
fecunda proles immunium, tàm benè de Re-
publica merita, summo in mærore constituta
216 lugere potuit, certè infelicissimis hisce tem-
poribus, omnium infelicissima inconsolabili-
ter lacrimauit.

Neq; verò quisquam obijciat, tàm numerosam
liberorum copiam, magis ad voluptatem, vel
217 ad desiderium, quo homines communiter de
successoribus habendis capiuntur, quam ad
contemplationem beneficij à Republica reci-
piendi, esse referendam, ac propterea onera
tanti ponderis non esse ex diametro, & cor-
respectiuè ad Rempublicam consideranda, cũ
218 semper inspici debeat, qua contemplatione
quid gestum fuerit. *l. Isti quidem §. final. ff. quod-
met. causa, l. Seruo legato, §. Si testator ff. de legat. 2.
l. 1 §. Nunc de effectu, & l. Si quis reum §. t. ff. de lib.
leg.*

Verius etenim est vel ex sola iuris præsumptio-
ne, id omne, quod in Rempubl. collatum fuit,
contemplatione memorati beneficij prodijsse;
Quisq; etenim ea ex causa quid egisse credi-
219 tur, quæ sibi vtilior est, *l. Si Procurator ff. de cõ-
dit. vstit. Bald. in l. Gerit num. 29. ff. de acq. hered.,
Alex. cons. 55., col. 3., num. 13. lib. 5., Crau. cons. 106.
num. 9., Surd. cons. 19. num.* 28., Et vbi alias res
220 dubia esset, vtiq; stari debet declarationi per
ipsos immunes facienda, vt tradunt *Gl. in §.
Aliæ inst. de act., Surd. cons. 14. sub nu. 12.*, & quid-
quid vtile, & proficuum est, ex sola scientia
221 præsumitur acceptatum, vt de donatione
tradit *Angel. cons. 183, num. 3., cum alijs adductis
per Molinam de hispan. primogen. lib. 4. c. 2. nu. 76.*
& cum quisq; nouerit numerum filiorum, quo
ad vniuscuiusq; successionem stabiliendam,
satis esse, si duorum numero præcludatur, fa-
cilè intelligimus id totum, quod superest in
Reipub. beneficium, & contemplatione cor-
respectiuæ obligationis prædictæ factitatum
meritò cõtendi; Quid est enim quod quis vxo-
rem ducat ob veneream voluptatem, si longè
plenius naturali huic titillationi voluptarij
homines aliter omissa vxore blandiuntur, vt
non immeritò multa de Ioue furta tametsi
vxorem habente poetæ fabulati fuerint? Quid
quod primis adhuc annis maritale iugum plu-
res subeunt, cum id in prouectiorem ætatem
differre possent, ac pro salute rei familiaris
omnino deberent? Quid, quod etiam post
susceptos tot liberos, qui ad posteritatem suf-
ficiunt, mortua iam prima vxore aliam, atq;
aliam deinceps super inducunt, & eas quidem
ad progeniem aptas, cum vel cælibem vitam,
vel prouectioris ætatis mulierem, breui mori-
turam, ducere debuissent, à qua certò certius
filios habituri non essent, & bursale, vt nostra-
tes aiunt, compendium recepturi, iuxta id,
222 quod innuit Martialis epig. lib. 10.

*Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam.*
*Nolo anus est, vellem si magis esset anus.*

Itaq; non putò quempiam futurum, qui iam non
agnoscat verissimum esse, quod diximus, nem-
pè correspectiuas illas obligationes, & onera,
quæ immunibus incumbunt, quàm longissimè
emolumentum immunitatis in eos per Rem-
publicam collatæ, transcendere; & propterea
nedùm fatendum est, nemini prorsus licere ta-
lem immunitatem, quoquo sub prætextu in-
fringere, vel minuere vt supra probauimus, ve-
223 rum etiam contrarios nixus dolum, & iniu-
riam continere, *l. Si cum mihi ff. de dolo, Magistra-
liter Castrensis cons. 317. col. 4. vers. His non obstanti-
bus vsq; ad finem p. 1.*, & in terminis de immuni-
tate per viam contractus pretio, vel quopiam
224 alio dato vel facto, quod pretio equipollet
*Bimius cons. 393. num. 4. & 5.*, Indeq; etiam sen-
tiat N. C. in tit. de oneribus, & Senatus decla-
rationes immunibus obnoxias ad rem non fa-
cere, cum immunitas ex causa duodecim libe-
rorum sub generali dispositione non veniat,
225 sed specialem expostulet, vt per *Glos. & Bart.
in Auth. Qua in prouincia C. vbi de crimin. agi opor-
teat, Castr. in l. 1. num. 2. & 3. ff. de legibus, & ibi
additur; Thomas de maioribus ad cons. Albæ 794. n.
6. Bologninus ad cons. Auania 105. sub num. 9. vers.
plus dico Bursae. cons. 138. num. 37. & cons. 259. nu. 3.
Bimium cons. 403. num. 52. & Galliam cons. 85. nu. 9.
Laur. de Pinu cons. 147. num. 7.*

Nec non ea omnia quæ de reuocandis immuni-
tatibus, si nimium lædere incipiant afferuntur,
& quod in specie scripsit *Gallia cons. 25 nu. 39. &*
40., quod scilicet vbi eò res reducitur, vt im-
226 munes maximam quantitatem bonorũ possi-
deant, ac meliorem, & fertiliorem territorij
partem, cæteri verò qui steriliora possident in
dies de pauperando vadunt, non debet talis
immunitas obseruari, sed reuocari Iudicis ar-
bitrio. *ex cap. suggestum de decimis, cum simil;* ad
immunitates gratuitas, vel onerositatem non
correspondentem habentes, non autem ad
onerosas pertinere.

Iam verò videamus quanti pendenda sint ea, quę
de insolitis oneribus, publica vtilitate, conser-
uatione Status, & extrema necessitate afferũ-
tur, quorum prætextu ad violandam, si fieri
possit hanc nostram immunitatem, properatur.

Et sanè quod ad insolitum pertinet, si ad bella,
bellorumq; timores, atq; hospitationes mili-
tum, ac alia onera bellica id refertur, quam

longissimè à veritate alienum est, cum frequē-
tissima hæc fuerint in Statu Mediolani supra
hominum non modo memoriam, sed à multis
227 seculis citra, vnde illud Lucani.
*O malè vicinis hæc mœnia condita Gallis.*
*O tristi damnata loco*; & illud Beda, *Beda tace quia*
*Italia nunquam erit in pace*. Planè autem insoli-
rum tunc demum quid dicitur in hac materiæ,
228 vbi in mille annis vna vice contingit, vt ex
*Bart. in l. Scio, §. medico ff. de annuis legatis; tradit*
*Natta cons. 66. sub num 6.* vbi ait mirari, quod
omnia hel'orum insolita dicantur, quibus Italia
assiduè vexata fuit, atq; assiduè vexatur, &
quorum origo à iure gentium fuit. Casum
autem insolitum à DD. communiter exempli-
229 ficari in siccitate nunquam intellecta, vel in
aquarum impetu exuberanti, non in casibus
belli, vel pestis, quæ frequentissimè contingūt,
*Menoch. qui de mille annis cons. 27. nu. 13. & 14*, vbi
versus Lucani recensit, & quod de Beda te-
tigimus, necnon *cons. 156. num. 6. & Neniz.*
*cons. 66. sub num. 41. vers. Tertio respondetur, &*
*duob. numeris seq.*
Rursus pro insolitis eum non teneri, cui immuni-
230 tas a lege concessa est, vt hoc casu, iure con-
tendimus, *ex Natta cons. 66. num. 4.*
Quo verò ad publicam vtilitatem, Status conser-
uationem, & extremam necessitatem, res pau-
cis absoluitur.
In primis enim vno verbo omnibus responderi
potest, in simili omnino facti contingentia an-
no 1561. cum districtè admodum de immuni-
tatibus ex iisdem causis infringendis quæsitū
fuisset, nefas existimatum immunibus propter
numerum duodecim liberorum fidem non ser-
uare; ideoq; decreto Senatus Excellentiss. diei
24. Ianuarij eiusdem anni 1561. sancitum fuit,
231 prout hoc ipso tempore interim eos moles-
tandos non esse, quibus quidem, nec deinceps
aliquando molestia aliqua illata fuit.
Deinde verò vbi si ex integro de re ista agendū
sit, de publica vtilitate tractemus, & Status cō-
seruatione, iam ex prædictis satisfactum est,
cum publicæ vtilitati abundè consultum sit, ex
plenissima recompensatione, quam Respubli-
ca consecuta fuit, propter tàm insignem adiec-
tionem tot filiorum, ac descendentium, qui ex
tàm fœcundo germine progeniti fuerunt; quo-
rum alimoniæ, & sustentationi ex priuatis pa-
trimonij fuit prouisum.
Rursus vtilitatis publicæ causa alienum ius mini-
232 mè, vel ab ipsomet Principe, lædi potest; vt
de contractu loquens probat ex *Baldo c. 1. nu.*
*17. in fine, vers. nota est ista gl. de allodijs in vsibus.*
*feud. post alios, quos latè recenset, Crauet. cons. 933.*
*num. 5. & num. 16.* vbi loquitur in terminis non
tollendę, nec minuendę immunitatis per viam
contractus.
Vbi autem id licet, tunc non aliter permissum
est, quàm si modus adinueniri nequeat, per
quem publicæ vtilitati consultum eat, & pre-
233 tio integrè priuatis ex soluto, de primo
*Crau. alios afferens cons. 909. sub num. 9. cons. 463.*
*num. 7; & de secundo Tex. in l. Venditor §. Si constat*
*ff. comm prad.*, & alia quibus liquet id nedum iu-
re ciuili, verùm iure naturæ, ac Diuino consti-
234 tutum esse, quæ recolit idem *Crau.* admonens
Consiliarios Principum, vt à contrarijs consi-
lijs abstineant idem *Crau. cons. 747. num. 47. &*
*cons. 933. sub num. 7.*
Quamquàm verius est non publicam, in casu de
quo agitur, vtilitatem, sed priuatorum dum-
taxat versari, nempè, vt tantominus priuatorū
quisq; per immunium collationem contribuat,
quod quidem longè aliud est à publica vtilita-
te, prout aliud est Vniuersitas, aliud singuli de
235 Vniuersitate *l. Intantum ff. de rerum diuis. Con.*
*cons. 46. sub num. 11. vol. 3. cons. 299. sub nu. 3. vol. 1.*
*Paris. cons. 91. num. 1. vol. 4. Rol. cons. 53. num. 6., &*
*7. lib. 4.* & propterea veriùs est hoc casu de iure
publico lædendo tractari in præiuditium pri-
uatorum immunium, vt alijs priuatis, non au-
tem publicæ vtilitati prouisum eat, & sic agi-
236 tur de vno altari detegendo, vt aliud coope-
riatur contra *Tex. in l. Sin autem §. 1. ff. de aqua*
*pluuia arcenda, l. Assiduis §. exceptis ff. qui por. in*
*pign. hab., & similibus, quæ in proposito attulit Crau.*
*cons. 463. num. 8.*
De conseruatione autem Status, iam satis impli-
citè dictum fuit, dùm ostendimus nostram hāc
immunitatem comprehendere ea onera, quæ
patrimonialia sunt, & pro conseruatione Sta-
237 tus introducta; cæterum nàmq; si de alijs præ-
cisam aliquam rationem habentibus ad Status
conseruandos agendum sit, ea ad caput præci-
sæ necessitatis reijci debebunt, de quo proxi-
mè agetur.
Itaq; quod ad assertam necessitatem spectat.
Primo dicimus necessitatem aliquam non subes-
se, etiam si de bellicis necessitatibus tractari
satis esset, cum ad Exercitus sustentationem
aliorum non immunium facultates sufficiant;
siquidem tunc demum suo in casu immunita-
tes comminui possunt, cum cæterorum bona
238 non suppetunt, iuxta eorum opinionem, qui
affirmatiuam tenuerunt, vt ex traditis per
*Alex., & Ripam in l. Si ex toto ff. de legatis primo,*
*& alijs firmat. Roland. cons. 5. nu. 53. vol. 1. et Sur l.*
*decis. 275. num. 10.*, vbi alij alleganrur; & tunc
demum videtur de necessitate ad præiuditiū
immunium tractari posse, vbi onera paulò mi-
239 nus, quàm totos annuos fructus absorbent,
vt per *Bellinum de re militari, tit. 2. num. 12. p. 6. fol.*
*351. tract. tom. 16*, & id ipsum considerat ad di-
luendum obiectum necessitatis *Rol. cons. 76. nu.*
*25. lib. 2.*
Quod si de necessitate subditorum agendum sit,
Imprimis, nec de ea satis liquebit, cum opor-
teat, tum onera bellica, tum onera quæ ex hac
immunitate promanant, super vniuerso statu
æqua lance distribui, quemadmodū respectu
onerū bellicorū fieri iam cæptum est, & faciē-
240 dum tradit *Alberic. in l. Neminem sub nu. 2. C. de*
*Sacr. Eccl.*, & quòad posteriora probat regula
Tex.

*Tex. in l. Secundum naturam ff. de reg. iur.* hoc .n. peracto, dubio procul, omnis prætensio necessitatis cessabit.

Deindè verò etiam data priuatorum necessitate ex causis tametsi inopinatis malo nostrorum
241 temporum fato, adhuc nihil, cum infortuniũ debitoris creditori nocere non possit *l. Site bonis. C. de iure delib. Afflic. decis. 19. nu. 6., & 7. Capb. consf. 217. nu. 3. vol. 2.* ideòq; non minus Respublica in obseruanda hac immunitate cogi debet, ac priuatorum quisq;, non obstantibus infortunijs, quibus quotidiè vrgẽtur, ac strangulantur ad suorum debitorum solutionem adigitur.

Secundo verius est, ac magis communiter receptum, necessitate aliqua non obstante, immuni-
242 tatem subditos ex contractu oneroso concessam seruari opportere, vt per *Caccialupum in repetit. l. Omnes populi columna mihi 66. nu. 181., vers. 7. quæritur statuto Senarum ff. de iust., & iure;* quò loci inquir, in ea facti specie vbi statuto Senarum cantum erat, quod forenses, qui venirent ad habitandum essent immunes ab omni onere reali, & personali, & à datijs, præstantijs, & collectis; contigisse vt Ciuitas Senarum esset in magna penuria grani, & propterea imposuisse quandam præstantiam, collectam, seu datium, vt ex illa pecunia emeret granum pro necessitate populi; proposito nunquid forenses ad eã tenerentur, negatiuè fuisse consultum, & de-
243 terminatum; sequitur *Neuiz. cons. 11. col. 6. in fine inter cons. feudalia Bruni, Paris. cons. 68. vol. 1. Rol. cons. 5. num. 63. lib. 1. & cons. 76. num. 13. lib. 2.*

Et opinio eorum, qui aliud à sententia prædicta tenuerunt; vnico tantum in casu admitti potest, quando scilicet maxima famis vrget ne-
244 cessitas, siue occasione belli, siue alia ex causa prouenerit, vt per *Bald. Magistraliter in cons. 458. lib. 3. per tot., quod legitur repetitum cons. 405. lib. 5., Neuiz. cons. 66. nu. 38., & Rol. cons. 76. num. 27. lib. 2. vbi de communi;* Et verè in his tantum terminis, loquitur *Tex.*, qui pro necessitate allegari consueuit in *l. vnica Cod. ne nemini liceat ab emptione specierum, & in l. 1. C. de quibus mun. nem. lic. se excus. lib. 10. & eius mentis est Lucas de Pena eò loci, & Ripa de remedijs præseruatiuis contra pestem num. 182. & trib. seq.*

Quamuis autem ab aliquibus proditum sit, nullã
245 maiorem esse immunitatem, quàm quæ Ecclesijs competit; Ecclesiam verò in casu necessitatis in censum vocari iuditio Episcopi, &
246 Cleri, vt probat *Tex. in c. Non minus, & ibi omnes de immunitate Ecclesiæ,* & propterea multo fortius immunes ex causa duodecim liberorũ vrgente necessitate teneri.

Verius tamen est longum esse discrimen inter vnum, atq; alterum genus immunitatis, quo ad effectum, de quo agitur; Vbi etenim vrget necessitas, maxima pietatis ratio expostulat, vt Ecclesia quæ in egestate constituta non reperitur, aliorum indigentijs succurrat Episcopi arbitrio, & per eum modum communibus
247 vtilitatibus, & necessitatibus subueniatur, quæ verè est ratio *Tex. in dicto c. Non minus, & Tex. in l. Ad instructiones C. de Sac. Eccl.* Ij autem, qui ex contractu oneroso immunitatem consequuti sunt, nullo modo tenentur, non ta-
248 men ad ea obstricti sunt immunes ex causa
249 duodecim liberorum, quidquid aliqui opinati fuerint, vt fauore immunium censuit Se-
250 natus die 27. Ianuarij 1554. apud Secretariũ Roceam, de qua materia latè *Petr. Aerod. in dicatarum lib. 10. tit. 14. de vacatione, & excus. mun. fol. 940. c. 2. vbi sic ait.*

*Vltimam pensionem pecunia collatæ in bellum Macedo-*
251 *nicum persolui placuerat priuatis. Etenim quodammodo satiùs esse, quanquam in summa ærarij penuria, fidem publicam vnicuiq; Reipub. mutuanti, & opitulanti conseruari, quàm hostem vincere. Nam neq; aliter vinci. Igitur Q. Fabio Labeoni, & L. Aurelio, Quæstoribus Vrbanis, visum est ab omnibus Pontificibus hanc pecuniam exigi, meliùs, commodiusq; esse, quod stipendium hoc toto bello non contulissent: quàm à reliquis ciuibus, quorum iam magna pars oneri ferendo esse desijsset. Itaq; summa cum Curionibus, Flaminibus, Auguribus, Salijs, Faciallibus, alijsq; Pontificibus, contentio, atq; altercatio fuit, dum hi antiqua sua, & Sacrosancta priuilegia, & immunitates, vel à Numa ipso, primisq; Consulibus identidem repeterent: Quæstores ex aduerso, inbrrent eos necessitatem accusare: cæterum aut conferre, aut mulctam pati. Ergo Tribunos pl. appellarunt. Tribuni pronunciarunt: Sacerdotes nequicquàm appellasse, omniumq; annorum per quos non dederant ab ijs stipendium exactum est.*

Vt intelligamus ex diuersitate rationis non facilè inferri posse ab immunitate Ecclesiæ, ad immunitatem duodecim liberorum.

253 Et si autem contrarium in terminis nostris placuerit *Thes. decis. Ped. 267. num. 15. per totam,* qui & se consuluisse, & contra immunes iudicatum testatur; Nihilominus ex prædictis constat virum alioqui de legali prudentia optimè meritum, lapsum esse, & contrarium non semel, sed pluries congregatis classibus, dum in Senatu esset ab eodem ordine iudicatum testatur *Thesaurus Iunior in additionibus ad eandem decisionem in penultima additione,* vbi dicit Senatum Pedemontanum indistinctè transijsse cum
254 ea opinione, quæ immunitati fauet in ardua causa Ciuitatis Pinaroli contra fratres Purpuratos, in qua tamen dictum fuit non procedere immunitatem in homine diuite, quo ad illa onera, quæ loci conseruationem, & communẽ vtilitatem respiciunt, & quo ad expẽsas factas tempore, quo inimicus fuit cum suis militibus circa locum Pinaroli, & oppida circonuicina; Idq; amplius considerat, quod reuera debet esse magna opulentia in patre, vt possit graua-
255 ri aduersus immunitatem sibi à iure concessam; nam ille qui est onustus numero duodecim filiorum, tale onus sustinet, vt nunquam
256 dici possit diues, cum tantam familiam alere, & filiabus de dote prouidere teneatur; subdes,

quod propterea in dicta causa Pinaroli nulla fuit per Senatum habita ratio iussionis Principis, qui rescripserat, & iusserat, vt omnia onera indistinctè eausa belli imposita soluerentur, & ipse idem pro immunibus ex causa duodecim libero eum absolutè tenuit *quæst. forens. 93. nu. 2.* vbi inquit hodie Senatum Taurinensem sic iudicare; & post plures hinc inde in vtramq; opi-
257 nionem recollectos, tenuit *Philippus Paschalis de viribus patr. pot. p. 4. c. 4. num. 35. ad fin.*

Et quidem si fundamenta, quibus nititur *Thes. Senior dicta decis. 267. num. 15.* perpendantur, statim intelligemus veeè eruditum illum virum in re ista lapsum esse.

Primo etenim ea ratione mouetur, quod talis Immunitas odiosa sit, & restringenda, quod vsquequaq; à veritate alienum est; cum imò
258 fauorabilis sit, & extendenda, vt de hoc loquens, tradit *Ripa in l. Ex facto num. 13. vers. credere m ff. de legatis primo*, dum inquit fauore Reipublicæ fuisse concessam, & tàm de hac quàm generalitèr de omni priuilegio ex legis dispositione competēte, tradit post *Butrinm in c. Olim tibi in fine de verb. signif. Natta cons. 68. nu 6. Menoch. cons. 297. num. 19., vbi alios allegat, Thes. iun. quæst. forens. 92. num. 2. Io. Antonius Bellonus dicto cons. 69. num. 14. & tribus sequen.*

Secundo nititur ex eo, quòd causa belli omnes Immunitates cessant, nec domus Augusta excusatur, quod planè ex communibus DD. traditionibus supra fuit funditus euersum.

Tertio ex auctoritate *Dyni*, & aliorum in *l. Si ex*
259 *toto ff. de leg. primo*, volentium omnes immunes ad hæc onerā teneri.

Verum leuè est hoc genus argmenti, & ex iam dictis sublatum, quia scilicet nec Dynus, nec cætei DD. in *d. l.* Ex toto loquuntur in immunitate per viam contractus onerosi onerositate
260 correspondente ipsi immunitati, & propter publicam vtilitatem concessa, qualis nostra hæc est, vt iam supra probauimus, sed tantum vbi simplicitèr, & generaliter concessa fuit immunitas, à collectis, ex titulo non oneroso, vt
261 videre est signanter apud *Iaf. in dicta l. Si ex toto num. 7. vbi recenset Dyni opinionem, & numeris sequentibus, & ex Purpurato, & Rol. supra latius fuit ostensum.*

Quin, & vbi in Pedemontana regione contrariū seruaretur, adhuc opinio fauore immunium te-
262 nenda esset, ex eo, quod in dubijs opinionibus ea recipi debet, quam iuditiorum loci, seu Prouinciæ, in qua lis versatur, consuetudo approbauit *l. Minime, & l. Si de interpretatione ff. de legibus, & post Ducnnam Remig. & Couarr. tradit Gallia cons. 59 num. 119.*

Quæ sanè si in reeminis indifferentibus vera sunt, pro vt negari non potest, certè his temporibus, quibus tam insigniter humanum genus di-
263 minutum est, vt de eo reparando quam maxime, & seriò admodum cogitandum sit, vtiq; ne dùm fides legis, ac Principum authoritate, tàm solemniter immunibus promissa seruanda est, verum amplioribus priuilegijs ad propagationem inuitari debent; alioquin breui fiet, vt Mediolani Status Lybiæ deserta, & solitudinem imitetur.

Saluo &c.

*SVMMARIA.*

*Delicta impunita remanere non debent num. 1.*
*Malitijs Hominum via non est aperienda num. 2. & 3.*
*Delictum ab vno incerto ex multis incertis commissum omnes puniuntur vnici pœna, Itaut ea soluta per vnū omnes absoluendi sint num. 3. & 4. & 7. contrarium verius num. 8. Declaras num. 11. & 13.*
*Gratificationi locus etiam est in pœnis nu. 5. distinguntur, & declaratur 18. 19. 20.*
*Pluribus existentibus delinquentibus vnus elligitur puniendus per Iudicem num. 6.*
*Melius est nocentem dimittere quam innocentem damnare num. 9. & 16.*
*Statuta pœnalia strictè sunt interpretanda num. 10.*
*Decretum Senatus Mediolani quod ratione incertitudinis delinquentis dimittentur impuniti num. 12. et 14.*
*Decretum Senatus Mediolani quod ratione incertitudinis quis fuerit primus in euaginando ensem ambo dimittantur num. 15. & 16.*
*Absolutio rei dicitur fauorabilis num. 17.*
*Incertitudo temporis qui duo acti facti videntur illos vitiat num. 21.*
*Incertitudo delinquentis ex certis efficit vt omnes absoluantur num. 22. & 23.*
*Arma reperta penes pedes alicuius illius esse præsumuntur num. 24.*
*Incertitudo delinquentis quando excludatur num. 25. & 26.*
*Iudices diligentia patefacere solet delinquentes nu. 26.*
*Captus qui non fuit cum armis vetitis, sed verius cum ijs quando possit puniri num. 27.*
*Forenses, & mulieres ligantur dispositione statuti, vel proclamatis prohibentis delationem armorum nu 28.*
*Decretum Senatus declarans dispositionem statuti tansu procedere ob dilationem armorum facta per forensem in Ciuitatibus, & oppidis insignibus num. 29*
*Mulieres captæ cum armis vetitis, vt plurimum dimittuntur impunè num. 30.*
*Dilatio armorum prohibita alicui non proceditur in Itinere, & Villis num. 31.*

## Repertis armis prohibitis in loco in quo plures conuenerant; Vbi non constet præcisè cuius fuerint arma, An omnes absoluendi veniant. Cap. CXXIX.



Vigent proclamationes in hoc Mediolanensi Dominio, in quibus prohibita est delatio armorum hastilium, Vel ignitum super tripudijs sub pœnis in eis contentis, Pro quarum proclamationum executione sæpè aeeedunt satellites ad ipsa tripudia, vt con-

contrauenientes detineant, Adnento Autorem rumore accessus satellitum, statim huiusmodi contrauenientes, arma in abscondito reponere studēt, & vbi tempus deficit ea subtus bancum prohiciūt; Quæritur quid iuris, & quis pro ipsis armis vetitis sic repertis teneātur, si non constet præcisè ea fuisse certæ personæ.

Et porrò per *Tex. in l. Item mela §. sed si plures, & Tex. in l. Ita vulneratus ff. ad l. aquil. & in l. p. in fin. cum duobus seq. ff. de his qui deiecer. vel effud.* Pro-
1 uisum est omnes astantes in tripudio teneri
ad pœnā comminatā, ne delicta impunita remaneant cōtra iuris regulas; Quia vbi quilibet
2 nō teneretur; Eadem ratione, nec aliquis ipsorū, & de facili, lex municipalis circōueniretur
viaq; aperiretur malitijs *contra l. cum sic §. tran-*
3 *sactiones ff. de transactionibus, & l. 2. C. indic. vid. toll. ita tradit Florianus de S. Petro in all. l. Item mela §. sed si plures num. 5. vers. Item per istum Textum ff. ad l. aquil.*

Quamuis quando de vnico sclopulo, vel simili
4 armorum genere ageretur; Tunc vnica soluta
pœna ab vno, cæteros absoluendos esse habetur *in l. p. in fine ff. de his qui deiecerunt, vel effud. vt probat idem Florianus loco relato*, Vbi etiam su-
5 bijcit gratificationi locum eo casu esse, vnum
ex astantibus tantum condemnando *arg. l. si. ff. de relig. & sumpt. fun. & l. 3. §. cum omnis ff. ad Silan*; Quia in expediendis iudicijs Iudex elligit
6 vnam personam tantum ex pluribus *l. si plures ff. de accusation. & l. 3. § hoc interdicto ff. de liber. homin. exhib.*

Quam Floriani sententiam amplectitur *Gandin. tr. de malefic. in rub. de multis quæst. dependentibus à statutis nu. 8. vers. Item pone*, Vbi cōcludit quem-
7 libet ex astantibus teneri ad pœnam; quam
tamen vno soluente cæteri liberantur *per all. l. p. de his qui deiecer. vel effuder.* quam conclusionem sequi videtur *Menoch. de arbitr. casu 394. num. 53. cum seq. plur.*

De rigore tamen iuris hanc sententiam præce-
8 dere affirmat idem Gandinus, Quia de AE-
QVITATE contrariā sententiā veriorem esse probat *Alber. de statutis lib. 2. qu. 221. vbi Floriani, & Gandini* opiniones refert, & simul reprobat, concluditq; nullum ad comminatam pœnam teneri ratione incertitudinis delinquentis *Glo. in l. p. §. cum arietes verbo sibi ff. si quod pauper.*
9 *fecisse dicatur*; Cum melius sit nocentem absoluere, quam Innocentem condemnare *l. absentem ff. de pœnis*.

Hanc partem sequitur *Bonifac. de Vital. in tr. de malefic. in rubr. de Inquisit. num. 43. cum plur. seq.*, cum quo transit *Decian. in tr. crim. lib. 8. cap. 4. de varijs quæstionibus circa gestationem armorum nu. 12. vers. sed quid si familia post Marsil. in eius pract. crim. §. pro complemento num. 20.*

Quia cum verè non appareat, quis eorum porta-
10 uerit arma, Et statuta siue proclamata tanquā pœnalia sint strictè interpretanda *l. si de interpretatione ff. de pœnis*; Nullam pœnam cadere posse eo casu constat, & probat *Barbat. in tr. de Card. legato à latere qu. vlt. num. 24. cum seq.*

Quam sententiam amplecti videtur *Caball. lib. 2. variarum resolut. casu 230. num. 39, cum seq. plur., Et quamuis num. 54. cum seq. distinguit*, Vt conclusio ipsa tantum procedat respectu pœnæ corporalis, quæ ratione incertitudinis cessare
11 omnino debet, Et respectu pecuniariæ omnes
in solidum teneantur, Itaut vnica solutio sufficiat, Quam distinctionem probare videtur *Menoch. all. casu 394. num. 53. cum plur. seq.*

Tamen contrarium vti magis conueniens AE-
QVITATI seruare solet Senatus Excellētiss.
12 Mediolani, Et ita censuisse die vlt. Feb. 1550.
in rixa Cremonæ sequta inter Puteos, & Persichellos testatur *Clar. qu. 60. vers. vidi ego*, qui Author licet, & ipse hanc distinctionem inter corporalem, & pecuniariam pœnam subijciat,
13 verbo; Quam tamen; Contrarium nihilomi-
14 nus semper seruasse Senatum Excellentiss.
testatur Illustriss. olim Præses Brugnolus qui eo sedente in Amplissimo Ordine semper ita decisum fuisse per Senatum adnotauit propria manu ad d. locum Clari, Quam sententiā comprobat *Federic. Scottus cons. 12. nu. 3. cum seq. lib. 9. tom. 2.*; Vbi expressè probat quod cum duo iuuenes noctu se inuicem vulnerassent, & ignoreretur quis eorum fuisset aggressor, siue rixæ Auctor, vterq; absoluendus erant, etiam
15 respectu pœnæ pecuniariæ, Quia potest accidere, vt alter esset innocens, & simpliciter se defendisset tanquam insultatus, & aggressus
16 *l. absentem ff. de pœnis, & l. duobus §. fin. & ibi glo. ff. de iureiurando*, & hanc sententiam vti vtriusq; absolutoriam (cum fauorabilis sit absolutio
17 *l. Arrianus ff. de action. & obligation.*) *probat idem Scottus cit. cons. 12. num. 6. lib. 9. & cons. 12. nu. 18. lib. 7*, Et sic omissa distinctioni pœnæ; Ratione incertitudinis, absoluisse Senatū Excellentiss. huiusmodi detentos ob armorum prohibitorum inuentionem factam in loco in quo tot conueniant personæ patet.

Qua stante obseruantia tolluntur, ea quæ in contrarium deduxit *Menoch. in all. casu 394. nu. 43. cum seq. plur. Et præsertim in Addition. ad ipsum casum num. 21*, dum relatis fundamentis pro vtraq; opinione cum auctoritatibus vtranq; sequentibus, Tādem ipsos Doctores conciliare studet fœdere nouæ distinctionis, Vt sic
18 opinio Alberici Barbatiæ, & Deciani recitatorum, ac Romani *in l. p. §. hoc rescriptum ff. ad Senatusconsultum Sillanianum*, quam ipse primo reprobauerat, procedat quando agitur de im-
19 ponenda pœna ordinaria statuti, siue proclamatis; Alia verò sententia quam ipse amplectitur procedat quando de extraordinaria pœ-
20 na imponenda tantum agitur, Et hoc rectius fortè esse dici posse putat, Et sic quodammodum eius priorem sententiam, quam extra dentes impugnat *Decian. loco relato*, respuit licet non absolutè; Faciunt tradita per eundem *Menoch. casu 362. num. 15 & 18.*

L 3 Sicut

Sicut enim ob incertitudinem temporis, quo
gesti apparent duo actus, ambo vitiantur, nec
21 vnus sustinetur in præiudirium alterius, vbi
pares sint personæ de quibus agitur *l. p. §. p. ff.
de bon. possess. secundum tabul. Conarru. lib. p. var.
resol. cap. 10. sub num. 2. vers. Vnde sicut, Alcia. tr.
de præsump. reg. 3. præsum. 43. & in cons. 40. n. 16.
& 17. lib. 5*; Ita incertitudo hæc delinquentis,
delictum potius impunitum relinquere debet
22 quam Innocentes condemnare, etiam in ex-
traordinariam pœnam *arg. l. scientia § lege aqui-
lia in fine ff. ad l. aquil.*, Vbi expressè habetur,
23 quod quando incertum est, quis ex duobus
excesserit, neuter puniri debet *glo. in l. p. § sine
autem verbo sibi ff. si quadrup. pauper. fecisse dica-
tur, & ibi Bart. & præsertim Apostilla litt. B. post
med.*

Sublata verò multitudine personarum, si arma
prope aliquem reperta fuissent, vt puta noctis
tempore, duo vel tres inuenti sint sine armis,
sed prope eos, siue ante eorum pedes inuenta
sunt arma prohibita præsumptio est quod ar-
24 ma sint ipsorum, vt docet *Bal. in l. nam salutem
§. p. ff. de offitio Præfecti vigilia, & sequitur Me-
noch. all. casu 394. num. 53. & in addit. num. 14.
cum seq.*; Tunc enim cum arma plura tàm ab
vno, quàm à duobus, vel tribus potuerint
cōmodè, & separatim deferri, & sic vnusquisq;
delinquere contrauenniendo proclamati per
25 huiusmodi delationem armorum; cessat in-
certitudo; quæ consideratur quando agitur
de vnico sclopulo, & per multi sunt ij, qui
erant in loco, in quo sclopulus fuit repertus,
quam sententiam admittit *Decian. all. lib. 8.
cap. 4. num. 12. vers. putarem tamen post Bal. in l.
Dominus horreorum ff locati, & Cāscan. cons. 63.
nu. 4.* Hanc sententiam etiam sequitur *Hector.
Felic. Alleg. 18. n. 81. et Alleg. 50 n. 7. & 8. par. p.*

In his autem valde prodest ad detegendos ve-
ros delinquentes, Iudicis sedulitas, Tum dili-
genter. inuestigando penes detentos an cla-
ues sclopulorum, an globuli plombei ac ni-
tratus puluis reperiantur, Et vtrum claues, &
globuli conueniant sclopulis repertis; Tum
statim detentos separatim interrogando de
26 ipsorum armorum delatione, & de claui, &
globulis plumbeis nitratoque puluere; his
enim adhibitis diligentijs, antequam in-
struantur detenti, de facili veritas in lucem
prodiet, vt mihi sæpe contingit, & præsertim
superiori anno in Ciuitate Papiæ, dum Bari-
cellus noctu tres detinuerat, qui per fenestrā
Cellæ Vinariæ nescio quid proiecerant; His
enim detentis, statim Baricellus ingressus est
dictam Cellam Vinariam, in qua binos sclo-
pulos rotatos breues, ac pugionem denuda-
tum inuenit, mox & captiuos, & arma ad me
tunc Iudicem detulit; Qui statim iussi, vt pe-
nes detentos adhiberetur diligentia, & penes
vnum clauis nitratus puluis, & globuli reper-
ti fuerunt apti ad ipsos sclopulos; Penes vero
alium, Vagina conueniens pugioni reperto,
inuenta est, Et incontinenti examinati, fassi
omnes fuerunt delationem ipsam respectiuè;
Concordesq; omnes tres fuerunt in ipsa de-
latione, & in alijs circūstantijs; Et sic tertius,
qui non, deliquerat dimissus statim fuit, neq;
vti Innocens aliqua affectus molestia.

Cæterum dispositio proclamationum in hoc
Dominio prohibentium delationem, & retē-
tionem armorum; tollit omnem difficultatem
quam proponunt Scribentes, An slz. quando
27 quis captus non fuit cum armis vetitis possit
molestari nec ne, & de qua abunde *Menoch. in
add. ad all. casum 394. à num. p. vsq; ad num. 13. Et
scribit Felic. d. alleg. 84. num. 6. in fin. & all. 50. nu.
2. Farin. qu. 108. num. 143.* Quia cum expressè
prohibita sit non solum delatio, sed etiam re-
tentio, cessat difficultas etiamsi captus cum
his non fuerit deferens arma vetita, vt tradit
*Menoch. sub num. p. vers. Tertius est casus qui n. 22.
& 24. forenses etiam, & mulieres afficere proclama
28 concludit*; Quamuis respectu forensium quibus
prohibita est delatio armorum, Censuit Sena-
29 tus die vltimo Februarij 1598, proclamata
ipsa intelligenda esse prohibere forēsibus hu-
iusmodi armorum delationem in Ciuitatibus,
Oppidis, & Burgis, Non autem in Villis, & in
itinere, Quod Senatusconsultum registratum
est in tertia addit. ad Nou. Constit. fol. 42.

Respectu verò mulierum, vt plurimum vidi eas
30 ex AEQVITATE dimitti nō irrogata aliqua
pœna, vt memini ordinasse, Amplissimum Se-
natorem Bellonum anno 1623. de quadā mu-
liere vestimentis masculis induta, & equestri
in itinere capta, atq; binis sclopulis rotatis
munita, quam dimitti iussit dictus D. Senator
facto eidem præcepto, ne sub pœna fustiga-
tionis vlterius differet huiusmodi arma, aut
masculina vestimenta.

Ex qua cōclusione definita videtur alia quæstio,
Quando iussu Senatus, vel Principis prohibita
est delatio armorū alicui, vti manuprompto,
& similibus rixosis hominibus, quos etiam
fideiubere compellit Senatus de non defferē-
do arma; Nam delatio huiusmodi non intelli-
31 gitur prohibita in itinere, & in Villis, Vt cē-
suit Senatus die 18. Iunij 1619. fauore cuius-
dam fideiussoris, qui cum principali promi-
serant illum non delaturum arma pro execu-
tione Senatusconsulti.

*SVMMARIA.*

*Incerto occisore ex certis existente omnes capitaliter
damnentur in contumatia num. 1. & 7. & 10. con-
trarium num. 11. In casu animi deliberati omnes
teneantur num. 2. & 12.*

*Delinquens consulta grauius punitur quam qui casu, &
in rixa num. 3.*

*Platonis sententia contra consulta delinquentem nu. 4.*

*Primi motus non sunt in nostra potestate num. 5.*

*Quilibet tenetur de eo quod fecit quando apparet præ-
cisè de vulneribus ab vnoquoq; allatis occisi num. 6.*

Plures

## Incertus vbi sit occisor, ex certis rixantibus locum habet tantum pœna extraordinaria, nisi constaret de Auctore rixæ. Cap. CXXX.



Equendo materiam incertitudinis delinquentis, Persepe occurrit, vt pluribus inuicem rixantibus, quis occisus remaneat in turbulenti cõflictu, atq; ignoretur, cuius ictu talis fuerit interemptus; Hæsitãt idcirco scriberes, an cum ex certis, Incertus sit occisor, qua pœna veniant omnes puniendi.
Qua in re si de contumacibus agatur, præscripta fuit à Senatu Excellentissimo lex, qua dispo-
nitur

1 nitur in contumatiam omnes ipsos certos In-
quisitos de vnico homicidio ab incerto ex In-
quisitis commisso, capitaliter esse damnan-
dos cum bonorum confiscatione, Vt rescripsit
Senatus D. Prætori Cremonæ die 8. Ianuarij
1558, quod Senatusconsultum registratum est
in prima Addit. ad Nou. Constit. fol. 19. Et de
qua Senatus obseruantia testatur *Clar. in §. ho-
micid. vers. sed hic incidenter in fine.*

Vbi verò de præsentibus, siue captis, siue sponte
constitutis ageretur, dubiā valde reddūt scri-
benter huius articuli declarationem; Namq;
sublato casu animi deliberati occidendi, in
quo omnes illi quorum incertus occidit capi-
2 tali pæna tenentur iuxta *Tex. in l. p. ff. ad l. Cor-
nel. de sicarijs glo. l. si in rixa in fi. ff. eodem, & post
alios probat Menoch. de Arbitr. casu 362. num. 8, &
plenius num. 25; Farin. qu. 96. sub num. 21. vers. Vbi
tamen, & num. 72, & Caball. lib. 2. var. resol. casu*
3 *192. num. p. cum plur. seq.*, Grauius enim punien-
dus est is, qui consulto, & data opera delin-
quit, quam qui casu, Vt inquit *Plato de legibus*
4 *dialogo 9. his verbis*; Maiora verò supplicia illis
decet imponere, qui consulto per iram inter-
fecerunt; Illis contra, qui repente, & Incon-
5 sulto leuiora, Quia primi motus non sunt in
potestate nostra, vt inquit Philosophus.

Hæsitant scribentes, qua pæna veniant puniendi
huiusmodi rixantes certi, dum ignoratur, quis
ex ipsis læthaliter vulnerauerit, siue occiderit,
Quando enim apparet de præcisis vulneribus,
quibus vnusquisq; occisum affecit, quemlibet
6 teneri de eo quod fecit decidit *Tex. in l. Item
mela §. Celsus scribit ff. ad l. Aquil., & l. si in rixa,
& ibi Martil. num. 27. ff. ad l. Cornel. de sicar. Tex. in
cap. si. 23. qu. vlt. in fine. Bal. in l. non ideò minus nu.
26. C. de accusationibus, & copiosè probat Menoch.
all. casu 362. num. 4. 8. & 12.* qui per multos
distinguit casus, vt veritas magis elucescat, &
sequitur *Farin. q. 96. num. 14. cum seq. n. 29. Claud.
ad Bertaz. in cons. 299. vers. nec minus diligenter, &
Caball. all. casu 192. num. 4*, Et sic quæstio hæc ad
illum tantum casum reducitur, quādo ex plu-
ribus certis incertus est occisor.

Et *Vlpianus in all. l. item mela §. si plures, & in l. ita
vulneratus §. idem ff. ad l. aquil.* decidit quod vbi
quis ex pluribus percussionibus decessit non
7 constito cuius ictu perierit, facit omnes de
homicidio teneri, & sic pæna ordinaria capi-
tali affici, Qui I. C. etiam addit, quod si plures
8 trabem deiecerint, & hominem oppresserint,
omnes lege aquila teneri facit etiam *l. p. §. fin.
cum l. seq. de his qui deiec. vel effud. & glo. in l. si
in rixa ff. de sicar. & ibi Bart. & in cap. cupientes
verbo qui culpabiles de electione lib. 6. ac in c. Quies-
camus 41. distinct.*

Præsertim cum eadem pæna teneatur præstans
9 auxilium homicidio, qua puniendus est ho-
micida *l. & qui opem ff. de furtis, & §. ope Instit.
de obligationibus quæ ex delicto nascuntur, l. nihil ff.
de sicar. & Clement. p. de pænis Gram. cons. 4. num. 2,
& 6.*, Adeò quod cum vnus incertus ex socijs
occiderit omnes ordinariam pæna condem-
10 nari possunt, nec idcirco grauati dicuntur cæ-
teri socij ratione auxilij præstiti ad dictum
homicidium, cum eadem pæna teneantur.

De AEQVITATE verò ratione incertitudinis
occisoris, omnes à pæna ordinaria absolui
11 debent, sed extraordinaria, slz. pecuniaria
tantum Iudicis arbitrio puniuntur, vt in in-
diuiduo post alios plures probat *Paris. cōs. 148.
per totum præsertim nu. 3. in fine lib. 4. Menoch. all.
casu 302. nu. 19. cum seq.*, & hanc esse AEQVIO-
REM sententiam testatur *Carer. in eius pract.
crim. in 3. tr. de homicid. & assassin. §. quarto qua-
ro sub num. 8. vers. aut vnicum fuit vulnus, & §.
Quinto num. 11. in princip. Et post medium vers. bre-
uiter dat*, cum qua opinione transire videtur
*Clar. in §. homicidium vers. aut verò*, dum plures
distinguit casus, *faciunt tradita per Eugen. cons.
22. num. 93. & 94.* Quam sententiam amplecti-
tur *Farin. all. qu. 96. num. 14. cum plur. seq. & nu.
35. ac 36.*

Iura verò in contrarium deducta, præterquod de
rigore iuris procederent; Aduertendum est
12 *l. Item mela cum alijs allegatis*, loqui de delicto
præmeditato, & de auxilio ad illud, Prout ac-
tio *l. Aquil.* contra eos qui trabem deiecerunt
damnum vulnerati, & occisi, siue eius hæredis
13 non corporalem pœnam complectitur *l. p. &
toto tit. ff. ad l. Aquil.*, Alia verò iura de extra-
ordinaria pæna esse intelligenda exponit *Fa-
rin. loco relato.*

Et quia quam plures distinguuntur casus per
*Menoch. & Farin. locis citatis*, Vlz. quando occi-
sus vnico vulnere fuit vulneratus, Et ignora-
tur à quo, & quando pluribus læthalibus vul-
neribus fuit affectus, & pariter non constat à
quibus fuerit vulneratus; Item quando multis
non læthalibus vulneratus fuit affectus, & ob
vulnerum multiplicitatem debilis effectus, in-
terijt, & constat omnes vulnerasse, licet non
appareat quo præciso vulnere decesserit, de
quo *Menoch. cit. casu 362. num. 14. & Farin. all. qu.
96. num. 34. & 35.* Vbi omnes extraordinaria
14 tantum pæna teneri de AEQVITATE pro-
bat post *Placam in Epist. delict. cap. 12. num. 4. vers.*
15 *quam sententiam*, Et quam pænam pecuniaris,
vel exilij tantum esse debere, scribit idem *Fa-
rin. num. 57. cum seq.* Item quando pluribus
vulneratus fuit affectus, sed vnico tantum læ-
thali, ob quod perijt, Et ignoratur à quo læ-
thalibus vulneratus fuerit, Remittitur Lector
ad ipsos Auctores, apud quos vera iuris deci-
sio legitur, ne hic eorum transcribantur scri-
pta, Et quod actum est denuo agatur.

Vnum tamen tantum magis dubium, & frequen-
tem, non omittam; Quando slz. occisus duo-
bus læthalibus vulneratus à duobus certis
rixantibus fuit vulneratus, Constatq; etiam
quis eorum primo loco vulnerauerit; Et am-
16 bos ordinaria capitis pæna teneri probat *Clar.
in cit. §. homicidium vers. Aut verò plura.*

Attamen cum primum vulnus læthalis in, si esset,

itaut

itaut homicidium ex primo vulnere iam consumatum diceretur, quia vulneratus omnino erat moriturus etiam sine secundo vulnere;
17 Considerari debet secundum vulnus, tanquã si mortuo illatum fuisset, vt perpendit *Bal. in l. sororem C. de his quibus vt indignis*; Et sic neq; auxilium præstitum fuisse per secundum vulne-
18 rantem homicidio iam consumato dicendum est, vt inquit *Bart. & subijcit. Ang. in l. furtum ff. de furtis, quos sequitur Capol. cons. p. nu. 10, & prosequitur Menoch. cit. casu 362. num. 18*; Et sicuti
19 vulnusculum, quod etiam si nocet non habe-
19 tur in consideratione *l. p. §. sed sciendum ff. de edilit. edicto Gabr. cons. 177. num. 5. lib. p.*, Ita multo minus potest considerari vulnus quod nullo pacto nocuit, cum iam morituro sit illatũ.
Vnde vulnerans secundo loco capitali pæna non potest plecti, Maxime cum rarò soleat Sena-
20 tus Mediolani morte punire committentes homicidium in rixa, vt attestatur *Clar. loco rel. vers. Alia etiam in fine*, Et cum casus euenisset in oppido Viqueriæ, dum à Petro Francisco de Bugnis, & Augustino de Salionis interfectus fuisset Cęsar à Canibus in rixa, qui primo affectus fuerat læthalissimo vulnere à Petro Frãcisco, & statim etiam alio læthali vulnere ab
21 Augustino; AEQVITATEM sequendo censuit Senatus die 28. Nouembris 1590. Petrum Franciscum capite plectendum, Augustinum autem remo decennali addicendum; Cum rigorosum videretur, vt pro vnico homicidio in rixa commisso, duo homines morerentur.
Prout cum duobus læthalibus vulneratus affectus fuisset in rixa ab incertis ex certis quidam Presbyter Coranæ, quem tertio loco alio læthali vulnere affecisset nuncupatus Gianottus, Ex quibus vulneribus occubuit Presbyter, nec appareret ob quod præcisũ vulnus decessisset; Die 3. Decembris 1621, Censuit Senatus
22 remo perpetuo esse damnandum Gianottum.
Præterea, quando ex certis incertus est occisor in rixa, Et examinati inquisiti de huiusmodi homicidio, nonnulli vnum ex inquisitis, & spontè constitutis vti occisorem nominant, & sic socius criminis se faciunt respectu assistentiæ, & Auxilij, sed tamen se ab homicidio excludunt; Vtrum ex eorum depositionibus probatus dicatur certus occisor; Et sic ipsis socijs credi debeat ad præiuditium alterius, *& Bal. in l. quoniam liberi num. 2. C. de testibus*, distinguendo concludit eos minime probare con-
23 tra socium, sed in tormentis omnes interrogari debere, Cum ageretur de se exonerando in præiuditium tertij, *Bal. seq. Caball. in all. casu 192. num. 13. Add. ad Bertazol. conf. 395.* Et ita super relatione facta per Curiam Cremonæ, in qua tunc Iudex sedebam die 7. Nouembris 1626. referente Amplissimo Senatore Cattaneo censuit Senatus, in causa necis Cæsaris della Daria occisi vnico ictu sclopi in quadã domo oppidi Scandolariæ Rapariæ Agri Cremonen. dum illum vti suspectum cuiusdam homicidij detineri iusserat Don Ioseph Maricundus Equitum Neapolitanorum ductor, ad quem effectum conuocauerat omnes milites eius Turmæ, præmisso etiam sono Tubæ, cum quibus militibus se etiam associauerat Pacificus Maffus incola dicti oppidi, & inimicus Cæsaris; Namq; cum omnes Inquisiti fuissent, & spontè comparuissent quinq; milites ex magis grauatis cum ipso Maricundo, & Maffo, & examinati super delicto, ferè omnes fassi fuissent astitisse delicto iussu eorũ Ducis, & Maffum sclopum explosisse, quo Cæsarem in thalamo absconditum interfecerat; Censuit in-
24 quam Senatus vt omnes dicti milites, & Maffus torquerentur, sed Maffus benè, pro habẽda veritate, à quo occisus fuisset Cæsar; Et vbi nihil aliud emergeret, omnes dimitterentur, damnato Maricundo in Aureis centum loco torturæ prout dimissi omnes fuerunt; Qui casus singularis dicitur, & sic adnotandus.
In his enim casibus in quibus est incertus occisor ex certis delinquentibus, solet Senatus potius deuenire ad torturam contra omnes,
25 vt facilius veritas habeatur, Quam ad extraordinariam condemnationem ne Innocentes damnentur contra dispositionem *l. absentem ff. de pænis, de qua Menoch. loco relatonum. 15. in fine, & Caball. cit. casu 192. sub num. 13*, Quia à Iudi-
26 cis arbitrio hoc pendere tradit idem *Menoch. all. loco sub num. 20. vers. Poterit tamen, Marsil. in l. p. §. Diuus num. 52. ff. ad l. Cornel. de sicar.*, quam sententiam sequitur *Clar. in all. §. homicidium vers. sed hic incidenter in fine, Prout hanc sententiam sequitur Claud. Add. ad Bertazolum patrem cons. 299. vers. quo ad torturam.*
Quando verò de certo occisore ex multis rixantibus non constat, & adsit Auctor rixæ, Cum is occisor præsumatur; De rigore iuris, ordi-
27 naria pæna capitali ille puniendus est *Tex. in l. quoniam multa facinora C. ad l. Iuliam de vi publica, Bart. in l. fin. num. 10. vers. quandoq; non potest de sicarijs*, Et ita obseruari scribit *Rol. cons. 63. nu. 3. lib. 2. quem sequitur Clar. in d. §. homicidium vers. alia etiam est in fine, Menoch. cit. casu 362. num. 23.*
28 *Felic. alleg. 5. num. 36*, Vbi tradit iura multum prosequi rixæ auctorem, Prout ita fuisse iudicatum per Bertazolum contra quendam Bla-
29 sium Presbyterum, & rixæ auctorem testatur *Claud. additionator cons. 299. vers. Sed casus circa medium, & vers. sequitur*, Ea ratione, ne delicta remaneant impunita iuxta *l. si ita vulner. ff. ad l. aquil.*
Neq; in hoc prodest auctori rixæ incertitudo occisoris, ad effectum effugiendi pænã ordina-
30 riam, vt post alios concludit *Marsil. singul. 403, & in repet. l. Vnica C. de rap. Virg.*, quem sequitur *Caball. casu 192. num. 11*; Quia rixæ Auctor eo casu tenetur non solum de commissis à se, sed
31 etiam ab alijs qui sunt cum eo, vt post *Clarum tradit ibidem Caball. cit. num. 11. & Farin. qu. 96. num. 7, & num. 63. Gail. singul. obseru. 109. num. 3.*
32 *& 4.*, Vbi inquit AEQVIVS, esse, eum teneri qui

qui Princeps fuit delicti iuxta *Tex. in l. hoc iuditio ff. de ser. corruptis*.

Et ità censuit Senatus Excellentiss. anno 1589.
33 contra Cosmũ Gentilem, qui cum alio socio noctis tempore fuerat auctor rixæ in qua, occisus remãserat Don Ioseph filius Excellẽtiss. Ducis Terrænouæ huius Dominij tunc Gubernatoris; nec constabat à quo præcisè fuisset occisus Don Ioseph; quem Gentilem idcirco capite plectendum iussit Senatus de quo casu Porrus in eius fasciculo fol. 412. Qui Senatus idem censuit die 5. Decembris 1590.
34 contra Io. Baptistam de Agudis seruum Co. Annibalis Tabernæ, qui in rixa occisus fuerat, Et cuius rixæ auctor extiterat Agudus, dũ
35 verbis cõtumeliosis Dominum prouocauerat. Rixæ verò auctor sẽper dicitur ille, qui dat ope-
36 ram rei illicitæ, vt probat *Aret. conf. 34, latè Scrib. in l. vt vim ff. de Iust. & iure, & in l. p. C. vnde vi, Bertazol. conf. 111. num. 17 & conf. 75. nu. p. Caball. all. casu 192. num. 10. in fine, & num. 11. Claud. ad Bertazolum patrem conf. 299. vers. sed casus inf.* Quam tamen principalem conclusionem de AEQVITATE non obseruari in hoc Mediolani Dominio, nisi concurrentibus alijs qualitati-
37 bus factum grauantibus testatur *Clar. in all. §. homicidium vers. alia etiam in fine, & sequitur Caball. cit. casu 192. num. 11, & 12*, Inter quas qua-
38 litates ea præcipuè consideratur; si rixæ auctor alios auxiliatores vocasset, & ad occidendum Inimicum hortatus esset, vel homicidiũ ratum exinde habuisset, *vt l. si familia ff. de Iurisd. omn. Iudic. Caball. all. casu 192. num. 6.* Et ex
39 ijs binas concurrere debere tradit *Petr. Ant. Anguil. conf. 23, num. 5. lib. p.*, Videlicet primo quòd homicidium fuerit commissum ab ijs, quos auctor rixæ conuocauerat, & sic quod præcesserit collectio, siue vocatio hominum ab auctore rixæ facta, vt expressè asserit *Bal. in l. data opera num. 95. vers. & si dicatur C. qui accus. non poss. Gandin. in tr. de malefic. tit. de defens. à reos facta num. 10, & 11.* Secundo quod auctor rixæ
40 fecerit, vel facere tentauerit, quid illicitum, Ex quo verisimiliter vulnera, & homicidia sequi possent, id quod sentit *Bart. in d. l. §. Diuus ff. de sicar. quem sequitur Caball. all. casu 192. sub nu. 12. vers. & hanc opinionem, ac num. seq.*

Et ita censuit Senatus anno 1627. mense Ianuarij de Francisco Patientia signifero, Turmæ Equitum Neapolitanorum, qui dum ob eius absentiam à statiuis; Locumtenens Turmæ vexillum in eius domo custodiri iussisset, Reuersus signifer ad Turmam, quæ hospitabatur in oppido Gussolæ agri Cremonen. interpellauit L. T. vt vexillum sibi redderet; & cũ L. T. id facere recusaret, quodam die signifer, conuocatis permultis militibus eius familiaribus equestribus, & armatis, cum ijs ad hospitium L. T. se contulit, mox in aulà domus Ingressus cum militibus, qui Equos in Curia propinqua dimisserant; Iterum interpellauit L. T. vt vexillum sibi redderet, Qui L. T. videns signiferum tot affeclis armatis stipatum; & ipse habens præmanibus binos sclopulos rotatos aulà domus in quam signifer cum socijs descenderat Ingressus est; redarguens Signiferum de huiusmodi accessu armata manu facto; Mox alterum sclopulum incassum explosit in aulæ cælum; quo acto à socijs Signiferi bini sclopuli in L. T. fuerunt displori, ex quibus læthaliter vulneratus sequenti nocte obijt L. T., caprusq; Signifer, & à me tunc Iudice Cremonæ quam diligentissimè examinatus, tandem omnia prædicta fassus est, se tamen ignorare affirmans à quo fuisset vulneratus
41 L. T., Omnibus autem relatis damnatus fuit Patientia ad remum per decennium.

Qua stante conclusione per Anguissolam formata; Rixæ auctor non teneretur de homicidio commisso per eius affinem, aut amicum ad ri-
42 xam in eius auxilium superuentum, non tamẽ ab ipso auctore rixæ vocatũ iuxta *l. Sancimus C.*
43 *de pœnis*, Etiamsi principalis teneatur de facto accessorij *l. Quoniam multa C. ad l. Iuliam de vi publ., & tradit Caball. all. casu 192. nu. 5. 6. 8. & 9. vbi in fine num. 6*, scribit ita alias vidisse obseruari, excusando auctorem rixæ à pœna homicidij commissi per eius affinem superuentum, nec vocatum ad rixam, Qui auctor sub *num. 7. vers. Ego fanè teneo*, concludit quod in dubio
44 præsumitur quemquam ex proposito assistisse delicto non casualiter, vel ex accidenti;
45 Quamuis contrarium voluerint *Boss. in tit. de homicid. num. 23, & 25. ac Gram. conf. 32. num. 4.*
46 *vers. immo plus dico*, Et hac stante dubitatione torquendum esse auxiliatorem determinat *Clar. qu. 90. vers. aut est dubium, quem sequitur Caball. all. vers. ego fanè teneo*, De qua re latius (Deo dante) acturi erimus in singularibus casibus hanc materiam quid in dubio agendum sit, complectentibus.

Tunc enim cum constet de verò occisore excusatur à pœna ordinaria rixæ auctor, etiamsi rei illicitæ dando operam, causam homicidio præbuerat, cuius respectu tanquam culposus ex-
47 traordinaria pœna venit puniẽdus *l. Cornelia, §. eum quidam ff. de sicar.*. Etiamsi disponitur per
48 *l. occidit §. hæc quoque ff. ad l. aquil.*, quod, Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur *Caball. tel. casu 192. num. 10.*

Quis verò auctor rixæ, & aggressor in dubio præsumatur quando clarè de hoc non cõstat amplè scribit *Gram. voto 24. nu. 4. cum seq.*, vbi con-
49 cludit aggressorẽ præsumi illum qui ex duobus rixantibus est robustior *Florianus de S. Petro in l. p. §. eum arietes ff. si quadr. pauper. fecis. dicatur Bertazol, 121. num. 14. Cepol. conf. 28. sub num. 11. & conf. 29. sub num. 8*, Vbi tradit illum præsumi etiam aggressorem, sine rixæ auctorẽ,
50 qui erat rixosus; Vel qui armatus contra solitum deambulauit *Bertazol. conf. p. num. 12. & conf. 121. num. 13, ac conf. 299. num. 7. Caball. casu 131. sub num. 12. cum seq. & num. 18. Felic. Alleg. 35. num. 25.*

51 Item

51 Item aggressor præsumatur qui erat melius
armatus *Bertazol. cons. 27. nu. 14. & cons. 3. nu.*
10, Et vir malæ famæ, vt subijcit *Bertazol. dicto*
52 *cons.* 128. *nu.* 8, Et qui erat associatus *Bertazol.*
*dicto cons.* 111. *nu.* 9. *vbi nu.* 12. scribit, aggres-
sorem præsumi illum, qui fuerat prius iniu-
53 riatus, vel habebat causam vltionis, quod
confirmat *cit. cons. 27. num. 16. vbi nu. 15. tradit,*
54 quod aggressor præsumitur, qui alias minatus
est de occidendo *Feder. Scottus cons. 12. nu. 20.*
*lib. 9. par. 2.*

55 Pro vt in dubio aggressor etiam præsumitur
qui primo ensem euaginauit *Caball. all. casu*
*291. nu. 15. post Bertazol. cons. p. nu. 7, & cons. 75.*
*nu. 2. ac cons. 121. num. 15. vbi nu. 6.* scribit ag-
gressorem etiam præsumi illum, qui alium
56 vulnerauit, antequã ensem euaginaret, quod
57 confirmat *cons. 135. nu. 4.* Et è contra insultatus
præsumitur, qui se in rixa rettahit, vel fugit,
vt post *Cepol. all. cons. 28. sub nu. 10. vers. septimo*
*quia probat Bertazol. cit. cons. 111. nu. 8, de qua ma-*
*teria ample Menoch. de arbitr. pleno casu 363.*

Er quamuis aggressorem illum fuisse præsumere
videtur lex, qui ex duobus simul rixantibus
58 vulneratus, vel occisus est, vt per *l. p. §. cum*
*arietes ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur tradit Al-*
*ciat. præsumpt. 39. in 3. regula, Gram. voto 22. nu.*
*13. vers. item vbi dictum., & cons. crim. 62. num. 6.*
*vers. vlt. non omittam, Boer. decis. 237. nu. 2, & Me-*
59 *noch. dicto casu 363. nu. 141,* Tamen contrarium
subijcit idem *Alciat. num. 7. cum seq. post Cepol.*
*cit. cons. 29. sub nu. 10, & 11. ac Boer. decis. 237.*
*propè finem vers. secundo quando sumus, quos sequi-*
*tur Caball. cit. casu 231. num. 50, vbi ad contraria*
*respondet.*

60 Offensor enim in dubio nunquam præsumitur
deffensor nisi hoc probet, vt inquit *Cephal. dicto*
*cons. 28. nu. 4. vers. quarto quia;* Cum omne malum
61 præsumatur factum iniustè, nisi probetur con-
trarium ex quo est de genere prohibitorum, vt
subijcit *Cepol. relato nu. 4, & sequitur Caball. dicto*
*num. 30. cum plur. sequen.*

62 Quem aggressorem occidendo aggressus, nõ
tenetur de occiso, sed pæna extraordinaria,
vt tradit *Clar. in dicto §. homicid. vers. scias tamen,*
*& vers. insultas, quem sequitur Bonacossa commun.*
*conclus. verbo aggressorem occidens.*

63 Et aliquando etiam nulla pæna prorsus tene-
tur, Quia cum in aggressore, & insultante sem-
per consideretur animus occidendi, quando
insultat cũ armis ad occidendum aptis, *Farin.*
64 *qu. 96. sub num. 21. vers. Et ex proposito occidere*
*velle*, Impune potuit aggressus occidere ag-
gressorem, vt se ab eo deffenderet, vt infra
plenissimè explicabitur in cap. 162.

Pro clariori insuper propositæ materiæ intelli-
gentia, distinguendum est inter delictum
cõmissum ab incerto ex pluribus certis rixan-
tibus, de quo abundè supra actum fuit, & in
quo cum omnes operam darẽt rei illicitæ, me-
65 rito omnes tenentur extraordinariæ de vul-
nere ab incerto illato, vt præter allegatos pro-
bat *Feder. Scottus cit. cons. 12. num. 5. lib. 9. tom. 2.*
*& Gail. singul. obseru. 109. num. 1. & 2. lib. 2.*,
Et inter delictum commissum in aliqua domo
in qua, fuit quis repertus occisus, Atq; inter
delictum commissum in via ab incerto ex ha-
bitantibus in vicina domo, à cuius fenestra,
vel tecto lapis fuit proiectus, vel displosus
sclopus, cuius ictu occisus remansit ambulans
per viam.

Namq; primo casu, vbi occisus repertus est in
domo à pluribus habitata; Tunc vel omnes
fisterunt, siue capti fuerunt; Et eo casu cum
homicidium, ab inhabitantibus in domo præ-
sumatur cõmissum, proinde Dominus Domus
66 de occiso tenetur, vel saltem de eo rationem
reddere debet, vt probat *Farin. qu. 52. nu. 98,*
*& qu. 96. nu. 19. cum seq.*

Propterea hac sola motus ratione C. Iulius in
Decem Viratu de cæde diem Publio Sextio ad
Populum dixit, quod domi eius defossum Ca-
67 dauer inuentum esset, quod delictum postea
in tormẽtis fassus fuerat, vt testatur *Petr. Aerod.*
*lib. 8. rerum Iudic. tit. de Sicarijs cap. 15. in fine*
*fol. mihi* 2097., Prout Macareus Mitilenen-
sis, & Sacerdos Bacchi ad supplicium damna-
68 tus est, ob Cadauer in Templo effossum, dum
69 sufficiens causa iudicata est, quę tormentis in-
quireretur; Cum Sacerdos ignorare non pos-
set actum in Templo, cuius curam ipse habe-
bat, vt refert *Petr. Aerod. loco cit.* vbi etiam bi-
norum filiorum, & vxoris violentam mortem
ob tantum facinus eodem instanti sequutam
narrat vlz. per manus alterius ex filijs, ac per
vxorem, in occisorem filium iratam mox per
ipsummet Macareum in eandem vxorem ob
70 vindictam necis amborum filiorum; Memora-
bilis sanè, & miserabilis simul casus vndequa-
que deplorandus.

Si verò Dominus Domus occisus fuisset, tunc
omnes domestici, & familiares torqueri de-
71 bent, vt delicti veritas habeatur *l. 1. ff. ad Se-*
*nat. Cons. Sillan. Farin. qu. 37. nu. 107. cum seq. &*
*qu. 96. num. 82, & qu. 52. sub nu. 98. circa finem,*
*& nu. 99.*, Vbi etiam habetur quod si vxor suf-
72 focata, vel occisa reperta fuit, præsumitur
occisa à Viro, post *Gram. voto 24. in princip.*
*Natta cons. 362. num. 3. Bost. tit. de indicijs ante*
*tort. nu. 50. Menoch. de arbitr. casu 394. nu. 55, &*
*tr. de præsumptionibus lib. p. præsumpt. 89. nu. 90,*
Maxime quando Dominus Domus statim Cu-
73 riæ non denuntiauit homicidium, vt subijcit
*Farin. d. qu. 52. nu. 100.*

Quamuis in primo casu vbi inter domesticos
adesset aliquis malæ famæ, & solitus delinque-
re, aut particulare aliquod contra aliquem
74 vigeret inditium, primo torqueri illum debe-
re docet *Marsil. singul. 217. post medium, vers. sed*
*omnia prædicta, quem sequitur Farin. cit. qu. 96. nu.*
*83. cum sequenti, & nu. 90, cum sequen. Casson. tr.*
*de malefic. tract. 10. cap. 2. de repertis in crimine,*
*siue in loco criminis num. 2, & 3. fol. mihi* 288. *lib.*
75 *11. tract. diuersorum,* vbi scribit quod ratio est,

quia

quia præsumitur scire delinquentes, & delicti seriem.

Aut aliquis ex ipsis inhabitantibus statim aufugit, Et tunc contra eum militat vrgens indi-
76 tium, quod delictum cōmisserit iuxta conten-
77 ta in sacra scriptura. Fugit impius nemine persequente; de qua re Virgilius.

*Continuo fontes Vltrix accincta flagello*
*De Tisifone quatit insultans.*

De fuga *Cassan. dicto tractat. 10. cap. 4. num. 10. & plene Federic. Scotus alleg. cons. 12. num. 24. cum seq. lib. 9. Vulpel. cons. 113. num. 6. Rimin. Iun. cons. 302. num. 11. Crau. cons. 621. nu. 5. Decian. cons.* 88. *nu. 14. lib. 3. quos sequitur Felic. Alleg. 36. nu. 12. & Bertazol. cons. 133. nu. 6. & 8, & ibi Add. litt. B. vers. vltimum est caput.*

In dubio enim præsumitur deliquisse, is qui fugam capit, vt tradit *Bal. in l. Voluntatis in fin. C.*
78 *de fideicommiss. Marsil. in pract. Crim. §. diligenter nu. 48. quos sequitur Bertazol. dicto cons. 133. nu. 6., Ant. de Rosellis in tract. de Tortura nu.* 8. Quia ob talem fugam statim factam de conscientia sceleris suspectus efficitur, & inditium facit
79 ad torturam, vt post alios scribit *Gail. singul. obseru. 109. nu. 6. lib. 2., & Casson. dicto tract. 10. cap. 4. nu. 23. vbi nu. 22.* subijcit, ea quæ de fuga dicta sunt, procedere etiam in parante, au-
80 fugere per regulam, Idem operatur fuga in actu, sicut fuga in potentia de qua *Bal. in l. pignoris Gratia C. de pigu. act.*

Sicuti enim ex fuga crimen præsumi, Ita illud
81 reici ex obedientia, & spontanea Comparitione personali scribit *Petr. Erodius lib. 9. rerum iudicatarum tit. 8. cap. 2. fol.* 1280. Vbi Socratis Viri innocentiss. tragicam historiam narrat
82 dum capite per calumniam damnatus, sponte in Carceres inerauentat ig ominiā loco detractutus, Et postquam calumnia apparuit, & Socratem ea fuisse reuerentia legum, sub quibus enutritus erat, vt cum posset è Carcere profugere noluisset; Mortem eam Eximij Viri adeo indigne tulerant Athenienses, vt velut in publico luctu palestra, & gimnasia clauderentur; & ei imaginem Auream in Templo collocarent, & calumniosum accusatorem Me-
83 litum occiderunt. Sponte enim comparentem innocentem præsumi tradit *Vrsil. ad Affl. decis. 13. nu.* 3 t.

Tertio vero casu, cum vnus ex inhabitantibus potuit delinquere, Tunc ratione incertitudinis, si omnes præsentes sint, nullus teneri vide-
84 tur, & omnes absoluendos esse scribit *Alberic. in l. si in rixa nu. 5. ff. de Sicar. Specul. tit. de homicid. §. p. nu. 25. vers. pone*, Et post alios multos *Farin. cit. qu. 96. nu. 15, & 21. in fine*, Qui licet conclusionem ipsam limitat nu. 16., respectu pæne extraordinariæ, Nihilominus in hoc speciali casu, in quo non constat de occisore neqꝫ
85 quod scientiam delicti siue delinquentis habeant inhabitantes domus, minusqꝫ auxilium nec assistentiam ad illud præstiterint absoluendi omnes venirent, vt concludunt Doctores citati.

Nisi fortè aliquis inter ipsos inhabitantes siue existentes in domo esset malæ famæ, & solitus delinquere, aut particulare aliquod iuditium
86 contra illum vigeret, Quia tunc torturæ is posset subijci, vt tradit *Foler. cons. Crim. diuers. 137. nu. 5. lib. p., & sequitur Farin. all. qu. 96. nu. 90, cum seq. & nu. 97, Gail. singul. obseru. 109. sub num. 4. lib. 2.*

Prout vbi aliquis ex ipsis inhabitātibus siue existentibus in domo tempore delicti aufugisset,
87 Contra illum esset procedendum tanquam delicti culpabilem, iuxta ea quæ supra fuerunt tradita, præsertim ex *Clar. qu. 21. vers. Fuga delinquentis, & ibi Baiard. ac iuxta scripta per Bertazol. cit. cons. 133. nu. 6, & 8 & ibi Add.*

*SVMMARIA.*

*Capitaliter damnatus ob homicid. ab incerto ex certis commissum dicitur verus homicida num. 1. & 2. contrarium num. 3.*

*Statutum, siue proclama loquens de homicida, de eo qui propriè occidit intelligitur num. 3.*

*Statuta pænalia strictè sunt interpretanda num. 4.*

*Confessio delinquentis, siue vera, siue attenta eius contumatia prævdicat confitenti num. 5.*

*In potestate nostra non est facere quod sit verus homicida, vel fur is qui homicidium, vel furtum minime commisit num. 6.*

*Decretum Senatus quod condemnatus in contumatiam ratione homicidij ab incerto ex certis commissi non dicatur verus homicida num. 7.*

*Baldessaris Lambertenghi Senatoris mentio honorifica num. 8.*

*Melius est nocentum impunitum relinquere quam innocentem damnare num. 9.*

*Præsumptiones sufficientes sunt ad condemnandum in Ciuilibus, seu in Criminalibus num. 10. limit. in subsidium num. 11. num. 10. 11.*

*Contumatialis condemnatio capitalis non semper executioni mittitur etiam lapso tempore admissionis ad nouas deffensiones, sed habita ratione qualitate delicti, & indiciorum num. 12.*

## Condemnatus in contumatiam ratione homicidij in rixa ab incerto ex certis commissi non dicitur verus homicida, idcirco si de alijs duobus homicidijs fuerit is imputatus, gaudet benefitio decreti gratiosi excludentis eos, qui tria commisserint homicidia. Cap. XXXI.



Ræcedentibus duobus quæstionibus propositis incertitudinem occisoris, siue delinquentis continentibus, Accomodatæ subsequitur præsens quæstio, Vtrum damnatus capitaliter in contumatiam ab homicidium

cidium ab incerto ex certis commissum, dicatur verus homicida; Et proprerea qui bina alia homicidia commiserit, Exclusus sit à benefitio Decreti Gratiosi excludentes eos qui tria commisserint homicidia.

Qua in re, Cum tum ex generali consuetudine, Tum ex præcisis ordinibus huius Dominij, præsertim ex Senatusconsulto edito die 8. Ianuarij 1558. de quo supra facta fuit mentio, & quod est registratum in *Addit. ad Nou. Const.*
1 *fol.* 19, Omnes Inquisiti ob homicidium ab incerto ex certis in contumatiam capitaliter sint condemnandi, vt etiam tradit *Clar. in §. homicidium vers. sed hic incidenter, Farin. qu. 96. num. 61.* Et sic taliter condemnãdi si capti fuerint post condemnationem, & post lapsum tempus biēnij, Intra quod admitti possunt ad nouas de-
2 fensiones, capite plecti debent, ac si plenè fuisset probatum delictum, vt scribit *Farin. all. qu. 46. sub num. 26. vers. ad formam tamen*; Dicendum videtur verè de homicidio damnatum esse talem condemnatum, Et consequenter vbi alia duo homicidia ille commisisset, à beneficio decreti gratiosi exclusum esse.

De AEQVITATE tamen contraria verior videtur sententia; Namq; quando statutum, siue rescriptum, aut proclama loquitur de homicida; De verò homicida, & qui propriè occidit
3 intelligi debet non de ficto, & præsumpto, vt ellicitur ex *d. Nou. Constit. tit. de pænis §. homicida*, & probat in his terminis *Bar. in l. in rixa vers. Istud dictum, & in l. p. §. Diuus num. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. Menoch. de arbitr. cit. casu 362. sub num. 12. vers. nam statuta, & num. 13, nu. 18. ac 28, Vbi d.*
4 *num.* 18, tradit statuta ipsa strictè esse interpretanda, & illa de verò, & proprio homicida, non de fictis esse intelligenda, licet enim confessio delinquentis siue vera, siue ratione contuma-
5 tiæ præiudicet confitenti *Tex. in l. si is cum quo ff. de confessis, & §. qui seruum ff. de interrog. act.*
6 Tamen nõ est in potestate nostra facere, quod sit verus homicida, vel fur, si homicidium, vel furtum non fecerit *l. p. § si quos vlero ff. de quæstionibus, & l. inde veratius §. fin. cum l. seq. ff. ad l. aquil. & probat Ias. in l. decem num. 45. ff. de verbor. obligationibus*, Et ita censuit Senatus die 8. Iunij
7 1636. referente Amplissimo Senatore Baldessare Lamberrengo; Declarando esse in casu
8 decreti gratiosi Theseum Zanottum, per annos decem octo detentum in Castro Vogonię, qui in contumariam passus fuerat condemnationem capitalem, ratione homicidij ab incerto ex certis patrati, & bina alia commisserat homicidia à quibus fuerat liberatus.

Pro indubitato enim habuit Senatus, non posse propriè dici homicidam huiusmodi condemnatum in contumatiam ratione homicidij ab incerto ex certis commissi; Quia cum incertũ sit quis verè fuerit occisor, ex certis rixarionibus, sicuti melius est nocentem impunitum relinquere, quam Innocentem, condemnare
9 *l. absentem ff. de pænis*, Ita melius est huiusmodi condemnatum in contumatiam pro verò homicida non reputare, ne fortè is qui innocens est puniatur, loco illius qui verè occidit, vt probat *Menoch. all. casu 362. sub num. 19. vers. ea ratione in primis.*

Præsumptiones enim, licet sufficientes sint ad
10 condemnandum quem ciuiliter, Non tamen sufficere ad condemnandum criminaliter docuerunt Scribentes in *cap. afferte gladiũ de præsumptionibus, Alex. cons. 15. num. 3. lib. p. quem sequitur Menoch. loco rel. vers. accedit, & illa ratio, Et casu 263. num. 16.* Nisi in subsidium, vt tra-
11 dit *Gail. singul. obseru. 109. num. p. lib. 2.*

Neq; verum videtur, quod contra huiusmodi condemnatos in contumatiam exequi debeat sententia capitalis; Quia in hoc speciali casu
12 habenda est ratio eorum, quæ ex processu resultant contra condemnatum, & alios, an sit vnum, vel plura fuerint vulnera, An læthalia, vel non, & qui rixæ auctor fuerit, Quibus inspectis, pæna decernenda est contra præsentē, ac si contumatialem condemnationem non fuisset ille passus, vt de mente *Clari in d. §. homicid. vers. sed hic incidenter in fine, tradit Farin. all. q. 96. nu. 62. post Carer. tr. de execut. sent. cap. fi. n. 249.*

## *SVMMARIA.*

*Assertio vulnerati etiam iurata non probat, nec facit inditium num. 1. Contrarium verius concurrente aliquo adminiculo num. 4. 5. 6. & 9. & 82.*

*Moriens non præsumitur sana mentis num. 2.*

*Vulneratur dicitur effectus inimicus illius à qua vulneratus fuit num. 3.*

*Vulnerato læthaliter examinato, boni practici statim relaxant capturam circa imputatum, & vbi de fuga illius constet proceditur ad Inquisitionem num. 7. & 8.*

*Inimicitia inditium facit num. 10.*

*Fama inditium facit num. 10.*

*Erubescentia. Trepidatio.* } *Faciunt inditium num. 11.*

*Inditia sunt Iudicis arbitraria num. 13. 14. & 15.*

*In subsidium admittuntur testes inhabiles in crimin. nu. 15. 16. & 17.*

*Delicta remanere non debent impunita num. 18.*

*Auctoris sententia circa inditium ex assertione vulnerati desumptum num. 19.*

*Delicta sine causa committi non solent num. 20.*

*Causa in delicti principaliter est consideranda num. 21, & 23.*

*Causa simul est cum eo, cuius est causa, & sine causa nihil est num. 22.*

*Assertio vulnerati non attenditur quando testes contrarium deponunt num. 24. & 38.*

*Probatio debilior tollitur omnino per probationem potentiorem num. 25.*

*Exculpatio morientis non prodest reo quando alia inditia contra illum resultant num. 26. & 27.*

*Assertioni vulnerati statur tantum in subsidium nu. 28.*

*Assertio vulnerati, non releuaret vbi imputatus spontè se daret carceribus nu. 29.*

*Spontanea comparitio imputati tollit inditia etiam vrgentia num. 30. contrarium verius num. 31.*
*Pendentibus diffinitiuis relationibus de delictis capitalibus in hoc Dominio rei asseruandi sunt in carceribus num. 32.*
*Spontanea comparitio maximum præsefert innocentiæ augumentum num. 33.*
*In carceribus apertis se continens innocentiæ signum maximum dare dicitur num. 34.*
*Decretum Senatus quo declaratur standum esse inditijs legitimis non assertioni vulnerati num. 35. & 37.*
*Antonij Galliæ Senatoris mentio honorifica num. 36.*
*Decreta Senatus aliquando circumscribuntur ob magnam causam num. 39.*
*Decretum Senatus quo aliud primo loco factum ex magna causa reuocatum fuit num. 30.*
*Papyrij Cattanei Senatoris mentio honorifica num. 31.*

## Assertio iurata vulnerati in mortis articulo constituti facit inditium ad torturam, si aliquod cum ea concurrat adminiculum, Cap. CXXXII.



Ontinuationem criminalis materię prosequendo, se offert sępissimè agitata illa quęstio, An assertio vulnerati in mortis articulo constituti facta cum iuramento sit sufficiens inditium ad Inquisitionem inculpato transmittendum, & sic ad torturam.

1 Et negatiuè respondere videtur *Vlpian. in l. si quis in graui §. si quis moriens ff. ad Sillanianum*, vbi vtitur his verbis, *Si quis moriens dixisset, à seruo vim mortis sibi illatam esse, dicendum est, non esse credendum Domino, si moriens hoc dixit, nisi potuerit etiam comprobari.*, Et duabus rationibus, sic statuisse I. C. vt non credatur vulnerato tradunt Interpretes, Quarum al-
2 tera est, quia moriens non præsumitur sanæ mentis, & sinceri intellectus, Ideò mirum non est, si eius non statur dicto *l. hac consultissima §. vt cum humana fragilitas C. qui testam. facere poss., & l. Iubemus C. eodem tit.* Altera autem est quia cum vulneratus dicatur inimicus illius, quem
3 inculpauit; meritò non esse ei credendum, neç probare eius assertionem statuit ibidem I. C., & probat *Bart. in l. 3. §. fin. ff. de adim. legati*, Cum resti inimico non credatur *l. p. §. præterea, vbi Glo. & Bar. ff. de Quæstionibus*, etiam in mortis articulo constituto, vt in terminis probat *Bal. in tit. de pace Const. in verbo reali vestri in fine, & Alex. cons. 14. num. 3. lib. 3. Natta cons. 354. num. 1. cum seq. & Rol. cons. 37. num. 10. cum seq. lib. 3.*

Et hanc sententiam sequuntur ferè omnes Scribentes in *d. l. si quis in graui §. si quis moriens præsertim Bar, Alber. Ang. Romanus, & prosequuntur Angel. tr. de malefic. verbo qui Iudex num. 6. & ibi Addic. nu. 12, Marsil. cons. 20. nu. 14, Bertrand. cons. 137. num. 10. lib. 2. Clarus quæst. 21. vers. Assertio vulnerati post medium, Bec. cons. 85 num. 9. lib. p. Peguerra decis. 17. num. 7. Paris. de Pur. de Synd. verbo tortura il 3. cap. 6. num. 9, Blanc. de Inditio nu 393. Placha in epitome delict. lib. p. cap. 13. num. 15, & 16.* Vbi de communi, & receptissima opinione restatur, prout infinitos alios cumulat *Farin. qu. 46. num. 7. vsq; ad num. 17, Bursa. cons. 30 nu. 3. lib. p., & nouissimè Hector Felic. Alleg. 50. num. 10.*

Vbi tamen adminiculum aliquod concurrat cum assertione iurata vulnerati læthaliter, De AE-
4 QVITATE inditium facere ad Inquisitionem transmittendam, & ad torturam probat *Ang. in d. l. si quis in graui §. si quis moriens num. p. in fine ff. ad Sillan. Et expressè notat Marsil. singul. 516.* vbi tanquam singulare notabile cordi affixum perpetuo tenere monet Lectorem, idem probat in *cons. 5. num. 14. cum seq. & in eius pract. §. diligenter nu. 118. vers. sed contrariam partem, & nu. seq.*
5 Vbi pluribus rationibus argumentis, & similibus hanc comprobat opinionem eamq; à contrarijs defendit, *& num. 121. in fine*, dicit illam sibi videri magis AEQVAM, magisq; rationi, & iuri naturali consonam.

Et hanc Marsilij opinionem vti veriorem, & magis AEQVAM, sequitur *Acutissimus Cassonus tr. de indic. ad torturam in tr. 8. cap. p. nu. 4. cum seq.*
5 concurrentibus tamen infrascriptis, Primo quòd inculpatio sit facta in mortis articulo, Secundo cum iuramento, Tertio quòd inculpans sit in plenitudine intellectus, Quarto quòd sit bonæ famæ, Quinto quòd delictum non possit per alios probari, Septimo quòd fuerit commissum tempore, quo potuerit videri, & cognosci delinquens ab offenso, Vltimo quòd aliæ non contradicant circonstantiæ, & ita iudicasse testatur ibidem Cassonus.

Marsilij sententiam amplectitur *Menoch. de præsumpt. lib. p. præsumptione 89. nu. 77. cum seq. plur. Ampliss. Mascard. conclus. 149. & conclus. 1129. per totum, Bursa. cons. 150. num. 3. lib. et cons. 316. num. 16. lib. 3. Clar. in all. qu. 21. vers. Assertio vulnerati circa medium, & ibi Baiard. nu. 54. cum plur. seq. Ioseph Lud. decis. Lucensi 62. per totum, Bertazolus cons. 3. num. 2, & 3. & cons. 167. nu. 7. ac cons. 235. num. 2. cum seq., Et post eos Polyd. Ripa tr. de actis in mortis articulo cap. 16. per totum, præsertim num. 14. cum seq. Feder. Scottus cons. 7. num. 14. cum seq. lib. 5.*

A qua conclusione minime recedere videtur *Farin. all. qu. 46. sub nu. 16. vers. Vides igitur cum plur. seq. num. 15. & præsertim num. 34.* Vbi apertè scribit quid obseruatur in Vrbe, & quid age-
7 ret si ipse Iudex esset, Videlicet quod examinato læthaliter vulnerato cum iuramento, statim relaxaret capturam contra Inculpatum, Et si ille detineretur examini subijcerer, Vt iuxta ea, quæ ex examine resultarent, posset deliberari circa reatum necne; Si verò ille non detineretur, quia aufugisset facta relatione per Executores de tali fuga, aut latitatione,
8 quæ probata diceretur per relationem Executoris, quod facta diligenti perquisitione ille

non

non fuit repertus, Tunc Inquisitionem contra
illum formaret de ipso delicto, Et sic probat
dicitur quod iuncta fuga inculpati cum asser-
9 tione vulnerati, sufficiens inditium exinde
oritur Inquisitionem transmittendi contra in-
culpatum.

Prout si de inculpati inimicitia constaret, vel de
fama liquerer, pariter sufficiens orivetur indi-
10 tium ex assertione vulnerati contra Inculpa-
tum, vt scribit *Paris. de Put. de Synd. verbo tortu-
ra il 3. cap. 6. Incip. Offitialis posuit ad cordam post
num 9. vers. Et sic non trahitur, Gratus cons. 57. nu.
15, & cons. 70. num. 4. Gram. decis. 35. num. 7, & 8,
Rol. cons. 37. num. 26. vers. secundo responderi potest
lib. 3. Baiard. ad Clar. in d. qu. 21. nu. 56, & 59. Vul-
11 pel. cons. 72. num. 3, & num. 6.* Vbi pro adminicu-
lo ponit erubescentiam, & trepidationem in-
culpati, id quod confirmat *cons. 118. num. 16. in
fine. Menoch. de arbitr. casu 99. num. 18, & all. præ-
sumpt. 89. num. 81*, Vbi alia indicia leuia suffice-
12 re cum vulnerati assertione scribit; *Ioseph Lud.
cit. decis. Lucens. 62. num. 2, 5, & seq.*, qui tradit in
hoc versari Iudicis arbitrium, & quod si con-
13 stitutus in mortis articulo sit vir probatæ vi-
tæ hoc casu, pro adminiculo sufficit minimum
14 quodq; inditium, Vt puta simplex variatio,
simplex mendatium inculpati, aut quid simile,
Aliter cum assertione vulnerati requireretur
inditium vrgens, & alicuius considerationis
hos sequitur *Farin. all. qu. 46. num. 35. & 36.* qui
auctor hæc adminicula, & qualia esse debeant
scribit in *qu. 43. num. 156. cum seq.*

Quæ conclusio eo fortius præcederet in subsi-
dium, vbi slz. aliæ non extarent probationes,
15 quia tunc vulnerati assertio inditium faceret
non solum ad capturam, sed etiam ad forman-
dam Inquisitionem, vt post *Marsil. in pract. crim.
§. diligenter num. 131, & cons. 111. num. 7. probat
Polyd. Ripa d. tr. de actis in mortis articulo all. cap.
16. num. 13, & 14.* vbi eam adducit rationem,
quod quando in probatione alicuius actus non
possunt haberi testes idonei actu, nec habitu,
16 admittuntur minus idonei in subsidium *Io.
Crottus de Testibus p. p. num. 11. vers. vltimo limita*,
Quam sententiam sequitur etiam *Farin. loco re-
lato num. 37, cum seq. qui ex Marsil. locis citatis*, in-
quit hanc conclusionem sibi videri iustam, &
AEQVAM; Iuridicam, & rationabilem; Ob
17 difficultatem enim probationis lex conten-
tatur, ea probatione, quæ haberi potest
*Bar. & Imol. in l. in illa stipulatione si calendis in fine
ff. de verb. oblig. & in l. si quis ex argentarijs §. pen.
18 ff. de edendo*; & vbi aliter affirmaretur delicta
remanerent impunita contra dispositionem,
*l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquil.*, Quamuis opinio-
nem ipsam exinde repellat *Farin. num. 41. cum
seq.* respondendo ad contraria.

Ego verò crediderim, quod vix dari possit casus,
in quo cum assertione vulnerati, aliquod non
19 concurrat adminiculum ex ijs excitatis, vel
slz. ratione inimicitiæ, vel famæ, aut fugæ, siue
latitationis, aut mendacij, siue variationis, aut
trepidationis in examinibus, seu subornatio-
nis ipsius vulnerati, Aut deniq; ex narratio-
ne, & probatione causæ, ob quam Inculpatus
delictum commisit, Et sic in quocunq; casu
adminiculatam aliquo modo fore vulnerati
assertionem, non autem nudam, & simplicem;
Propterea locum semper habere sententiam
tot Doctorum, & eiusdem Farinacij, Et in hāc
sententiam descendisse postea comperij Por-
tum in eius fasciculo *§. assertio vulnerati vers.
20 quintoetiam, et vers. seq. fol. 73*; Cum enim delic-
ta sine causa non committantur, vt docet *Cas-
sonus tr. de Malefic. tr. p. cap 9, & tr. 2. cap. 3. Me-
noch. de præsumpt. lib. p. qu. 17. per totum, Bertazol.
21 cons. 192. num. 16.* Vbi tradit causam in delictis
principaliter esse considerandam, id quod re-
perit in *cons. 556. num. 20. lib. 2. Farin. qu. 50. nu. 21.
& qu. 52. num. 150. cum seq. ac cons. 19. sub nu. 10.
lit. V.* Constito de causa, & stante vulnerati
assertione, inditium sufficiens exinde oriri ad
Inquisitionem formandam contra Inculpatū,
satis superq; probatum extat.

Vt enim inquit *Aristoteles lib. 2. Rethor. quem refert
Menoch. de præsumptionibus lib. p. qu. 17. num. p.*
22 Simul est causa cum eo, cuius est causa, & sine
causa nihil est; Vnde tanti solent facere causā
23 Doctores, vt eam ante omnia considerent in
delictis, & interdum ipsi facto præponant *l. ve-
rum ff. de furtis cap. occidit 23. qu. 8.*

Si verò aduersus assertionem vulnerati attestan-
tis cum iuramento fuisse vulneratum à Titio,
resultarent alia fortiora inditia, vlz. quod
Testis examinatus deponeret fuisse vulneratū
24 per Sempronium, Tunc dubio procul nihil re-
leuaret huiusmodi assertio vulnerati, vt pro-
bat *Casson. all. tr. 8. cap. p. num. 4. quem sequitur Fa-
rin. cit. qu. 46. sub num. p. vers. septimo quod alia*,
Quia cum certissimum sit depositionem Tes-
tis, magis releuare, quam assertionem vulne-
rati, hæc probatio debilior à dicto vulnerati
25 resultans, tollitur omnino per probationem
potentiorem, quæ resultat ex depositione in-
rati testis *l. fin. C. de edicto Di. Adr. Toll. Hector
Felic. Alleg. 14. num. 10. par. p.*

Sicuti enim exculpatio morientis non prodest
reo, quando alia vrgent inditia contra ipsum
26 præterquam assertio eiusdem vulnerati mo-
rientis, *l. 2. ff. ad Sillianum, & tradit Couarun. lib.
2. var. resol. cap. 18. nu. 8. & seq. Vulpell. cons. 125.
num. 27, Mascard. concl. 1130. num. 5*, et ita practi-
cari scribit *Clarus qu. 52. num. 6. vers. Quia tamen;
Baiard. ad qu. 21. num. 57, & 59. quos sequitur Po-
lyd. Ripa d. cap. 16. num. 17*, vbi multos alios in
eam refert sententiam, Itaneq; inditium ali-
quod legitimum illam facere constat contra
inculpatum, quando ex alijs probationibus,
siue testium depositionibus liquet rem aliter
27 se habere, & delinquentem non esse illum no-
minatum per vulneratum, cui in subsidium tā-
28 tum fides adhibetur, vt scribit *Polydorus Ripa
loco citato num. 19.* Et hæc non habere dubium
tradit *Marc. Mantua singul. 249. num. 3. Mascard.*

*all. concl.11 30. num.9, Porrus in eius fasciculo d.§. assertio vulnerati vers. Aduertendũ est in fine fol.75.*

Quippe cessare huiusmodi inditium ex assertione
vulnerati desumptum vbi imputatus de homi-
29 cidio spontè se daret carceribus probat *Federicus Scottus alleg.cons.7.num.26.lib.9.tom.2.* Quia
per præsentationem spontaneam factam ab
Inculpato, tolli inditia etiam vrgentia contra
30 ipsum militantia tradit *Rimin. Iun.cons. 192. nu.
38. post Boss. tit. de mandato ad homicid. num. 26.
Blanch.de Indit.num. 131. Port. Imol.cons.3.nu.39.
Gabriel. cons.178. num.60., & Thob. Non.cons.69.
num.13. Quos omnes sequitur Scottus cit. cons.7.nu.
16.lib.9.*

Quod tamen dictum verum non puto, Esto quod
experientia sæpissimè docuit, scelestos homi-
31 nes, & audaces ad delicta patranda aliquando
malitia sua cõsiliũ spontè se carceribus dedisse,
putãtes delicta minime posse detegi; Et tamen
Deo Optimo Maximo permittente eorum sce-
lerum pœnas dedisse, & delicta in lucem pro-
dijsse post spontaneam eorum comparitionẽ,
32 Ad quem finem censuit Senatus per publicum
Senatusconsultum diei 5. Ianuarij 1581, Vt
pendentibus relationibus diffinitiuis in causis
capitalibus, rei in stricto carcere custodiãtur,
Quamuis negari non possit, quin huiusmodi
spontanea constitutio regulariter non præse-
33 ferat maximum innocentiæ signum iuribus
supra adductis, præsertim ex *Federic. Scotto cit.
cons.7.num.16.lib.9, & scribit Petrus Aerodius lib.
6. rerum iudicatarum tit. 12. de custodia, & exhib.
cap. 4. in fine*, Vbi narrat, Anthifili à Syro seruo
34 falso accusati de sacrilegio summum innocen-
tiæ testimonium fuisset dum ille è carcere non
euaserat cum liceret eo tempore quo alij de-
tenti lima secuissent catenam, qua sociatim
retinebantur, & fugam aripuissent, Quippe eũ-
dem Syrum seruum retinuissent ne aufugeret.

Et ita sæpè censuit Senatus Excellentiss. Medio-
lani præsertim die 26. Februarij 1633. in causa
35 homicidij Bartholomæi Herbert Germani cõ-
missi noctu in Ciuitate Alexandriæ dum Præ-
turam illius Ciuitatis mihi demandatam ab
Excellentissimo Duce Feriç exercebam; Læthaliter enim vulneratus Hebert pluribus vulne-
ribus, & abscissa parte digiti annullaris manu
dexteræ, fuit à me examinatus quomodo ita
se haberet, qui cum iuramento narrauit, se
quarta hora noctis in publica via ab incogni-
tis fuisse vulneratum, dum ad cænam petebat,
in quo dicto perseuerauit, etiam secundo loco
examinatus; Sed quia mihi innotuerat illum
vulneratum in domo cuiusdam Mercatoris
prope cuius domum habitabat; facta diligen-
tia in domo Mercatoris nullus in ea repertus
fuit; Sed in quodam superiori Thalamo visum
est illius pauimentum cum lecto, & pariete cõ-
tigua sanguine aspersum, & pœnes lectum pars
digiti abscisum reperta est quæ, facto periculo
per Chirurgum, conueniebat in omnibus di-
gito abscisο ipsi Herbert iam præmortuo, Qui-
bus stãtibus Examinatis vicinis dictę domus,
atq; examinato ipso Mercatore, Qui cum D.
filio, & Nuru satis formosa, ac nepte, spontè se
in carceribus consignauerat; Constitit dictum
Herbert mediante claui adulterina introisse
dictam domum circa horam sextam noctis, dũ
filius abesset, & Pater dormiret; atque ad cubi-
culum nurus accessisse, vt illam cognosceret,
sed dum simul verbis contendebant, aduenisse
ipsum D. Filium ense enudato armatum, qui
cum Herbert digladiari cæpisset, dum ille fu-
gam arriperet, ne offenderetur, vulneratus
tandem remanserat, Facta autem relatione
Senatui Excellentissimo de hoc facto, eius fui
voti, vt D. Filius dimitteretur, cum impune id
egisse potuerit iuxta ea quæ scripsi in supe-
riori libro *cap.58. num. 22. cum seq. plur.*, Quam
sententiam amplexus fuit tùm Egr. Fiscalis,
tum Amplis. Sen. Antonius Gallia; Sed cum
36 res ipsa fuisset in Senatu iussu Ill. Præsidis re-
lata, nonnulli ex Amplis. Patribus, putarunt
per assertionem vulnerati exclusam esse qua-
litatem delictum excusantem, Et hanc tenen-
do opinionem, non benè perpenso facto; &
sanguinis aspersione, ac digiti, abscisi inuen-
tione in thalamo, non autem in via publica, vt
simulauerat occisus ad tegendum factum, &
delictum; Communis opinio fuit, vt ipse D. re-
mo triennali addiceretur.

Verum cum crederetur rem non benè intellectã
37 fuisse, Iterum eam proponendam curarunt
defensores D. Et tandem die 6. Septembris
1633. referente Amplissimo Senatore P. Paulo
Buttinono, Censuit Senatus ipsum D. esse mit-
tendum in exilium tantum per annum, à quo
posset se eximere solutis aureis 25.

Quod exilium puto ratione tormenti rotati bre-
uis in eius domo reperti fuisse datum, Quia
Curia voti fuerat, vt ratione dictæ retentionis
in exilium annale mitteretur, à quo se posset
eximere solutis aureis quinquaginta.

Et sic per dictum vltimum Senatusconsultum bi-
næ elliciuntur conclusiones notatu dignæ, Al-
tera quòd vbi ex alijs probationibus constat
de delicto, & delinquente, Nõ attenditur vul-
38 nerati assertio aliter attestantis; Altera quòd
decreta Senatus aliquando ex magna causa
39 circonscribuntur, Vt memini alias fuisse cir-
conscriptam condemnationem ad remũ quin-
quennale, factam de Antonio Io. Mocagata
reo, delationis sclopi rotati, quam deinde re-
uocauit Senatus Excellentiss. die 18. Decem-
30 bris 1621. referente Amplis. Senatore Papy-
rio Cattaneo, Eo quia compertum deinde fue-
31 rat testes, qui Mocagatam grauauerant, pati
notabilem exceptionem dum Rei in facto præ-
cedenti, de læthalibus vulneratus illatis socio
Mocagattæ fuerant constituti, de qua quali-
tate, nec verbum factum fuerat in ipsa relatio-
ne causæ Mocagatę; Iubendo idcirco Senatus,
vt torqueretur super reatu, & vbi nihil emer-
geret, dimitteretur prout fuit dimissus Moca-
gata.

*SVMMARIA.*

*Pacta seruanda sunt num. 1.*
*Restitutio in integrum ponit contrahentes in primo statu num. 2.*
*Restitutionis remedium odiosum num. 3. & 4. Contrarium verius cum sit fauorabile, & ex Aequitate nu. 5. 9. & 10.*
*Restitutionis remedium dicitur fauorabile non solum fauore minorum, sed etiam maiorum num. 6.*
*Pacta seruare continentia læsionem alterius iniquum esse num. 7.*
*Locupletari quis non debet cum alterius iactura num. 8.*

## Remedium restitutionis in integrum, ex ÆQVITATE fuit introductum non autem contra ÆQVITATEM. Cap. CXXXIII.

PACTA seruare AEQVITATIS
1 esse, nemo dubitat, iuxta *l. p. ff de*
*pactis, & ibi scrib. omnes;* Cum igitur per restitutionem in integrum, pacta, transactiones, & iudiria rescindantur, & ad pristi-
2 num statum reponantur, contrahentes toto *tit.*
*C. si aduers. vendit., & C. si aduersus rem indic. & de restit. in integrum;* Constat restitutionem in integrum aduersari AEQVITATI, & sic contra eam fuisse introductum benefitium restitutionis.
3 Quod remedium restitutionis odiosum esse
scribit *Fulgos. in l. Papinianus num. 6. ff. de inoff.*
4 *testamento, quem sequitur Io. de Canibus in tr. represaliarum num. 36,* Et propterea contra AEQVITATEM inductum esse patet.
Contrarium tamen verius esse concludunt communiter scribentes, viz. Restitutionem ex AE-
5 QVITATE introductam fuisse, vt est *Tex. in l.*
*p., & l. Diuus ff. de minoribus ibi tamen,* vbi AEQVITAS suggerit *Bar. in l. p. ff. de minoribus, Cephal. cons. 56. num. 8, et post multos alios probat Odd. de restit. in integrum qu. p. art. 14. num. 95. cum seq. Corbul. tr. de iure emphyt. tit. de causa priuationis ob non solutum Canon. Ampl. 29. sub num. 11. vers. Adeò autem; Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de restit. in integrum resol. p. sub nu. 2. vers. Hac responsio Bimius cons. 306. num. 7.*
Quæ conclusio non solum procedit fauore minorum, Sed etiam maiorum ex clausula gene-
6 rali, si qua mihi iusta causa, vt tradit *Corbul. all.*
*ampliat. 29. sub num. 11. vers. Adeò autem, & probat Costa de remed. subsid. remed. 48. num. 2, Odd. d. tr. de rest. in integrum plena qu. 5., iuncta qu. 8.*
Et sic patet contrariam sententiam de rigore iuris procedere, non secundũ AEQVITATEM, Et quamuis in genere pacta seruari AEQVVM sanè sit; In specie verò omnia seruari, etiam quæ continent læsionem, & damnum alterius,
7 Iniquum esset, vt expressè tradit *Bar. in d. l. p. ff.*
*de minor.;* Cum iniquum sit, quemquam cum al-
8 terius iactura locupletari, *vul. l. nam hoc natura*
*ff. de condit. indeb.* & in his nostris terminis probar *Odd. cit. qu. p. nu. 97. ac Io. Andr. Georgius All. 34. num. 8. in fine.*
Prour falsum est, restitutionem in integrum dici odiosam, cum illa fauorabilis potius sit, si ex
9 AEQVITATE inducitur, vt expressè habetur
in *cit. l. Diuus, & l. p. ff. de restit. in integrum, & scribit Odd. cit. num. 97.*
Et si enim odiosum benefitium dici possit restitutio in integrum respectu eorum, cõtra, quos conceditur, Nihilominus attento fauore minorum, & aliorum quorum imbecillitate, vel
10 ignorantia, aut aliter læsionem passi sunt; fa-
uorabilis dicitur, vt copiosè probat *Odd. cit. qu p. num. 97, & 98.*

*SVMMARIA.*

*In minoribus consideratur infirmitas intellectus num. 1.*
*Minores damnum sentire non debent num. 2.*
*Maioribus etiam conceditur restitutio in integrum, quæ dicitur irregularis num. 3.*
*Ordinario remedio subsistente cessat extraordinario nu. 4. 10, & 11. Distinguitur num. 14. 15. & 16.*
*Restitutio benefitium conceditur semper minoribus nu. 5. & 6.*
*Restitutio dicitur remedium extraordinarium num. 6. & 10.*
*Minori datur electio remedij ordinarij, vel extraordinarij in actu necessario sit in eo facto per Tutorem secus in voluntario num. 8.*
*Inducta in fauorem, siue in augumentum non operari debet diminutionem num. 9.*
*Subsidiarium remedium dicitur fundatum in Aequitate num. 12. nec conceditur, nisi in subsidium, & difficile omni alio num. 13.*
*Restitutio alia conceditur ratione ætatis simul, & læsionis num. 18. & 19.*
*Restitutio aduersus aditam hæreditatem conceditur ratione ætatis, & læso concedi non debet, vbi militat remedia ordinaria num. 20.*
*Tutoribus non permititur res hæreditarias subripere, & creditores defraudare num. 21.*
*Tutores alij neceßarij, alij voluntarij num. 22.*
*Subsidiaria si fiunt duo remedia, sed magis vnum quam aliud cessat magis subsidiariũ subsistente altero nu. 23*
*Minor læsus ex contractu Tutoris non à se facto de rigore iuris non restituitur nu. 24. secus de Aequitate n. 24.*
*Restitutionis benefitium dicitur minoribus fauorabile num. 25. quando tamen minor læsus fuit ex sui facilissimè, vel dolo aduersarij non quando peruenit ex facto tutoris num. 26.*
*Restitutione in petenda cessat aptio minori quando non cessat actio, sed ea subsistititur num. 27. si tamen agit minor non autem si excipit num. 28.*
*Restitutio quod procedit etiam in causis Eccles. Vniuersi num. 30.*
*Reus ad se tuendum potest vti quibuscunq; suis deffensionibus etiam contrarijs num. 29.*
*Læsionis probatio non requiritur à minore ad obtinendam*

*restitutionem quando ipso facto læsus dicitur, vt per lapsum instantiæ, & similibus num. 31.*

*Læsio ipso facto non resulcat ex emptione, venditione, & similia num. 32.*

*Læsio plenè probanda est per minorem quando ipso facto de ea non constat num. 33. & 35.*

*Læsio in hæreditatis aditione plenè probanda est, quod scilicet adsint creditores hæreditarij, & ea sit damnosa num. 34.*

*Læsionis probatio taliter esse debet, vt animum Iudicis impellat, & ita credat num. 53. 66, & 70.*

*Aes alienum hæreditarium non docet idcirco hæredibus esse damnosam num. 36, & 37. contrarium 41.*

*Læsionis probatio vbi dubia sit deneganda est restitutio minori num. 38.*

*Minorum contractus non semper rescindenda sunt, sed ad bonum, & Aequum redigenda num. 39.*

*Probatio læsionis plena negatur in iudicio rescindente non in rescissorio num. 40. in quo præsumptiuè sufficit num. 41. contrarium num. 45. cum seq.*

*Vexationes sufficientes dicuntur ad hoc vt minor restituatur aduersus aditam hæreditatem num. 42. 43. Contrarium num. 45. cum seq. plur.*

*Minoris multum interest non habere lites num. 44.*

*Additionis hæreditatis actus, vt plurimum vtiles dicitur num. 47, & ita existimandus num. 47. 48.*

*Restitutio conceditur minoribus duobus concurrentibus vlz. facilitati contractu, & dolo in aduersarijs n. 49.*

*Læsio iam aditione hæreditatis consideratur habita ratione temporis aditionis non autem post num. 50.*

*Læsio superueniens post contractum non attenditur ad illius rescissionem num. 51.*

*Restitutio aduersus aditam hæreditatem denegatur quotiescumq; restitutio non est integra num. 52. & dicitur res non integra quando distractæ fuerunt aliquæ res hæreditariæ num. 53.*

*Restitutio aduersus aditam hæreditatem non conceditur, nisi prius restitutis omnibus habitis ex hæreditarijs bonis num. 54. 55. & 56. & 57. etiam respectu fructuum num. 57. absq; alimentorum deductione nu. 57.*

*Restitutio aduersus aditam hæreditatem peti, & definiri debet intra quadriennium à die perfectæ ætatis nu. 58. Quod tempus potest de partium consensu prorogari num. 59.*

*Restitutio aliquando etiam conceditur lapso dicto quadriennio ex aliqua iusta causa Iudici arbitraria n. 60.*

*Restitutio aduersus binas conformes retardatur earum executionem num. 61.*

*Restitutionis Iudicio pendente dum ea adhuc non fuit concessa suspenderetur executionem se incontinenti docetur de læsione saltem semiplenè num. 62. & 63.*

*Probatio semiplena læsionis sufficit ad excludendam præsumptionem calumniæ num. 64. & 65.*

*Probationes incertæ, & ambiguæ nihil releuant num. 67. & 68.*

*Nihil differt iustam causam non fouere, vel iure non deficiente legitimis probationibus carere num. 69.*

*Probationes omnes arbitrariæ sunt Iudici num. 70.*

*Probatio plena existimatur, quæ Iudicis animum ad ita credendum impellit num. 71.*

*Iudicis arbitrium regulatur iuxta iuris dispositionem, Ita vt lex præsumat Iudicem non abusuram nu. 72.*

*Læsio quæ ad obtinendam restitutionem proponitur continere debet nouam causam in inditio adhuc non deductam num. 73. & 74.*

*Restitutio concessa non retardatur executione sententiarũ dicitur vtriq; parti esse consultum num. 75. maxime vbi fideiuberet de restituendis, is cuius fauore iudicatum fuerat num. 76.*

*Calumniæ præsumptio resultat dum quis causa restitutionis proponit iterum super quem iam fuit obauditus num. 74.*

*Medium tanquam aureum in quo virtus consistit loqui debemus num. 77.*

*Decretum Senatus quod pœna de inditio restitutionis nõ retardetur executio sententiarum num. 77.*

*Alphonsi Mainardi Senatoris mentio honorifica nu. 78.*

*Restitutio non retarda executionem sententiæ quando iam fuit executionem ea missa, vel per partem n. 78.*

*Executio sententiæ duplex alia consistens in actu positiuo, & alia in actu negatiuo, quæ verificatur in inhibitione num. 79.*

*Restitutio non impedit executionẽ sententiæ quando læsio non est multum considerabilis num. 80.*

*Nullitatis exceptio resultans ex eisdem actis impedit executionem sententiæ num. 81.*

*Locupletior ille factus præsumitur ad quem pecunia aliena peruenit in minore, vbi hoc non sit probatum num. 83.*

*Contractus vbi nullus fuit probare debet, quod pecunia ad vtilitatem minoris fuit conuersa id allegans num. 84. Si verò validus fuit contractus, licet minor se læsum fuisse prætendit qualitatem, quod pecunia non fuerit versa in eius vtilitatem probare debet minor num. 85.*

## Minores an in aliquibus casibus prius agere debeant contra Tutores, siue Curatores; Antequam restitutionem in integrum obtineant aduersus cõtractus per Tutores, siue Curatores celebratos. Cap. CXXXIV.

1 BEnefitium restitutionis in integrum adiuentum fuisse notum est, vt minoribus læsis præcipuè succuratur, cum in ijs consideretur infirmitas intellectus, quæ eosdem tuetur aduersus omissa;

2 Propterea nulla ratio patitur, vt vllo tempore damnum sentiant directè, vel indirectè *l. minor 25. ann. aduersus ff. de minoribus, Franch. decis 431. num. 2. Marius Antonin. var. resol. lib. p. resol. 54 num. 4.*

Et licet maioribus nonnunquam etiam prosit restitutio, quam irregularem appellat *Costa re-*
3 *med. subsid. 48. nu. 2;* Diuersimodè tamen practicatur cum maioribus, quam fit cum minoribus; Namq; donec maioribus consultum esse
4 potest remedio ordinario, cum tunc cesset AEQVITAS concedendæ restitutionis, illis dene-

denegatur benefitiū ipsum restitutionis; Quod
4 tamen semper conceditur minoribus *Tex. in l.*
*etiam. C. si Tutor, vel Curator, Alba cons. 229. nu. 17.*
*R min. Iun. cons. 249. num. 94. Maluas. cons. 118. num.*
*20, Surd. cons. 226. n. 3, & 16, & cons. 335. n. 73. Eu-*
*gen. cons. 95. num. & Odd. qu. 22. num. 4, & qu. 89.*
5 *art. 7,* Quia ista restitutio conceditur in Priui-
legium personæ, quod durare, etiamsi contra
6 alium agere possit minor post *Oddum de restit.*
*in integrum qu. 3. num. 5, probat Peregr. cons. 94. nu.*
*59. lib. 2.*

7 Patet igitur esse in facultate minoris, vel agere
actione ordinaria contra Tutorem, cuius ope-
ra læsus in contractu remansit, vel remedio
extraordinario restitutionis aduersus contra-
ctum vti iuxta *Tex. in d. l. etiam C. si Tutor, vel Cu-*
*rator, & ibi Bart. & cæteri, Aret. cons. 161. Rol.*
*cons. 71. num. 46. cum seq. lib. 3. Natta cons. 492.*
*num. 8. Surd. cons. 95. nu. 22. cum seq., Viuius decis.*
*501. num. 17. cum seq. Corbul. de iure emphyt. tit. vlt.*
*ampl. 27. num. 24. Bursat. consil. 412. num. 32. lib. 4.*
*quos sequitur Costa remed. subsid. 48. sub nu. p. versic,*
*quandoquidem, Bec. cons. 12. num. 77. cum seq: Franc.*
*decis. 473. num. 3.*

Ibi tamen distinguunt DD. inter actum volun-
8 tarium, & necessarium, Quia in necessario à
Tutore gesto, datur electio minori, Secus in
voluntario, *Idem Bart. in l. cum mandato ff. de mi-*
*noribus, Abb. in cap. 2 num. 20. de in integrum restit.*
*Gratus consil. 119. num. 3. lib. p. quos sequitur Peregr.*
*cit. consil. 94. sub num. 58. versic. aut verò sumus;*
Alias inducta in augumentum operarentur
9 diminutionem, vt tradit *Contard. de moment. pos-*
*sess. lim. 24. num. 17. cum seq. quem sequitur Costa*
*dicto remed. subsid. 8. sub num 4. versic. Tum etiam*
*quia, Surd. consil. 95. num. 21.*

De AEQVITATE tamen absolutè non procedit
10 conclusio ipsa, Quandoquidem cum restitu-
tionis remedium sit extraordinarium, & sub-
sidiarium *l. in causa ff. de minoribus, Alba cons. 299.*
*n. 17, Rim. Iun. consil. 249. n. 94 & Costa dicto remed.*
*48. num. p.,* Illi locus esse non debet, donec su-
best ordinarium, vt probaui in superiori libro
*cap. 68. num. 10. Quibus addo Alciatum consil. p. sub*
*num. 38. lib. 3. & Corbul. tit. vlt. Ampliat. 29. nu. 12,*
Hanc sententiam amplectitur *Sociu. consil. 177.*
*num. p. vers. Confirmatur ista conclusio lib. 2.,* Vbi
apertè scribit quod quando hæredi minoris
competit regressus contra Tutorem qui non
11 adiuit hæreditatem, Non conceditur ei resti-
tutio in integrum, nisi excusso Tutore, Ex
quo alio remedio succurri potest, & sic cessat
AEQVITAS dandæ restitutionis prout con-
cludunt *Scribentes in l. si Infanti C. de iure delib.* &
hoc videtur velle in terminis aditionis hære-
ditatis *glo. in §. pupill. verbo per restitutionem in*
*Auth. de hæredit. & falcid. Surd. cit. consil. 95. nu. 6.*
*Polyt. Ripa singul. obseru. 114. num. 2, & 4.*

Subsidiarium etenim remedium fundatum dici-
12 tur in AEQVITATE, quod idcirco concedi
non debet, nisi quando aliud non competit re-
medium, vel aliter consuli non potest indem-
nitati minoris, Quia quando aliud competit
13 remedium, illud subsidium cessat *l. p. in fine, &*
*ibi Bart. ff. si ventris nomine mulier, & probat Socin.*
*loco rel. versic. licet insignis.*

Qui tamen Auctor licet *versic. Primum probatur,*
distinguat quando remedium ordinarium, &
14 extraordinarium dantur contra diuersas per-
sonas, & quando dantur ad idem contra ean-
dem personam, Quia primo casu concurrunt
15 ambo remedia, Et est in electione minoris
vnum, vel aliud exercere; Secundo verò casu,
non concurrunt remedia ipsa, & cessat extra-
16 ordinariū quando subest ordinarium. *l. in cau-*
*sæ la 2. & ibi Bal. ff. de minoribus, Bart. in l. in pro-*
*uintiali ff. de nou. oper. nunciat. Surd. consil. 95. n. 20.*

Nihilominus *versic. secundum probatur, Verbo tamen*
*quando,* Concludit quod quando restitutio
non competit simpliciter ratione minoris æta-
17 tis, *ex tit. de minoribus,* Sed propter ætatem, &
læsionem simul, vt quando petitur restitutio
18 aduersus aditam hæreditatem, *l. nam, & postea*
*§ simus, vbi scrib. ff. de iureiur. l. Verum § sciendum,*
*vbi Bar. ff. de minor. Surd. cit. consil. 95. num. 2,* quo
19 casu competit restitutio partim ex minori
ætate, & partim ob læsionem, Et sic mixtim, ex
titulo de minorib., & ex titulo ex quibus cau-
sis maiores, Tūc militante ordinario remedio
20 contra Tutorem, Cessat AEQVITAS, vt ad
extraordinarium remedium restitutionis cō-
fugiatur; Quippe de AEQVITATE, ordinario
remedio vti prius debere minorem contra Tu-
torem probat *Bar. in d. l. si Infanti C. de iure delib.*

Aliter esset in facultate tutoris hæreditarias res
21 subripere, & creditores fraudare *Alciat. consil.*
*p. sub num. 38. vers. non aliter lib. 3. alias consil. 168.*
*num. 19.* Vbi id maxime procedere inquit, quā-
22 do tutor non est necessarius, sed voluntarius,
vt Mater.

Prout si ambo remedia sint subsidiaria, sed vnum
23 magis subsidiarium illud cessat propter aliud
minus subsidiarium, *Tex. est in l. si filius, et ibi Bal.*
*C. de inoff. testam. Socin. d. cons. 177. sub num. p. vers.*
*Tamen quando lib. 2.*

Porro vbi minor læsus non esset, per contractum
à se gestum, sed per contractum gestum ab eius
tutoribus, si petijt se restitui ex capite minori-
tatis, De rigore iuris audiri nō debet, cum nō
24 concurrat AEQVITAS tituli de minoribus,
sed de AEQVITATE restituitur ex clausula si
qua mihi iusta causa, vt concludit *Bar. in l. Ae-*
*milius num. 5. ff. de minoribus.*

Licet enim fauorabilem esse causam minoris in
petenda restitutione omnes admittant; Hoc
25 nihilominus intelligitur quando minor læsus
fuit sui facilitate, vel aduersarij dolo, Et sic non
26 quando læsio prouenit ex facto Tutoris, vt
eleganter probat *Socin. loco rel. in fine vers. Præ-*
*terea ad illud,* Quam Socini principalem sen-
tentiam sequuntur *Ruin. consil. 119. num. 19. lib. 5.*
*Rol. cons. 10. sub num. 22. lib. 2, et Peregr. cit. cons. 94.*
*num. 60. lib. 2,* A qua sententia discedere non
videtur *Costa all. remed. subsid. 48,* licet in speciali
casu

caſu eam admittere videatur, *dum num.* 12. con-
cludit quod in caſibus ex quibus non tollitur
27 actio minori, ceſsat optio vt in reſtitutione in
integrum aduerſus lapſum inſtantiæ in cauſa
principali, hanc enim in ſubſidium tãtum dari
affirmat exiſtentibus Tutoribus, vel Curatori-
bus hisq; ſoluendo per *Salyc. & Alex. in l. pro-
perandum §. vlt. C. de iudic. Corbul. tit. vlt. ampl.
27. num. 21, & Ripa ſingul. obſeru.* 114. *num.* 3.
28 Quam concluſionem locum tantum habere in
Agente ſcribit *Peregr. cit. num.* 60. *verſic. Et de-
niq;*, Non autem in excipiente; Ratio eſt quia
29 reus ad ſe tuendum, poteſt vti quibuſcunq;
ſuis deffenſionibus etiam contrarijs *per l. nemo
prohibetur ff. de exceptionibus*, Prout eandem cõ-
cluſionem etiam procedere in cauſis Eſicleſiæ,
30 & Vniuerſitatis, ſicut in cauſis minorum pro-
bat idem *Peregr. cit. conſil.* 94. *num.* 52. *cum ſeq.
plur. lib.* 2. *poſt Oddum de reſtitutione in integrum
qu.* 3. *num.* 66, *& qu.* 77. *num.* 9, *ac quæſt.* 89. *num.* 77.
Et quia frequentiſſima eſt in foro reſtitutionis in
integrum materia alias ſequentes iuris dubi-
tationes ſubnectere placet, Et primo quæ læ-
ſionis probatio requiratur, ad hoc vt minor
reſtitutionem obtineat; Et diſtinguendi ſunt
plures caſus; Aut enim agitur de actu in quo
31 ipſo facto læſus remanet minor, puta per de-
ſertionem appellationis, vel lapſum inſtantiæ,
ſiue præſcriptionis, fideiuſsionis, aut omiſſio-
nis inuentarij, & per compromiſſum factum,
quibus caſibus ipſo facto reſultat euidens læ-
ſio, & ſic neceſsario non eſt probanda *glo. pen.
in fin. l. p. C. in quibus caſibus in int. reſt. non eſt con-
cedendum, vbi Caſtr. num.* 4. *Miſing. ſing. obſeru.* 16. *in
fine cent.* 4, vt in omiſſione inuentarij tradit
*Rol. tr. de inuent. §. benef. inuentarij fol.* 170. *Phann.
de inuent. par.* 4. *num* 18. *Balb. tr. de præſcript. in* 6.
*parte num.* 39. *Caldas de reſtit. in integrum verbo
ſui facilitate num.* 26.
Aut agitur de alijs actis læſionem ipſo facto non
præſeferentibus, vt in terminis emptionis, vel
32 vẽditionis, aut permutationis, vel diuiſionis,
vt poſt *Oddum qu.* 36. *num.* 65. *cum ſeq. plenè pro-
batum fuit ſupra in cap.* 101. *num.* 88. Quibus addo
*Morotium reſponſo* 70. *num.* 11. *& Guidob. Adu.* 35.
*num.* 9. ſiue aditionis hæreditatis, & ſimilibus,
& tunc neceſsaria eſt læſionis probatio, vt reſ-
33 titutio concedatur, & quidem concludenter,
& plenè probanda venit, vt in puncto additio-
nis hæreditatis tradit *Imola in l. neceſſarijs col. p.
circa finem ff. de acquiren. hæred. vbi Alex. num.* 2.
qui ſcribit non ſuſſicere, vt probetur adeſse
34 creditores hæreditarios, ſed etiam hæreditatẽ
damnoſam, vt concludit idem *Alex. conſil.* 21. *n.
9. lib. p. Guido Papa deciſ.* 192. *Natta conſil.* 214. *nu.
9. Rol conſil.* 10. *nu.* 10. *lib.* 4., *concludentiſſimè Port.
Imolans conſil.* 109. *num.* 7. *cum ſeq. & num.* 11. Vbi
expreſsè concludit huiuſmodi probationem
eſse debere omnino concludentem, Et quæ
35 Iudicis animum impellat, vt ita credat, Quod
ſi ambigua eſt nihil releuat ad obtinendam
reſtitutionem in integrum; Quia licet hæredi-
tatem à cuius aditione petitur reſtitutio per
minorem, non parum æris alieni continere
36 probetur; Nõ tamen ſuſſicere huiuſmodi pro-
bationem docet, Quæ neceſsariò non conclu-
37 dit de læſione; Cum fieri poſsit, vt ære alieno
ſoluto, locuples deprchendatur hæreditas *cap.
in præſentia de probationibus, Natta conſil.* 214. *num.*
10. *Surd. conſ.* 95. *num.* 4. *cum ſeq. plur. & num.* 16.
*verſic. tertio reſpondetur*.
38 Et quando probatio læſionis eſt dubia, Dene-
ganda eſt reſtitutio, Quia in dubijs læſio ali-
qua conſiderari non poteſt, *Tex. eſt ad litteram
in l. quod minor §. non ſemper ff. de minoribus, vbi
Paulus I. C. bis vtitur aureis verbis*.
*Non ſemper autem ea, quæ cum minoribus geruntur re-
ſcindenda ſunt, ſed ad bonum, & AEQVVM redi-
genda, ne magno cum incommodo huius ætatis homi-
39 nes afficiantur, & nemine cum his contrahente, quo-
dammodo comertia impediantur, Itaq; niſi aut MA-
NIFESTA circonſcriptio ſit, aut tam negligenter in
ea cauſa ſint verſati, Prætor interponere ſe non de-
bet; faciunt trad. per Cran. conſ.* 142. *num.* 8. *Caball.
conſ.* 115. *num.* 6. *lib. p. Dec. conſ.* 564. *quos ſequitur
Giurba decіſ.* 67. *num.* 8.
Et licet contrarium ſenſerint quamplures ſcri-
bentes, qui ea nituntur ratione, quod in iudi-
cio reſcindente plena probatio requiritur nõ
40 in reſciſorio, vt poſt *Caſtrenſ. in l. fin. C. in quibus
cauſ. in integrum reſtitutio, quem ſequi videtur Surd.
cit. conſ.* 95. *num.* 7. *cum plur. ſeq. nu.* 14. 15. *&* 16,
Vbi concludit ſufficere præſumptiuam, & ſu-
41 perfitialem probationem ad obtinendam reſ-
titutionem in integrum, & præſertim aduerſus
aditam hæreditatem, cum ſufficiat docere illã
eſse ære alieno grauatam, vel multis obligatã;
42 Eſto quòd minor tunc ponitur in diſcrimine,
& in vexationibus, quę ſufficiũt ad obtinendũ
in integrum reſtitutionem per *l. minoribus ff. de
minor.*, Et ſic ex huiuſmodi litibus, & vexatio-
43 nibus nullum ſui patrimonij ſentiat detrimen-
tum *Salyc. in Auth. ſi omnes num.* 8. *C. ſi minor. ſe ab
hæreditate abſtin. Aret. in l. neceſſarijs col. pen. ff. de
acquir. hæred. Guido Pa. conſil.* 160. *in fi. Franc. Marc.
decіſ.* 302. *num.* 4. *p. p., & alij quos refert Surd. loco
cit. num.* 11. quam ſententiam comprobat *Gra-
tian. lib.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 768. *num.* 51, Ea præ-
44 cipuè ratione, quod multum interſit minoris,
non habere lites ſecundum *Bal. in l. p. num.* 4. *C.
ſi minor ab hæred. ſi abſtinuerit, Mauris. de reſt. in in-
tegr. cap.* 127. *ſub num.* 7.
Nihilominus tutior, & AEQVIOR videtur prior
45 opinio, pręſertim ſtãte expreſsa diſpoſitione
46 *Tex. in all. l. quod minor §. non ſemper*, Negari .n.
non poteſt, quin hęreditatis aditio ſit Titulus
lucratiuus *l. p. C. de impoſ. lucr. deſcript. lib.* 10. *l. inter
ſtipulat. §. ſi rem ff. de verb. oblig.*, Quia huiuſmodi
actus aditionis, vt plurimum vtilis exiſtima-
47 tur, *Natta conſil.* 214. *num.* 7; Et licet accidenta-
liter damnoſum finem ſortiri poſſit hęredita-
tis aditio; Non per hoc actus ille ſui natura
proficuus, & vtilis de facili damnoſus eſt exti-
48 maudus, vt ſubijcit *Natta d. num.* 7, & 10, Sed
omnino

omnino probanda est læsio, & hanc conclu-
sionem distinguendo tenet Maurit.tr.de restit.in
integrum cap. 126. per totum, sed latius in cap. 127.
sub num. 4. vers. atq; ex his, & sub num. 7. vers. Tr
ergo, plenè Oddus cons. 60. num. 9.

Cessant enim hoc casu illæ binę qualitates, quas
magnifacit lex ad concedendam restitutionē
minori, Viz. quod adiuerit hereditatem, siue
49 fecerit actum sui facilitate, & aduersarij dolo,
à quo fuit deceptus iuxta Tex. in d. l. Verum §.
sciendum de minor. ac Maurit. d. tr. de restitut. cap.
574, & copiosissimè Caldas in cit. tr. de restit. in inte-
grum verbo sui facilitate nu. p. Ergo cessare etiam
debet effectus restitutionis, plenè non probata
læsione.

Et hæc læsio concernere debet tempus aditionis
50 hæreditatis, non autem post, l. si voluntate, & l.
ad resarciendum C. de rescind. venditione, & l. verum
§. sciendum est ff. de minoribus, ibi nec euentus
damnum restitutionem indulget Bimius cons.
269. num. 3. Caball. cons. 144. num. 15. cum seq. Po-
lyd. Ripa sing. obseru. 333 num. 8. Rimin. Iun. cons. 97.
num. 14. cum alijs, quos cumulat Giurba decis. 105.
num. 2, & 3. Vbi probat quod læsio superueniēs
51 post contractum non attenditur Odd. qu. 57. nu.
18. Vin. decis. 436. num. 14. Franch. 133. & Thesaur.
decis. 226.

52 Quæ restitutio æque deneganda esset, etiamsi
de læsione constaret, Vbi res non esset am-
plius integra, l. quod si minor §. sceuola ff. de minor.
Bar. & alij in l. ait Prætor ff. eodem tit. Ias. in l. Gal-
lus §. Et quid si tantum num. 72. ff. de lib. & posth.
Rebuff. ad Constit. Regni tit. de restit. in integrum art.
p. glo. 2. num. 2. Cran. cons. 151. num. 29. quos sequi-
tur Gratian. lib. 4. discept. for. 767. num. 45.

53 Id quod contingit quando res aliquæ hæredi-
tariæ distractæ fuissent, vt subijcit ibidem Gra-
tian., & tradit Menoch. cons. 714. num. 4. Rim. Iun.
cons. 655. num. 87, Oddus d. cons. 60. sub num. 14. vers.
secundo quia, Costa de re integra distinct. 73. num. 2, &
6. cum tribus seq. & ante eos Alciat. consil. p. num.
38. lib. 3.

Et quatenus res integra adhuc diceretur, & res-
titutio competeret, Illa concedenda esset mo-
54 do omnia habita per minorem ex hæreditarijs
bonis statim restituantur, vel de ijs exacta ra-
tio reddatur, l. ait Prætor §. penult. ff. de minor. l. p.
C. de reputationibus, quæ fiunt in iud. restit. in integrū
glo. in cap. p. verbo defraudare de restit. in integrum,
Odd. de rest. in integrum qu. 47. num. 6. & cit. cons.
60. num. 15. Io. Andreas Georgius Alleg. 34. nu. 8.

Restitutio enim est facienda ita, & taliter, Vt
vnicuiq; ius suum conseruetur, Cum enim fun-
55 detur in AEQVITATE, restitutio debet esse
reciproca restituendo omnia iura tàm actiuè,
56 quàm passiuè, Ne alias esset iniquissima, si ex
vno tantum latere respectum haberet d. l. quod
si minor §. restitutio ff. de minoribus, Odd. cit. qu. 47.
num. 6. & cons. 60. nu. 1; Omnia idcirco debent
in pristinum reponi, In tantum, vt ex parte mi-
noris qui hæreditatem adiuit, & illam ali-
57 quando tenuit, si restitutionem obtinere intē-
dit aduersus aditam hæreditatem, restituere
debet accepta omnia, tàm respectu sortis, quā
fructuum, & etiam ea quæ consumpta fuerunt
57 in alimentis proprijs, Cyn. in Auth. si omnes num.
4. C. si vt ab hered. se abstin. Georg. cit. alleg. 34.
num. 8. latè Gratian. discept. for. lib. 4. cap. 720. nu. 16.
& 27. cum seq. qui num. 12. cum plur. seq. Ita de-
cisum fuisse per Rotam testatur quam conclusionem
etiam probat in cap. 757. sub num. 46. versic. in huius-
modi causa, & num. 50. Et ita respondi superiori
anno 1637. fauore D. Laurentij Homati, & ne-
potis contra DD. Sorores Bossias petentes se
restitui aduersus adhitam paternam hæredi-
tatem ferè viginti elapsis annis ministerio ea-
rum matris, & tutricis, Et exinde obtinuerunt
ipsi Homati.

Non omittendum est præterea restitutionem hāc
58 minorj competentem peti debere, & definiri
saltem intra quadriennium à die perfectę ęta-
tis computandum Clem. p. de restit. in integrum, &
l. fin. C. de tempor. in integr. rest., & latè probat Pa-
ris. cons. 67. num. 55. lib. 3. Surd. cit. cons. 95. num. 8.
Odd. all. cons. 60. nu. 16. Quod tamen tempus posse
59 de partium consensu prorogari testatur Iaco-
bus de S. Georgio in d. l. fin. verbo 16. C. de temp. in in-
tegr. rest. & seq. Odd. de restit. in integr. qu. 19. nu.
86, ac cit. consil. 60. num. 6. in fine, Cum Iudicis ar-
bitrio ex aliqua iusta causa etiam concedatur
60. restitutio lapso quadriēnio, vt post alios pro-
bat Bimius cons. 372. num. 11. lib. 4.

An autem restitutio concessa aduersus sententiā,
Eiusdem suspendat effectum, & executionem
diuersimodè responderunt Interpretes, Quorū
61 communis sententia affirmatiuā partem am-
plectitur, per Glo. in l. vnica verbo restitutione, &
verbo debere C. de restit. in integrum, & ibi Bart. &
cæteri idem Bart. & alij in l. Imperatores, ac Alex.
Ias. & Ripa in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Abb.
& cæteri in cap. suscitata de restit. in integrum, Be-
nintend. decis. 85, Lancell. de attent. par. 2. cap. 18. nu.
10. cum plur. seq. Mascard. de probationibus conclus.
1280. num. 16. cum seq. Contard. de moment. possess.
lim. 8. Odd. de restit. in integrum qu. 43. per totum;
Rota decis. 346. num. 8. p. p. in nouiss. Mising. obseru.
84, cent. 3, Marius Anguiss. cons. 101. in fine, Thesaur.
decis. 181. num. 3. cum seq. & Peregr. consil. 77. num.
19. cum seq. lib. 1. Costa consil. 16. num. 52. cum tribus
seq. Honded. consil. 28. nu. 32. lib. 2. & Polyd. Ripa
singul. obseru. 277.

Difficultas in eo versatur an pendente iuditio
62 restitutionis nondum concessæ, Interim su-
persederi debeat ab executione sententiæ,
Qua in re communis est Doctorum opinio, vt
supersedeatur dummodo incontinenti doceа-
tur de læsione, saltem semiplenè ad dandum
fumum boni iuris, & ne calumniosa videatur
petita in integrum restitutio, Quia ad eam ob-
tinendam plena læsionis probatio requiritur,
vt iam diximus supra, & tradit Odd. cit. qu. 43. nu.
20; Cum primum requisitum deseruiat ad ef-
fectum suspensiuum executionis; Alterum au-
63 tem ad effectum rescisiuum ipsius sententiæ,
vel

vel contractus, siue præscriptionis, *idem Oddus loco relato art. 4. sub num. 63. vers. Aut habet, vbi ex Bart. in l. 4 §. condemnatum, vers. idem dicendum ff. de re iud. & in l. defendente num. 3. ff de iudic.* concludit hanc sententiam esse AEQVIOREM, & veriorem; Prout hoc idem affirmauerat *Odd. qu. 36. art. 5. & art. 10. post Lancell. cit. cap. 18. sub nu. 25. vers. quam limitat cum num seq.*, Hanc eadem sententiam sequitur *Gratian. lib. 4. discept for. cap. 762. num. 3. cum seq.*

64 Probatio enim semiplena læsionis sufficit ad
excludendam præsumptionem calumniæ petentis restitutionē, & sic cessat dispositio *d. cap.
suscitata, vt subijcit Odd. d. art. 4. sub nu. 63. vers. Cum
enim*, Quia per huiusmodi semiplenam proba-
65 tionem tollitur suspicio quod restitutio petatur differendæ, & protrahendæ executionis
gratia *cap. audistis de restit. in integrum, et ibi Doct.
Tort. Imol. cons. 169. num. 8*, qui Auctor in fine tra-
dit probationum species inductas esse, Quibus
66 Iudicum sensus adeò efficiantur, vt animi eorū
motus ad ita credendum impellatur. per *l. neq;
natales C. de probationibus, & l. sed probationum eod.
tit. ad rem Menoch. lib. p. præsumpt. 74. per totum,
latè Senator Bell. lib. p. de his qui incontinent. fiunt
cap. 10. per totum, & cap. 135. num. 8.*

Ambiguis omnq; incertitudinisque cuiuspiam
67 vitio laborantibus probationibus vllam quis
fidem adhibeat *l. duo sunt Titij ff. de testamentaria
tutela, l. certum ff. de confessis*; Cum fides integra
68 Iudici fieri debeat, non diminuta, aut imper-
fecta, *l. inter stipulantem §. si Stichum ff. de verb. ob-
lig.* Quid enim differt iustam causam non foue-
69 re, vel iure non deficiente legitima probatio-
ne carere, *l. in lege ff. de contrah. empt. & l. si fuerit
ff. de rebus dubijs*, Et quamuis vniuersum proba-
70 tionum tractatum ex ipsius Iudicis arbitrio
plurimum pendere traditum sit in *l. 3. de testi-
bus, & ibi Doct., Menoch. de arbitr. casu 90. num. 2.
& casu 321. num. 8.* Vnde plena prorsus existi-
71 matur probatio, quæ Iudicis animum ad ita
credat impellere possit, *l quinquag inter de proba-
tionibus*, Id tamen intelligendum est, vt arbitrium
huiusmodi solutum planèq; liberum non in-
telligatur, Quippe quod lex Iudicem huius-
72 modi arbitrio non abusurum præsumat, *l. 2. C.
de off. Ciu. Iud.* Quod propterea ad iuris regulas
adaptari debere docet *Rmin. cons. 149. col. 3, &
seq. Port. all. cons. 69. num. 14.*

Læsio verò quæ proponitur continere debet no-
uam causam in iuditio adhuc non deductam,
73 Quia vbi super ea iam iudicatū esset, Calum-
niæ præsumptionem non excluderet restitutio
74 petita, cum iam aduersus eam iudicatum sit,
vt post *Oddum d. qu. 43. num. 57, & Thesaur. decis.
181. num. 4. in his terminis probat Bimius cons. 305.
num. 46. cum seq., & cons. 306. num. 22, Qui num. 30.
& num. 49. cum sequen. in eodem cons. 305.* latè
tradit per concessionem restitutionis in inte-
75 grum, non retardata executione sententiarū:
satis esse consultum vtriq; parti, Præsertim si
is ad cuius fauorem iudicatum est, cogatur ad
præstationem fideiussionis de restituendis ha-
76 bitis in casu succumbentiæ, Quod etiam repe-
tit in sequenti *consil. 306. num. 13. post Menoch.
consil. 56. num. 32*; Cum hæc prouisio mediam
conseruet viam, & medium tanquam aureum,
77 in quo virtus constitit sequi debeamus iuxta
antiquum illud adagium, Medium tenuere
beati, vt subijt *Bimius cit. cons. 305. num. 52. propè*
77 *finem, & consil. 306. sub num. 16.* Et ita censuit
Excellentiss. Sen. die prima Iunij 1638. fauore
eiusdem Homati cōtra DD. Sorores Bossias re-
78 ferente Amplissimo Sen. Alphonso Mainardo.

Alio etiam casu non suspendere executionem
78 sententiæ restitutionem tradit, *Odd. memorata
qu. 43. num. 48*, Quando slz. executio iam facta
fuisset antequam restitutio peteretur. iuxta
doctrinam *Abb. & aliorum in dicto cap. suscitata,
& probat Alex. consil. 223. sub num. 6. vers. quia ita
demum lib. 6., Minsinger. obser. 80. nu. 5. cent. 6. quos
sequitur Polyd. Ripa sing. obser. 277. num. 6. vbi seq.
num.*, tradit duplicem esse executionem aliam
79 slz. consistentem in actu positiuo, & aliam in
actu negatiuo, quæ verificatur in inhibitione,
ne vlterior fiat molestia.

Hoc idem etiam præcedere scribit *Bimius relato*
80 *consil. 306. num. 27*, Quando læsio non esset mul-
tum considerabilis, & modici præiudicij, Quia
tunc si datur restitutio, etiam minori non re-
tardatur executio sententiarum, vt de com-
muni testatur *Gabriel. tit. de restit. in integr. concl.
p. num. 1. Thes. decis. 181. nu. 4, & Osasch. decis. 158.*

Conformium verò sententiarum executionem
impedire scribit *Sen. Bell. cit. cap. 10. num. 4. cum*
81 *seq.*, Exceptionem nullitatis resultantem ex
eisdem actis, vel incontinenti probandam post
*Costam de reintegrad. distinct. 60. Magon. decis. Flor.
104. Gratianum lib. 2. discept. for. cap. 384. num. 10,
ac Mariscottum lib. 2. var. resol. cap. 121. num. 38.*

Et quia aliquando opponitur ex pecunia soluta
locupletiorem factum fuisse minorem, & id-
circo ad eiusdem restitutionem teneri minorē
antequam is restituatur ex iuribus supra de-
ductis; Ad quem spectet hæc probatio; Cum
alij voluerint minori incumbere onus probā-
di, quod factus non sit locupletior, Ea ratione
quod statim atq; constat pecuniam ad aliquē
82 peruenisse, illum locupletiorem factū esse præ-
sumendum sit, nisi ex aduerso probetur, se eam
malè consumpsisse *Glo. in l. Verum, & ibi Ang.
ff. de petit. hered. Beron. consil. 44. num. 6, & 16. lib. p.
cum alijs quos refert Gabr. de probationibus conclus.
7. num. 16. & Franch. decis. 31. in fin.*

Alij verò affirmarunt probationem, quod pecu-
nia conuersa sit ad vtilitatem minoris, specta-
re ad eam allegantem, cum alias hoc non pro-
83 bato, lex non præsumat illum factum esse lo-
cupletiorem, Et propterea istam qualitatem
locupletioris esse probandam per allegantem
*Ang. consil. 160. in fin. Menoch. consil. 1173. num. 12.
& lib. 3. præsumpt. 27. nu. 6. Gabriel consil. 35. à nu.
21. vsq; ad nu. 33. lib. 2. Fachin. lib. 2. controuers. iur.
cap. 46. versic. ego Surd. consil. 115. nu. 20. Ladereh.
cons.*

*conf. 165. num. 8. Gratian. discept. for. lib. p. cap. 101. & lib. 3. cap. 422. num. 4.*

Horum discrepantium opinionem distinctionis
fædere optimè conciliat idem *Gratian. lib. 4. cap.*
*720, num. 24. cum seq.* dum subijcit, Vel agitur
84 de contractu nullo, & tunc probatio locuple-
tationis spectat ad eam allegantem, Vel agitur
de contractu valido, quamuis ex eo minor se
85 læsum euadere inquit, Et tunc eidem incum-
bit onus probandi se minime factum fuisse lo-
cupletiorem, nec aliquid versum in eius vtili-
tatem, vt in spetie ante Gratianum idem dis-
tinguit *Rimin. Iun. in §. fin. num. 61. cum seq. Instit,*
*quibus alien. licet vel non, post Glo. Bart. & alios in*
*l. prædiorum C. de prædijs minorum, Sociu. consil. 115.*
*col. fin. lib. 1. Lamberteng. de contr. mul. Glo. 24. num.*
*19. ac Corn, consil. 72. num. 8. lib. 3.*

*SVMMARIA.*

*Quod nostrum est nobis auferri non potest sine furto nostero num. 1.*

*Furti ratione datur actio Domino contra furem cum hyppotecca aduersus furem, & eius bona num. 2. sed etiam contra alium quemcumq; possessorem bonorum furis num. 3.*

*Furtiuæ rei conceditur repetitio verò Domino etiam non soluto pretio num. 4. contra num. 5. & simul conceditur actio contra recipientem, & consumantem alienam pecuniam num. 6.*

*Alienæ rei consumptæ loco, restitui debet tantundem nu. 7. & 8. Contrarium verius in pecunia num. 23.*

*Res aliena ad alium perueniта non subsistente causa ob quam illum possit retinere, restitui Domino debet etiamsi nullum inter ipsos negotium contractum fuerit num. 9. & 10.*

*Creditori primo hyppotecario competit ius reuocandi pecuniam solutam secundo creditori num. 11. & 22.*

*Pecunia consumpta, videtur extincta hyppotheca Domini eius num. 12. limit. 13. 14.*

*Dominium fortius, & potentius est hyppoteca num. 15.*

*Decretum Senatus Taurinensis quo conceditur repetitio pecuniæ Domino à posterioribus creditoribus furis num. 16.*

*Furata res excludit bonam fidem eius penes quem reperta est num. 17. & 18. realia coherent rebus ad quoscunq; transeuntibus num. 19.*

*Furtiua res præscribi nunquam potest num. 20.*

*Furtum committere etiam dicitur ille qui rem alienam retinet, & contractat, etiamsi ab initio ad ipsam bona fide peruenisset num. 21.*

*Ad pecuniam furatam iam mixtam non habet actionem Dominus nisi probet eandem esse propriam. 24. 25. 29. & 30.*

*Pecuniam alienam, sine dolo malo consumens etiamsi ab illo furata illa esset non tenetur restituere num. 26. 27. & 28.*

*Pecuniæ consumpta, dominium amittit Dominus nu. 30.*

*Pecuniæ vsus est consumptio num. 31.*

*Reipublicæ interest ne comercia impediuntur, & litibus Mercatores inuoluuntur num. 32.*

*Antonius Merenda I. C. laudatur num. 33.*

*Consumptionem, siue immixtionem pecuniæ probare non tenetur ad quem ea peruenit, sed hoc ad aduersarium spectat, slz., illi extare adhuc num. 34.*

*Iudex ex offitio interrogare potest eum ad quem pecunia peruenit an illam miscuerit num. 35.*

*Decretum Senatus quo declaratur pecuniam furto subtractam, & creditoribus furis solutam non extare, sed commixtam non deberi Domino qui furtum passus num. 37. & 38.*

*Io. Baptista Villodre Quæstoris mentio honorifica n. 36.*

*Athenicusium institutum dum in iuditio quærebantur singuli Ciues, vt rationum redderet, quomodo sibi virtum quæsiuerunt num. 39, 40, & 41.*

*Otiosi, & splendidè viuentes, licet nihil habentes aut fures, aut sicophantæ esse debent num. 40.*

*Philosophos tres qui nihil possidebant, & quotidie philosophiæ incumbebant, Interrogati quomodo viuerent compertum est se noctu operas præstare hortulano, & molitor num. 41.*

*Tyrannides tunc oboritur, cum sine fundo impensa, & largitio est num. 42.*

*Comes Funtium Gubernator Mediolanen. Dominij otiosos ad triremes transmittebat num. 43.*

## Pecuniam furto subtractam, mox per furem eius creditoribus, vel alijs solutam, Vtrum possit vendicare Dominus pecuniæ. Cap. CXXXV.



TRiuiale est illud iuris axioma, Id
quod nostrum est sine facto nos-
1 tro nobis auferri non posse *l. id*
*quod nostrum ff. de reg. iur. Tex. in l.*
*mater C. de rei vendicatione*, Cum
igitur pecunia nobis furto sub-
tracta fuerit contra nostram voluntatem, ad-
uersus eam penes quemcunq; existentem nos
agere posse videtur; Cum sine facto nostro eius
Dominium amittere non poterimus; Ratione
enim furti pecuniarum non solum datur Do-
2 mino actio furti contra furem cum hypoteca,
*Negusant. de pignor. membr. 4. partis 2. nu. 124. casu*
*9. Baiard. ad Clar. in §. furtum num. 36*, Vbi furtum
passum, actionem habere tradit, nedum con-
3 tra furem, & eius bona, & hæredes, Verum
etiam contra alium quemcumq; possessorem
bonorum furis, *Port. in eius fasciculo §. furtũ pag.*
*202. vers. furis bona; Card. Mantic. de tacit. & am-*
*big. lib. 11. tit. 12. num. 12. cum plur. seq., Farin. qu.*
*177. num. 3, & 27. par. 2.* qui omnes concludunt
rei furtiuæ concedi semper repetitionem, verò
4 Domino, etiam pretio non soluto; Quidquid,
in contrarium voluerit *Viuius decis. 451, per tot.*
*Costa de fact. scient. & ignor. inspect. 14. num. 8, &*
*tr. de portione rata, qu. 56. num. 8, Molin. de contr.*
5 *disput. 329*; Sed etiam actio conditionis sine
6 causa contra recipientem, & consumentem
alienam pecuniam, vt probat *Cagnol. in l. Singu-*
*laria num. 139. cum seq. ff. si cert. petatur, Cæsar de*
*Crass. decis. 3. num. 17, & 19, & post eos Menoch. cons.*
300.

*300. num. 33. dum his vtitur verbis*.
Hoc vnum tamen admittunt tàm iuris Pontificij, & Cæſarei Interpretes quàm Theologi, loco pecuniæ, vel alterius rei conſumptæ reſti-
7 tuendum eſſe tantumdem, vel in eorum genere, vel pretium ſoluendum, Ita quod rei Dominius nullum ſentiat damnum; AEQVITATE enim ſuadente (etſi nulla actio competat
8 ad rem repetendam à tertio) poſſe Iudicem compellere ad tradendum Domino ſcriptum reliquit *Hyppol. de Marſil. in l. p. §. ſi quis vltra ff. de quæſt., Ant. Seap. tr. de iure non ſcripto cap. 44. num. 20. cum ſeq. lib. 3, Thoming. decis. 27. num. 35*, qui ita ratiocinatur, Generaliter, & AEQVISSIME quidem traditum eſt, ſi pecunia mea ad te
9 peruenerit, nec ſubſit cauſa, ob quam illam retinere debeas; AEQVVM eſse, vt eam mihi condicenti tradas, Etiamſi nullum inter nos
10 negotium fuerit contractum; Ne meis ſpolijs, facultates, & opes tuas (id quod natura non patitur) iniuſtiſſimè augeas.
Præterea ſi primo creditori habenti hyppotecariam, competit de iure ius euocandi pecuniam
11 ſolutam ſecundo creditori, *Tex. in l. vlt. §. & ſi præfatam C. de iure deliber., latè Bar. in l. Pupill. ff. quæ in fraudem credit. Vrſil. ad Affl. decis. 190. ſub num. 5. cum ſeq. Facbin. lib. 12. controuerſ. iuris cap. 53. verſ. iſtis non obſtantibus, Pacific. tr. de Salu. interd. cap. 2. num. 100. inſpect. 3., Surd. conſ. 436. nu. 9. & 10. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 45. num. 20. par. p. verſ. præterea, Marta voto 42, Felician. tr. de cenſ. lib. 3. cap. 5. num. 17. fol. 250. Aloyſ. Riec. in praxi reſol. 123, & reſol. 375, latè Herman. Piſtor. omnino vidẽdus qu. iuris lib. 3. q. 20*; De qua materia multa deduximus ſupra in *cap. 34. per totũ, & ſcribit Io. del Caſtil. controuerſ. iuris lib. 4. cap. 61. à nu. 54. vſq; ad finem, qui num. 82, verſ. ſecundo reſpondetur*
12 *dicit*, Quod licet conſumpta pecunia videatur extincta hyppoteca, Tamen ne alicui ſine facto ſuo ius quæſitum tollatur, legem concedere
13 potiori creditori conditionem ex lege ad reuocandum pecuniam ſolutam, *et num. 83. in fin.* ſubdit indiſtinctè auuocari pecuniam hac tantum differentia, Vt ſi pecunia extet creditor anterior hyppotecariam actionem habeat, ſi verò non extet, competat ipſi conditio ex le-
14 ge; Quæ auuocatio eo facilius admitti de iure debet, quando debitori, eſt ſoluendo, *Coſta remed. ſubſid. 37. num. 2, Eugen. conſ. 89. num. 11. Alex. Trentaciuq. lib. p. variar. reſolut. tit. de iure Fiſci lib. 6. tit. 6. num. 4. verſ. Intellige, Marius Antoniu. var. reſol. lib. 2. reſol. 60. caſu 15. in fine, & Caſtil. loco rel. num. 78.*
Quantò magis concedi debet Domino pecuniæ ius auocandi pecuniam à creditoribus furis,
15 Cum Dominium ſit fortius, & potentius hyppoteca, vt de ſe patet, & tradit *Menoch. cõſil. 25. num. 15. Phanuc. de Inuent. par. 5. princip. num. 147. verſ. qua quidem hyppot. Alex. Trentaciuq. cit. reſol. 7. num. 2. tit. de iure Fiſci lib. p., Aſin. de Execut. §. 7. verſic. Ergo multo magis, & Surd. conſil. 4. num. 15.*
16 Et ita cenſuiſse Sen. Taurin. teſtatur *Theſaur. Iun. qu. famil. 16. in fine lib. 2.* quidquid priori loco affirmauerat; Qui auctor etiam excludere nititur bonam fidem in tertio recipiente pe-
17 cuniam furto ſubtractam, Ea ratione quod vi-
18 tium furti ſit reale, quod impedit vſucapionẽ, etiam in tertio per *Tex. in § furtiuè, & ibi Glo. & Scrib. Inſtit. de vſucapion. & longi temp. præſcript.*,
19 Vbi habetur vitia realia coherere rebus, vt ſi res ſit furtiua, huiuſmodi vitij realis contagium, quoslibet auctores primi ſucceſſoris etiam ſequitur, & comitatur, Idem affirmat *Card. Alba ad Bar. in l. ſi alieni nummi. ff. de ſolut. Caball. reſol. crim. lib. 3. caſu 292. num. 26.*
20 Quod enim ſubreptum fuit, nunquam niſi poſt æternitatem præſcribi poteſt cum petendi rem furtiuam ſit perpetua licentia *Petr. Gregor. ſyntag. iur. lib. 4. cap. p. num. 7 par. 3*, Quinimo ſcienter retinens, & contrectans apud ſe rem alienam, quæ ab initio ad eum bona fide peruenit,
21 furtum committit *Caball. lib. p. reſol. crim. caſu 99. num. 47. verſ. Vbi ait, & caſu 136. num. 18, & 19*,
Cum in pecunia licet bona fide conſumpta da-
22 ri conditionem ex lege ſupra ſatis probatum extet per *Io. del Caſtil. & alios citatos*.
Maiorem tamen AEQVITATEM pro contraria opinione ſtare ſuadent infraſcripta fundamenta, & ſic de AEQVITATE non poſse auocari per furtum paſsum pecuniam à fure tertijs ſo-
23 lutam, Vbi non ſit probatum eandem extare apud eos pecuniam, & non eſse factam immixtionem, Vel hoc faſsi ſint tertij.
Et primo rem hanc clarè decidere videtur *Tex. in l. ſi alieni nummi 78. ff. de ſolutionibus, & ibi Glo. verbo accepit in fine, Vbi Iabolenus I. C. ex Caſſio inquit ſi alieni nummi inſcio, vel inuito Domino ſoluti ſunt, manent eius cuius fuerunt, Si mixti ſint, ita vt diſcerni non poſſent, Eius fieri qui accepit in libris Caij ſcriptum eſt; Itaut actio Domino cum eo qui de-*
24 *diſſet furti competeret*; Et ſic habetur Furem rem furtiuam alicui dando, dominium transferre, vt latè ſcribit *Facbin. lib. 11. contr. iuris cap. 51*; Vbi per commixtionem nedum pecuniæ, ſed etiam aliarum rerum dominium amitti docet ſequitur *Caualc. decis. 27. num. 69. par. 2. Surd. conſil. 4. num. 10, & conſil. 528. num. 16. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap. 304. nu. p. & lib. 4. cap. 649. nu. p. cum ſeq.*
Prout *Tex. etiam in l. Caſſius 17. ff. de ſolution.*, apertiſſimè decidit hunc caſum; Ibi enim Caſſius ait, *Si cui pecuniam dedi, vt eam creditori meo ſolue-*
25 *ret; ſi ſuo nomine dederit, neutrum liberari, Me quia non meo nomine data, & illum, quia alienam dederit, cæterum mandati eum teneri; Sed ſi creditor eos nummos ſine dolo malo conſumpſiſſet, is qui ſuo nomine eos ſoluiſſet liberetur, ne ſi aliter obſeruaretur, creditor in lucro verſaretur*; Et ſic patet eum qui alienam pecuniam ſoluit creditori ſuo, conſequi liberationem, & in nihilo creditorẽ ſic recipientẽ
26 teneri; Quando ſine dolo, malo eam conſumpſiſſet, & ex quo agitur de pecunia aliena, neceſſariò includitur furtum ex parte debitoris
27 ſoluentis *l. ſi quis vxori §. Iulianus ff. de furtis*, vbi
cadem

eadem facti specie repetita idem statuitur; Accedit etiam *Tex. in l. si verò §. dedi ff. mandati, & l. Si pupilli §. si quis pecuniam ff. de negot. gestis;* Et ex his concluditur debitorem sic soluentē, & sic de pecunia furtiua, liberationem consequi, Et idcirco creditorem recipientem in nihilo teneri; Quia vt ibidem in *l. Cassius, subijcit*
28 *Castrens.*, potius consideratur ille cuius nomine facta est solutio, quam ille cuius est pecunia.

Vnde patet per immixtionem pecuniæ sublatam esse omnem actionem Domino competentē,
29 quia per immixtionem dicitur consumpta pe-
30 cunia, cuius Dominium idcirco amittit Dominus *l. nam, & si fur § fin. vbi Castrens. & Ias. ff. si cert. pet., Laderch. consil.* 165. *num.* 9, qui subijcit ex Aristotele vsum pecuniæ esse eiusdem consum-
31 ptionem; Qua considerata immixtione, & consumptione, Iurisprudentes, & Scribentes, omnes Dominium excludunt à consequtione propriæ pecuniæ, alteri solutæ, vt in spetie considerat *Ang. in d. l. si alieni nummi col. 7. ff. de solutionibus*, Dicens hunc esse casum mirabilem, quem alibi per difficillimè reperiri tradit *Io. de Imola*, Et hanc esse communiorem, & veriorem sententiam scribunt Interpretes in *all. l. Singularia ff. si cert. pet., præsertim Ias. num.* 11. & 12;
32 Ne alias totus mundus litibus inuolueretur, & Mercatores comertio priuarentur, quod esset contra AEQVITATIS percepta, vt scribit *Afflict. decis.* 190. *num* 6, & 7, vbi tradit ita censuisse Sacrum Concilium, hanc amplectitur sēntentia *Menoch. consil.* 25. *nu. p. cum seq.*, Et sic contra communem esse liquet opinionem *Stracha tit. de decoctoribus par. vlt. tit. qui potiores in bonis decocti habeatur num.* 30. *cum seq.*; Contra quem idcirco priorem sententiam quamplurimis rationibus, & fundamentis nouissimè deffen-
33 dit *Eruditis. D. Antonius Merenda Primarius Iuris Cæsarei Interpres in Floridissima Titinensi Academiam lib. 6. controu. iuris pleno cap.* 6.

Neque commixtionem probare necesse habent ij quibus peruenit pecunia furto subtracta; Etiā si
34 sit quid facti; Quia in hoc speciali casu præsumitur commixtio à cōmuniter contingentibus quidquid innuat *Laderch. cit. cons.* 165. *subn.* 9. *in fine*; Et hanc sententiam veriorē esse patet ex traditis per dictum *D. Merendam cit. cap.* 6. *nu.* 30, dum inquit, quod si actor non probauit quæ sint corpora obligata, idest identitatem pecuniæ, & sic deffecit in probatione obtinere non poterit, Ergo ad ipsum spectare liquet, probare non immixtionem, non autem ad reum probare immixtionem.

Id quod etiam apertius tradit idem *Auctor in seq. num.* 31, dicens posse Iudicem interrogare eū,
35 cui pecunia soluta fuit, an eam pecuniam cum sua miscuerit, Et quantum pecuniæ ibi habuerit, cuiusq; generis fuerit, Cum id liceat Iudici, vbicunq; AEQVVM erit id fieri, Et hanc conclusionem apertius probat idem *Auctor nu.* 42; Dum inquit creditorem priorem Dominum pecuniæ, teneri omnino probare eandem et pecuniam extare, quam debitor secundo creditori exsoluit ad rem *Fontanella tr. de pact. nup. claus.* 5. *glo.* 8. *par.* 7. *num.* 5. *lib.* 1.

Et ita censuit Senatus Excellentis. mense Aprilis 1628. ad relationem Integerrimi I. C. D. Io.
36 Baptistæ Villodræ tunc Prætoris Mediolani, nunc Sapientissimi Quæstoris Redd. Extraord. in causa Com. Nugarolæ, cui fuerat commissa in propria domo robaria pecuniarum cum homicidio Custodis domus per Camillū Corsum reum confessum, quarum pecuniarum maiorem partem soluisse quibusdam Mercatoribus eius creditoribus fassus fuerat; Contendente enim Comite circa Dominium dictarum pecuniarum cum dictis creditoribus, quibus fuerant solutæ pecuniæ qui asserebant nō probasse Comitem pecunias minime fuisse commixtas, Censuit Senatus, non esse molestandos
37 dictos Mercatores, etiamsi latronis hæreditas non sufficeret per satisfactionem crediti dicti
38 Comitis; Iuxta doctrinā *Farinacij in cit. qu.* 177. *num.* 49. *tit. de furtis.*

Et quorum latronum numerus passim in hoc Dominio auctus valdè comperitur, etiam si quotidiè vltimo supplicio puniantur, ex vigilantia Senatus ij qui pro commissis robarijs deprehenduntur; Ad quod euitandum frequens
39 delictum, opus sanè esset Atheniensem instituto, Dum otium, & inertia in iuditium vocabant, singulisq; annis certo die Ciues se iuditio sisterent; Dicturi quo quæstu, quo artificio, quibus sumptibus ij, suiq; vitam sustinebant, Quod obseruabatur ab Areopagitis; Dum .n. quis nihil, vel parum habet, & iners, aut Ingna-
40 uus est, splendidèq; viuit, Aut furem illum esse, aut sycophantam necesse esse, quem occidi idcirco iubebant Corinthi, vt refert *Petr. Aerod. lib.* 6. *rerum indicatarum tit.* 2. *de furtis cap. p.* Vbi exemplum tradit de tribus illis Philoso-
41 phis Cleanthe, Menedemo, & Asclepiade, qui interrogati ab Areopagitis qui fieret, cum assiduè Philosophiæ operam nauarent, & essent in nullis facultatibus; Nihilominus tā benè se haberent, essentq; tam valido atq; robusto corpore; Philosophos infamiæ leandæ causa euocasse molitorem, & hortulanum, qui testati fuerunt ipsos tres Philosophos die quidem integros philosophiæ consumere; noctibus verò sibi operas locare, Et eo modo vitam viuere, Itaq; magnopere admiratos Areopagitas; Non solum Philosophos dimisisse, quos propterea Phreantias appellarunt; Verum etiam munere, laude, & viatico donauisse; Crates proinde sa-
42 pienter dicere solebat; Tum oboriri Tyrannidem, cum sine fundo, impensa, atq; largitio est, vt refert idem *Petr. Aerodius loco citato.*

Huius prudentissimæ institutionis benè edoctus Excellentis. Fontium Comes alias Guberna-
43 tor huius Dominij: Summa vigilantia secretis informationibus receptis de otiosa vita hominum, qui nec exercitio incumbebant, nec

N bona

bona sufficientia pro eorum alimentis possidebant; Sed vti, Thrasones viuebant, temperato statuto Cotinthiorum, sine processu propria anctoritate, illos detineri, & ad Ttiremes damnatos transmitti iubebat, Quo factum est, vt delicta ratiora valde committetentur.

*SVMMARIA.*

*Beda solemne dictum circa bellum in Italia vigens nu. 1.*
*Bellum à Gallis in Italia factum anno 1494. num. 2. quod durauit vsq; ad annum 1540. num. 13.*
*Ciceronis sententia de bonis incultis ratione belli num. 3.*
*Contractus læsionem recipiunt etiam ob temporũ mutationem num. 4. & 8. & sic reduci debent num. 5. contrarium verius num. 11. cum plur. seq.*
*Infinitas cu tanda est num. 7.*
*Immunitas cessare debet, vbi de aris, & focis agitur n. 8.*
*In contractibus non subintelligitur clausula rebus sic stantibus num. 12.*
*In contractu tempore belli facto censetur habitam fuisse rationem incommodi, quod à bello proficiscitur nu. 14*
*Communitates mediatibus eorum Syndicis, siue Consiliarijs alienare possunt bona num. 15. & etiam immunitates in proprium præiuditium promittere num. 16. 66. 67. ac 68.*
*Nou. Constit. tit. de oneribus §. Communitates declaratur num. 18. & 19.*
*Fabritij Zumalli I. C. commemoratio num. 20.*
*Salis augumentum factum anno 1556. in hoc Dominio num. 21.*
*Salis augumentum impositum dicitur ijs, qui illud soluunt non Communitatibus num. 22.*
*Salis aliud augumentum impositum anno 1558. nu. 23. & tria alia augumenta num. 107.*
*Onus mensualis impositum anno 1548. num. 24. & 33. ad rem etiam num. 75. & 76. cum seq.*
*Onera augumenti Salis, & Mensualis imposita fuerunt loco aliorum prius impositorum num. 25.*
*Onus mensuale dicitur subsidium mensuale num. 26.*
*Onus mensuale ita appellatur, quia disturbatum fuit per singulos menses num. 27.*
*Differentia specifica non datur inter plus, & minus n. 28.*
*Onus subsidij quid sit num. 29 & 30.*
*Charitatiui subsidij quãdo liceat Prælato imponere n. 32.*
*Obseruantia subsequta declarat priuilegium præcedens num. 34.*
*Charitatiui subsidij quanta esse debeat num. 31.*
*Emphyteotico declaratur per subsequtam obseruantiam num. 35. & 36.*
*Obseruantia subsequta declarat immunitatem concessam, & qualitatem obligationis num. 36. & 37.*
*Immunitatis causa cognosci debet per Sen. Excell. iussu S. R. M. num. 38.*
*Immunitas concessa ab omnibus licet intelligi debeat de impositis tantum, vbi verba sunt ampliora ad futurã etiam trahitur num. 39. 40. 42.*
*Venditor si onera non soluebat per bonis censetur vendidisse cum eadem immunitate num. 41.*
*Separatorum vnus onera alterius sustinere non debet num 43.*
*Immunitas ab oneribus concessa per rebus extenditur etiã ad futuram onera num. 44.*
*Onus taxi Equitatus impositum fuit anno 1561. num 45. 46. ac num. 91.*
*Onus taxi Equitatus auctum fuit, mox illi etiam additi fuerunt 44. regales loco vtensilium num. 47. 48.*
*Onera taxi Equitatus addit fuerunt aurei quinq; pro quolibet Equite grauis armaturæ, & aurei duo pro quolibet equi leuis armaturæ num. 49.*
*Onus taxi Equitatus fuit subrogatam loco hospitationis militum num. 50, & loco stipendij num. 92.*
*Subrogatus sapit natura eius in cuius locum subrogatur num. 51, & 53, & num. 87.*
*Immunitas ab vno onere exemptus, dicitur ab eo onere quod imponitur loco primo maxime si exemptio sit cõcessa à Communitate num. 52. 69. & 70.*
*Onere ordinario duplicato totum onus ordinarium dicitur num. 54.*
*Immunes ab omnibus oneribus talis etiam debet perseuerare ab oneribus extraordinarijs num. 56.*
*Immunitas concessa ab oneribus intelligitur de impositis non de imponendis num. 57. contrarium verius 58, etiam quo ad num. 58. onera causa belli imposita nu. 59. 60. maxime quando sempore concessa immunitatis vigebit bel um num. 61.*
*Immunitas ab oneribus per contractum concessum trabitur etiam ad onera belli num. 63.*
*Conuentionis ius fortius est quam Priuilegium nu. 64.*
*Onera belli dicuntur extraordinaria num. 65.*
*De præsenti non arguitur in præteritum num. 79.*
*Antonius Leua Vir fortis, sed Seuerus num. 80.*
*Miseranda conditio Populi Mediolanensis tempore Antonij Lenæ num. 84.*
*Extremis probatis medium probatur dicitur num. 85.*
*Onus vt quid sit sciatur primaua causa inspicienda est num. 86.*
*Onera adiuncta fuisse dicitur ad similitudinem tributi, quod Romanos persoluebatur num. 88.*
*Ecclesia tenetur ad onera ordinaria pro prædijs postea translatis num. 89.*
*Onera ordinaria loco tributi imposito prædialia dicitur num 90.*
*Eadem militante ratione idem ius statui debet num. 93.*
*Ad onus mensuale quo tenetur ad hospitationes militum etiam tenetur num. 94. & è contra num. 95.*
*Onus imbotatus dicitur reale num. 96.*
*Exercitus quibus constituatur num. 97. 98. & nu. 104. & 105.*
*Legio sena millia armatorum continet num. 99.*
*Sociorum auxilia binas legiones constituebant apud Romanos num. 100.*
*Exercitus ab exercitio dicitur num. 102. 103.*
*Pauli Belloni Senatoris sententia num. 106.*

## Immunitates ab oneribus in venditionibus stabilium antiquitus promissas per Communitates, Vtrum valeant etiam in præiuditium aliorum onera sustinentium. Cap. CXXXVI.

CVM iuxta solemne illud responsum è cælo emissum Venerabili Bede oranti pro pace Italiæ,

1 Italiæ, dum audita fuit vox dicens, Beda, Beda
tace, quia Italia nunquam erit in Pace, vt post
*Alber. de Rosate refert Vrsil. ad Affli. decis. 150. nu.
10. ac sequitur Porrus in Addit. ad Ambrosinum c. 2.
ad num. 8. & 9. fol. 47.* Quod dictum malo nostro
fato quotidie, etiam his temporibus verissimũ
esse experiri cogimur; Ambitione enim moti
Italiæ Principes, Cum Exterorum arma præser-
rim Gallorum in eã introduxissent anno 1494;
2 Continuisq; bellis diuersimodè per annos qua-
draginta, & vltra, Oppida cum Ciuitatibus to-
tius Insubriæ attrita, & consumpta fuissent;
Itaut pessima temporum conditione inculta,
vt plurimum remanerent prædia, Quippe iux-
ta Tullij sententiam in oratione per Rossio,
3 Propter Reipubl. calamitates omnium posses-
siones incertæ essent ( Vt his temporibus rur-
sus fere accidit ) Syndici, & homines Oppido-
rum Vniuersitates rapresentantes, vt bona co-
lerentur, & aliquam vtilitatem, ex ijs conse-
querentur; Venditiones de ijs fecerunt recep-
ro pretio, cum promissione Immunitatis quo-
rumcunq; onerum, sine qua promissione Em-
ptores aliqui dubio procul non adfuissent.

Tractu temporis, & pacatis rebus, Immemores
Communitates, & eorum Syndici antiquæ, &
iuratæ promissionis; huiusmodi bonorum em-
ptores defatigare, & vexare cæperunt, Vt ad
onera soluenda cogerentur, de qua te sæpè
consultus, Vt quod de iure censerem, respon-
sum darem.

Et licet prima facie læsæ valde esse Communita-
tes viderentur ex huiusmodi contractibus,
Maxime cum solemne augumẽtum fecisse sup-
ponerent onera à die celebrati contractus, ad
hæc miseranda tempora, Et sic propter tempo-
rum mutationem continere cęperunt læsionem
4 ipsi contractus, de quibus abunde *Menoch. cons.
156. à num. p. vsq; ad num. 9.* Quo casu reductio-
nem fieri debere ad AEQVITATEM scribit
5 *Thesaur. decis. 226. per totum*; Cum alias iniqua
6 efficeretur conuentio tractu temporis iuxta
*Tex. in l. cum quidam ff. de vsuris*, Et de infinita-
7 te euitanda, *est Tex. in l. si quis in fine ff. de peric.
& commod. rei vend.*, *& l. 2. §. si quis ff. de leg. p.*,
Cum cessare immunitates, Vbi pro aris, & fo-
8 cis res geritur scribit *Petrus Aerodius lib. 10. re-
rum iudic. tit. 14. de vacation. cap. p.*

De AEQVITATE verò contrarium verius esse
videtur in his cõtractibus venditionis, in qui-
11 bus habita ratione temporis, & circonstantia-
rum promissa immunitas seruari debet, Nãq;
12 in contractibus non subintelligitur clausula
rebus sic stantibus, Nec admittitur exceptio,
quod casus improuisus emerserit, vt in his ter-
minis conuentionis super onerum solutione,
*Respondit Doctiss. Alciatus consil. 3. num. 5. lib. 4. to.
p. quem sequitur Gallia consil. 44. num. 36.*

Et omni in casu, cum contractus huiusmodi, vt
plurimum celebrati legantur ab anno 1590.
13 vsq; ad annum 1540., Quo tempore bella ad-
huc durabant, & ingentia onera, nec præsenti-
bus minora subditis imponebantur, vt perspi-
cuè traditum est ab Historicis præsertim Io-
uio, & Guiciardino, & innuit *Rol. cõsil. 13. nu. 45.
lib. 3*; Certo certius est in ipsis conuentionibus
14 iuratis habitam fuisse etiam rationem onerũ
tempore belli impositorum, *Menoch. all. consil.
156. num. 32, Crau. consil. 294. propè finem versic.
non obstant notata, Natta consil. 397. in fine, Gallia
cit. consil. 44. nu. 12, & 35. versic. constante, ac Rau-
dens. consil. 54. num. 5.*

Præsertim quia de iure communi ita pacisci lici-
tum fuit Communitatibus mediantibus eorũ
15 Consiliarijs, & Syndicis, vt probat *Bart. in l. si
qui num. 4. ff. de iure Immunitatis*, & post multos
alios *Loffæus tr. de iure Vniuersitat. cap. 10. num 1,
& 31. in fine par. 3*; Maxime in proprium tantũ
16 non Reg. Camerę præiuditium, vt probat *Surd.
cons. 140. num. 72, & consil. 278. nu. 16. iuncto consil.
419. num. 19.*

Non aduersantibus Nouis Constitutionibus hu-
ius Dominij in *tit. de oneribus §. Communitates*,
17 Tum quia eæ loquuntur de concessionibus
gratuitis in vim Priuilegij, *Bossius tit. de Principe
nu. 165*, Neq; idcirco se extendunt ad contrac-
tus, vt subijcit *Gallia cit. consil. 44. num. 43*; Tum
18 quia Nouæ Constit. omni in casu non com-
prehenderent contractus ante earum promul-
gationem celebratos; Sed tantum de futuris
contractibus loquerentur *Bart. in l. omnes Populi
ff. de iustitia, & iure, Bal. in l. leges num. 4. cum seq.
C. de legibus, & sequitur Gallia cit. consil. 44. in fine*,
19 Etiam si agatur de facto præterito habẽte trac-
tum successiuum in futurum, vt distinguit *Gra-
tian. lib. 3. discept. for. cap. 465. à num. 5. ad finem*,
post quos sanè contractus editas fuisse Nouas
Constitutiones patet ex earumdem proemio.

Et quia alias materia hæc fuit plenè discussa corã
Amplissimo Senatore meo Bellono per eximiũ
20 I. C. Fabritium Zumallum, Et me ipsum vti
Aduocatos DD. Caroli Montemerli, Contra
Communitatem Salarum, hic subijciuntur cõ-
sultationes ipsæ, in quibus multa alia ad mate-
riam facientia dilucidantur pro clariori, Quę-
tionis intelligentia.

P R O
Carolo Montemerlo
Contra
Communitatem Salarum.

21 SVperfluò videtur quæri de augmento sol.
20. pro quolibet stario salis imposito de
anno 1556. primo Iulij, cum illud non sit onus
impositum Communitati, de cuius oneribus
loquitur instrumentum immunitatis, sed sit
22 impositum ipsi sali soluendum tantum ab ijs,
qui emunt sal, ita quòd si quis in vno anno nul-
lam quantitatem salis emerit, nihil etiam sol-
uere debebit pro dicto augmento, nisi in quã-
tum emerit, vel comederit carnem aliquam

ſale conditam, vel aliquid aliud ſale conditũ, quod nihil facit ad quæſtionem noſtram loquentem de oneribus ſoluendis reſpectu bonorum per Communitatem Salarum venditorum, & quod dicitur de dicto primo augmento impoſito de dicto anno 1556. procedit etiam pro ſecundo augmento impoſito per litteras
23 in ſimili forma datas ſub die 15. Nouembris 1558.

Quò verò ad onus menſualis impoſiti de anno 1548. virtute litterarum Cæſarearum diei 10.
24 Septembris 1547. dicitur ex lectura dictarum litterarum, ſatis apparere illud onus fuiſſe impoſitum, præſertim ad euitandum hoſpitationes militum, qui neceſſariò diſtribuendi erant per totum Statum, cum extrema eius ruina, & etiam ad parcendum tot alijs oneribus, quæ prius in Statu imponebantur, & præſertim ante pacem initam de anno 1530. quæ poſtea deſierunt imponi, quandiu, & quatenus ſupplere potuit illud menſuale, ità quòd benè dici potuit illud vnum onus menſualis, quod facilius exigi poterat, vt dicitur in dictis litteris, ſub-
25 rogatum fuiſſe loco tot aliorum onerum, quæ prius imponi conſueuerant, quæ difficilius exigi poterant, & cum maiori damno ſubditorum nimis frequentibus executionibus grauatorũ; Ad quem finem ediſcendi, quæ & qualia onera impoſita fuerint ante dictum inſtrumentum celebratum de anno 1530. benè petita fuit exhibitio librorum Communitatis, & illa omninò exigenda eſt, & videndum etiam, pro quibus oneribus ſoluti fuerint in Ducali Camera illi ſcuti duo mille de quibus in dicto inſtrumento, Et aduertatur quòd illud menſuale
26 propriè appellatum fuit ſubſidium menſuale, vt in capitulatione facta cum Spinula pro eius exactione ſub die 4. Iunij 1559. ſed ita dictum menſuale, quia fuit diſtributum per ſingulos
27 menſes, & menſuatim erat ſoluendum, ſed ſemper remanſit ſub generali nomine ſubſidij requiſiti per Principem ad ſubueniendum aliter inſopportabilibus neceſſitatibus Status, & idrò quæcunq; onera prius ſoluebantur, erant ſimiliter ſubſidia, nec ab eis differebat hæc impoſitio menſualis ſubſidij, niſi in magnitudine vſq; ad ſcutos 300. mil. diſtributos ſuper toto Statu, & in modo ſoluendi per ſingulos menſes, & quod non ſemel tantum erat ſoluendũ, ſed continuandum quolibet anno vſq; ad Principis beneplacitum, ſed vt dici ſolet inter plus,
28 & minus non datur ſpecifica differentia *l. fin. ff. de fundo inſtr. Bar. in l. 1. in prin. num. 9. de acquir. poſſeſſ. & in l. 1. num. 19. de acti. & oblig.* Vndè licet ante ann. 1530. non reperiatur impoſitum aliud tantum ſubſidium, tamen plura alia ſubſidia reperiuntur impoſita, & ſic quoad genus, ſubſidium menſuale dicitur idem cum præcedentibus non autem dicitur nouum onus, &
29 de ſubſidio imponendo ſubditis loquitur *Alc. conſ 7. tàm ſubtiliter lib. 5.* Et de charitatiuo ſubſidio impoſito per Papam *Alci. conſil. 2. lib. 3.* Et
30 de impoſito per Ducem Sabaudiæ, *Menoch. de arbi. caſu 178. num. 6.* Et quanta eſſe debeat charitatiui ſubſidij ſumma, *Menoch. caſu 179.* Et
31 quando liceat Prælato charitatiuum ſubſidiũ
32 à ſibi ſubditis exigere *Menoch. d. caſu 178.* Ex quibus ſatis colligitur ſubſidij exactionem eſſe vſitatam in neceſſitatibus Superiorum, & in menſuali ſubſidio non agi de onere inſolito, nã quoties agitur de ſuccurrendo neceſſitati Do-
33 mini, dicitur agi de ſubſidio, vt per *Craur. conſ. 294 col. 8. in fin. verſ. quintò pond ero,* Et ideò benè poſſe dici illud onus compræhenſum in allegata immunitate, prout & ſecuta obſeruantia declarauit, quæ quidem obſeruantia declarat
34 priuilegia *Oſaſ. deciſ. 136. in fi.* & conuentiones *Burſat. conſil. 16. num. 39 40.* & tranſactiones. *Neuiz. conſil. 66. nu. 22. & poſt eum Menoch. conſil. 156. num. 28 lib. 2.* & venditionem *Bar. in l. ſed, & Iulianus §. proinde ad Macedon. & Rom conſil. 271. viſa tota col. 2. verſic.* Tertio non eſt dubium. *Crau. cõſ.*
35 *101. nu. 3.* & contractum emphyteoticum *Soc. Iun. conſil. 70. num. 22. 23. lib. 3.* & qualitatem ob-
36 ligationis præcedentis. *Crau. conſil. 77. nu. 10. & Menoch. conſil. 49. num. 20.* & qualitatem immunitatis conceſſæ per tranſactionem *Crau. omninò videndus in d. conſ. 294. col. 16. ſub verſic. 21. & Sylua. conſil. 88. num. 27.* & in hanc ſententiam debet Index facile inclinare, cum ſententia illa Ill. Magiſtratus anno 1569. reſtringens immunitatem ad onera tantum impoſita non videatur poſſe ſuſtineri, & ſaltem per recurſum ad Senatum poſſit retractari, tum defectu Iuriſdictionis, cum huiuſmodi cauſæ immunitatum fuerint per S. M. demandatæ Excellentiſs. Se-
38 natui per litteras diei 24. Decembris 1560. & per litteras Excellentiſs. eius Locumtenen. diei 14. Ianuarij 1561. Tum etiam quia licèt in immunitate ſimpliciter conceſſa ſoleat fieri reſtrictio ad tantum impoſita tamen id nõ procedit, vbi verba ſunt ampliora, vt ſæpius fuit declaratum.
39 Et præſertim pro *Reuer. Patribus Carthuſienſibus,*
40 *& habetur in d. conſil. 294. Crauetta, & Burſ. conſil. 16. num. 55. 57. 64. & num. 77. ſub verſ. Nec prædictis, & num. 78.* & ſatis probatur hoc caſu.

Primo quia immunitas vendita fuit ſimul cum bonis, vnico pretio, cum renunciatione facta omni iuri, quod habebat Communitas in illis bonis, & cum poſitione emptoris in locum vẽdentis, ita quòd ſicut Communitas non ſolue-
41 bat, nec ſoluiſſet aliqua onera, quandocunq; impoſita, ſi ea bona penes ſe retinuiſſet ità nec emptor ſoluere debeat.

Secundo quia dictum fuit, quòd reſpectu dictorũ bonorum venditorum emptor, eiusq; ſucceſſores; & qui cauſam habebunt ab eo, non teneantur ad aliqua onera ſiue ordinaria, ſiue extraordinaria cum dicta Communitate Salarum, ſed potius dicta bona ſint, & eſſe debeant penitus, & in totum libera, & exempta, ac etiã ſeparata à quibuſcunq; oneribus dictæ Communitatis, & ſic vtendo verbis vniuerſalibus

etiam

etiam inſolita,& conſequenter imponenda in-
42 cludentibus , vt de verbo aliqua , præſertim
prolato cum negatiua, tradit *Crau. d. conſil. 294.
col. 6. verſ. Poſito igitur, & num. 4. 5. 6. & de ver.
quibuſcunq; Crau. d. conſil. 294. col. 9. verſic. ſextò conſidero, & num. 7. Burſ. conſ. 16. num. 48. & 50. 52. &
num. 71. verſic. At ſecus Nat. conſil. 525. num. 10. 11.
13. ad fin. lib. 3.* & confirmetur ex illis alijs verbis, penitus, & in totum libera, & exempta,&
multò magis ex ſubſequentibus verbis , & etiã
ſeparata à quibuſcunq; oneribus dictæ Communitatis,quæ quidem ſeparatio non admittit
quæſtionem qualitatis onerum impoſitorum,
vel imponendorum , cum ſeparatio hoc opere-
43 tur, vt vnum ſeparatorum non ſentiat onus alterius , vt de duobus Communibus ſeparatis
tradit *Rimin. Iun. conſil. 423. num. 5. 6. 7. lib. 4.* & in
exhibita ordinatione Ill. Magiſtratus diei 12.
Auguſti 1557. pro Maſſarijs Capſinæ de Ferrarijs contra Commune de Badagijs Plebis Ciſani Ducatus Mediolani,& cum exemptio non
ſit data perſonis , ſed ipſis rebus , conſonat, vt
etiam de futuris non exceptis intelligatur, vt
44 de immunitate conceſſa bonis Eccleſiæ dicitur in *l. placet C. de Sacroſ. Eccl.*

Quo verò ad taxum equitatus, reſpiciendum eſt
ad eius primam impoſitionem, quæ facta fuit
45 non de anno 1561. ſed per litteras Ducis Albę
tunc Gubernatoris huius Dominij datas ſub
die 29. Decembris 1555. quæ ſic incipiunt.
*Non hauendo altro modo di prouedere per queſti trè
meſi proſſimi al pagamento delle Compagnie d'Huomini d'Arme, Caualli leggieri dell' Eſercito, & al
Preſidio di Valenza, e Candia, & eſſendo neceſſario
trouargli Prouiſione acciò non venghino ad alloggiar'
à deſcrittione nel Stato, per manco male hauemo ter-
46 minato che ſi ſcoda da tutto il Stato la ſomma de ſcuti
22764. à meſe per meſe anticipatamente per trè meſi
proſſimi &c.* quæ impoſitio poſtea continuata
fuit continuato bello , & paulatim etiam aucta
47 fuit, aucta militia, & additi etiam illi 44. regales loco vtenſilium , & aliorum quæ dari debuiſſent hoſpitantibus actualiter, vt in ordinibus exhibitis , & poſtremò per litteras Marchionis Piſcariæ diei primi Februarij 1561. ad-
48 diti fuerunt ſcuti quinque pro quolibet equite
grauis armaturæ , & ſcuti duo pro quolibet
49 equite leuis armaturæ , quæ tamen omnes pecuniæ aſſignatæ fuerunt loco allogiamentorũ,
& ad euitandum damna maiora actualium allogiamentorum qua de cauſa etiam exempta
fuerunt à ſolutione illius oneris loca illa, quæ
ſuſtinebant actualia allogiamenta velut Vigleuanum, aliud ſimile , & æquipollens, vt videre
eſt in dictis litteris Marchionis Piſcariæ in pri.
ibi. *Per rimediar à molti diſordini, e danni, che da'
Soldati vengono dati a' Sudditi nelli alloggiamenti,
che ſono repartiti per il Paeſe, e Ville del Stato,* & infra ibi, *ſiano trattenuti, e pagati, così delle paghe, come delle taſſe, alloggiamenti, & eſentioni, conforme in
tutto all'aſſento, che da principio gli fù fatto per il
50 Sig. Don Ferrando di Gonzaga* , & in fin. Vnde cũ
dictus taxus verè ſit ſubrogatus loco allogiamentorum,& ad vitandum eorum damna, non
videtur dubitandum , quin exemptus ab allogiamentis debeat etiam præſeruari ab hoc taxo in eorum locum ſubrogato. Et in omnem
caſum vbi ageretur de noua impoſitione, illa
intelligeretur facta tantum illis, qui non erant
51 exempti , non autem ipſis exemptis ante contractum obligationem ſecundum *Bal. in l. etiam
col. fin. verſ. ſed pone. C. de exec. rei iud. & Rimin. Iun.
conſil. 25. num. 55. lib. 1.* Et pręſertim quando fuit
52 quis exemptus ab ipſa Communitate , vt per
*Iaſ. in l. Anus num. 9. in fin. verſ. Aut verò vniuerſitas ff. de pact.* Cum tamen alias augmentum idem
53 iuris eſſe cenſeatur, quod eſt ipſum principale
ſecundum *Rip. poſt alios in l. ſi ex toto in pr. num. 2.
de lega. 1. & plenè Menoch. conſ. 201. num. 143. &
ſeq. lib. 3.* & ideò etiam duplicato onere ordi-
54 nario, quale erat onus taxarum totum dicitur
ordinarium *Boſſ. in tit. de vectigal. num. 8.*

Quò ad imbotatum ſoluendum feudario pro nũc
non inſiſto, cum indigeam maiori aliqua informatione maximè cum intelligam imbotatum
illum exigi à Communitate, ipſamq; Communitatem conueniſſe in certa quantitate annua
cum Feudatario, ideòq; eſſe compræhenſum
in exemptione de qua agitur, conceſſa etiam
pro omnibus ordinarijs , qualis eſt etiam imbotatus , & pro omnibus ſoluendis cum dicta
Communitate.

Quò verò ad Colonos data prædicta ſeparatione
ab omnibus oneribus Communitatis, videntur
55 etiam comprehendi colonos eorumdem bonorum per ſuprà allegata de vi ſeparationis
quæ ſatis diuerſificare videtur caſũ hunc à caſu bonorum Eccleſiaſticorum in eodem Communi exiſtentium , & nulla ſeparatione gaudentium.

*Fabritius Zumellus I. C.*

# P R O
# D. Carolo Montemerlo
# Contra
# Communitatem Oppidi Salarum.

*Adſit virtus Spiritus Sancti.*

ANtequam dubitationibus à Perill. D. Senatore Bellono Arbitro electo promotis reſpondeatur Operepretium exiſtimamus nonnulla afferre argumenta , & rationes , quibus dignoſcatur non potuiſſe Ill. Magiſtratum deuenire anno 1569. ad declarationem, quod ratione bonorum per datores dicti D. Montemerli emptorum à Communitate prædicta teneatur ad onera poſt celebratum inſtrumentũ recitatæ emptionis anno 1530. per Cameram impoſita , Et multò minus poſſe de iure ſubſiſtere poſtremam ordinationem eiuſdem Illuſt.

Magistratus factam anno 1616. per quam declarantur onera ipsa, ad quæ teneri D. Montemerlum supponitur, & à qua ordinatione debito tempore fuisse appellatum non ambigitur.

De iniustitia igitur dictæ primæ declarationis Ill. Magistratus satis patet eo ipso quod per eam ordinatum est teneri D. Montemerlum ad onera per Cameram imposita post celebratum contractum. Quamuis absolutè conuentum fuisse legatur in dicto instrumento, quod ad aliqua onera siue ordinaria, siue extraordinaria cum dicta Communitate non teneatur emptor, sed potius dicta bona sint pænitus, & in totum libera, & exempta, ac etiam separata à quibuscunq; oneribus.

Si enim pænitus, & in totum libera, atq; exempta esse debent bona ipsa, quo pacto, quaue ratione ad onera postmodum imposita teneri cũ ipsa Communitate D. Montemerlum statuit Ill. Magistratus ità in puncto onerum extraordinariorum tradit *Gall. consil. 44. num. 15.* quo
56 loci egregiè explicat verba ipsa in totum, & pænitus exempta, id quod ante eum probarũt *Natta consil. 63. num. 16. & Rolan. cons. 2. in fin. lib. 4.* Etsi.n. *Iason. in l. si ex toto num. 7. cum seq. ff. de leg. p. & Alex. consil. 216. num. 28. lib. 2.* scriptum reliquerunt quod immunitas concessa non exten-
57 ditur ad ea onera quæ exinde superuenerunt; Attamen cõtraria opinio verior, & cõmunior, atq; AEQVIOR reputatur, quod slz. concessa
58 immunitas ab oneribus trahatur etiam ad ea, quæ exinde superuenerũt, vt post multos alios per eum relatos probat *Natta consil. 66. num. 1. & cons. 275. num. 4. iuncto consil. 406. num. 16. quem sequitur Gallia allegato cons. 44. num. 34.* Quæ opinio eo magis procedit, vbi huiusmodi immunitas concepta sit verbis generalibus, & vniuersalibus (vt in proposita facti spetie) quia
59 tunc etiam ad onera belli extendi immunitatem tradit *Crau. consil. 447. num. 6. & Gal. sæpius cit. consil. 44. num. 12.* prout loquendo de præs-
60 criptione circa huiusmodi immunitatem scribit *Surd. consil. 525 num. 8.*

Et eo magis id procedere testatur *Gal. cit. num. 12.* vbi verisimiliter de huiusmodi casu belli fuerit cogitatum tempore concessionis, quam verisi-
61 militudinem præsumi subijcit idem *Gallia nu. 35. versic. constante circa medium*, quatenus tempore concessionis vigeret bellum, vel saltem belli suspitio, vt hoc in casu factum est.

Exploratum etenim habemus, quod dominante Excellentiss. Francisco Sfortia secundo, & vltimo ex Sfortiadis huius Status Duce tempore cõtractus, continua bella, vel saltẽ belli suspiciones vigebant in hoc Dominio testè inter alios Iouio in eius Historia præsertim libro 25. & sequenti, in quibus legitur inter alia quod cum anno 1525. è Germania ab Inuictissimo Carolo Quinto fuisset in Italiam missus Hen-
62 ricus Dux Bronsuigensis cum Exercitu, de quo metuens dictus Franciscus Sfortia relicta Ciuitate Laudæ pompeæ sub custodia Pauli Sfortiæ suadentibus Venetis in Ciuitate Brixiæ se recepit, & sic ad dictæ Ciuitatis oppugnationẽ conuolauit Henricus perforatoq; muro triduo tormentorum quassatione Ciuitatem adortus est, quamuis singulari Sfortiadum virtute repulsus maxima cum eius militum strage ab incepta oppugnatione desisterc statuit, non sine Antonij Leiuæ Cæsaris moderatoris, tunc Mediolani commorantis dolore.

Immo expressè testatur *Gallia recitato nu. 35. vers. quinto memorata conclusio*, quod immunitas per contractum concessa trahitur ad onera belli,
63 quam conclusionem etiam comprobat *Nicol. Lossæus tract. de iure vniuersitatis cap. 10. num. 31. in*
64 *fin.* quia ius conuentionis fortius est, quam priuilegium, *Cranetta cons. 770. num. 3.* & eo fortius esse hoc in casu affirmandum est, stantibus illis verbis in contractu appositis slz. ad aliqua onera siue ordinaria, siue extraordinaria; Quãdoquidem onera belli dicuntur extraordina-
65 ria, idest continentia subsidium extraordinarium, *Gallia alleg. consil. 44. nu. 18.*

In dubium autem reuocari non potest, quin Cõmunitas quo ad suum præiuditium potuerit concedere immunitatem prædictam, & bona
66 ab onerum solutione exempta facere, vt ex communi tradit *Surd. consil. 140. num. 72. & cons. 278. num. 16. iuncto consil. 419. num. 19.* Diuersum .n. est præiuditium Reg. Cam. à præiuditio ip-
67 sius Communitatis Salarum. Nam per huiusmodi immunitatem non dicitur diminutum id, quod totum Salense territorium persoluere consueuit, ac tenetur Reg. Cam. cum pro eadẽ quantitate, siue quota soluat onera eidem Cameræ, ipsa Communitas, ac si adhuc bona de quibus cõtrouertitur collectaret; Porrò enim illa onerum ad quæ tenerentur bona ipsa, vbi immunia non fuissent constituta, persoluitur per vniuersum Corpus ipsius Communitatis, & sic exigitur à possidentibus alia bona in eius territorio descripta, qui possidentes immunitatem ipsam concessisse dicuntur, mediatate receptione pretij dictorum bonorum ad quorum venditionem deuenerunt Consiliarij dicti oppidi vniuersam Communitatem representãtes; Et consequenter cessant ea, quæ ex Nou.
68 Const. *in tit. de oneribus §. oneribus considerat Plotus in consil. 96. num. 1. & sequ.*

Eo maxime attento quod ante dictam venditionem tãquam eiusdem Communitatis propria, bona ipsa aliquibus oneribus non afficieban-
69 tur, sed pænitus exempta conseruabantur, vt nunc etiam alia bona per dictam Communitatem possessa huiusmodi prorogatiua fruuntur; Adeò quod nec Communitati, nec Reg. Cam. aliquod allatum fuisse præiuditium, vel damnum per huiusmodi promissam immunitatem dici potest, vt loquendo de bonis exemptis per
70 Reu. Canonicos Regulares Alexandriæ, venditis personæ sæculari probat *Surd. memorato cõs. 525. per totum præsertim num. 22. & 25. ac 29.*

Quemad-

Quemadmodum autem satis grauatum fuisse D. Montemerlum per prædictam primam declarationem Ill. Magistratus ex relatis dignoscitur; Ita multo magis iniqua videtur secunda sententia eiusdem Ill. Magistratus, qua declarantur onera ipsa ad quæ teneri D. Montemerlum, & quæ post dictum contractum imposita fuisse supponitur; Quamuis ab ea sententia pendeat, & nunc appellatio, cuius cognitio compromissa dicitur in dictum Perill. D. Senatorem.

Namq; ad onera augumenti salis, Item mensua-
71 lis, Item taxi equitatus, Item duplicationis taxarum equorum, Item imbotatus, Et demum hospitationis militum tempore belli, vel Exercitus teneri D. Montemerlum tâquam ad onera post contractum imposita declarauit dictus Ill. Magistratus.

Et nihilominus circa salis augumentum (vt gradatim excitatis dubitationibus respondeatur)
72 cum sit onus personale, vt post *Bossium in tit. de Principe ante num. 101. scribit Gallia consil. 59. num. 47.* Ad illud non tenentur Ciues qualis est dic-
73 tus D. Montemerlus, ita post *Boss. loco cit. num. 100. & post Bellonum consil. 12. num. 9. probat Gallia consil. 54. num. 87. prout ante eum idem voluit Plotus in l. si quando num. 27. C. vnde vi;* Et consequenter de notorio grauamine etiam ipsius secundæ sententiæ Magistralis constat.

Onus mensualis inaniter supponitur fuisse impositum anno 1548. atq; quod nusquam alias fuerit per retroactos Principes impositum Ciuitatibus, & oppidis huius Dominij onus soluendi stipendia militibus.

Quoniam præter quod ex decreto quod exhibetur constat fuisse iussum vsq; de anno 1458. die 13. Martij per Excellentiss. tunc Ducem Bartolinu de Eugubio Officiali super hospitatio-
74 nibus æquorum in territorio Papiæ, vt quanto citius exigeret onera hospitationis æquorum, & Careggij (vt ibi appellat) pro tribus mensibus currentibus, adhoc vt ex dictis pecunijs satisfacere posset Dux militibus, & cataphractis, & sic quod sub nomine hospitationis stipêdia militibus soluere arctabantur eo tempore subditi huius Dominij; Aduertendum est legi in quadam sententia lata per Excellentiss. Ferrantem Gonzagam huius Dominij Gubernatorem anno 1550. die 24. Maij fauore huius Ciuitatis Mediolani, quod vsq; de anno 1536. die 26. Augusti Excellentiss. Antonius Leiua
75 litteras dederat Ill. Magistratui, vt exigerentur aurei 20. mille singulo mense ab vniuerso Statu sub nomine mensualis pro solutione stipêdij debiti militibus, quodq; in ipsa exactione seruaretur ea norma quæ data fuerat pro exactione aureorum 50. millium facta tempore Exellentiss. Ducis Francisci II. Sfortiæ.

Prout in eadem sententia fit etiam mentio de exactione facta anno 1542. mense Aprilis iussu
76 Marchionis Vasti de auro vno pro singulo focolario, & hoc pro solutione stipendij militum degentium cum Exercitu in partibus Pedamontanis; Item de alia exactione facta eodem anno mense Augusti de auro vno cum dimidio
77 pro singulo focolario ratione solutionis eiusdem stipendij militum; Item de alia exactione aureorum centum mille duorum mensium cur-
78 su, pro sustentatione eiusdem Exercitus; Qua de re constat longe antea fuisse impositû onus mensualis pro solutione stipendij militibus debiti, Et cum appareat huiusmodi onus fuisse vsu receptum dicto anno 1535. Præsumendum est illud etiam viguisse ante annum 1530. & sic ante celebrationem dicti contractus; Nam & si
79 de præsenti non præsumitur in præteritû, Tamen quando concurrit aliqua coniectura, Tunc
80 planè de præsenti præsumi in præteritum docet *Salycetus in l. ex persona C. de probationibus, & Alex. consil. 16. col. pri. lib. 5. quos sequitur Surdus recitato consil. 525. num. 30.*

Hoc autem in casu concurrit coniectura vrgentissima desumpta ex pessima temporum qualitate, quibus continua bella gerebantur, ac bellorum suspiciones imminebant vt supra ex Iouio doctum fuit; Non .n. credendum est in tanta bellorum necessitate voluisse, siue potius
81 potuisse Principem eius subditos non onerare diuersis, & excessiuis collectis pro militibus stipendijs soluêdis, cum ipsemet Inuictiss. Carolus Quintus tot Regnorum Dominus, & côsequenter, tot diuitijs potens ex mera necessitate mediante dicti Antonij Leiuę, ac Marchionis Vasti opera tot onera supra explicata præcipuè pro dictis aureis 100. mille cursu tantum duorum mensium, & consequenter duplicatû mensuale imposuerit subditis huius Dominij pro solutione stipendiorum militibus debitorum.

Id quod clarius percipitur ex instrumento celebrato anno 1535. inter dictum Excellentiss. Ducem Franciscum ex vna, & præsentem Ciuitatem Mediolani ex alia, in quo facta mentione de graui ære alieno, quo oppressus erat ipse Excellentiss. Dux, quodq; onera quamplura imponere fuerat coactus ad sustinendum bellum; promisit Ciuitas eidem Excellentiss. Duci persoluere eius portionem aureorum 104. millium; Et vice versa ipse Excellentiss. Dux reducere spopondit prout ex tunc redaxit omnia onera Realia, & personalia, vel mixta addita oneribus ordinarijs ad primæuum statum, prout erant tempore pacis, idest anno 1521. saluis nonnullis oneribus ibi præter ordinaria expressè reseruatis, Et in specie salua summa aureorum 53. mille debitorum Cæsareę Maiestati singulo anno vsq; ad integram solutionem faciendam per totum annum 1537. Promittendo quod vlterius non imponeret, nec imponi permitteret aliqua onera realia, vel personalia, aut mixta sub quouis colore saluo in casu necessitatis præcedentis ex bello aperto, quod directè, & immediatè moueretur contra Statum Suæ Excell. cui prouideri aliter non posset;

Promit-

Promittendo insuper intra certum tempus curare quòd dicta Cęsarea Maiestas omnia supradicta connenta approbaret.

Rursus, quam magna, & intollerabilia essent onera eo tempore slz. ante celebratum contractū, præter iam adducta; Intueamini quæso quidquid scriptum reliquit recitatus Iouius in eius historia libro 26. dum loquitur de his, quæ in hoc Dominio acciderunt anno 1528. cuius verba hic referre iuuat; Inquit .n. ipse auctor.

His superatis difficultatibus, opportuneq; deceptis hostibus Balbianus paulò infra confluentes Padum, & Ticinum contra oppidum suum, cui bello iocosoq; nomen est; lintribus copias traiecit eamq; manum in sperato incolumen Antonius Mediolani recreandam, vestiendamq; suscepit; Is Tyronum Hispanorum aduentus Insubrum calamitates accumulauit, nam prærerquamquod, & stipendia præbere, & domi liberaliter alere veteres Germanos cogebātur;
83 Tyrones etiam seminudos, & ab extrema inedia famellicos, suis laribus accipere, & domesticis copijs tueri oportebat; Hæc longè granissima Ciuibus, Antonius vt militibus præstaret, diræ cladis vectigal excogitanit, quo omnium pecunias abraderet, & singularum familiarum fortunas euerteret; Seuero namq; edicto vir imperiosus, & seuus, à quoquam Ciue Cæreum coqui vetuerat quam venalis tantum panis ederetur, constitutis eius monopolij tabernis; Vnde esurientes magno pretio panem emerent; tanta edicti atrocitate vt plerią; ino-
84 pes laqueo metu fame passim interirent; molendi vtiq; tritici percoquendiq; panis vetantes leges; pauidius vulgus perhorrebat, ità vt Antonius clarissimam paulò ante, atq; opulantissimam Italiæ Ciuitatem, importato ingenti luctu longe omnium miserrimam redderet, Tāta slz. acerbitate, atq; seuitia crudelissimæ legis auctoritatem tuebatur, vt vel ab egentibus mulierculis, quę desiderio panis subcinerijcias conficerent offulas, & in sartagine placentas oleo suffrixissent, contusoq; in pilla tritico farinam exprimere conaretur, pergraues pænas exigeret.

Vnde nil miserabilius certè excogitari potuit, vt huius Dominij subditi excessiuis oneribus eo tempore opptimerentur; Et sic cum ex prædictis liquido constet adfuisse ante annum 1521. onera ordinaria. Item ab ipso anno 1521. citrà quamplura extraordinaria, ac prope modū intollerabilia onera fuisse imposita, eaq; adhuc durare ipso anno 1535. Necessario concludendum est onera ipsa extraordinaria, & excessiua adfuisse etiam anno 1530. tempore ce-
85 lebrationis dicti contractus cum probatis extremis medium probatum esse dicatur vulgatis iuribus.

Cæterum cum nunc alijs oneribus grauati non sint subditi huius Dominij, quam supra explicatis, vt etiam probat *Gallia conf. 59. num. 44.* lo-
86 co illorum antiquorum extraordinariorum per Ducem Franciscum abolitorum, subrogata hæc fuisse omnino concludendum est; Ad hoc enim vt sciatur, quid sit onus primæua causa inspicienda est; cum onus subrogatum secundum
87 naturam eius in cuius locum subrogatur regulari debeat *Bart. in l. vnica num. 30. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Gall. recitato consil. 59. num. 62.* Ita in simili considerant DD. loquentes de tributis, quæ Romanorum tempore persoluebātur à possessoribus prædiorum. Quia Romano Imperio cessante alia onera ad illorum si-
88 militudinem adinuenta fuere, vt docet *Bar. in l. placet num. 4. in fine C. de Sacros. Eccl.* Itaq; pro prædijs interea ad Ecclesiam translatis teneri Ecclesiā ad onera Ordinaria, ac si tributa præ-
89 dicta adhuc Romano Imperio persoluerentur habetur in *d. l. placet, vbi Iason. in prima lectura num. 17. & in secunda num. 20.* Esto quòd huius-
90 modi onus loco tributi prædiale dicitur *l. indictiones C. de annuis tributis lib. 10. ità probant Bellonus consil. 40. num. pri. & Gall. consil. 59. num. 7. & sequenti.*

Præterea cum onus taxarum equorū, & salis impositum esset in hoc Dominio ante annū 1522.
91 vt testatur *Curtius Iunior consil. 42. num. pri. & 5.* loquendo de Prouincia Parmensi quæ paulò antea erat sub Dominio Ducum Mediolani, &
91 percipitur ex *Bossio tit. de Fisco, & eius priuilegio num. 57.* eaq; ratione imposita fuissent ne milites, & equi per loca Status distributi vlterius inde alimenta, siue stipendia acciperent (alimenta .n. loco stipendiorum succedere docuit experientia) sed stipendia consequerentur ex pecunijs prædictis sub nomine taxæ equorum
92 impositis, vt post *Bellonum consil. 12. num. 3. & Plotum in dicta l. si quando num. 27. testatur Gall. recitato consil. 59. num. 60.* Procul dubio quod vbi admittatur exemptus Dominus Montemerlus ab ipso onere taxarum equorum (prout hoc in dubium non reuocatur) ab illius etiam duplicatione exemptus conseruandus venit; Esto quòd duplicatio ad eundem finem fuit adinuenta pro solutione slz. stipendiorum militū,
93 quia vbi militat eadem ratio idem ius censendum est vulgata *leg. Titio, vbi glo. ff. de verb. oblig.*

Et ex his patet responsio circa alia onera taxi equitatus, ac hospitationis militum tempore Belli, vel Exercitus; Tum quia ea omnia comprehensa fuisse in dicta immunitate supra probatum extitit; Tum etiam quia in dictis oneribus extraordinarijs per Excellentiss. Ducem Franciscum impositis ab anno 1521. cirtà, & dicto anno 1535. abolitis contenta fuisse satis liquet.

Additur vlterius, quod sicuti qui tenetur ad onus mensuale, tenetur etiam ad militum hospitationem, & alia onera imposita, ne milites amici, vel inimici hospitentur in Dominio Medio-
94 lani, & sic ad onera imposita loco hospitationis militum *Plot. dicto consil. 59. num. 9.* Ità à contrario sensu qui non tenetur ad onus mensualis exemptus etiā conseruandus est ab huiusmodi

oneri-

95 oneribus adinuentis pro solutione stipendij militibus, ac eorundem hospitationibus sustinendis pro quibus dicta onera mensualis, & taxi equitatus fuerunt imposita.

Superest tantum de onere imbotatus agere, quod 96 munus dicitur reale iuxta tradita per *Gall. sapius citato consil. 59. num. 9. & 32. post Bart. in l. pri. num. 37. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.* Cum id succedere affirmet loco census qui singulo anno Domino præstatur quod si verum vti verissimum est; comprehensum pariter esse in dicta immunitate tanquam tunc temporis existens, dicendum est. Non obstante adducta contraria præscriptione de qua nullibi cõstat; eamq; probare teneretur Communitas, Et vbi ex post fuisset impositum dictum onus id docere deberet Communitas, Quamquam rationibus, & fundamentis supra explicatis ad illud, neq; teneretur D. Montemerlus etiam si post contractum impositum fuisset, quia hoc pacto nõ præseuerareretur exemptus ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, vt in contractu promissum fuit.

Neque omittendum est, quòd & si ex supradictis satis liqueat non teneri D. Montemerlum ad aliqua onera ex bello prouenientia, & consequenter superfluum sit disserere quo casu qualitas temporis Exercitus considerari possit, de qua in dicta postrema sententia Magistratus; Nichilominus sciendum est quòd non ex omni militum extraordinariorum collectione in hoc Dominio constituitur Exercitus; Et dici potest impletam esse conditionem temporis Exercitus; Quandoquidem Exercitus dicitur peditũ, 97 atq; Equitum ad gerendum bellum collecta multitudo *l. 2. §. Exercitum ff. de his qui notantur infamia, Petrinus Bellus tr. de re mil. par. p. tit. 2. in* 98 *fin.* Exercitui .n. præesse dicitur is, qui legiones cum suis auxilijs ab Imperatore commissas administrat, vt habetur in dicto §. *Exercitum*, Id quod conuenit ijs, quæ tradit *Vege. de re milit. lib. 2. cap. 4.* vlz. singulos Consules aduersus hostes binas duxisse legiones, additis auxilijs sociorum; Et sic cum in legione, sena millia ar-99 matorum interdum amplius militari soleant, testè eodem *Vegetio dicto lib. 2. cap. 2. & Petro Gregorio syntag. iuris par. 2. lib. 19. cap. 3. num. 20.*

100 Cumq; sociorum auxilia saltem ad tantundem militum numerum ascendere consueuissent; Ex viginti quatuormille militum consti-101 tui Exercitum dicendum est, & consequenter huiusmodi tempus Exercitus non aduenisse affirmandum est, nisi tot militum numerus collectus fuerit in hoc Dominio.

102 Planè quod, cum Exercitus ab exercitio sit vocatus *l. p. §. fin. ff. de test. mil. Petrinus Bellus all. tit. 2. num. 5. post Vegetium lib. 2. cap. p. de re milit. ac nouissimè Petrus Gregorius alleg. lib. 19. cap. 8. nu. p. par. 2.* Vbi non se exercuerint milites in Castris 103 dici non potest euenisse tempus Exercitus de quo in dicta sententia.

Præterea Exercitus non dicitur completus sine iustus, nisi etiam tormenta maiora, & alia similia contineat, veluti antiquo tempore Elephã-104 tũ, & Turribus depugnãtiũ copias, & Curruũ Phalanges, vt innuit *Petrus Gregorius memorato cap. 3. num. 2. ac percipitur ex Ionio lib. 27. eius historia fol. 57. tergo.* loquendo de bello quod per Aurantiũ Cæsarianorum militum Imperatorẽ in Etruria gerebatur; Vnde tempus Exercitus aduenisse non dicitur in casu nostro, nisi collecto dicto munere peditum, & equitatus, ac paratis maioribus tormentis, & equitibus pro illis vehendis, vnà cum copia commeatus, & peculatus, & aliorum huiusmodi generis rerum ad Exercitum sustinendum parari solitarum. Id quod ab anno pacis vniuersalis slz. 1559. citrà 105 non euenisse in hoc Dominio certum est.

Nisi tempore quo Marchio Inoiosæ cõstitutis Castris ad Ciuitatis Astensis oppugnationem se contulit anno 1614.

Et ex his satisfactum esse existimo excitatis obiectis, ac D. Montemerlum omnino ab omnibus oneribus etiam belli causa impositis immunem esse præseruandum pro recitatis bonis quod iuris esse censeo, saluo semper &c. Mediolani die 15. Aprilis 1621.

Ad L. Omnip. Dei, atq; Deiparæ semper Virginis Mariæ.

*Iulius Cæsar Caluinus I. C. Coll. & Orator Derthonensis.*

106 His attentis, partes composuit Amplis. Senator Bellonus Arbiter electus condemnando tantum D. Montemerlum ad soluendam certã onerum portionem, ratione hospitationis militum, Quando eius numerus vigintimille constitueretur cum tunc iustum Exercitum ille formaret.

107 Cæterum bina alia salis augumenta imposita fuerunt his subditis superioribus annis, & nouissimè aliud notabile augumentum assium slz. triginta sex pro singulo sextario salis impositum fuit currenti anno 1637. per Excellentissimum D. Marchionem de Leganes huius Dominij Gubernatorem, quod inconcussè exigitur.

SVMMARIA.

*Legitima semel per filium recepta à Patre vlterius causa consequi eam nequit num. 1.*

*Dos semel soluta per Patrem, aut fratres filiæ iterum solui non debet num. 2. & 3. Contrarium verius vbi ea consumpta sit absq; mulieris culpa ne filia indotata remaneat num. 4. 6. 9. limitatur num. 7. & 10. Declaratur num. 16. & 17. limitatur iterum num. 18.*

*Dotatio dicitur necessitas præcisa num. 5.*

*Pater tenetur dotare filiam etiam dotatam si dos amissa est etiam culpa filiæ num. 8.*

*Matrimonia impediri nequeant num. 11.*

*Specialia duo admittuntur simul concurrere ex eodem fonte fauore dotis, sine matrimonij num. 12. & 13.*

Obli-

*Obligatio dotandi filiam, aut sororem dicitur obligatio legalis num. 14.*

*Obligatio legalis semper durat donec durat causa finalis inductiuè ipsius obligationis num. 15.*

*Pater cuius conditio facta est deterior non tenetur redotare filiam qui dotem amisit, nisi in quantam eius substantiæ qualitas patitur num. 19. & 35. quod arbitrio Iudicis remittitur num. 20. Idem procedit in fratre num. 34. contra per Tiraquell. num. 37.*

*Appellatione rei etiam pars illius continetur num. 21.*

*Dos constituta diminui non debet etiam si diminutæ sint facultates dotantis num. 22. 30.*

*Dos auctis facultatibus dotantis augenda num. 23. Contrarium num. 28, & 30.*

*Legitima assignata filio per Patrem augeri non debet auctis patris facultatibus num. 24. Contrarium num. 27.*

*Legitima debetur tantum tempore mortis Patris nu. 25.*

*Dos debetur tempore contracti matrimonij, vt eius oneribus deseruiat num. 26.*

*Pater dotem constituens filiæ tempore matrimonij non potest dici dolosè agere cum diuinare non posset se aucturum, vel diminuturum facultates num. 29.*

*Commodum qui sentit, incommodum etiam sentire debet num. 31.*

*Dos iterum tradi debet filiæ, vel sorori si ea omnem adhibuit diligentiam, vt illam recuperaret num. 32. 33.*

*Filia quæ iterum dotanda est conferre tantum debet actionem quam habet contra bona viri num. 34.*

*Auctoritas Doctoris contra multorum opinionem nihil releuat num. 38.*

*Dotasse non dicitur is qui dotem dedit postea ab alio euictam num. 39.*

*Satisfactum dicere non debemus si non durat satisfactio num. 40.*

## Filia, siue soror semel dotata, quæ absq; culpa propria dotem amisit, An iterum dotari debeat. Cap. CXXXVII.



Egregia est illa quæstio, dum matrimonio collocata filia per Patrem, vel fratres eiq; numerata dote, quæ dissipata deinde fuit per maritum ad inopiam vrgentem, Adeò quod mortuo marito indotata penitus remansit Vxor vtrum iterum à Patre, vel fratre dotari debeat, qui casus nō rarò euenire solet.

Huic quæstioni conferre videntur, quæ scripta fuerunt in superiori libro cap. 74. dum actum fuit an filio inopi, qui recipiendo partem iurauit de cætero non petere alimenta; Cum filius qui à patre legitimam semel recepit, amplius eam consequi nequeat etiam patre mortuo, vt
1 affirmant *Doctores in l. in quartam ff. ad l. falcid. quos sequitur Thob. Nonius consil. 95. num. 10, & Honded. consil. 74 num 37. & 54. lib. 2. amplè Giurba ad statut. Messanæ cap. 5. Glo. 7. num. 3. par. p.*
Et hanc partem tenuit *Bart. in l. si cum dotem §. p. nu.*
2 *2. ff. sol. matr. vbi Alex. num. 6. hanc communem esse opinionem profitetur*; Hoc idem probauit idem *Bart. in Auth. quod locum num. 46. C. de collat. & Campeg. de dote par. p. qu. 26. Bal. Nouell. de dote par. p. priuileg. 5. num. 16. Boer. decis. 131. num. 5. Quos sequitur Ludou. Molina tr. de primogen. hisp. lib. 2. cap. 16. num. 23, & 25*; Ex primo etenim actu so-
3 lutionis dotis obligatio Patris, siue fratris dicitur perempta *l. prout quisq; 80. ff. de solutionibus, & ibi scrib. omnes.*

De AEQVITATE tamen contrarium verius est, vbi absq; filiæ, siue sororis culpa, dos fuit amis-
4 sa, Quia tunc vel fortuito casu, vel Viri prodi-
5 galitate id euenit, & cum dotatio dicatur necessitas præcisa, *Osasc. decis. 167. num. 35, & Crau. in consil. 2. pro genero num. 4. Gratian. lib. 4 cap. 689. num. 12*; Iterum eam dotari debere per Patrem, aut fratrem scribunt *Bart. in l. si cum dotem § p. nu. 2. ff. sol. matr., & ibidem Bal. Aug. & Alex. idē Bald. in d. Auth. quod locum C. de collationibus, Castrens. consil. 80. num. 2. lib. p. Socin. Sen. consil. 291. nu. 4. lib. 2. & consil. 5. num. 2. & 7. lib. 4 Ias. in d. Auth. quod locum num. 7. de collation. Boer. cit. decis. 131. num. 5. & 6. Tiraquell. in l. Boues §. hoc sermone limit. 14. nu. 4. & num. 14. quos sequitur Menoch. consil. 178. nu. 5.*

Hanc sententiam amplectitur etiam *Molina d. lib. 2. de primog. cap. 16. num. 23, & 25. quem sequitur Lupus tr. de illeg. comm. 2. § p. sub num. 18 Vers. Sed*
6 *quo ad dotem, & vers. Vt vbi dos*; Omnes enim dicti Scribentes perpendunt, non adfuisse dolum, aut culpam mulieris dum dotem amisit, quæ idcirco iterum dotari debet, vt expressè tradit *Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 792. nu. 10.* Quamuis præcedente eius culpa siue dolo, hoc damnum sentire non deberet Pater siue frater, vt subijciunt etiam Doctores in contrarium allegati, Qui tamen Pater, etiam data filiæ culpa, aut dolo alimentationem necessariam euitare
8 minime posset, vt diximus supra in *all. cap. 74. num. 11. cum plur. seq.*

7 Quam conclusionem magis AEQVAM, Communiorem, & veriorem esse docet idem *Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 362. num. 14. & lib. 3. cap. 466. num. 2, & lib. 4. cap. 689. num. 12. cum plur. seq.*, Et *quam sequitur etiam Fontanella de pact. nuptial. clau. 4. glo. 26. num. 22. cum seq. plur.*; Præsertim quando Pater, siue frater dotem consignauit Viro
9 filiæ, aut sororis, siue debita cautione, Quia tūc cum filiæ, aut sorori nihil possit imputari, priuata remanere non debet eius dote, maxime
10 postquam Vidua remansit, quidquid eo constante matrimonio non esset redotanda.

Non enim ita faciliter iterum nubere posset Mulier; si ad nouam dotem non teneretur Pater, aut frater, & consequenter impediretur matri-
11 monium, quod non est permittendum, vt in puncto concludit *Menoch. de Arbitr. casu 182. nu. 57. & Surd. de Alimentis tit. 7. qu. 5. nu. 7. quos sequitur Gratian. cit. cap. 466. sub nu. 2. & d. cap. 792. num. 4. lib. 4.* Quia fauore matrimonij, & dotis
12 multa admittuntur in iure priuilegia, Et etiam duo specialia circa idem admittuntur, etiamsi
13 ex eodem fonte nascantur, vt habetur in *l. vlt.*

*& ibi*

& ibi Bal. C. ad Velleianum, Card. Mant. de tacit. &
ambig. lib. 12. tit. 12. num. 7.
Præterea cum obligatio dotandi filiam, siue soro-
14 rem sit obligatio legalis, l. p. §. si impuberi ff. de
collat. bonorum, l. quoniam nouella C. de inoff. Testam.
l. in quartam ff. ad l. falcid. Thesaur. Iun. in Addit. ad
15 decis. patris 159. Ea semper durat quantum re-
manet causa finalis inductiua ipsius obligatio-
nis, seu ipsa necessitas Bal. in l. qui per salutem 33.
ff. de iureiur. Boer. d. decis. 131. num. 3, Campeg. de do-
te par. p. q. 26. post med. ñ, & Gratian. recit. cap. 466.
num. 6, quod etiam comprobat in d. cap. 689. num. 12.
cum seq. lib. 4.
Et hanc conclusionem procedere siue in totum
16 sit dos deperdita, siue pro parte diminuta pro-
bat idem Gratian. cit. cap. 466. num. 3. & diffusius
in dicto cap. 792. per totum lib. 4. Cum semper Pa-
17 ter teneatur ad tantundem, Quasi debeat illã
totam conseruare pro filia, Nisi conditio patris
18 fuisset facta deterior, & contigisset diminutio
substantiæ illius, Quia tunc non tenetur redo-
tare, nisi in quantum eiusdem substantiæ virtus
19 est per Tex. in Auth. de Aequalit. dotis §. quia verò
Auth. sed quamuis C. de rei Vxor act. Boer. decis. 137.
num. 2. Menoch. consil. 370. num. 27. Alciat consil. 35.
20 num. 3. lib. 5. tom. 2; Et in hoc statur arbitrio Iu-
dicis, vt inquit Cynus in d. Auth. sed quamuis, quem
sequitur Socin. consil. 57. nu. 31. lib. 4, Rebuff. Ad Const.
21 Regni tit. de sent. prouis. art. 3. glo. p. nu. 4. Quia ap-
pellatione rei etiam pars continetur, l. 4. §. p. ff.
de damno infecto, l. dotale, l. p. §. prædij ff. de fundo do-
tali, & l. appellatione rei ff de verb. signif. & ibi Re-
buff. col. 2.
Quamuis regulariter Dos constituta non debeat
22 diminui si postea sunt diminutæ facultates, vt
ducto argumẽto à speciali probatur in d. Auth.
sed quamuis C. de rei vx. act. Cephal. consil. 365. n. 18;
23 E contra verò auctis facultatibus potest ea au-
geri, vt tradit Card. Mant. d. lib. 12. tit. 24. num. 4, &
12. Qui num. 6, scribit, quod, si legitima viuo Pa-
tre fuerit assignata filio, Auctis patris faculta-
24 tibus, non debet ea augeri, vt plerique tradunt
in Auth. nouiss. C. de inoff. testam. & in l. stipulatio hoc
modo concepta de verb. oblig. Quandoquidem, cum
25 legitima debeatur tantum tempore mortis
Patris, l. p. § si impubere ff. de collat. bon. & l. cum
quæritur de inoff. testam. Dos verò tempore con-
26 tracti matrimonij, vt eius oneribus possit de-
seruire, l. qui liberos C. de ritu nupt., & l. vlt. C. de do-
tis promiss. l. si pater in fine ff. de iure dot. & l. pro
oneribus C. eod. tit.; Contrarium potius verius esse
27 dignoscitur, Vt sc. legitima tradita debeat
augere auctis facultatibus; quia illius in liqui-
datione, tempus mortis inspicitur d. l. p. §. impu-
beri ff. de collatione bonorum, vt probat Curt. Sen. cons.
83. col. 3, & Ripa in cap. cum M. num. 38. de constitut.
Ias. in l. quod seruius num. 12. ff. de condit. ob causam,
28 & in d. Auth. nouiss. num. 9. Cephal. consil. 65. nu. 17.
Non dos vt tradit Card. Mant. d. tit. 24. n. 8, & 13.
Dum enim Pater dotem dedit filiæ pro viribus
patrimonij, quod habebat tempore nuptiarũ;
29 Non potest dici in dolo malo versari, Quia nõ
potuit diuinare, se posse fieri locupletiorem,
Tiraquell. in l. si vnquam num. 36. de reu. donationi-
bus, Couar. in cap. Quamuis par. 3. §. 4. num. 7. in fine
de pactis, Romin. Iun. consil. 97. num. 23, & cas. 317. nu.
15. Menoch. de arbitr. casu 149. num. 16. quos sequitur
Mant. d. tit. 24. n. 8. lib. 12, Vbi tradit quòd quem-
admodũ si facultatis diminutæ essent pro-
30 missam dotem, non idcirco diminueretur dos;
Ita è conuersò, vbi illæ augumentum fecissent
patienter ferre debet filia, si minorem dotem,
quam auctio substantiæ paternæ requireret,
fuit consequta iuxta regulam, qui commodum
sentit incommodum etiam sentire debet vul. l.
31 secundum naturam ff. de reg. iuris, de qua Menoch.
consil. 116. num. 37.
Et eo fortius iterum redotari debet filia à Patre,
siue soror à fratre, Quando non solum citra
eius culpam inops factus fuit eius maritus; sed
etiam si diligentiam adhibuit mulier, vt dotem
32 recuperaret ab hæredibus Viri; Cum in ea nul-
la etiam possit considerari culpa, vel negligen-
tia in exigendo, qua cessante iterum ei consti-
33 tuenda venit dos Alex. in d. Auth. quod locum nu.
9. C. de collation. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. nu.
34 11, Quæ mulier idcirco conferre tantum debet
actionem, quam habet contra viri bona, etiam
inanem, eamq; cedere Patri, siue fratribus, vt
iterum redotetur, vt concludit Gratian. all. cap.
466. num. 8, & 9.
Si tamen patris conditio deterior facta fuisset, &
diminutio eius substantiæ contigisset post datã
filiæ dotem; Non tenetur tunc redotare filiã,
cuius data dos, siue pars eius consumpta fuit à
35 viro, Nisi in quãtum adest virtus eiusdem sub-
stantiæ, vt probat Menoch. in consil. 370. num. 7. &
Socin. consil. 57. num. 3. lib. 4. iuxta §. quia verò in
Auth. de æqual. dote Gratian. d. lib. 4. discept. for. cap.
792. num. 2.
36 Quæ conclusio æque procedit in fratre sicut in
Patre quando frater sororem dotauit, ex pa-
ternis bonis, siue eorum intuitu, in quibus for-
tassis filia non potest succedere vigore statuti
prohibentis successionem fœminis, extantibus
masculis, quidquid in contrarium multi affir-
37 marint, Inter quos Tiraquellum, Costam, Cepol.
Alex. Iason. & Afflict. enumerat Gratian. all. cap.
792. num. 16., quos postea contra fratrem pro-
cedere conclusionem deinde affirmasse testa-
tur ibidem Gratian., & sic tantum remanere cõ-
trariam opinionem Barbosæ in l. p. par. 4. num. 140.
ff sol. matr., & Boerij decis. 131. nu. 8. quorum auc-
38 toritatem inter tantos nihil releuare conclu-
dit Gratian. num. 17, Et quia verè non dicitur do-
39 tasse, qui dedit dotem postea ab alio euictam,
Bal. in d. l. quoniam nouella C. de inoff. testam. Surd.
40 de alim. tit. 7. qu. 20. num. 12, Prout satisfactum
dicere non debemus si non duret satisfactio, l. p.
§. quod ait Prætor ff. quorum legatorum.

*SVMMARIA.*

*Obscurum, & incertum dicitur, quod generaliter dictum, siue promissum est num. 1.* In cer-

*Incertitudo redditur stipulationem inutilem num. 2. limitatur in dotis promissione num. 8. 10. & 11. ac num. 17. & num. 24. limitatur caus. incerta non releuat num. 2. contrarium num. 7.*
*Incertitudo remouet omnem consensum num. 3.*
*Productio iurium generica nihil releuat num. 4.*
*Omnis dispositio redditur inefficax ob incertitudinem nu. 5. & 11.*
*Exhibere est in actis præbere num. 6.*
*Certa dicitur quantitas dotis quæ potest colligi ex facultatibus promissoris num. 8. & 20.*
*Quæ conclusio declaratur num. 9.*
*Pactum nudum regulariter non parit actionem num. 10.*
*Specialia duo simul admittuntur fauore dotis etiam si ex eodem fonte nascantur num. 12. & 14.*
*Dotis fauore tacita inducitur hyppoteca bonorum mariti num. 13.*
*Specialia duo simul admittuntur fauore dotis etiam quando ex diuersis fontibus oriuntur num. 16.*
*Dotandi onus spectat ad Patrem, et eo mortuo ad fratres, siue ad Tutorem num. 18. 19. & 37.*
*Dotis promissio in genere facta per Patrem, aut fratres, siue Tutor declaratur arbitrio Iudicis num. 21. & facta per extraneum num. 30. cum seq.*
*Mulier præsumitur omnia bona dedisse in dotem Viro, si ille talis est dignitatis, vt tantam mereetur dotem num. 22.*
*Matrimonium potest consistere sine dote num. 23.*
*Quod fauore alicuius inductum est retorqueri non debet in eius odium num. 25.*
*Reipublicæ interest mulieres esse dotatas num. 26.*
*Dos solui debet Marito, vt onera matrimonij sustinere valeat num. 27.*
*Mulierem indotatam non est ferendum num. 28.*
*Pro dotis promissione pronunciandum est num. 28.*
*Fides data adimpleri debet num. 29.*
*Pretium, siue aliquid aliud remissum arbitrio alicuius se non fuit declaratum arbitrio boni Viri idest Iudicis remissum dicitur num. 32. cum seq.*
*Intellectus l. p C. de dotis promissionem num. 34.*
*Mulieri viduæ indotatæ debitor quarta num. 35.*
*Diuersa ratio diuersum ius num. 36.*
*Filius tenetur ex proprijs bonis dotare Matrem inuenem quæ indotata est num. 38.*
*Ex duobus malis minus est elegendum num. 38.*

## Promissio dotis etiam in genere facta an valeat. Cap. CXXXVIII.



Ontinuando materiam dotis, quæ vsitatissima in foro est; Quæritur, si quis promisit dare dotem cuidam mulieri non expressa certa quantitate, Vtrum promissio hæc de iure sustineatur.

Et sanè in iure perspicuum est obscurum, & incer-
1 tum videri quod generaliter dictum, siue promissum est *l. Ita fidei ff. de iure Fisci*; Regulariter
2 enim incertitudo, inutilem reddit stipulationem, sicut legatum, *l. Ita stipulatus la grande ff. de verb. oblig.*, Adeò quòd licet dos sit fauorabilis;
2 Tamen si neq; species, neq; quantitas certa sit expressa, sed solum in instrumento scriptum sit quod quis dotem dare promiserit; huiusmodi promissio non videtur valere, quia non parit actionem *Tex. est in l. p. C. de dote promissa,*
3 *l. Salarium C. mandati*, Quia incertitudo remouet omnem consensum à toto, & à parte, *l. decem ff. locati, Surd. consil. 235. num. 9, & consil. 264. num. p. cum seq. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 682. nu. 7. cap. 715. num. 7, & 8. ac cap. 736. num. 61.*
Idem dicitur de generica repetitione, siue verbali generica productione iurium per quam Iudici
4 non potest innotescere repetentis, sine producentis acta producta, neq; Notarius possit illa reperire, & ostendere Iudici, Quia ratione incertitudinis vitiatur actorum repetitio, siue verbalis productio, prout quælibet dispositio
5 propter eandem rationem redditur inefficax, & inualida, *l. si fuerit ff. de rebus dubijs, l. qui ex pluribus ff. de manumiss. testam. Bartin l. si quis seruu. §. si inter ff. de leg. 1. Alex. consil. 42. col. 2. lib. 6. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 736. num. 85. & lib. 5. cap.*
6 *1000. quod est vltimum num. 19*, Exhibere enim est in actis præbere intra cum facultate videndi, & legendi, vt explicat *R. buff. in l. natura cauillationis 177. col. vlt. ff. de verb. signif. Gratian. loco rel. num. 17.*
De AEQVITATE tamen fauore dotis valet hu-
7 iusmodi promissio etiam incerta, & sine expressione certæ quantitatis iuxta *l. cum post §. gener. ff. de iure dotium, & l. 3. C. de dote promiss. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 12. num. 3. par. p.* qui hanc communem esse Doctorum opinionē testatur, quam veriorem, & AEQVIOREM, & in dubio recipiendam esse probauit *Socin. Iun. in l. p. num. 19. vers. secundo, Socin. ff. sol. matrim. quem refert Card. Mant. d. tit. 12. sub num. 12. in fine.*
Vt enim exprimit Imperator, *Alex. in d. l. 3*, Videtur eo casu boni Viri arbitrium stipulationi in-
8 sertum esse, Ita vt certa intelligatur quantitas dotis, quæ colligi potest ex facultatibus promissoris, & secundum dignitatem viri, vt ibi exprimit *Glo. in verbo videtur per l. puerò, & l. cum post §. gener. ff. de iure dotium*, Et hanc sententiam amplectitur *Affl. decis. 337. num. 10.* vbi ita indicatum fuisse per Sacrum Concil. testatur, Cum id conueniat AEQVITATI, & ibi *Vrsil.* quod procedere de AEQVITATE canonica testatur idem tradit *Rendina in eius promptuario tit. de reg. iur. sub num. 7. fol. 610. post Gometium var. resol. lib. 2. cap. 11. in fine de qualit. contractuum fol. mihi 217.* Ad rem faciunt ea, quæ tradit *Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 752. num. 79. & lib. 5. cap. 852. nu. 34. cum seq.* Quamuis Vrsilius loco relato declarat conclusionem tantum procedere, quando
9 à principio dos fuit constituta, vel promissa sine expressione certæ quantitatis, Vel in legato de dote facto, qui etiam loquitur de dote restituenda, vt ibi videri potest.
Neq; obstant in contrarium allegata, quæ in alia materia loquuntur, non de dote, *& l. p. C. de dotis*
10 *promissione*, Pariter non resistit, Quia quidquid Glo.

Glo. reſpondit viz. quod dotis promiſſio incerta non valet cum duo ſpecialia concurrant,
10 Vnum quod dos nudo pacto fuit promiſſa, & pactum nudum regulariter non patit actionem *l. Iuriſgentium §. ſed cum nulla, & §. quinimo ff. de*
11 *pact., & l. ſi tibi C. locati*, Alterum eſt, quod dos erat incerta, & promiſſio incerta, ſecundum regulas iuris communis non valet iuribus ſupra deductis.

Certum enim eſt fauore dotis, duo etiam ſpecialia circa idem admitti, etiamſi ex eodem fonte
12 naſcantur, quod magis eſt *Tex. eſt in l. Vltima, et ibi Bal. C. ad Velle.* Vbi ſi mulier pro dote intercesſit, non habet exceptionem Velleiani, & ex pacto nudo poteſt conueniri, Idemq; probatur *ex l. p. in prin. et §. & vt plenius C. de rei Vxor act.*,
13 Vbi ſi maritus dotem recipiat, Tacita inducitur ſtipulatio, & tacita hyppotheca, Quæ duo ſpecialia manent ex eodem fonte; Nimirum, ex fauore, qui dotibus exhibetur, Et ideò ſimul
14 admittuntur, quia non ſunt repugnantia, vt ſcribit *Socin. Iun. in l. Ita ſtipulatus num. 93. ff. de verb. oblig. & conſil. 54. num. 13. cum ſeq. lib. 2. quem ſequitur Mant. d. tit. 12. num. 7.*

Idem etiam habetur in *l. litibus C. de agr. & cenſ. lib. 11, & in l. cum de in rē verſo ff. de vſuris*, Vbi fauore dotis ex longa vſurarum præſtatione in cauſā
15 dotis, duplex inſurgit præſumptio, Altera, quòd præceſſerit quæſtus promiſſæ dotis in quantitate correſpondente ad vſuras ſolutas, Altera quòd vſuræ fuerint promiſſæ; Et ſic duplex colligitur præſumptio, Altera circa principalem, altera verò circa acceſſorium, vt Egregiè explicat *Peregr. deciſ. 53. num. 9.*

Prout in quacunq; materia duo ſpecialia ſimul
16 etiam concurrere poſſunt, quando naſcuntur ex diuerſis fontibus, vt explicat *Bart. in l. ſi is qui pro emptore num. 71. de vſucap. Alex. in l. ſciendum num. 2. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. Singularia num. 6. ff. ſi cert. pet.*, Atqui in d. l. p. Vnum ſpeciale oritur ex publico inſtrumento, quia Verbum promitto ſcriptum in inſtrumento, intelligitur per ſtipulationem *d. l. ſciendum de verb. oblig.*, Alterū verò, quod promiſſio incerta valeat, proficiſci-
17 tur ex fauore dotis, quæ ſemper, & vbiq; præcipua eſt, *l. p. ff. ſol. matr.* & ideò ſuſtineri debet, Ita eleganter arguit *Card. Mant. d. tit. 12. num. 6.*

Qui auctor poſt Socinum, diſtinctionis fædere, repugnantes Doctorum opiniones, & iura quæ videntur contraria, nititur conciliare (quæ tamen nos ſatis cōciliaſſe arbitramur dum priora de rigore iuris, poſteriora verò de AEQVITATE procedere affirmauimus) Vel enim (inquit *Mantica num. 8. cum tribus ſequen.*) dotem in genere Viro promiſit mulier ipſa, quæ nubſit; Vel dotem promiſſit, is qui tenebatur dotare, vt pater, vel eo mortuo frater ad quem Paterna
18 hæreditas peruenit iuxta *l. vlt. ff. de dotis promiſſione, & l. qui liberos de ritu nuptiarum*, Aut Tutor, ſiue Curator, quibus etiam ratione offitij onus
19 dotandi incumbit, *l. tutor ſecundum dignitatem ff. de adminiſtr. tutorum*, Et in his omnibus caſibus promiſſio valet, quia non eſt omnino incertā
20 cum facilè poſſit declarari, vt loquitur *d. l. cum poſt §. gener, & l. ſiue generalis, ac l. quæro ff. de iure dotium, & l. ſi filiæ ff. de leg. 3. quam ſententiam ſequitur Ripa in l. p. num. 18. ff. de verb. obligationibus*, Horum enim promiſſio præſertim eiuſdem mulieris, quæ nubſit, poteſt etiam arbitrio boni Viri
21 declarari pro modo facultatum, & dignitate natalium.

Id quod clarius apparet ex ijs, quæ ſcripſimus ſupra in *cap. 86. num. 2. cum ſeq.* dum probauimus mulierem præſumi omnia bona dediſſe Viro in dotem, ſi nulla promiſſa dote, maritus ſit tali
22 præditus dignitate, Vel tot diuitijs polleat, vt tanta dote dignus ſit iuxta *glo. in l. Mulier bona ſua ff. de iure dotium, & ſcribit idem Card. Mant. de tacit. & ambig. hoc eodem libro 12. tit. 10. num. 27, & tit. 14. num. 4. 6. & 7, & tit. 21. num. 27*, Namq; ſi nulla facta dotis promiſſione AEQVVM eſſe arbitratur lex, vt omnia bona Viro in dotem dederit mulier, Quanto fortius hoc affirmandū erit, quando mulier dotem ſanè promiſſit, ſed non expreſſit quantitatem; Et ſic conuincitur *Socin. in d. l. p. n. 53. verſ. ideò conſidera ff. ſol. matr.*, dum voluit huiuſmodi dotis incertæ promiſſionem factam per mulierem inualidā, & inuti-
23 lem eſſe cum poſſit conſiſtere matrimonium ſine dote, *l. vlt. de repudijs*, Et ita rationi rari videtur *Mant. loco relato num. 10.*

Aut dotem incertam promiſſit extraneus cui nō incumbebat onus dotandi, & eo caſu res magis dubia redditur, cū ab vna parte nuda, & incer-
24 ta promiſſio dotis videatur inefficax iuribus ſupra deductis, Ab altera autem parte, cum dotis fauor vndiq; ſit ampliandus, & ne quod pro
25 mulieribus inductum eſt, aduerſus eas conuertatur, *l. Vim §. accedit verſic. ne quod mulieribus de rei vxor. act.*, Et Reipublicæ intereſſit mulieres non modo à Parentibus; ſed etiam ab extra-
26 neis eſſe dotatas, vt poſsint nubere, & replere liberis Ciuitatem, *l. p. ff. ſol. matr.* quarum dotiū priuilegia recenſet *Anneus Robert. lib. 4. rerum Iudic. cap. 19. pag. 879*; Quippe maritis etiam ſuccurrendum ſit, ne ex promiſſione dotium
27 decepti, non valeant onera matrimonij ſuſtinere *l. pen. ff. de iure dotium, & l. pro oneribus C. eodem tit.*

Quia vt inquit Imperator *in l. generaliter C. ad Senatus Velle.*, neq; enim ferendum eſt quaſi caſu fortuito interueniente, mulierem fieri indota-
28 tam, & ſic à Viro forſitan repelli *Anneus Robert. rerum Iudic. lib. 3. cap. 11. fol. 655. circa medium*, Pro
28 dotis promiſſione pronunciandum eſſe videtur, vt concludit *Card. Mant. cit. tit. 12. n. 15. præſertim verſic. ſecundo extenditur*, Vbi expreſsè id procedere affirmat etiam in promiſſione facta per extraneum, poſtquam multa hinc inde pro vtraq; ſententia deduxiſſet, Cum ſiue iure Sū-
29 mo, ſiue AEQVITATE contendamus, Quid erit AEQVIVS quam id quod conuenit, præſtari, fidemq; datam adimpleri, vt ſcribit *Anneus Robert. d. cap. 11. fol. 656. in princip.*

O. Quamuis

Quamuis contrariam opinionem, huiusmodi scilicet promissionem ab extraneo factam, nulla
30 adita qualitate ad arbitrium ipsius promittentis, vel alterius inefficacem omnino reddi, &
viciari ob incertitudinem *d. l. p. C. de dotis promissione probauerit Socin. in d. l. p. nu. 30. ff. sol. matr.*,
31 Quia nihilominus arbitrium boni viri semper
tacitè intelligitur inesse in huiusmodi generica promissione, vt scribit *Mant. all. tit. 12. num. 19.*
*per d. l. 3. C. de dotis promissione*, Cum id etiam pro-
32 cedere affirmet, quando promissio facta esset
ad arbitrium alicuius, qui numquam declarasset; Quia tunc ad arbitrium boni Viri idest Iu-
33 dicis remissa esset dotis quantitas, *d. l. cum post § gener. ff. de iure dotium, Card. Mant. d. tit. 12. nu. 16, & 17, ac 18. post Baldum in l. p. num. 14. versic. quæro an valeat, & ibi Alex. num. 8. versic. tamen sustinendo ff. sol. matrim.*

Vlterius contemnenda neq; videtur solutio, quã idem *Card. Mant. dicto tit. 12. sub num. 13. versic. Proinde ego existimabam proponit ad d. Tex. in l. p. C. de dotis promiss.* Fã slz. legem posse intelligi, vt
34 loquatur de actione, quæ mulieri competit pro
repetitione dotis, Cum Imperator ibi rescribat ad petitionem Claudiæ mulieris; non autẽ de dote promissa Viro, qui onera matrimonialia sustinere debet.

Maxime, cum vbi mulier indotata remaneret per promissionem inefficacem dotis à Viro sibi factam, Aliud remedium eidem competeret ad-
35 uersus bona Viri, Ex quibus quartã sibi deberi
sanxerunt *Imperator Theodos. & Valent. in Auth. præterea C. vnde Vir, & Vxor*; Vir autem omnino destitutus esset, vbi dotem in genere promissã non consequeretur in quantitate per arbitriũ
36 boni Viri declaranda, & sic longe diuersa mili-
tat ratio in vtroq; casu, & idcirco diuersa etiã iuris dispositio militat iuribus vulgatibus.

Et quamuis contrarium iudicasse Senatum Parisiensem, *testatur Anneus Robert. cit. cap. 15. in fine lib. 3.* fauore Nouercæ contra Virum; Hoc tamen euenit stante statuto, siue consuetudine illius Regionis, quo nullus, & inualidus declarabatur omnis contractus factus per virum, & vxorem simul, ex quo commodum Vir consequatur; Vt consequutus fuerat eo casu Pater qui
37 tàm iuri naturali, quàm ciuili lege ad dotan-
dam filiam tenetur *l. fin. C. de dotis promissione, Anneus Robert. cit. cap. num. 11. pag. 668. circa med.*
38 Prout filium ex proprijs bonis teneri dotare
matrem pauperem, Sed adolescentem vbi propria bona deficiant plenissimè probat *Menoch. consil. 1078. num. 9 cum plur. seq.* ex mera AEQVITATE Senatus; Vt ex duobus malis minus eligatur, vt ibi explicatur *num. 10. & num. 15.*

*SVMMARIA.*

*Fideiussor qui ex causa constituti sine mandato pro alio promissit non habet regressum circa principalem n. 1. & 3.*

*Nisi principalis esset obligatus versus illum creditorem num. 2.*

*Confiscatio delinquentis non tollit obligationem eius fideiussoris num. 4. & 5. Contrarium verius nu. 6, & 7.*

*Decisio in terminis, vbi habetur vti casum legis, eam sequi debemus num. 8. & 9.*

*Creditore succedẽte debitori confusa, & sublata remanent omnis actio illius, & etiam illius fideiussoris num. 10, & 11.*

*Fideiussor vtitur omnibus exceptionibus Principali competentibus num. 12.*

*Fideiussoris obligatio dicitur accessoria ad obligationem principalis num. 13.*

*Accessorium sequitur naturam principalis num. 14.*

*Confiscatio bonorum delinquentis potest per Fiscum repudiari num. 15.*

*Fiscus fit confiscati hæres mediante confiscatione nu. 16. & 21.*

*Fideiussorem qui vult exigere tenetur ei cedere actionem contra principalem num. 17. Aliter repellitur nu. 18.*

*Confiscatio confundit actiones quas Fiscus habebat circa bona confiscati num. 20.*

*Fideiussor qui soluit pro delinquente habet regressum contra eius bona etiam ex dispositione Nou. Constit. Mediolani num. 22.*

*Fideiussor potest consequi à principali certum premium pro actu fideiussoris num. 23.*

*Sed si est mulier non iuuatur beneficio Velleiani num. 24.*

*Confiscatio confert omnes actiones tàm actiuas quàm passiuas in Fiscum num. 24.*

*Fiscus qui per confiscationem successit delinquenti conueniri potest per fideiussorem qui soluit num. 25.*

*Dolo petitur quod statim restitui debet num. 26.*

*Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptione num. 27.*

*Actio, & passio in eodem subiecto cadere nequit num. 28.*

*Confiscatus liberatur ab omnibus creditoribus num. 29.*

*Excussio siue liquidatio bonorum confiscati fieri non potest nisi lapso tempore edicti quod de more fit num. 30. quod tempus sex menses continet vigore No. Constit. num. 31.*

*Pendente tempore ad liquidandum bona confiscati supersederi debet à molestia contra illius fideiussorem condemnatum versus Fiscum num. 32.*

*L. p. C. de fideiussoribus declaratur num. 33.*

*Bartoli opinio minime tuta num. 34.*

*Per confiscationem principalis liberatur fideiussor versus Fiscum num. 35.*

*Fideiussor qui absq; mandato principalis fideiussit, sed vtiliter actionem habet contra illum num. 36. cum seq.*

*Principalis vtendo benefitio fideiussoris absq; eius mandato facta, dicitur ratificare fideiussorem num. 38.*

*Fideiussor dicitur exercere actum meritorium fideiubendo num. 39. Idcirco damnum sentire non debet nu. 40.*

*Glo. in Auth. de fideiussoribus §. fideiussore declaratur num. 41.*

*Sponsor dicitur qui intercedit pro alio sine eius mandato num. 42.*

*Fideiussor quinq; modis intercedit pro alio qui exarrantur num. 43.*

*Ordinatio Magistrat. Extraord. Redd. fauore fideiussoris num. 44.*

Fideiussor

## Fideiussor condemnatus versus Fiscum in promissam summam, eo quia non consignauit delinquentem, cui postea ratione principalis delicti fuerũt publicata bona per Fiscum, an possit molestari, Vel saltem ex bonis eiusdem confiscati, sibi resarciri debeat summa soluta. Cap. CXXXIX.



Votidiana docet experientia, Inquisitos, siue Imputatos de delictis, presertim capitalibus in hoc Dominio, Vel præuentoriè fideiubere de se consignando certo in termino, Vel post factam spontaneam constitutionem, siue post executam capturam, & postquam examinati fuerunt, vbi conuicti, vel multum grauari non fuerint, dimitti sub fideiussione de se consignando; Sæpèq; ob nouum delictum, aut propriæ conscientiæ stimulo vexatos, huiusmodi reos carceres valdè aborere, nec propterea posse induci à fideiussoribus, qui pro eis promiserunt, Vt denuò se constituant in carceribus; Adeò quòd tandem vt causa terminetur Iudices ad condemnationem contra fideiussorẽ pro summa in fideiussione promissa deueniunt, Mox contra reos ad pœnam capitalem cum bonorum confiscatione procedunt, quorum bona idcirco confiscata remanent.

Hinc oritur quæstio an stante confiscatione bonorũ rei principalis molestari possit illius fideiussor sic condemnatus, Vel saltem vbi ille coactus fuerit soluere summam in fideiussione promissam, eandem repetere valeat ex bonis confiscatis, contra quæ regressum sibi competere putat.

Et quatenus quis fideiussisset ex causa constituti
pro alio sine mandato res clara videtur, ipsum
siz. non posse habere regressum aduersus bo-
1 na principalis *Glo. in Auth. de fideiussoribus verbo*
*fideiussorem*, quia requiritur obligatio principa-
lis debitoris versus tertium, ad hoc vt fideius-
2 sor, possit agere contra ipsum Principalem *§. p.*
*vbi Aret. Inst. de fideiuss. Azo. in summa C. eodem tit.*
*de fideiussor.*, Præterea est apertus *Tex. in l. p. C. de*
*fideiussoribus*, Vbi expressè cauetur bonis prin-
3 cipalis confiscatis, fideiussorem non liberari;
Si igitur fideiussor non liberatur per confisca-
tionem principalis; Certum est illum neq; pos-
se agere aduersus bona eiusdem principalis;
Quia aliter hac indirecta via fraudaretur dis-
positio dictæ legis.

Additur etiam quod *Bart. in l. Capitis de fideiuss. &*
*in l. in fraudem §. principalis de iure Fisci*, affirma-
uit; fideiussorem non liberari, nisi bona, quæ ex
4 confiscatione in Fiscum peruenerunt sufficiant
pro quantitate fideiussionis, Et nisi eatenus
quatenus per eam ad Fiscum peruenerit, & non
vltra, In tantum quod si bona confiscata exigui
esset valoris, Summa verò in fideiussione pro-
missa sit longe maioris valoris, non excusare-
tur fideiussor saltem pro ea parte, quæ excede-
5 ret valorem bonorum confiscati *Peregr. de iure*
*Fisci lib. 5. tit. de publicatione bonorum num. 56.*

Attamen de AEQVITATE contrarium verius
esse videtur, quia fideiussor censetur libera-
6 tus, quando secuta fuit confiscatio bonorum
principalis, etiam si bona confiscata soluendo
non essent *l. in fraudem § qui pro alio, versic. si prin-*
*cipalis ff. de iure Fisci, & probat Glo. in d. l. in fraudem*
*versic. si principalis, Bart. in l. Capitis ff. de fideiuss.,*
*Castrens. consil. 209. in princip. lib. 2.* Quam Glosæ,
& Bartoli sententiam maximam habere AE-
QVITATEM, tradit *Gabriel. consil. 179. nu. 6. cum*
*seq. lib. 2, & in consil. 176. num. 16. cum seq. eod. lib. 2,*
Vbi agit de fideiussore filijfamilias, quem cõ-
7 fiscata legitima, non posse molestari concludit.

Hanc eandem conclusionem comprobat *Boss. in tit.*
*de Carcer. fideiussor. comẽ 1. n. 43. post Cuman. in cons.*
*320, Nicol. Maier. in l. p. C. de fideiuss., & Marsil. in*
*rub. de fideiuss. nu. 346. ad Bald. consil. 335. lib. 5. Corn.*
*cons. 32. lib. p. & Alex. in l. Si verò ff qui satisdare co-*
*guntur*; Qui omnes in his proprijs terminis lo-
quuntur, Præsertim Castrens. dum defendit fi-
deiussorem condemnatũ in aureis tribus mille
8 ob non præsentatum principalem; Quas deci-
siones in terminis sequi omnino debemus vti
casum legis; Cum nihil magis sit elaborandũ,
9 quam eas reperire, vt scribit *Dec. consil. 2. num. 11,*
*& consil. 35 num. 18. Caualc. decis. 15. num. 4. & de-*
*cis. 44. num. 38. cum seq. par. p. & tradit post eos*
*Magon decis. Lucens. 7. num. 29. cum seq.*

Prout eandem sententiam sequitur *Menoch. consil.*
*673. nu. 20, & Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 224.*
*num. 72.*

Huius sententiæ fundamenta deducuntur, primo
ex eo, quod cum creditor succedat debitori;
Confusa, & sublata remanet omnis actio ipsius
creditoris, nedum quoad ipsum principalem
10 debitore *n. l. debitori C. de pactis, Et l. Stichum §.*
*aditio ff. de solution.*, Sed etiam confunditur quo
11 ad ipsius debitoris fideiussores, vt nominatim
probat *Tex. in l. Vranius ff. de fideiuss. & in l. 2. C. eo-*
*dem tit. Alba consil. 325. nu. 9. cum duobus seq. lib. 2.*

Ratio huius posterioris conclusionis potest esse
duplex; Prima quia quemadmodum principa-
lis potest dicere actionẽ esse confusam, & sub-
latam, ex quo creditor ei successit, vt diximus
supra, Ita permittitur hoc facere posse illius fi-
deiussori, cum fideiussor regulariter vtatur
12 omnibus exceptionibus principali competen-
tibus *l. si eum fideiussores cum seq. ff. de fideiussoribus,*
*l. deffensiones C. de exception. & l. 4. ff. de compensat.*
*Rom. singul. 321, & Crau. consil. 287.* Et rursus quia
obligatio fideiussoris est accessoria ad obli-
13 gationem principalis *§. fideiussores Instit. de fide-*
*iuss.* Et consequenter sublata per confusionem
obligatione principalis, Necessarium quoq; est
vt obligatio fideiussoris accessoria tollatur;
Cum triuiale sit accessorium sequi naturam
14 principalis, & sine eo stare non posse *cap. acces-*
*sorium de reg. iuris in 6.*

Sed negari non potest quin per dictam confisca-
tionem sequtam contra principalem, & per
Fiscum acceptatam (cum eam repudiare pos-
15 set Fiscus, & eo inuito sibi non incorporentur
bona condemnati, vt inquit *Peregr. d. loco n. 58.*)
dicatur Fiscus successisse ipsi principali debi-
tori, Quia expeditum est in iure, per confisca-
tionem Fiscum fieri confiscati hæredem, & seu
16 loco hæredis subrogari, *l. si debitori deportato, l. inter eos § fin. ff. de fideiuss. l. 2. C. ad legem Iul. de fic., Cran. consil. 797. num. p. & 7, Gabriel. cit. consil. 179. num. 6, & 7. lib. 2. Peregr. d. lib. 5. tit. de bonorum publ. num. 53*; Consequens ergo etiam est, vt ra-
tione prædicta dicamus per dictam confisca-
tionem remanere actionem confusam respectu
narratæ condemnationis, nedum quo ad ipsũ
principalem, sed etiam quo ad eiusdem fide-
iussorem,

Secundo quia, qui vult fideiussorem exigere, te-
17 netur ipsi fideiussori cedere actiones contra
principalem, *l. si mandato meo, l. fideiussoribus, & l. cum is. ff. de fideiuss., & l. si quis alieni § fin. ff mandati*; Et quando ipse creditor actiones fideius-
sori aduersus principalem ex facto aliquo suo
cedere non potest, repellitur per exceptionem
18 cedendarum ab exigendo ipso fideiussore, *l. Sticbum § penult. & ibi Bar. & alij scrib. ff. de solut. l. modestinus eodem tit. l. sicut eligendi C. de fideiuss. l. si mandato meo ff. eodem, Alba cit. consil. 325. num. 12*,
Verum Fiscus facto suo prohibetur actionem
fideiussori contra principalem cedere, saltem
efficacem, quæ deduci possit ad effectum, vt re-
19 quiritur *Hostien. in eius summa de fideiuss. § habet, & fideiussor, & post eum Alba d. consil. 325. num. 12*,
20 Dum acceptauit confiscationem per quam ac-
tio sua aduersus principalem confusa remanet
*d. l. si debitori deportato ff. de fideiuss. Cran. consil. 797*;
Ideò plusquam clarum est, quod facto suo illam
cedere nequit, Cum eam amplius non habeat,
sed amisserit per actum acceptationis confis-
cationis:

Accedit quod vbi hic fideiussor exigeretur; ipse
posset habere regressum contra Fiscum, qui
per confiscationem principalis condemnati
21 illius hæredem se fecit, Quia quemadmodum,
si sequta non fuisset confiscatio, & exactus fuis-
set fideiussor, potuisset ille regressum habe-
22 re contra principalem, vt clarè disponunt No.
Const. Mediol, in *tit. de iure, & priuileg. Fisci cap. statuto § bonis autem*, Et cauetur etiam ex dispo-
sitione iuris communis iuribus supra deductis,
Et probatur *in d. l. inter causas § impedia, et in l. qui mutuam in fine ff. mandati, quod etiam habetur in cap. prævenit, & cap. constitutus de fideiuss. & post alios multos probat Petrus Caballus resol. crim. lib. 3. casu*
23 *285. per totum*, Vbi etiam tradit posse fideius-
sorem consequi certam vtilitatem à principali,
ratione ipsius actus fideiussionis, quod etiam
probat *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 6. nu. 6. & 13. & Ludouis. decis. 76. num. 4. & 10, ac decis. 361. num. 1, & 9, & Bimius consil. 316. num. 22.* Qui
tamen pretium recepit, vt fideiuberet si mulier
24 esset non iuuatur benefitio Velleiani, *l. antique C. ad Velleianum*.

Ita etiam sequta confiscatione regressum habere
posset contra Fiscum, quia per confiscationem
omnia iura, & actiones confiscati tàm actiuè,
24 quàm passiuè transeunt in Fiscum, qui idcirco
tenetur ex bonis confiscatis satisfacere illius
creditoribus; Et ipse non autem principalis
25 debitor conueniri debet, vt probat *Peregr. d. tit. de bonorum publicatio. num. 53. cum seq. præsertim versic. Sic etiam*; Et consequenter ab eodem
Fisco repetere quidquid prius soluisset, Vnde
ad circuitus euitandos, potest fideiussor se de-
fendere, & Fiscum repellere per regulam dolo
26 petis, id quod statim restitutus es, *Cap. dolo facit de reg. iuris, facit etiam l. vendicantem de euiction.*,
27 Vbi quem de euictione tenet actio, eundem
agentem repellit exceptio.

Præterea actionem etiam contra fideiussorem
confusam, & extinctam esse, vel ex eo demon-
stratur; Quia pro eodem apud eundem quis nõ
potest esse debitor, & creditor, Ne actio, &
passio in eodem subiecto cadant contra regulã
28 iuris, *Dec. & alij Scrib. in l. debitori C. de pactis*; Sed
vbi affirmaretur Fisci actionem respectu fide-
iussoris non esse confusam, & extinctam, se-
queretur, quod quis pro eodem, & apud eun-
dem esset debitor, & creditor, Et actio, & pas-
sio in eodem subiecto eodem tempore daren-
tur contra regul. iuris; Quia confiscatis bonis,
liberatur confiscatus ab omnibus creditoribus
29 suis, & illorum actio contra Fiscum transit, vt
latè defendit *Pereg. loco citato n. 54. versic. sic etiã*,
qui Fiscus idcirco esset creditor in exigendo,
& debitor in restituendo, Et sic in eo caderet
actio, & passio ex eodem negotio, quod esse
non potest iuribus allegatis, ergo &c.

Neq; obstaret si ex parte Fisci adduceretur primũ
assumptum procedere, vbi appareret ex confis-
catione, deducto ære alieno, tantundem ad Fis-
cum peruenisse, quantum capit creditum con-
demnationis aduersus fideiussorem sequtæ; Et
sic vbi confiscati bona soluendo sint, Id quod
30 apparere non potest, nisi factis debitis liquida-
tionibus intra tempus proclamatis, *l. si quis post C. de bonis proscript. Bar. in l. rei ff. de iure Fisci, Peregr. d. lib. 5. de iure Fisci tit. de bonorum publ. sub nu. 54. versic. creditores autem*, Quod tempus sex mẽ-
ses continere, intra quod contradicere possunt
creditores bonis confiscatis sanxerunt Nou.
31 Constit., Namq; procederet conclusio, vbi
ageretur de bonis modici valoris, non quando
notoriè constaret confiscati bona soluendo es-
se; Et omni in casu interim donec fit liquidatio
32 supersederi debet à molestia contra fideius-
sorem, vt scribit *Raphael Cuman. omnino videndus consil. 32. num. 2. circa finem*.

Cæterum *Tex. in citata l. p. C. de fideiussoribus*, Intel-
ligitur de fideiussore, qui fideiussit versus ter-
tium; Non autem de eo qui fideiussit versus eũ-
33 dem Fiscum, à quo bona principalis mox con-
fiscata sunt, vt decidit *Glo. fin. in d. l. p. & in d. l. in*

*fraudem*

*fraudem §. principalis verbo fideiussores ff. de iure Fi-*
*sci, Castrens. in d. l. Capitis ff. de fideiuss.*
Quemadmodum traditio *Bartoli in d. l. capitis de*
*fideiuss. & in l. in fraudem §. si principalis de iure Fi-*
*sci*, procederet omni in casu de rigore iuris,
Quamuis tutam etiam non esse hanc Bartoli
34 opinionem scribit *Peregr. citato loco nu. 57*; Quia
contra eum stat *Glo. in d. §. principalis*, expressè
sentiens per confiscationem bonorum princi-
35 palis, fideiussorem liberari, etiam quod bona
principalis soluendo non essent quam Glosæ
sententiam tenuisse eundem *Bart. in d. l. capitis,*
*& ibi Castrens. iam explicauimus.*
Quæ actio fideiussori competens, locum habet
etiamsi fideiussisset absq; mandato principalis,
vel non promisisset principalis ipsum fideius-
36 sorem releuare; dummodo rem vtilem princi-
palis gesserit fideiussor, vel benefitio fideius-
sionis vsus fuerit, ipse principalis, qui idcirco
37 tenetur fideiussorem indemnem conseruare,
vt probat *Tex. in l. ex mandato §. fideiussori ff. manda-*
*ti, Glo. in l. qui fideiuss. verbo non etiam ff. eodem tit.;*
*Bal. in l. 2. ff. de neg. gest. gestis, post Glo. in l. sed videa-*
*mus ff. eodem, Marcobr. consil. 105. num. 15. lib. p. Si-*
*mon de Pratis consil. 153. num. 23. Calcan. consil. 35,*
*& post eos copiosè Vinius decis. 110. in princip.*, Cũ
dicatur principalis tacitè ratificasse fideiussio-
nem pro eo factam, & consequenter in obliga-
38 tionem releuandi fideiussorem incidisse,
ac si ab initio mandatum dedisset ad ita fide-
iubendum iuxta *cap. ratihabitionem de reg. iur.*,
39 Actum enim maritorium exercere fideiussorẽ
dum fideiubet, tradit *Abb. in cap. peruenit num. p.*
40 *de fideiussoribus*, quem idcirco non decet ipsum
damnum aliquod sentire *arg. l. itaq; ff. de furtis, la-*
*tissimè Menoch. consil. 9. num. 2, & consil. 21. num. 21.*
Neq; enim restitit *Glo. in §. fideiussorem in Auth. de*
*fideiusso.* Quia ea loquitur de illo qui fideius-
serat pro alio non obligato, Et sine illius man-
dato, quem ipsa Glo. vocat expromissorem;
41 At quando versamur in eo qui fideiuber pro
alio obligato, Et intercedit sine mandato prin-
cipalis, & ex causa constituti quem Glo. vocat
42 spontorem expressè admittit, quod talis ha-
beat actionem, & regressum ad suam conser-
uandam indemnitatem, vt ibi manifestè legi-
tur *vers. Sponsor, & in versic. idem dico de constituen-*
43 *te*, Cum quinque sint modi intercedendi pro
alio, slz. fideiubendo dum quis alienam susci-
pit obligationem; Mandando alteri pecuniã,
vel aliam rem mutuari; Spondendo; quando
non præcedente mandato quis sponte fideiu-
bet; Constituendo quando post contractum
debitum, quis constituit se pro alio soluturum;
Item promittendo aliquid pro aliqua persona
non obligata, qui dicitur expromissor, vt ex-
primit *Glo. prædicta in verbo fideiussorem in Auth.*
*de fideiussoribus, ac tradit Bal. in l. in personam §. p.*
*num. 2. ff. de pactis, & in l. cum aliter nu. 3. C. de fide-*
*iussor., Mars. in rubr. C. eodem tit. num. 4, ad rem Car-*
*tar. decis. Genuens. 51. num. 26, & Bertazol. de clauf.*
*clauf. 39. glo. p. num. 8.*

Et ita post maturam cognitionem tandem iudi-
44 catum fuit per Ill. Magistratũ Extraord. Redd.
anno 1594. fauore Boniforti Busseti Nob. Der-
thonen. qui fideiusserat pro Feudatario Fer-
rante Canalchino, tunc absente pro summa au-
reorum trium mille de illũ representando cer-
to termino, dum astrictus reperiebatur Caual-
chinus sub consimili fideiussione pro crimina-
libus imputationibus, Qui Caualchinus post-
quam vsus fuerat benefitio dictæ fideiussionis,
Citatus comparere recusauerat, Et non solum
passus fuerat condemnationẽ fideiussoris, Sed
etiam deinde capitalem condemnationem cũ
bonorum confiscatione ob delicta capitalia
de quibus fuerat Inquisitus; Et sic non solum ad
Reg. Fiscum, siue ad Camerã transmissa fuerat
condemnatio facta contra Bussetum fideiusso-
rem, sed etiam ad eundem Reg. Cam. ratione
confiscationis peruenerant bona Caualchini
principalis condemnati, Declarando non esse
molestandum Bussetum fideiussorem condem-
natum attenta confiscatione principalis.

*SVMMARIA.*

*Iudæus factus Christianus puniri potest pro delictis con-*
*cessis dum erat Hebreus num. 1. Contrarium num. 8.*
*declaratur num. 9. & limitatur num. 11.*
*Baptismus tollit peccatum, & eius pœnam quoad Deum*
*non pœnam delicti num. 2. 4. & 5.*
*Reipublicæ interest ne delicta impunita remaneant nu. 3.*
*Delinquendi occasio tollenda est num. 6. & 7.*
*Fidei fauore minoranda est pœna debita Iudæis qui post*
*delictum Christianus factus est num. 9. 10.*
*Iudæus Christianus fieri non debet nisi lapsis diebus qua-*
*draginta postquam petijt se baptizari n. 12. qui termi-*
*nus alias octo mensibus constabat num. 13.*
*Iudæus effectus Christianus etiam in fraudem delicti per*
*eum commissi extraordinaria pœna tantum damnan-*
*dum est num. 14.*
*Iudæorum fauore Aequitas etiam seruanda est num. 15.*
*19. & 20. cum seq. contrarium num. 18.*
*Iudæi habent priuilegium tacitæ hyppothecæ pro dote*
*num. 16.*
*Iudæi ligantur statut. locorum in temporalibus num. 17.*
*& 21. Secus in spiritualibus num. 21.*
*Iudæorum paruuli non possunt baptizari inuitis eorum*
*parentibus, vel tutoribus num. 22. contrarium consen-*
*tiente auo num. 25.*
*Iudæorum filij paruuli, pubertati proximi, & doli capa-*
*ces baptizari possunt inuitis parentibus nu. 23. 24. 25.*
*modo annum decimum agant, & habeant vsum ratio-*
*nis num. 25.*
*Iudæis conceditur patria potestas sicut Christianis n. 26.*
*Iudæi bona immobilia possidere nequeunt num. 27.*
*Iudæi consequi nequeunt dignitates neq; honores, neq;*
*habere congressus cum Christianis num. 28.*
*Iudæi nequeunt stare ante apothecam Christiani ad ven-*
*dendam merces num. 29.*
*Iudæi cogi non possunt inuiti ad suscipiendum Baptismũ*
*num. 30.*

## Iudæus factus Christianus an puniatur pro delictis communibus per eum commissis tempore quo erat Iudæus. Cap. CXXXX.

DEcius consil.130.num.2.cum seq. in ter-
minis an Iudæus factus Christia-
1 nus puniri possit pro delictis com-
missis dum Iudæus erat, Respondit
affirmatiuè, Quia Sacramentum
Baptismi respicit animam, & tollit peccatum,
2 & pænam peccati quo ad Deum, Sed non libe-
rat à pæna delicti in præiuditium Reipublicæ,
vel priuati, cui esset ius quæsitum, Cum Reipu-
3 blicæ intersit ne delicta impunita remaneant
vul. l. ita vulneratus ff. ad l.aquil., & l. licitatio §.
quod illicitè ff. de publ. & vectigal. Bertazol. consil.
crim.441.num.38.lib.2.

Præcipuè quia Sacramentum Baptismi operatur
circa remissionem pænę spiritualis in foro poli
respectu læsionis Dei, Non autem circa pænæ
temporalis in foro iudiciali respectu læsionis
Reipublicæ, & priuatorum, quibus iniquum es-
4 set per Baptismum præiudicari, Et hanc esse
veram, & communem sententiam affirmat De-
cius cit. pleno consil. 130.

Quam sententiam etiam tenet idem Decius in cap.
quæ in Ecclesiarum nu. 17. de constitutionibus, Vbi
scribit ita fuisse etiam Paduæ iudicatum, Et
quam ante eum testatur firmasse Ant. de Butrio
post Glo. in cap. gaudemus col.4. de diuortijs, dicens
quòd pæna criminalis delicti non tollitur per
5 Baptismum; Et ideò de delicto commisso ante
Baptismum potest puniri, criminaliter, & ciui-
liter, Cum iniquum esset, vt Baptismus tolleret
ius alteri competens.

Et hanc eandem conclusionem amplectitur Abb.
in eodem cap. gaudemus, vbi rationem adducit, quia
pæna in foro iudiciali imponitur ob læsionem
Reipublicæ factam, Baptismus verò operatur
remissionem peccatorũ respectu læsionis Dei,
Vnde per hoc non liberatur ab interesse Rei-
publicæ, & aliorum, quibus fuit ius quæsitum;
Et hanc conclusionem comprobat etiam idem
Abbas in cap. de his. col.2. versic. secundo limitatio de
accusationibus, vbi multas alias adducit auctoritates
quam conclusionem sequitur Angel. de Castro inter
consil. crim. diuers. consil. 36. nu.p. lib.2. & Tiraquel.
tr. de pœnis temper. caus. 25.

Maxime ad tollendam occasionem delinquendi,
dum quilibet Iudæus post commissum delictũ
6 de facili diceret velle effici Christianum, vt
pœnam euitaret, vt subijcit Abb. in d. cap. Gau-
demus, & sequitur Decius loco relato num. 2. in fine,
Et sic præstaretur occasio delinquendi, cum
esset via parata ad euitandam pænam, quod nõ
7 est dicendum, arg. l. contrauenire ff. de pact. dota-
libus.

Contraria tamen opinio de AEQVITATE se-
quenda videtur, cum AEQVIOR sit, quę Chri-
8 stianæ Religioni magis fauet, quam tenet Cla-
rus in eius pract. crim. qu. 51. in fine num. 9. versic.
vlt. quæro, qui propterea dicit, quòd si casus cõ-
tigeret in eam libentius inclinaret, Vt magis
Iudæi atraherentur ad conuersionem; Prout
ante eum eandem probauit Angel. de Vbaldis in-
ter consil. crim. diuers. pleno consil. 31. tom.2.

Et hanc partem sequuntur Angel. de Castro, Anton.
Vrsatus, Io. Baptista Rosellus, & Antonius Turchet-
tus in sequentibus consil. 32. 33. 34. & 35. inter cons.
crim. diuers. tom. 2., quos sequitur Caball. resolut.
213. num. 4. cum seq. lib. p., Asserentes tamen
quod & si totaliter non extinguitur delictum;
9 Tamen fauore fidei pæna eius est minoranda,
Adeò vt effectus Christianus non puniatur pæ-
na ordinaria legis, vel statuti, sed alia mitiori;
10 Et maxime vbi de pæna mortis ageretur, vt ibi
per eos iura rationes, & auctoritates allegan-
tes, Baiard. ad Cl. in d. cap. 51. num. 47.

A quibus omnibus tamen limitatur conclusio ip-
sa, quando Iudæus in fraudem, & ad euitandam
11 pænam subrepisset Baptismum, Quia tūc prior
opinio verior videretur, in quibus terminis lo-
quitur etiam Decius cit. consil. 130. sub num. 3. vers.
& maxime cum seq., Vbi plures adducit præsum-
ptiones, quibus arguitur eo in casu frans Iudæi
Baptismum suscipientis statim post commissũ
furtum, Et non expectato termino dierum
quadraginta à die petitionis Baptismi, vt dis-
12 ponit Tex. in cap. ne quod obsit, de consecrat. distinct.
13 4, qui terminus olim octo mensibus constabat
cap. Iudæi de consecrat. eadem dist. 4; & notat Abb.
in cap. debitum de Baptismis; Quamuis Angel. loco re-
14 lato, teneat pæna extraordinaria tantum puniri
debere Iudæum effectum Christianum, etiamsi
in fraudem, & ad euitandam pænam Baptis-
mum suscipisset cum id sibi AEQVVM, & iuri-
dicum videatur, vt referret Baiard. cit. num. 47.

An autem inter Iudæos sit seruanda AEQVITAS,
vel potius rigor variæ sunt Doctorum senten-
tiæ, Rol. enim consil. 35. num. 52. cum seq. lib. 2. tra-
15 dit AEQTITATEM seruandam esse etiam in-
ter Iudæos, Id quod probauit etiam Natta cons.
620, & consil. 621, Ripa in l. si Insulam num. 90. de
verb. oblig. Tiraquel. de iure primog. qu. 60. num. 7,
Seraphin. priuil. iuram. 48. num. 17. 10. Aanibal in
repet. l. naturaliter num. 17. ff. de vsucap., & in l. in
Insulam num. 19. & ibi Crot. num. 8. ff. de verb. oblig.
Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. num. 79. Qui propterea
restituuntur in integrũ si sunt minores, & gau-
dent immunitate Ecclesiasticæ, si desit simula-
tio, habentq; priuilegium tacitè hypotecæ pro
16 dote, Et in vniuersum tenentur legibus, & sta-
17 tutis locorum, & debent seruare solemnitates
in eis requisitas, vt latè explicat Tiraquell. de
primog. qu. 66. à num. 7. vsq; ad num. 20. quos omnes
amplè sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 658.
à num. 24. vsq; ad nu. 35, & in cap. 842. nu. 27. lib. 5.

Contrarium tamen obseruari debere scribit Be-
roius consil. 28. num. 39. & 40. lib. 3. per cap. 2. de
18 Iudæis, & cap. si Iudæus eodem tit. vbi habetur
Rigorem, non AEQVITATEM esse inter Iu-
dæos

dæos seruandam, *Niconit. in repet. rubr. ff. de non. operis nunciat. n.85. cum seq. Marsil. sing.463. nu.4, Simon de Pretis consil. 120. num.31.*

Quarum tamen opinionem, veriorem, & commu-
19 niorem esse priorem concludit *Gratian. cit. cap. 642. num. 24. cum seq. & cap. 852. num. 27,* Quam-
20 onis contrarium verius esse excepto speciali ca-
su *cap. 2. de Iudæis probat Alex. Trentacinq. lib. p. var. resol. tit. de constit. sub num. 2. versic. licet Glo.*
21 *cum seq.* Quia Iudæi ligantur legibus tempora-
libus Romanorum, & statutis Ciuitatum, secus
verò in spiritualibus, vt abundè scribit dictus
Auctor *num. 8. & 9.*

Iudæorum verò paruuli non possunt baptizari in-
22 scijs Parentibus, Immo neq; etiam post patris
mortem, reluctante Tutore, vel Matre, vt do-
cet *Diuus Thomas secunda secundæ qu. 10. art. 10. Afflict. decis. 151, Natta consil. 434. per totum, Nauar. consil. 4. num. 17, & 18. de conuersione Infidel. par. 2. lib. 3. cum alijs relatis per Pascalem de iuribus patriæ potest. cap. 7. num. 2. cum plur. seq.,* Dum tamen
paruulus non sit pubertati proximus, & doli
23 capax, Nam tunc non attenditur contradictio
Parentum, *Simmach. de Cathol. Institut. tit. 29. n. 55.*
Et dicetur pubertati proximus, quando habe-
24 ret vsum rationis, & annum decimum ageret,
*Bursat. consil. 231. num. 4. cum seq. lib. 3. Natta consil. 434. num. 16. & Pascalis d. cap. 7. num. 6. quos sequitur Gratian. sæpe cit. cap. 658. num. 31. cum plura seq. et in cap. 977. num. p. Vbi num. 2. & 14,* probat posse
paruulos Iudæorum Baptizari, etiam reluctante
25 Patre, dummodo auus paternus consentiat,
qui magis dignus est, & maiorē habet auctori-
tatem, quam Pater, & præcipiat rem ad fauorē
fidei *D. Augustinus sermone 6. de Verbis Domini cap. qui resistit 12. qu. 3. & cap. quæ contra mores in fine distinct. 8.*

Patria enim potestas conceditur etiam Iudæis
26 sicut Christianis, quia Iudæi habent omnia,
quæ competunt Romanis quorum iure vtuntur
vt diximus, & scribit *Bal. in l. spadonum §. iam autem ff. de excusat. tut. Bec. consil. 84. per totum, Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. num. 74. cum seq., post Abbatem in cap. 2. de conuers. Infidel., hos sequitur Gratian. cit. cap. 977. num. 7. lib. 5;* Qui Iudæi ex constitutione
27 Pauli Quarti bona immobilia possidere ne-
queunt, vt refert *Gratian. d. cap. 658. num. 40.* neq;
28 dignitates, vel honores, & congressus cum
Christianis habere valent, vt subijcit *Gratian. num. 53,* Quippe neq; etiam habitationem ha-
bere posse ante Christianorū apothecā ad ven-
29 dendum merces probat *Gratian. d. cap. 658. n. p.*
Cæterum inuiti Baptismum suscipere, aut fidem
30 Christianam agnoscere cogi non debent, *cap. Iudæi extra de Iudæis, & cap. sicut Iudæi, extra de Hæreticis, Annæus Robertus lib p. rerū iudic. cap. 12. propè finem vers. hæreseos crimen pag. 220.*

*S V M M A R I A.*

*Episcopi ob pensiones graues impositas Episcopatibus impotentes fiunt succurrere pauperibus num. 1.*

*Diui Cypriani sententia vtandi circa Episcoporum obligationem in erogandis eleemosinis num. 2.*

*Pensiones constitutas super Episcopatibus reicere solet Senatus Parisiensis num. 3.*

*Pensiones passiones vocantur num. 4.*

*Pensio Ecclesiæ excedere non debet medietatem fructuum num. 5. 7. 8. contrarium num. 7. idest tertiam est partem fructuum num. 8.*

*Benefitio qui soluere magnam pensionem promisit sibi imputet detrimentum num. 6.*

*Romanæ Curiæ stylus obtinet cum legis num. 9.*

*Romana Curia tanquam omnium Magistra sequenda esset ab inferioribus num. 10.*

*Pensio dicitur iusta quando ea deducta superest Beneficiario, vndè se clarè possit num. 11.*

*Pensio excedens tertiam partem fructuum beneficij reducenda est ad tertiam ipsam partem num. 12. discussio num. 15, & 16.*

*Vtile per inutile non vitiatur indiuiduis num. 13.*

*Translatio benefitij sine &c. dicitur diuidua num. 14.*

*Pensio constituitur super bonis, & iure temporali, sine super redditibus Ecclesiæ tantum num. 18. & 20.*

*Pensio consideratur super reddito Ecclesiæ tanquam seruitus quædam ad instar vsusfructus num. 19.*

*Pensio ordinanda est per viam quantitatis pecuniæ, vel bladi non per modum quotæ num. 21.*

*Beneficia scindi non possunt num. 22.*

*Papa liberam habet potestatem in Eccles. beneficijs n. 23.*

*Episcopus potest pensionem imponere super redditibus benefitij num. 24.*

*Papa binas habet claues alteram potestatis, alteram discretionis num. 25.*

*Papa cum discretione dispensare debet bona Ecclesiastica cum præmittere debeat clauem discretionis claui potestatis num. 26. & 27.*

*Pensio super Episcopatibus, vel bonis Parochialis Eccl. discreta esse debet num. 28.*

*Consil. Trident. prouisit, vt saltem redditus annuus aur. mille Episcopis, & aureorum centum Parochis remaneat num. 29.*

*Aliter soluenda non erit nisi ad ratam num. 30.*

*Pensionario incumbit onus probandi, quod remaneat Episcopo, & benefitio mille, & centū de quibus n. 31.*

*Pensio soluenda est de semestre in semestrem num. 32.*

*Pensio redimi non potest sine labe simoniæ num. 33.*

*Pensione cadere proprio non potest vexatio num. 34.*

*Pensio non potest permutare num. 35. limitatur num. 37.*

*Pensio non potest alteri renunciare num. 36. limitatur num. 37.*

*Pensio Dominum debet quando redditus benefitij magnū passi sunt detrimentum propter bellum, vel aliter nu. 39. limitatur num. 40.*

*Pensio non soluta tempore debito pensionario debetur eius hæredibus num. 41.*

*Pensio maturata debetur pensionario à successore in benefitio non ab hæredibus benefitium num. 42, & 44. limit. 45, & 47.*

*Pensio est onus reale cohærens benefitio num. 43.*

*Pensio dicitur imponi fructibus non super tempore n. 46.*

*Pensio potest etiam assignari laico in stipendium, vel subuentionem num. 48. & dicitur tunc quid mera temporale num. 49. nec extinguitur tunc pensio effecto*

milite,

*milite, siue vxoratu pensionario num. 50.*

*Pensio extinguitur morte pensionarij num. 51.*

*Pensio gratuita dicitur benefitium, & pro ea tenetur pensionarium ad decimas num. 52. & sic ad ratam ea soluuntur per Pensionarium, & beneficiatum non duplicatiuè num. 53.*

*Pensio potest concedi pueris annorum septem num. 54.*

*Pensio de iure antiquo concedebatur etiam Infanti cum dispensatione Summi Pontifices num. 55. quod tamen sublatam fuisse per dispositionem Sac. Concilij Tridet. putant alij num. 56. contra num. 58.*

*Minor annorum 14: prohibetur habere benefitia ex dispositione Sac. Concil. Tridentini num. 57.*

*Minor annorum 14. capax dicitur Canonicatus etiam in Cathedrali num. 59.*

*Aetas 25. annorum requiritur in beneficijs obtinendis Curarum num. 60.*

*Aetas annorum 30. requiritur ad obtinendos Episcopatus num. 61.*

*Priuatus benefitio ob non solutas pensiones non tenetur ad ipsas pensiones decursas num. 62.*

*Compensatio non admittitur in materia pensionis nu. 63.*

*Pensio extincta censetur si Pensionarius ascendat ad summum gradum Pontificatus num. 64. Prout omnia alia beneficia vacant per huiusmodi promotionem nu. 65.*

## Pensio in benefitialibus pro quanta parte fructuum possit constitui.

## Cap. CXXXXI.

PEnsionum materia frequens est, his præsertim temporibus, dum non solum super beneficijs simplicibus, sed etiam super alijs residentiam, aut curam animarum secum habentibus, & etiam super Episcopatibus
frequenter imponi soleant, non sine pauperũ,
& miserabilium personarum detrimento, qui-
1 bus Episcopi solitis eleemosinis succurrere
impotentes quodammodo redduntur, contra
id quod scribit *D. Cyprianus lib. 2. epist. 13. dicens;*
2 *Quæ est enim maior, aut melior cura, repositorum, quam diligenti sollecitudine, & medela salubri fouendi, & conseruandi omnibus prouidere;* Vnde Senatus
Paris. qui vel ex indultu Summorum Pontificum, Vel ex immemorabili consuetudine in
pensionibus Ecclesiasticis iudicium interpo-
3 nere solet; Pensiones super Episcopatibus cõ-
stitutas, reprobari, & reici censuit, teste *Anneo Roberto lib. 4. rerum iudic. cap. 7. vers. itaq; fol. 126,*
4 & passiones (idest animi languores) non pen-
siones vulgariter vocare solent ij, ad quos
spectat earum solutio; Cum sine passione, &
animi angore eas soluere valeant; Propterea
quæritur ad quam partem fructuum beneficij
ascendere possit pensio.

Et sanè medietatem fructuum excedere non de-
5 bere pensionem scribit *Rebuff. tr. de pacif. poss. nu. 16. quem sequitur Rota decis. 1160. nu. p. p. 3.,* Non
enim refert quidquam, si tenues sunt fructus
benefitij ex quibus commodè non possit ali-
mentari beneficiatus, Quia cum acceptauerit
benefitium cum onere soluendi pensionem, in
6 ea quantitate; sibi imputandum est si tenue ac-
ceptauit, vt post *Rebuff. probat Ludouis. decis. 215, & decis. 429. num. 12,* Prout hanc sententiam per
*cap. suscepta in extrauag. Ioan. 22. refert Petr. Greg. syntag. iuris lib. 17. cap. 10. num. 7.*

De AEQVITATE tamen, tertiam partem fructuũ
7 excedere non debet pensio; Cum Summi Pontificis præsumpta voluntas esse regulariter videatur, quod pensio non excedat tertiam partem fructuum, vt probat idem *Gigas de pensionibus qu. 9. eodem nu. p. 6, & 7. Staphil. de litteris Iustitia §. In primis num. 9, Thesaur. fori Eccl. cap. 22. num. 31, Cassador. decis. 2. num. 3. cum seq. locati,* Quorum opinionem, niti AEQVITATI tradit
*Ricc. in praxi fori Eccles. Neapoli. tit. de pens. decis. 436.*

Hanc eandem sententiam sequitur *Paulus Romanus in tr. de pensionibus registr. in vol. 15. tract. cap. p. nu.*
8 *2. & num. 6,* Vbi testatur de stylo Curiæ Romanæ pensionem impositam per Papam, tertiam
partem fructuum tantum continere, qui stylus
9 obtinet vim legis, & facit Ius *cap. quam graue, & cap. licet de crim. falsi, & cap. Venerabilis de confirm. vtili, vel inutili, hoc idem affirmat Specul. tit. de ap-*
10 *pel. lib. 2. §. de officio sub un. 14,* vbi tradit Curiam
Romanam tanquam omnium Magistram esse
ab inferioribus sequendã *cap. omnes 22. distinct., & cap. damnamus de Summa Trinitate prope finem;* & hanc eandem conclusionem amplectitur *Caccialupus de pensionibus q. 7. vers. hinc pacto fol. mihi 321. d. lib. 15. tract.,* Quam conclusionem in Patria consuetudinaria, & in Gallia seruari scribit idem *Petr. Gregor. lib. 17. syntag. iur. cap. 10. nu. 7, post Rebuff. in praxi beneficia tit. de reseruat. nu. 18. cum duobus sequentibus,* Vbi etiam sequenti *nu.*
11 *8, tradit Gregor.* Iustam dici pensionem, qua
deducta; supersit Beneficiario, vnde se alere, &
onera benefitij ferre possit, *cap. de Monachis, & cap. vacante de prabendis, & cap. p. de cens. Anneus Robert. lib. p. rerum iudic. cap. 7. vers. etiam benefitij, pag. 130.*

Et vbi excedit tertiam partem fructuum, reduci-
13 tur pensio ad dictam tertiam, non autem in totum viciatur, *cap. quanto de censibus, & cap. p. de consuetudine Doct. & in cap. præterea de iure Patronatus, Roma. consil. 369. nu. 9. & probat Paul. Romanus d. tr. de pensionibus cap. vlt. num. 7. Caccialup. d. qu. 7. num. p. & 2. quam sententiam sequitur Cassadorus decis. 4. num. 3, & 6. versic. & esto sine præiuditio de pensionibus, quem cum alijs refert Ricc. all. decis. 436. num. p., Seraphin. decis. 1484. num. 13. Card. Mant. decis. 173. num. 1. decis. 196. num 4, & decis. 153. num. 2. Crescent. decis. 17. num. 4. de rescriptis, & nouiss. Gratian. lib. 5. discept. for. cap. 995. num. 11, & 13.*

Ratio est, quia cum summa, siue quantitas pensio-
13 nis sit diuidua, vtile per inutile non viciatur
*cap. vtile de reg. iur. l. Sancimus C. de donationibus, & l. grege § p. ff. de fideiuss. Castrens. consil. 89. num. p. lib. 2, & Ricc. all. decis. 136. nu. 2. qui num. seq.* probat
idem

idem præcedere in translatione pēsionis, Quia
14 translatio sicut ipsa reseruatio est diuidua, &
ideò si Papa transferat pensionem, quoad dimidiā
partem fructuum, Vsq; ad eam partem,
quæ non excedit translatio sustinetur, & ita
iudicasse Rotam testatur ibidem Riccius, Quā
tamen conclusionem fædere distinctionis optime
declarat *Anneus Robertus d. lib. p. cap. 7. rerū*
15 *iudic. pag.* 130, dum inquit, Aut pensio fuit constituta
super beneficio habente curam animarum,
& tunc pensio ad legitimam quantitatem
16 reduci debet; Cum publicè intersit, vt qui Pastor
est, & gregem curat, alimentis non destituatur;
Aut cōstituta fuit in beneficijs quæ curā
animarum non habent, & tunc promissor ad
quamcunq; pensionem obligatur; Tum quia ea
conditione recepit beneficium, & pensionem
17 soluere promisit; Tū quia si immodice se grauatum
onere pensionis putat, beneficium potest
resignare, & à fide data se liberare.
Pensio autem constituitur super bonis, & iure tēporali,
siue super redditibus alicuius Ecclesiæ,
18 Monasterij, Mensæ, vel Beneficij, in quibus ca-
19 dit onus pensionis tanquam seruitus quædam,
ad instar vsusfructua à proprietate separati; Nō
autem super iure, aut pro iure spirituali Eccle-
20 siæ, vel similium corporum, *vt in cap. constitutus
de relig. dom. Caccialupus d. tr. de pensionibus qu.* 10.
Quæ pensio ordinanda est per viam quantitatis
21 pecuniæ, vel bladi, non autem per modum quotæ,
puta constituendo dari tertiam, vel quartā
partem; Quia esset scindere beneficium contra
22 dispositionem, *cap. maioribus, de prabendis, et cap.
de catero de transactionibus, latè Caccialupus d. tr. de
pensionibus qu. 6. & Gigas eodem tr. de pens. qu. pr.
num. 3, & qu. 8. num. 7, Gratian. lib. 4. discept. forens.
cap. 617. num. 9, Pe. Gregor. lib. 17. syntag. iuris cap.
10. sub num. 8. vers. Daturq; hac*.
Et licet possit Papa ad eius libitū, nō expressa causa,
ac nō citato possessore beneficij pensionē cōstituere
cū liberā habeat potestatē in beneficijs
23 Ecclesiasticis, vt habetur in *cap. proposuit de
cōcess. prabend. & in cap. 2. de prabend. lib. 6. Caccialup.
d. tr. de pens. qu. 5. & qu. 18, & Paul. Romanus
in eodem tr. de pensionibus cap. 4. num p.*, Prout pos-
24 se etiam Episcopum imponere pensionem super
redditibus alicuius beneficij habetur in
*cap. constitutus de relig. dom., & tradit Caccial. loco
relato qu. 4. num. 6.*; Tamen Summus Pontifex,
25 qui binas habet claues, alteram potestatis, al-
26 teram discretionis, Cum discretione dispensare
debet bona Ecclesiastica, & pensiones constituere;
Quippe discretionis clauem præmit-
27 tere debet, ante clauem potestatis, vt inquit
*Innocent. in cap. quanto de iureiur. Glo. in cap. Apostolica
de re iud. lib. 6. & sequitur Paulus Roman. in
sapè all. tr. de pensionibus cap. 4. num 6.*
Quando verò pensio cōstituitur super Mensa Episcopali,
vel Abbatiæ, aut super bonis Parochialis
Ecclesiæ, Ea in tali tantū sūma potest constitui,
vt congrua sustentatio Episcopi, siue Abbatis,
28 aut Prioris, siue Parochi remaneat *cap. 3. de Eccl.
adific. Paulus Roman. cit. tr. de pension. cap. 6. sub n. 2.*
Quam congruam substentationem respectu
29 Episcoporum esse debere saltem redditus aureorum
mille, & Parochialium aureorum centum
statuit sacra Synodus Concilij Tridentini
sessione 24. cap. 13, Et ita sæpius fuisse iudicatum
per *Rotam, tradit Ludouis. decis. 507. n. 5. & 6.*
In tantum, vt quamuis Episcopus, siue Beneficiatus
consensisset impositioni pensionis, Nihilominus,
vbi mille vel centum respectiuè non
remanerent Episcopo, aut Parocho deducta
30 pensione, Non esse soluenda, nisi ad ratam, &
deductis dictis mille, siue centum, vt probat
31 *Cassadorus decis. 10. num. 8. de rescript.* Cum pensionario
incumbat onus probandi quod mille,
siue centum respectiuè remaneant pro Beneficiato,
vt scribit *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap.
426. num. 12.*
Quam pensionem de semestre in semestre soluen-
32 dam esse notat *Specul. in tit. de locat. §. postquam,
vers. sed quaritur, quem sequitur Paul. Rom. cit. tr. de
pensionibus cap. 2. in fine, Qui in cap. 6. num. 2. 3. 15.*
33 *&* 34. probat non posse redimi pensionem sine
labe Simoniacæ, neq; ratione vexationis, Cum
34 propriè cadere nequeat vexatio in pensione
à Summo Pontifice, vel Episcopo constituta.
Sicuti permutari etiam non potest pensio cum
beneficio, neq; alio renunciare cum Summi
Pontificis auctoritate; Quia cum quod nihil est
35 non possit cum alio permutari, Ipso facto quòd
quis renunciat pensioni, dum eam permutare
intendit sequitur extinctio pensionis, Ideò per-
36 mutatio, vel renunciatio alteri prohibetur, vt
copiosè probat *Paulus Roman. cit. loco cap. 7. in q.
septimi quasiti incip. Venio nunc num. 11. & 12. fol.
mihi 317. Quam sententiam seq. Caccialupus loco cit.
qu.* 14, Vbi tamen limitat conclusionem procedere,
quando pensio esset constituta pro beneficio
Ecclesiastico cum omnibus requisitis;
37 Quia tunc posset fieri permutatio; Sicuti posse
Summum Pontif. aliam similem instituere pē-
38 sionem, quando eam quis renunciat, & alteri
conferre, in cuius gratiam fuerat facta renunciatio
probat *Paul. Rom. sub d. num. 12. versic. bene
tamen*.
Cuius pensionis quantitas diminui etiam debet,
39 quando redditus beneficij, siue mensæ super
quibus fuerat constituta, notabilem passi sunt
diminutionem, siue propter bellum, aut pestē,
siue propter noua vectigalia, impositiones, decimas,
aut pontium refectiones, pedagia, & similia
onera, ac caritatiua subsidia à Summo
Pontifice, vel Episcopis concessa laicis, & à Sede
Apostolica confirmata; Cum decrescentibus
fructibus minui etiam debeat pensio beneficij,
vt tradit *Abb. in cap. prohibemus in vlt. col. de censibus,
& abundè scribit Caccialup. d. tr. de pension. qu.
15. num. p. & qu. 16. num. 2. Paul. Rom. loco cit. cap.
vltimo per totum*, Vbi plura tradunt fundamenta,
quibus probatur assumptum ipsum, ad quos
40 idcirco remittitur Lector; Quamuis pensionē
Ecclesiasticam nō esse obnoxiam aleæ fortunæ,
nec

nec subiacere casui fortuito probat *Alex. de*
*Neuo consil.63. num. 9. quem sequitur Costa de port.*
*rata qu.10.num.6.*

Vbi verò pensio non fuisset soluta debitis tempo-
tibus pensionario; ea debetur eius hæredibus,
41 non successori in pensione, si illa iterum fuisset
constituta, & alteri concessa *Gigas d. tr. de pensio-*
*nibus qu.50. & consil.145. quem sequitur Costa d.qu.*
*10.num.4*; E contra tamen pensio maturata de-
42 betur à successore in benefitio, non ab hæredi-
bus beneficiati qui illam non soluit, Cum pen-
43 sio sit onus reale coherens benefitio, *cap. si quis*
*laicus 16. qu.p. per totũ, & q.25. per totũ, ac tradit*
*Caccialup, loco cit. quæst.11.* Etiamsi Beneficiatus
mortuus in vita habuisset fructus totius illius
44 anni, vt probat *Gigas qu.52.n 52. & 55 quẽ sequi-*
*tur Caball. consil.160, & Nicol. alleg. 39. cap.52, &*
*55. latè Aunens Robert. lib p. rerum iudic. cap.7 pag.*
*131, & Costa cit. qu. num. 4.* Vbi exemplis docet
modũ soluendæ, vel debẽdę pensionis in vtroq;
casu, & pro rata fructuum perceptorum, quam
pro tota summa ad instar vsufructuarij; *Rimin.*
*Iun. consil.634 lib 6; Honded. consil.85. num.13. cum*
*sequenti lib. o secundo, & 10. del. Castillo tr. de vsufru-*
*ctu cap tulo 79. & Gratian. lib.3. discept. forens. cap.*
*548. num. 42. cum tribus sequentibus*, Vbi conclu-
dit Beneficiatum teneri soluere pensionem pro
45 rata fructuum non pro rata temporis, *Gabr. cõsil,*
*191. num.13. cum seq. lib. 2*, Quę opinio est fun-
46 data in maxima AEQVITATE; Cum pensio
imponatur fructibus non autem super tem-
pus; Vnde AEQVVM est, vt teneatur, qui per-
cipit fructus, non qui per quantumuis longum
tempus habuit nudum nomen.

Et quia fuit super hac quæstione aliquando dubi-
tatũ in Rota circa obligationem successoris in
benefitio; Communis sententia fuit, vt succes-
47 sor teneretur ad pensiones præteritas, quando
Pensionarius diligentiam adhibuit, vt pensio-
nem consequeretur à Prædecessore, vt testatur
*Ludouis. decis.507. nu. 3. cum plur. seq.* vbi ita plu-
ries iudicatum fuisse per Rotam tradit.

Et laico etiam potest assignari pensio, quæ consti-
48 tuitur, vt plurimum, non in titulum benefitij,
sed in stipendium, vel subuentionem. *Bal. in cap.*
*ad audientiam de rescriptis. Caccialupus loco cit. q 11.*
49 *num.2. & qu.13. num.p.* Quæ pensio idcirco tunc
dicitur quid merè temporale *Gigas qu.7. num.2.*
*& qu.21. per totum*; Et eo casu non vacare, nec
extingui pensionem pensionario milite effec-
50 to, aut vxorato cum non fuerit assignata in be-
nefitium Ecclesiasticum, sed pro offitio, seu
seruitio temporali iam impenso, siue impedẽ-
do, vt pro pulsando campanas, vel quid simile,
*cap. breui de iureiurando cap. p. de vita, & honestate*
*Clericorum, & cap.p. de Cler. non residentibus, ac cap.*
*postulasti de rescript. amplè Caccialup. qu.14. n.2.*, Et
51 morte Pensionarij extinguitur pensio, non au-
tem ea vacat ad instar vsufructus §. *finitur Inst.*
*de vsufructu, l. antiquitas C. de vsufr. Gigas de pens.*
*qu.12. num.p.*

Et quando pensio gratuita est, dicitur tunc bene-
52 fitium, Et pro ea tenetur pensionarius soluere
decimas impositas, Ita vt ad ratam pensiona-
rius, & benefitij, possessor tenerentur ad deci-
mas; non autem duplicatiuè; Aliter sequeretur
53 quod semel decimatum à proprietario, Iterũ
decimaretur ab vsufructuario; idest pensiona-
rio, quod esset absurdũ, *l. quamquã ff. ad l. falcid.*
*& cap. Rainucius iuncto cap. Rainaldus de testam. Cac-*
*cialup. qu.17. num. 6. & 7. cum seq.*, vbi plura cu-
mulat exempla etiam inter Colonum, & Do-
minum.

Quæ pensio concedi potest etiam pueris annorũ
septem qui minores ordines idest primam ton-
54 suram suscipere possunt ex dispositione *cap.*
*nullus à contrar. sensu, & ibi Glo. de tempor. ord. lib.6.*
*& tradit Gigas. qu. 13. num.3, qui seq. num.* scribit
55 vidisse cum dispensatione Summi Pontificis
concedi pensionem etiam puero annorum tã-
tum quattuor; Et licet huius Canonis disposi-
tio reuocata videatur per *Sacrum Trident. Con-*
56 *cil. de reformatione sessione 23. cap. 4. fol. 203*, Vbi
cautum fuit prima tonsura non posse initiari
eos; qui Sacramentum confessionis non susce-
perint, & fidei rudimenta edocti non fuerint,
quiq; legere, & scribere nesciant, Prout seq.
cap. 6. disponitur nullum prima tonsura initia-
57 tum, aut etiam in minoribus ordinibus consti-
tutum ante decimumquartum annum, benefi-
tium posse obtinere, Tamen verè non dicitur
reuocata, cum Sacrum Concilium loquatur de
58 benefitijs, & nihil innouet respectu pensionũ,
quæ non dicuntur Ecclesiastica beneficia, vt
fuit supra explicatum, Ita expresse scribit *Gra-*
*tian. lib.2. discept. forens. cap.397. num.18*, Quam
ætatem annorum quattuordecim, sufficientem
59 etiam esse ad Canonicatum obtinendũ in Ca-
thedrali, Vel Collegiata tradit *Glo. in cap. Si eo*
*tempore de rescriptis lib.6. verbo ætatem*; Ad bene-
60 fitium verò Curatum, ætatem annorum 25. re-
quiri habetur *in cap. cum in cunctis de electione, Ro-*
61 *ta decis. 324. in nouiss.* Ad Episcopatum autem
requiritur ætas annorum 30, *d. cap cum in cunctis,*
*& in cap. Presbyter 78. distinct. latè Gigas d. tr. de*
*pensionibus qu.13.*

Priuatus verò benefitio ob non solutam pensio-
62 nem, non tenetur ad decursas pensiones, vt
probat *Gigas d.tr. qu.76. num.3. cum seq. quem se-*
*quitur Gratian. lib.p. discept. forens. cap.152. nu.19,*
*ac lib.4. cap.617. nu.34.* Vbi ita iudicatum iterum
fuisse per Rotam testatur, reprobata opinione
*Zechi de benef. & pension. cap.11. num.8. versic. deci-*
63 *mo ampliatur*, In qua materia pensionis non ad-
mittitur compensatio, vt in materia alimento-
rum, vel in causa victuali, *l. in ea quæ C. de com-*
*pensat., & l. ob negotium, vbi Glo. & Bar. eodem tit.*
*& latè probat Surd. de Alim. tit.8. priuileg.53. nu.5,*
*& 8, Monald. consil.52. num.4. Crass. de except. cap.*
*16. num.64. quos sequitur Gratian. lib.4. cap.728. nu.*
*32. cum plur. seq.*

Neq; omittendum est; pensionem censeri extin-
ctam si Pensionarius ascendat ad summum gra-
64 dum Pontificatus, Prout omnia alia benefitia,
quæ

65 que possidebat vacare certum est, & probat *Gabriel consil. 200. lib. 2. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 296. num. 11. cum tribus seq.*

*SVMMARIA.*

*Iuramentum in litem praestatur Accusatori, siue Actori, vbi reus dolosè, vel violenter egit num. 1. etiamsi non adesset difficultas probationes num. 13.*

*Iuramentum huiusmodi habetur pro plena probatione etiam ratione interesse num. 2.*

*Iuramentum hoc in quibus casibus admittatur remissiuè num. 3. & 4.*

*Iuramentum in litem praestatur etiam ob latam culpam num. 5.*

*Iuramentum etiam affectionis praestatur num. 6.*

*Condemnatus ex tali iuramento tenetur ad quantitatem iuratam num. 7. contra num. 8. & 11.*

*Debitor morosus tenetur ad id quod debet cum legitimis vsuris num. 9. & 12.*

*Occupator dolosus tenetur ad omne interesse etiam affectionis num. 10.*

*L. si quando C. de vi requirit dolum rei conuenti num. 14.*

*In dubio allegans non habere probationes tenetur hoc probare num. 15.*

*Probationes sunt Iudicis arbitrariae num. 16.*

*Probatio plena requiritur ad docendum quod quid per vim factum fuit num. 17. nisi clandestina, vel dolosa factum fuisset, Quia tunc constito de clandestinitate, statur eius iuramento circa quantitatem, ac qualitatem rerum num. 18.*

*Dolus siue metus in dubio non praesumitur num. 19.*

*Metus reuerentialis erga Virum, vel Patrem non sufficit ad rescissionem contractus num. 20, & 22. & 23. nisi precedent verbera, vel mina num. 21.*

*Metus non praesumitur in donatione facta in Arce, vbi aliter non probetur num. 24.*

*Dolosè is dicitur agere qui spreto Iudicis praecepto aliquid contra illud fecit num. 25.*

*Dolosus dicitur qui aliud simulat aliud agit num. 26. 27.*

*Dolus ab effectu cognoscitur, vt arbor à fructibus num. 28. 29.*

*In dolo is dicitur esse qui indebitè sequestrat fructus, vel pecuniam, aut aliam rem num. 30.*

*In dolo esse quis dicitur qui in precibus tacuit exprimenda, & tacenda expressit num. 31.*

*In dolo est qui alienam rem à non Domino scienter emit num. 32. eaque vilissimo pretio emit num. 33.*

*Dolus semper inest in mendacio num. 34.*

## Debitor soluendo debitum cum vsuris, liberatur, etiamsi in plus per iuramentum in litem esset condemnatus. Cap. CXXXXII.



1 Vramentum in litē praestatur Actori, siue Accusatori loco probationis rei, & cuiuscunq; eius damni, & interesse quando reus violenter, vel dolosè egerat, In tantum vt probet omnia, quae essent; Cum iuramentum, habeatur pro plena
2 probatione in eius propria causa *toto tit. ff. & C. de in litem iur. & per cap. fin. quod metus causa, & per l. si quando, & ibi Plottus num. 869. cum seq. C. vnde vi,* Vbi materiam hanc latissimè, & ad Sa-
3 turitatem examinat, dum etiam tradit omnes casus, in quibus hoc iuramentum praestari potest, & quod quotiescunq; dolus malus alicuius in faciendo interuenit, praestari posse con-
4 cludit, *num. 4, & num. 764, & 768.* Prout in tutela, cura, caussis Ecclesiasticis, & causa pia, hospitalium, & vniuersitatum posse etiam ob latā
5 culpam iurare in litem probat ibidem *Plottus*
6 *num.* 767. Qui etiam iuramentum affectionis praestari, tradit *num.* 870. Idest, rem sibi fuisse charam centum aureis, quamuis decem tantum communiter valeret.

Hinc queritur an condemnatus in centum virtute iuramenti in litem, Eo quia pignus valoris viginti non restituit, teneatur ad centum, An verò soluendo viginti, liberatus dicatur, Et ad quantitatem iuratam teneri condemnatum
7 respondit *Marcianus I.C. in l. si fundus §. in vendicatione ff. de pignoribus*; Cum iam semel causa, siue condemnatio transiuerit in rem iudicatam, vt exponit ibidem *Glo. in verbo ad condemnationem §. si pluri loco relato.*

De AEQVITATE tamen contrarium statuendū est, cum humanius sit, non amplius eum, quam quod re vera, debet dando hypothecam liberare, vt explicat *Tex. in eadem l. si fundus, §. si plures ff. de pignor. Vbi idem I.C. subtilitatem legis appellat contentam in memorato §. in vendicatione.*

Distinguitur enim inter debitorem, & occupato-
8 rem rei alienae, Quia debitor, non soluendo tenetur tantum ad id, quod debet cum legiti-
9 mis vsuris; Possessor verò, siue occupator contumax ad omne interesse etiam affectionis te-
10 netur, vt apertè decidit *Tex. in l. si inter colonum §. fin ff eodem tit. de pignor. & ibi Glo. verbo, quam debet Bar. in d. l. si fundus, § si pluris,* Vbi scribit de
11 AEQVITATE non debere exigi ab ipso debitore quod plus est debito, licet in eo sit condemnandus debitor; Faciunt tradita per *Baldū in ad l. si traditio nu. 12. cum seq. ff. de actionibus empti,* Vbi tamen ponit exemplum de eo, qui equā emit cum necessitatem haberet eundi ad Exercitum; Et quia venditor illam non tradidit, oportuit alium emere equum, cariori pretio, Tūc ob illud interesse, impeditur purgatio morae,
12 & tenetur venditor ad omne interesse emptori, *arg. l. si in lege §. colonus ff. locati.*

Quod iuramentum praestatur etiam, quando non adesset difficultas probationis, Vbi reus con-
13 uentus esset in dolo, vt copiosè probat *Plotus loco cit. num 70. versic. sed vbi esset,* dum inquit beneficium, siue remedium hoc non competere ex *d. l. si quando*, quae requirit dolum rei conuenti,
14 & difficultatem probationis, ex parte actori; Sed vigore *l. nummis ff. de in litem iurando, vt testatur Alex., & Ias. in l. in actionibus eod. tit.*

Et

Et licet in dubio dicens veritatem aliter habe-
15 re non poſſe, teneatur iſtud probare, vt per
*Orianum in cap. quoniam verbo teſtium depoſitiones*
*num. 44. de probationibus*; Tamen cum materia
probationum, ſit arbitraria, & conſiſtat in ar-
bitrio Iudicis, *latè Surd. deciſ. 105. nu. 13. poſt Dec.*
*conſil. 650. & Menoch. de arbitr. caſu 90. num. 5.* vbi
declarat, quomodo hoc ſit intelligendum pote-
16 rit Iudex ipſe arbitrari an iuramentum ſit de-
ferendum vel ne, Et ſic an veritas poſſit aliter
probari nec ne, inſpecta qualitate perſonarũ,
negotij temporis, & loci, vt habetur *in d. l. ſi quã-*
*do, & l. 3. vbi tamen magis ſcire potes ff. de teſtibus,*
*& latè probat Plotus in d. loco num. 39.*

Ad docendum verò quodquid per vim factum
17 fuerit, requiritur plena probatio *Tex. in d. l. ſi*
*quando, & vbi Plotus num. 60,* Niſi clandeſtinè
hoc factum fuiſſet, quia tunc conſtito de furto
18 facto à Titio præſtatur iuramentum in litem
circa probationem quantitatis, & qualitatis
rerum furto ſubtractatum, vt ſcribit *Plotus dicto*
*loco num. 129.*

In dubio verò metus, & dolus non præſumuntur,
19 niſi probentur *Tex. in l. Interpoſitus, vbi Bal. &*
*alij C. de tranſactionibus*, Et metus reuerentialis
20 ad contractũ reſcindendum non ſufficit; ex eo
quod dicatur contractus initus inter Virum,
& Vxorem, Patrem, & filium, Prelatum, & Cle-
ricum, vel Dominum, & ſeruum, ſeu alios, qui-
21 bus debetur reuerentia, Niſi precedant verbe-
ra, vel minæ, & probentur *Boer. deciſ. 100. nu. 11.*
*& 12. verſic. his habitis*. Quia ſola præſentia
22 Patris non cauſat iuſtum metum, vt probat *Ca-*
*gnol. in l. in omnibus cauſis num. 8. verſic. circa ſecun-*
*dum ff. de reg. iur.* Neq; etiam ſufficit ſolus reue-
23 rentialis metus ad reſcindendum contractum
vxoris, aut filij, ſubditi, ac ſimilium, vt explicat
*Boer. cit. deciſ. 100. num. 11. & 12, & poſt alios mul-*
*tos tradit Plotus in all. l. ſi quando num. 78, Qui ſeq.*
*num. 79.* ſubijcit quod ſub prætextu, quod do-
natio, ſiue renunciatio facta fuerit in Caſtro,
24 vel Iuriſdictione donatarij, ſiue alterius con-
trahentis, non præſumitur facta metu, alio non
probato. *Alex. conſil. 157. nu. 7. & 8. lib. p.*, & ita
reſpondiſſe in cauſa valoris aureorum octomil-
le teſtatur *Plotus loco relato num. 79.*

In dolo autem eſſe dicitur, qui ſpreto præcepto,
25 ne aliquid faceret, illud fecit *l. ait Prætor §. ſi*
*quis particeps ff. de his qui in fraud. cred. l. vtilis §.*
*penult. ff. de lega. præſtand. l. fundum C. de rei vendic.*
*Alex. conſil. 73. col. p. lib. 3. Crau. conſil. 193. num.*
*quos ſequitur Plottus loco relato ſub num. 139. verſic.*
*ſic, & dicitur.*

Prout doloſus appellatur, qui aliud ſimulat, aliud
26 agit, *l. p. §. dolum ff. de dolo*, Vbi Vlpianus ait, do-
lum eſſe omnem caliditatem, fallaciam, machi-
nationem ad circonueniendum, fallendum, &
27 decipiendum alterum adhibitam, Et ſic vnum
agendo, & aliud ſimulando *Glo. in l. 2 ff. de crim.*
*Stellio. Porrus in eius faſciculo §. furtum num. 4. fol.*
*252, Idem Porrus reſponſo primo ad decretum, in*
*quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt regiſ-*
*tratum poſt Ponzinibium in tr. oculus Principis, Lu-*
*douici Cauacij fol. mihi* 180, Doluſq; ab effectu
28 cognoſci tantum poteſt, ſicur cognoſcitur ar-
bor ex fructibus, vt probat *Bargalia tr. de dolo lib.*
*4. tit. de probatione doli num. 18, & 19*, Cum aliter
29 cognoſci non poſſit, niſi ex perſpicuis circon-
ſtantijs, & præſumptionibus, vt tradit *Glo. in l.*
*dolum C. de dolo.*

In dolo eſſe propterea dicitur is, qui indebitè ſe-
30 queſtrat fructus, ſiue proprietatem, vel pecu-
niam alienam, *l. ſi quis oleum ff. de dolo.* Quemad-
modum in dolo, ſiue fraude eque dicitur eſſe,
31 qui in precibus, vel alia cedula, tacuit expri-
menda, & tacenda expreſſit ad proprium cõ-
modum, & alterius deceptionem, *Alba conſil.*
*68. lib. p. Dec. in l. generaliter num. 2. ff. de reg. iur. quos*
*ſequitur Felic. allegat. 150. num. 8. par. 2.*

Prout in dolo eſſe dicitur is, qui rem alienam
ſcienter à non Domino emit *l. ſi quis cum ſciret*
*ff. pro empto, Surd. deciſ. 225. num. 21. & Fontanella*
*tr. de pactis nuptial. lib. p. clauſ. 4. glo. 26. num. 80. cum*
32 *ſeq.* item, qui viliſſimo pretio rem emit, & ſic
de enormiſſima conſtat læſione, quia tunc ex
33 ea dolus reipſa reſultat *Conan. lib. 3. coment. iur.*
*tit. de Theſaur. cap. 4. litt. A. fol. mihi 143, Porrus in*
*d. primo reſponſo fol. 180. poſt Crau. conſil. 29. ſub nu.*
34 5. Item quando mendatium interceſſit, quia
tunc dolus ex eo oriri dicitur, *l. ſcimus §. ſi per-*
*ſuaſerit ff. de dolo, Hector Felic. allegat. 9. nu. 14. p. p.*

*SVMMARIA.*

*Iuramentum suppletiuum datur quando quis ſemiplenè probauit num. 1. & 45. cum ſeq.*

*Iuramentum hoc conceditur ex AEQVITATE num. 2.*

*Iudæo, ac alijs perſonis infamibus non competit remediũ ſuppletorium num. 3. limit. num. 11. & 12.*

*Iudæus in rigore eſt iudicandus num. 4. contrarium nu. 5.*

*Iudæi, & Infideles dicuntur infames num. 6. & 7.*

*Iudæo, vel alio infame inſtituto hærede poteſt impugnarì teſtamentum per coniunctum præteritum nu. 8. & 9.*

*Iudæus dicitur teſtis inhabilis, & examinatus non probat ſemiplenè num. 10.*

*Iuramentum ſuppletorium deferri nequit in 37. caſibus de quibus remiſſiuè num. 13. cum pluribus ſeq. vſq; ad num. 44.*

*Iuramentum ſuppletorium defertur actori, qui ſcripturam exhibuit, cuius probatio reſultat ex comparatione litterarum num. 47.*

*Probatio ſemiplenè reſultat ex fuga rei à loco in quo officiũ exercebat, & reſpondere idcirco recuſauit n. 48.*

*Cõfeſſio extraiudicialis probatur per duos teſtes integros, & tunc huiuſmodi confeſſio releuat ſemiplenam probationem num. 49.*

*Actor, vbi ſemiplenè probauit eius intentionem, Reus verò illius exceptionem pariter ſemiplenè, quæ ſunt incompatibiles non defertur tunc iuramentum nu. 50.*

*Iuramentum ſuppletorium defertur tantũ Actori nu. 51. limitatur num. 53. ſed hoc remittitur Iudicis arbitrio num. 52.*

*Iuramentum præſtatur tàm actori quàm reo, ſed ei ſemper qui melius eſt informatus num. 54.*

*Iura-*

*Iuramentum prædictum præstatur, vel ipso actu sententia, vel ante num. 55.*

*Instrumenta de nouo reperta sufficiunt ad retardandam sententiam latam mediante iuramento præstito in suppletorium num. 56.*

*Testes de nouo reperti idem operantur, vbi cessaret timor subornationes num. 57. & 58.*

*Iudæus qui iurauit pro obseruatione contractus tenetur seruare iuramentum alias punietur num. 59. & 60.*

*Iudæi ligantur communibus legibus num 61.*

## Iuramentum suppletorium in deffectum probationum deferri an possit Iudæis.

## Cap. CXXXXIII.

PRosequendo materiam iuramenti,
Tritum est in supplementum semiplenæ probationis dari iura-
1 mentum necessarium quod suppletorium nuncupant quãdo quis
semiplenè probauit *l. in bona C. de rebus creditis, & cap. vlt. §. sanè. & ibi, glo. fin. de iureiur. vt concludunt omnes in l. Admonendi ff. de iu-*
2 *reiurando*, Quod remedium ex AEQVITATE
concedi tradit *Bal. in cap. 2. in fin. de gradibus success. in feudis, & ibi glo. & expressè probat Curt. Iun. in repet. d. l. Admonendi num. 274. fol. 229. & Ias. num. 114. propè finem in prima lectura.*

Non tamen competit hoc remedium Iudæo, nec
Vsurario, neq; alijs personis infamibus de facto, etiamsi semiplenè probassent eorum inten-
3 tionem, & hoc duplici fundamẽto, Primo quia
in causa Iudæi seruari debet merus rigor iuris
4 non AEQVITAS *glo. not. in cap. 2. de Iudæis, & probat Ias. in d. in l. Admonendi sub num. 114, ac in l. si insulam col. fin. ff. de verb. oblig. Marsil. sing. 41, quos sequitur Alex. Trentacinq. lib. p. var. resol. tit. de Constitut. resol. 3. sub num. vers.* Hinc etiam infertur verbo hoc iuramentum, Et in his terminis non præstandi iuramentum Iudæis in supplemẽtum probationum *Ptolens in l. si quando num. 6*8. *Surd. cons. 122. num. 8, Natta consil. 394. num. 12, & consil. 620. num. 4. & 20. Marquis de Iudæis par. 2. cap. 5. num. 5, Seraphin. priuil. iuram. 123. num. 6, & Priuileg. 33. num. 204, quos sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 842. num. 5. & 8. cum seq* Quamuis communiorem esse sententiam, quod in causa Iudæorum etiam seruetur
5 AEQVITAS amplè probauimus supra in *cap. 140. num. 15*, licet contrariam sententiam veriorem esse satis superq; ibidem *plur. seq. num. probauimus.*

Secunda ratio, & præcipuè ea esse videtur, quod
Iudæus, & Infidelis censentur infames saltem
6 infamia facti, Quippe etiam infamia iuris cum
7 Iudæi sint publici feneratores, vt tradit *Bal. in l. qui accusare C. de edendo, & probat Caccialup. in cit. l. Admonendi sub num. 256. vers. vigesimooctauo fallit in Iudæo ff. de iureiur. Gratian. d. cap. 842. nu. 8.*
8 Instituto enim hærede feneratore, videtur institutus infamis *l. improbũ C. de infamibus*, & dici-
tur instituta turpis persona ad finem, vt testa-
9 mentum possit impugnari per præteritum, *vt per l. fratres C. de inoff. testamento, scribit Caccialup. sub d. num. 156. post Ant. de Butrio in cap. Raynucius*
10 *de testam.* Stante igitur tali infamia sicut Iudæus
esset testis inhabilis, nec examinatus semiplenè probaret, Ita iuramentum in supplementum ei deferri nequit *arg. Tex. in l. qui testamento §. mulier ff. de testam. notat Bal. in l. qui accusare C. de edendo, Caccialupus in d. l. Admonendi num. 156, & 163. ac Ias. num. 104. cum plur. seq. ff. de iureiur.*

Qui tamen Caccialupus loco relato in fine distinguit hoc pacto; Vel agit Iudæus, siue Infidelis contra Christianum, Vel contra Iudæum, siue
Infidelem, si contra Christianum non potest ei
11 deferri iuramenentum in supplementum, Si
verò contra Infidelem admittitur ad iurandũ
12 iuxta *not. in l. Quoniam de hæreticis*; Quam distinctionem etiam facit ibidem *Curt. Iun. num. 72. in fine, Hos sequitur Seraphin. d. priuileg. iuram. 33. nu. 173. cum tribus seq. Cran. consil. 73. num. 24, & nouiss. probat Gratian. cit. cap. 842. num. 6. & 7.*

Prout conclusionem ipsam, viz. quod non possit
deferri iuramentum in supplementum proba-
13 tionum, limitat *Caccialupus in triginta septem alijs casibus loco relato à numero 156. versiculo Ratio circa dictorum casuum vsq; ad num. 166*, Inter quos præsertim summatim recenseutur infrascripti, Et primo quando à lege, vel statuto requiruntur probationes indubitatæ, vel euidentissimè, aut legitimè, quia tunc non est locus
14 delationi iuramenti, Secundo quando vnus te-
stis deponeret contra consuetudinem rei, Ter-
15 tio non defertur in probatione mandati, licet
16 præcederet depositio vnius testis, Quarto quã-
do quis probare vellet denegatam iustitiam,
17 Et sic contra Officialem tempore Syndicatus,
quæ tamen limitatio non procederet sine difficultate, quãdo stat præsũptio pro Officiali in eo facto, vt tradit *Caccialupus d. loco n. 140.* Quin-
to circa probationem læsionis à minore pro-
18 positam, Sexto quãdo quis vult probare præs-
19 criptionem, Septimo quando probatio esset
adiecta actui in modum conditionis, Octano
quando probatio semiplena resultaret ex vni-
20 co teste non reddente rationem sui dicti, vel
aliquam exceptionem, siue deffectum habente,
21 Et in hoc aut testis fides attenuata diceretur
per contrarias probationes, siue præsumptiones, Aut ex dispositione statuti testium certus numerus requiratur; Et in hoc quando comprehendatur testimonium mulieris scribit *Cac-*
22 *cialup. num. 163*; Nono quando petens iuramen-
tum in supplementum esset nimis facilis, &
23 promptus ad iurandum, Decimo quando talis
iurare satagens repelleretur à testimonio, si in
24 testem produceretur; Vndecimo non defertur
fideiussori agenti contra principalẽ ad recupe-
25 rationem pecuniæ quam soluisse pro eo affir-
26 mat; Duodecimo, in causis criminalibus, quia

cum requirantur probationes luce meridiana
clariores, non sufficit iuramentum in supple-
27 mentum, Decimotertio non procedit conclu-
sio in causis famosis ciuiliter intentatis.
28 Decimoquarto non procedit conclusio in cau-
sis arduis, & magnis, cum hoc iuramẽtum sup-
pletorium deferatur tantum in causis parui,
vel modici præiuditij, vt explicat *glo. ibi verbo extractio circa medium*, quæ tales dicuntur habita
ratione qualitatis personarum, Decimoquinto
fallit in causis in quibus agitur de probatione
testamenti, vel alterius vltimæ voluntatis, De-
29 cimosexto quãdo agitur in Iudicio in quo per
negationem cadit incrementum, vt dupli &c.
30 Decimoseptimo vbi petitur pœna cõmissa, De-
31 moctauo in causa matrimoniali, Itẽ in causis
32 benefitialibus, Decimonono nõ defertur tale
33 iuramentum spurio, Vigesimo non procedit
quando aduersario obijcitur dolus, Vigesimo-
34 primo fallit quando petens iuramentum solũ
habet præsumptionem, siue coniecturam pro
35 se, Non autem semiplenam probationem, Vi-
gesimosecundo quando agitur de donatione,
36 Vigesimotertio limitatur conclusio in cessio-
37 nario quando agit ex iure cesso, Vigesimo-
quarto non procedit in Iudice, siue alio Offi-
ciali, dum attestatur de commissione sibi fac-
38 ta, Vigemosquinto in probando consuetudi-
39 nẽ, Vigesimosexto quando agitur de proban-
40 do errorem instrumenti, Vltimo quando quis
iracundia motus, lacerauit aut concremuit in-
41 strumentum, siue scripturam debiti, Quia tũc
probare tenetur debitum per testes, non per
iuramentum suppletorium, vt explicat *Cattia-lupus num. 165.*

Addo ego quod neq; etiam defertur tale iura-
42 mentum in probatione dominij, vt scribit *Ias. in d. l. admonendi num. 296. vers. Trigesimoprimo, Crau. consil. 157. rubr. 13. post medium, quos sequitur Gratian. lib. 3 discept. forens. cap. 526 num. 17, Qui auctor in cap. 537. num. 6.* probat huiusmodi iura-
mentum præstari hæredibus creditoris super
43 prælatione temporis per *Seraphinum decis. 879. num. 8*, Prout deferri etiam mulieri in supple-
mẽtum, si petat dotem ex verbis enunciatiuis
descriptis in instrumento inter alios celebra-
44 to tradit *Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 6. nu. 15. in fine, quem sequitur Gratian. lib. 4. cap. 739. num. 8.*

Et quia semiplena probatio diuersimodè sumi-
tur, vt puta per depositionum vnici testis om-
ni exceptione maioris, & causam dicti expli-
cantis, quo casu defertur iuramentum supple-
45 torium, *l. Theopompus ff. de dote praeleg.* subijcit
etiam ibidem *Glo. Verbo exacto*, alios terminos
46 semiplenæ probationis, Vlz. quando creditor
per scripturam domesticam alijs coniecturis,
siue probationibus adminiculatam probauit
eius creditum, Quia tunc semiplenam inducit
probationem, *l. instrumenta C. de probationib. Ias. in d. l. admonendi num. 76. cum plur. sequent.*, Idem
quando per comparationem litterarum fit
47 probatio ex qua non plena, sed qualis, qualis
sumitur fides *§. si verò omnes moriantur, & §. seq. in Auth. de fide Instrumentorum*; Idem per fugam
rei, qui debuit ibi respondere vbi offitium ges-
sit *§. super hoc, & §. si quis autem in Auth. de collat.*
48 *Ias. in d. l. admonendi num. 88. cum seq. plur.*

Quoniam verò amplissimè materiam huius legis
examinant ibidem Scribentes, & præsertim
etiam *Maranta in eius praxi, fol. 404. num. 4, Muscatel. pariter in eius praxi fol. 180. nu. 23, Affl. decis. 164*, dum proponit quæstionẽ quando duo
testes singulares deponunt de confessione ex-
traiuditiali debitoris, quæ per duos contestes
49 debet probari, ad semipleuam probationem
inducendam, *Fab. de Anna in obseru. 3. in fine registr. post collect. ac Viuius decis. 108, & 381. Thesaur. decis. 93. Gratian. decis. Marchiæ 36. Polyd. Ripa singul. obser. 266, & Senator Bell. tr. de his quæ incont. fiunt rap. 124. lib. p.*

Pr opterea ad eos remittitur Lector, apud quos
contingentes casus deligere poterit.

Non tamen omittitur quod si actor plenè eius in-
tentionem probauit; Reus verò suam excep-
tionem semiplenè; Et probatio atq; exceptio
50 sunt inter se incompatibiles, tunc non defer-
tur iuramentum suppletorium, vt concludit
*Capel. Tolos. decis. 406. & tradit Ricc. coll. 380. in fine*, Quod actori tantum defertur non reo, vt
51 probat *Ias. d. loco num. 118.*, Quamuis contrariũ
52 voluerit *Azo. vt explicat ibidem Ias.* Qui tandem
concludit hoc remissum esse Iudicis arbitrio
53 inspecta qualitate causæ, & personarum *cap. si. de iureiurando*; Si tamen ageretur de probanda
quantitate fructuum, quod tunc iuramentum
deferri debeat reo melius informato, non ac-
54 tori tradit *Glo. in §. si verò pecunia in Auth. de nuptijs verbo iureiurando col. 30. Ias. cit. nu. 118. in fine*;
55 Et quod iuramentum præstandum esse, vel in
ipsa sententia, vel ante eam tradit *Glo. in eandem l. admonendi verbo instrumenta prope finem.*
56 Per instrumenta tamẽ de nouo reperta retrac-
tari sententiam latam mediante hoc iuramen-
to habetur in eodem *Tex. l. admonendi*, Ad quod
propositum Quæritant scribẽtes, an idem pro-
57 cedat in testibus nouiter repertis, Et affirma-
tiuam tenet *Bart. ibidem, & sequitur Ias. & alij nu. 120.* Nisi publicatio aliorum testium timore
58 subornationis impediat istos nouos recipi
testes, vt probant ibidem *Bal. in qu. 3. Angel. & Romanus*, quibus tamen aduersantur Alberi-
cus, & cæteri quos recenset *Ias. in fine.*

Et vbi Iudæus more suo iurauit in contractu, te-
59 netur iuramentum obseruare, alias punitur ra-
tione pœnæ, non autem ratione damnationis
60 animæ, cum ea non cadat in Iudæo, *Felin. cons. 30. num 21, & probat Mancin. de effect. iuram. eff. p. qu. 7. num. 5. fol. 186, & Seraphin. eodem priuil. 123. num. 3, & Priuil. 67. num. 40, Decian. tr. crim. lib. 5. cap. 12. num. 25. & lib. 6. cap. 12. num. 7.* Quia
61 Iudæi ligantur legibus communibus, quo ad
pœnas corporales, & pecuniarias *cit. l. Iudæi C. de Iudæis, & diximus supra cap. 140. num. 17. & 21.*

Secus

Secus quo ad spirituales, vt post alios tradit *Farin. qu. 56. num. 237. cum seq. de testibus.*

*SVMMARIA.*

*Legatarius pro annuo legato non tenetur accipere proprietatem num. 1, & 4. Contrarium num. 6. & 20.*
*Creditore inuito aliud pro alio solui non potest n. 2. etiam si melius id esset creditori num. 5. & 24. limitatur num. 14. quando agitur de casu lucratiuo.*
*Legatarius non debet onerari difficultatibus num. 3.*
*Fratres Mendicantes, vt plurimum sunt incapaces proprietatis num. 9.*
*Solui potest materiatum loco materia eiusdem substantia num. 11. secus ex diuersitate substantia num. 12.*
*Materia, & materiatum non differunt in genere, nisi sequta esset irreuocabilis materia in materiatum migratio num. 13.*
*Farina loco frumentum potest tradi in legato secus in mortuo num. 15.*
*Farina propriè non dicitur fructus prædij num. 16.*
*Quod tibi non nocet; & alteri prodest concedi debet n. 17.*
*Rem præstare dicitur qui extimationem præstat num. 18.*
*Aestimatio vice rei funditur num. 19.*
*Viuere posse quis præsumitur per annos quindecim n. 21.*
*Vniuersitati, siue capituli vita non potest aliquo modo taxari num. 22.*
*Emphyteuta potest à principio soluere Canonē per quindecim annos num. 23. sed si Dominus moreretur non potest recuperare solutum num. 24. Contrarium num. 27, & 28.*
*In estimandis prædijs deducenda sunt expensæ, quæ pro colligendis fructus fiunt num. 25.*
*Fructus considerantur deductis expensis num. 26.*
*Dominus directi suspectum habere dicitur anticipatam solutionem Canonis num. 30.*
*Dominus directi sicut cogere nequit emphyteutam ad soluendum antitipata Canonum, ita nec cogi potest ad illum recipiendum num. 31.*
*Soluere plus dicitur qui ante diem soluit num. 32.*
*Plus qui facit quam debet benefacit quod debet nu. 33. Et laude dignus est num. 34.*
*Temporis cursu variari potest interesse num. 35.*
*Diuisio incommoda hæreditatis operatur, vt coheredi, siue legatario soluat estimationem. 36.*
*Monasterium dicitur Corpus non moriturum num. 37.*
*Legatum annuum factum in perpetuum Eccl. vel Ciuitati debeatur vsq; ad annos centum tantum num. 38. Contrarium num. 40.*
*Statuto stante quod instrumenta executione possint mitti nullam obstante temporis præscriptione non possunt exequi post annos centum num. 39.*
*Perpetuitatis qualitas si extendit vltra centum annos num. 41. 43.*
*Legatum annuum simpliciter factum differt à legato annuo in perpetuum præstando num. 42. & 48.*
*Ecclesia destructa cui factum fuerit legatum annuum perpetuum, legatum transit ad Sum. Pontif. num. 44. siue ad Eccl. Roman. à qua cessare emanari num. 45.*
*Verbum omne in legibus, & testamentis aliquod operari interpretanda est num. 46. & etiam in quacunq; materia num. 47.*
*Anima cunctis alijs rebus præferenda num. 49.*
*Vtilitatem publicam respiciant legata Eccles. facta num. 50.*

## Pro solutione, siue extinctione legati annui certæ quantitatis vini, vel similium, An possit hæres tradere legatario, etiam Ecclesiastico Vineā, siue prædium idoneum ex quo Vinum, vel aliud legatum possit recolligere &c. Cap. CXXXXIV.



Decedente Seio, instituit Titium filiū vniuersalem hæredem, atq; legauit fratribus Mendicantibus decem salmas vini annuarim, Titius vt legato satisfaceret, nec molestiam singulis annis senttret in transmittendo vinum legatarijs obtulit eisdem assignare bonā vineam, ex qua commodè quantitatem vini legatam consequi possent legatarij, Quam tamen assignationem acceptare recusant, Quæritur an iustæ oblatam proprietatem recusare valeant legatarij, Cum legati verbis, & executioni instent, vt slz. Quotannis sibi vini quantitas legata tradatur.

Et iure oblationem impugnare videntur legatarij, Cum cura cultiuandi vineam spectet ad hæredem, legatarijs autem tantum curam bi-
1 bendi vinum legatum habeant, Namq; aliud pro alio inuito creditore solui, aut tradi non posse habetur in *l. 2. §. p. ff. si certum petatur, & copiosè traditum fuit in superiori libro cap. 44. nu. p.*
2 Cum ergo certa vini quantitas fuerit annuatim legata Religiosis, Eis inuitis non potest hæres proprietatem loco vini assignare.

Præterea cum nullo alio adhibito labore, vel diligentia vinum recipere tantum debeant legatarij, Quatenus loco annui legati proprietatem recipere compellerētur, & culturæ vineæ, & alijs laboribus, quæ circa culturam bonorū adhiberi opportet, incumbere tenerentur; cū non leui eorū incommodo legatum hoc pacto perciperent legatarij, qui tamen difficultati-
3 bus onerari non debent. *arg. §. quod autem vers. Quamobrem, quod eum, & vers. vndiq; in Auth. de fideiuss. §. sed quia stipulatione inst. de fideic. hæred.* Ergo ad receptionem proprietatis, loco annui legati compelli minime possunt.

Et in spetie facit *Tex. in l. talis scriptura, & ibi Dyn.*
4 *Bart. & cæteri ff. de leg. p.* Vbi contra voluntatē legatarij non potest hæres loco vineæ tradere pecuniam, Ergo à contrario sensu non poterit loco vini tradere vineam hæres, Cum creditori minime satisfacere dicatur is, qui eo inuitto aliud etiam melius, pro alio velit soluere *l. vlt.*
5 *ff. de vsu, & habitatione, & §. huic autem inst. de action. l. si mandato meo ff. mandati.*

De AEQVITATE tamen contrarium obseruandum

dum eſt, & ſic poſſe hæredem compellere lega-
tarios ad recipiendam idoneam proprietatẽ,
6 Ex qua vinum legatum deductis expenſis re-
colligere valeant, Quam ſententiam probat
*Bal. in l. ſi quis argentum num. 4, & 5. C. de donation.*
*& ſequitur Caccialupus tr. de penſ. Qu. 16. num. 20.*
*cum ſeq. fol. 324. regiſtr. in vol. 13. tracta. par. p. Vbi*
*num. 49. ſcribit*, Quod ſi decem ſingulo anno
7 debentur, ſufficit ſoluere 150, ad redditus per-
cipiendos, cum veriſimiliter ex illis 150. decem
annui percipi poſſint *cap. & veſtras de donat. in-*
*ter virum, & vxorem poſt Bal. in all. l. ſi quis argen-*
*tum num. 7. C. de donation.* Quam concluſionem
vti valde notabilem, & quotidianam compro-
bat *Pe. Gerard. ſing. 34.* Vbi inquit hoc quoti-
dianum, & honorabile eſſe fauore eius qui mu-
8 nificentiam exercet, Et hanc eandem ſenten-
tiam amplecti videtur *Feder. Scottus* vir ſanè
maxime eruditionis quamuis nimis ad carpẽ-
dum aliorum dicta pronus in *repet. l. 2. §. p. num.*
9 *251, & num. 262. ff. ſi cert. pet.*, Et ſi legatarius nõ
eſſet capax proprietatis, vt pleriq; ſunt fratres
10 mendicantes æſtimationem ei deberi cauetur
*in l. fil. famil. §. ſi quis alicui ff. de leg. p. l. Titia ff. de*
*leg. 2. & l. patronus ff. de leg. 3. late Feder. Scottus in*
*repet. d. l. 2. §. 2. num. 259.*

Ratio ea eſſe primo videtur, quia pro materia ſol-
11 ui poteſt materiatum eiuſdem ſubſtantiæ, Et è
contra, Namq; quod in ſubſtantia, & in vtili-
tate recipit functionem, non dicitur aliud; Se-
cus ſi eſſet diuerſitas in ſubſtantia vel in vtili-
12 tate ita ſcribit *Bal. loco cit. num. 4. & num. 6. cum*
*ſeq. & ſequitur Scottus in d. §. 2. num. 207.* Vbi in-
quit materiam, & materiatum non diferre ge-
13 nere, niſi vbi ſequta fuerit irreuocabilis ma-
teriȩ in materiatum migratio *l. ſi conuenerit §. ſi*
*quis cauerit ff. de pignor. actione*.

Secundo quia ſpeciale eſt, quod admittatur ſolu-
tio alterius ſpeciei quando agens agit ex cauſa
14 lucratiua *d. l. ſi quis argentum §. ſi verò C. de donat.*,
Et præſertim fauore vltimæ voluntatis *l. p. ac l.*
*Titiæ amitæ ff. de auro, & arg. legato*, etiam expli-
cat *Glo. in eodem l. ſi argentum verbo in æſtimatione,*
*& verbo fundus tradere*, Vbi circa mediũ, dicit,
quod ita placuit Principi fauore exercentis li-
beralitatem contra communia iura, vt etiam
explicat *Bal. ſub d. nu. 6. verſ. dicunt quidam*, quod
hoc eſt ſpeciale, Vt dicitur de debitore farinæ,
quem eius loco frumentum poſſe in cauſa lega-
15 ti, non autem in cauſa mutui tradere ſcribit
*Scottus loco rel. nu. 139*, Quia propriè farina non
16 dicitur fructus prædij, vt ſcribit *Bal. in l. p. num.*
*26. de fruct. & expenſis litis.*

Maxime verò, cum audiendus ſit is, qui vult face-
re, quod ſibi profuturum eſt, nec nocere ei, qui
17 percipit *l. Item. Varus ff. de aqu. pluu. arcenda, &*
*l. in creditore ff. de euict.*, Dicitur enim rem prope-
18 modum præſtare qui præſtat æſtimationem,
19 *l. prope modum ff. de verb. ſignif.*, Cum æſtimatio
vice rei fungatur, *l. ſi ſterilis §. cum per venditorem*
*ff. de act. empt. & l. datio §. ſi per venditorem ff. eodẽ,*
*Scottus in d. repet. l. 2. §. p. num. 160. ff ſi cert. petatur.*

Tertia ratio eſſe videtur, quia debitor volens ſe
eximere ab onere portandi quid annuum, vel
fructus annuos ad domum creditoris, poteſt
creditori à principio dare idoneum fundum;
ex quo eos fructus ſuſcipiat, vel ſoluere pro
20 quindecim annis anticipatis; Et hac ſoluta pe-
cunia liberatur, vt probat *Bal. loco relato num. 7.*
Id quod expreſſius habetur in eadem *l. ſi quis*
*argentum §. ſi autem donator, ibi in redditibus antẽ in*
*quindecim annos æſtimationem præſtet, et ibi Bal. n. 7.*

Quem tamen Textum declarare videtur ibi *glo.*
procedere reſpectu ſingularis perſonæ, cui fuit
factum legatum, Cum viuere præſumatur per
21 annos quindecim, Itaut eam diſpoſitionem
locum minime hebere videatur, quando lega-
tum factum fuit vniuerſitati, ſiue corpori, cu-
22 ius vita non poteſt vllo modo taxari, nec limi-
tari, quod corpus ſemper durare præſumitur,
vt ſunt Monaſteria, & Ciuitates *l. proponebatur*
*C. de Iudicijs*.

Idem in emphyteuta procedere tradit *Bald. loco*
23 *relato num. 8*, quem poſſe à principio ſoluere,
totum pro quindecim annis ſcribit, Et ſi inte-
rim moreretur ille cui fuit ſolutum, Vel tradi-
tam pecuniam, ſiue pretium; Non reuertitur
pecunia, ſiue prædium traditum, ad ſoluentem;
Quia ſicuti poterat ſoluere ſingulo anno, & vo-
luit ſoluere ſemel pro ſemper, vt ex redditibus
quantitatis ſolutæ percipiat illud annuum cre-
ditor, Vlterius agere nequit ad recuperationẽ
24 ſoluti, ſiue traditi *l. in fideicommiſſi § cum polli-*
*dius ff. de vſuris, & cap. per veſtras de vſuris, Bal. loco*
*relato ſub num. 8.*

In quo tamen prædio ęſtimando expenſæ omnes
25 fiendæ in recolligendis fructibus deducendæ
prius ſunt, quia fructus non dicitur, niſi dedu-
26 ctis expenſis, *l. ſi à patre §. fin. ff. de petit. hæred.*
*et l. fructus ff ſol. matr. glo. in d. l. ſi quis argentum §. ſi*
*verò verbo fundos tradere prope finem C. de donation.*

Sed hanc concluſionem reſpectu emphyteutæ,
27 dubiam valde reddit *Specul. tr. de Emphyt. n. 43.*
*& 44. fol. 280*, Dum etiam probat Eccleſiam nõ
teneri recipere anticipatæ canonem, quem etiã
per triginta annos, offert emphyteuta *arg. l. Itẽ*
28 *illa ff. de conſt. pecun.*, Quia ei in vitæ etiam quod
melius eſt, præſtari non poteſt *l. non poſſe, & l.*
29 *ſeq. ff. de vſufr. cap. geſta 74, diſtinct*; Habet enim
30 ſuſpectum futurum præiuditium, *arg. l. qui in*
*futurum ff. de pactis, & l. 2. ff. ſol. matrim. iuncta l.*
*filius §. Diui ff. de leg. p.*, Sicuti enim Eccleſia non
31 poſſet cogere emphyteutam ad ſoluendum an-
te tempus. *l. licet C. de condict. indeb.* Ita neq; ea-
dem Eccleſia cogi deber ad recipiendum Ca-
nonem ante tempus, *l. qui Roma ff. de verb. oblig.*
32 *Et cap. vnico de plus petit*; Quamuis plus ſoluere
dicatur, qui ante diem ſoluit *§ plus de act.*, Adeò
33 quod qui plus facit quam debet, benefacit
quod debet, *l. cum furti ff. de in litem iurando*, Et
34 laude dignus ſit qui non minus, ſed plus facit
quam debet *arg. l. is cum quo ff. de aqua plun. arc.*,
*& l. ſi arbores ff. de ſeruit. Vrban. prædiorum*.

Hanc opinionem ſequitur *Iaſ. in l. 2. qu. 22. C. de iure*
*emph.*

*emph. Clarus in §. emphit. qu. 22, vers. sed pone. Renedan. de rebus Eccl. non alien. qu. 19. cap. 2. num. 14,* Et post eos eandem sententiam comprobat *Corbul. tr. de iure emphyt. lim. 17. num. 3, & 4. fol. 460,* Vbi apertè tradit quod etiam si emphyteuta per publicum instrumentum anticipatæ soluere vellet canonem pro multis annis, cum omni interesse Domini; Nihilominus quia cur-
35 su temporis variari potest interesse, & Dominus grauaretur in onere illud probandi, Ideò indistinctè tenendum est, vt emphyteuta non possit arctare Dominum ad accipiendum anticipatæ futuros Canones; Præterquod in emphyteuta cessat liberalitas per Imperatorem considerata in legatis, vel donationibus de quibus supra, Idcirco cessare etiam debet effectus prædictus.

Si tamen factum fuit legatum certæ quotæ hæreditatis absolutè, Si sine magno incommodo, fieri non posset diuisio huiusmodi hæreditatis;
36 Tunc permittitur, vt soluatur legatario illius æstimatio *l. non amplius §. fin. ff. de leg. p. glo. in l. p. in fine verbo compensationem ff. si pars. hæreditatis petitur, latè Ias. in d. l. admonendi sub num. 8. vers. secundo fallit de iureiurando.*

Quod annuum legatum in perpetuum percipiendum, etiam Ecclesiæ factum, & sic corpori
37 nunquam morituro iuxta *d. l. proponebatur de*
38 *iudicijs*, Vsq; ad centum annos tantum deberi probat *Alex. consil. 60. num. p. cum seq. lib. p. per l. penult. & ibi glo ff. de annuis legatis glo. in l. si vsusfructus municipibus ff. de vsufr. leg.*, Vbi habetur quòd si Ciuitati legatur aliquod annum, seu singulis annis præstandum, non debetur vltra centum annos, *idem Alex. in l. 2. ff. sol. matrimon.* vbi dicit, quod alij contrarium consuluerunt, sed succuboerunt, cuius sententiam sequitur *Ruin. consil. 143, col. 4. lib. 4, & Dec. consil. 378. circa finem*, Et ibi adducit etiam *Alex. num. 2*; solidum hoc fundamentum; Quod licet ex aliqua dis-
39 positione, Vel statuto esset prouisum, quod instrumenta, vel testamenta possint executioni mitti, nulla temporis præscriptione obstante; Non tamen poterunt mandati executioni post tempus centum annorum, Quia perpetuò dicuntur mandati executioni, si vsq; ad tale tempus centum annorum executioni mandantur.

Contrarium nihilominus verius esse probat *Bar.*
40 *in l. si vsufructus municipibus C. de vsufr. leg. & in l. an vsufructus ff. de vsufructu, & ibi glo. in verbo longe*, Cum enim legatum factum sit in perpetuũ;
41 illa qualitas perpetuitatis se extendit vltra centum annos, *l. annua, §. à Titia, & ibi glo. C. de annuis lega.*, Quæ durat donec durabit Ecclesia, siue Templum, Et ita malè consuluisse Alexandrum probat *Parpalea in repet. l. super la 2. nu. 8. ff. sol. matrim.*, Vbi distinguit inter legatum an-
42 nuum perpetuò præstandum, & legatum annũ simpliciter factum; Quia hoc casu procedere Alexandri sententiam admittit Parpalea, qui ad omnes leges, & auctoritates in contrarium allegatus optime respondet; Prout eandem etiam sententiam sequitur *Crottus in repet. l. 4. §. Cato num. 134. ff. de verb. obligationibus*, vbi probat Alexandri sententiam esse communiter reprobatam, & legatum annuum cum perpetui
43 qualitate factum perpetuò etiam durare, Et sic post centum annos per *l. annalibus C. de legatis*, Hanc eadem sententiam amplectitur *Rim. Iun. consil. 219. num. 32, Berou. consil. 155. in princip. lib. p. & Grat. lib. p. discept. for. c. 131. n. 14, Vbi num. seq. probat*, quod destructa Ecclesia cui factũ fuerat
44 legatum annuum perpetuum transit ad Summum Pontificem; Quia superest Christus cuius contemplatione præsumitur factum fuisse le-
45 gatum, & remanet Ecclesia Romana, à qua cæteræ Ecclesiæ emanatunt; *Cotta in eius memoriali verbo perpetuum vers. tamen in practica, & subdit Gratian. loco relato num. 16.*

Præsertim quia omne verbum in legibus, & testamentis debent esse, & interpretari cum virtu-
46 te aliquid operandi, non autem superfluum *Glo. not. in l. p. C. quod metus causa; Et Bal. in rub. C. de contrah. empt. quin. 2.* scribit, quod omne verbum in quacunque materia debet esse cum virtute
47 aliquid operandi *l. stipulatus in principio ff. de vsuris, & explicat Parpal. loco relato num. 3, & sub num. 8. vers. Et contra Alexandrum*; Vnde cum Testator legauerit, vt annuum legatum metretarum decem vini soluatur in perpetuum Ecclesiæ, siue Fratribus Mendicantibus, aut Ciuitati; Verbum illud perpetuum operari debet, ne inutile remaneat etiam vltra metam centũ annorum ad differentiam annui legati simpli-
48 citer facti; Itaut soluatur annua pensio metretarum decem vini eidem Ecclesiæ etiam post centum annos, vt copiosè scribit *Parpal. d. loco*; Maxime verò dum hæc opinio fauet piæ causæ, & Ecclesiæ, quæ idcirco tenenda est per *Tex. not. in l. sunt personæ in fin. ff. de relig. & sumpt. fun.* & fauet animæ, quæ cunctis alijs rebus est præ-
49 ferenda *l. Sancimus la p. C. de Sacros. Eccl.*, Et simul fauet publicè vtilitati, quæ consistit in Eccle-
50 sijs, & corporibus non morituris *Bal. in l. p. ff. sol. matr.*

*SVMMARIA.*

*Legato fundo legatum censetur cum onere ei annexo nu. 1, Contrarium fauore piæ causæ num. 9. maxime apposito onere celebrandi Missas num. 18.*

*Onera realia, vel mixta transeunt semper cum re num. 2.*

*Hæres tenetur ad solutionem censuum maturatorum ante mortem Testatoris qui legauit fundum super quo constitutum erat census num. 3.*

*Census Dominus habet actionem pro censibus debitis tàm aduersus censuarius, quàm aduersus possessorem fundi censui suppositi num. 4.*

*Idem intelligitur respectu collectarum, & onerum nu. 5.*

*Legatum rei tantum continere dicitur quasi Testator, ius in ea habebat num. 6. & 7.*

*Vsufructuarius tenetur ad onera, & collectas, gabellas, census, pensiones, & similia an alia qua ratione fructuum debentur num. 8.*

*Hæres tenetur liberare rem legata Piæ causæ ab omni*

*censu, & onere num. 9. & 10.*
*Legatum rei alienæ factum Piæ causæ, vel coniunctæ personæ valet secus alijs num. 11.*
*Coniunctio nulla maior quam in anima num. 12.*
*Ius Canonicum attenditur tantum quando ius ciuile deficit num. 13.*
*Legata fauore coniunctorum procedit etiam fauore Piæ causæ, & Ecclesiæ num. 14. Ampliatur etiam fauore amicorum num. 15.*
*Legatum factum Piæ causæ large interpretari debet nu. 16. & 17.*
*Legatario commodum aliquod remanere debet pro legato deducto onere ei imposito num. 19.*
*Legatarius præsumitur magis dilectus in re legata, quã ipse hæres num. 20. etiamsi hæres esset coniunctus num. 21.*
*Feudum legari regulariter non potest num. 22. sed debetur eius æstimatio, vbi sit legatum num. 23.*
*Falcidia locus non est in legatis relictis Piæ causæ n. 24.*
*Falcidia in quibus casibus detrahi nequit reuestitiuè n. 25.*
*Basilij Sancti sententia circa detractionem falcidiæ à legatis num. 26.*
*Relicta ad Eccl. vel causam Piam, rescindere non licet num. 27.*
*Exemplum memorabile illius, qui infirmus legatũ Eccl. fecerat mox sanus factus pænituerat num. 28.*
*Salniani sententia notanda num. 29.*
*Legata quæ dilationem non patiuntur præstanda sunt etiam ante aditam hæreditatem num. 30.*
*Iasonis contraria sententia procedit in legatis, quæ dilationem patiuntur num. 31.*
*Testamenti ius omne corruit, vbi hæreditas non adeatur num. 32.*
*Testatoris bona addicantur causa seruandorum legatorum num. 33.*
*Hæres anomalus, siue irregularis dicitur is cui bona addicuntur quando hæres non adiuit hæreditatem num. 34.*
*Legati acceptatio cum hæreditatis repudiatione datur num. 35.*
*Legata debentur ante confectionem Inuentarij quando dilationem non patiuntur num. 36.*
*Legatum admittitur per alienationem rei legatæ à Testatore factam num. 37. etiamsi recuperetur res ab eodem Testatore num. 37. secus fauore Piæ causæ num. 38. & secus si pars tantum rei legatæ alienata fuisset num. 39.*
*Legatum quando ademptum censeatur remissiuè nu. 40.*
*Legato fundo, seruitutes, & alia onera respicientia Dominium, & substantiam rei legatæ transeunt cum re num. 41.*

## Census constitutus super fundo legato Piæ causæ solui an debeat ab hærede, vel à legatario. Cap. CXXXXV.

Legato fundo, vel alia re immobili, legatum esse fundum videtur cum onere rei accedẽti, in tantum quod si fundus ipse census suppositus esset ad legatarium pertinere onus cẽ-
1 suale habetur in *l. si is cui §. fin. ff. quemadmod. seru. amitt. & in l. apud Iulianum, alias incipien. Africanus 40, vel 41, §. hæres, vbi glo. verbo præteritum, & verbo solarium ff. de leg. p. & probat Papiens. in eius praxi in forma libelli pro legatarei singul. in princip. num. 17.*
2 Ratio est, quia onera realia, vel mixta, semper transeunt cum re legata, *l. fin. & ibi Bal. & Salycet. C. sine censu, vel reliq. Rol. cons. 32. num. 3. & 4. lib. p. Castil. de vsufr. cap. 56. num. 15. Rimin. Iun. cons. 298. num. 7. & Bursa. consil. 5. num. 12. lib. p.*, Pro censibus verò debitis ante mortem Testatoris
3 tenentur hæredes, non legatarius, vt distinguit *Glo. in d. verbo præteritum in all. l. apud Iulianum §. hæres ff. de leg. p. Gratian. lib. 4. discept for. cap. 611. num. p.* Quamuis circa census præteritos præiuditium, aliquod non esset factum Domino census, qui posset ad sui libitum agere aduersus legatarium possessorem rei censui suppositæ, etiam pro præteritis censibus; Vel aduer-
4 sus hæredes principalis debitoris ratione hypothecæ, vt abunde scribit *Thesaur. decis. 164. in fine, & sequitur Alex. Trentacinq. lib. p. var. resol. tit. de iure Fisci resol. 4. sub num. p. vers. Primus est casus in fine*, Vbi loquitur de collectis, & oneribus, *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 955. nu. 8. cum seq. plur.*

Et quæ dicta sunt de censu, Idem affirmandum est de seruitute reali actiua, vel passiua rei legatæ
6 imposita, *l. si is cui §. fin. ff. quemadmod. seruit. amitt. l. maeuius §. penult. ff. de leg. 2. Gomez. lib. 2. var. resol. cap. 12. de legatis num. 39. in fine vers. tertia difficultas fol. 107*, Quia in legato tantum illud intelli-
7 gitur relictum, quantum in eo habebat Testator, *l. serui electione §. fin. ff. de leg. p. & l. Vxor patrui C. de lega. Socin. Iun. consil. 74. num. 19. lib. p. & Surd. decis. 11. num. 10.*

Prout vsufructuarius etiam tenetur ad omnia onera collectarum gabellarum censuum, pensionum, tributorum, & similium præstationũ;
8 Cum enim possideat, & fructus de re possessa percipiat, AEQVVM. Est vt soluat huiusmodi onera, siue sint antiquitus imposita, siue de iure imponantur, cum ij debeantur habita ratione fructuum, *Crau. consil. 217. nu. 5. cum seq. Canale. de vsufruc. num. 160. cum plur. seq. Pinel. in l. p. num. 72. par. 2. C. de bonis maternis, Garzia de expensis cap. 11. à num. 45. vsq; ad num. 62, Castil. de vsufr. cap. 57. num. 14. cum seq. Molin. de primog. Hisp. lib. p cap. 27. num. 8.*

De AEQVITATE tamen fauore piæ causæ contrarium concludendum est, nempe legatarium
9 non teneri ad onera rei legatæ annexa, vbi hoc expressè non disposuerit Testator, sed simpliciter legauerit fundum Ecclesiæ, aut piæ causæ, super quo census erat constitutus, Quia tũc hæres tenebitur rem legatam liberam tradere legatario, & eam liberare ab onere, cui erat subiecta, & præsumitur quod Testator eo casu rem liberam legare voluerit, quando simplici-
10 ter legauit Ecclesiæ, vel Piæ causæ, siue per-

sonæ

sonæ coniunctæ, vt probant *Tex.*, *& ibi glo. &*
*Bartol. in l. si res obligata ff. de legatis primo*; Quam
sententiam sequuntur ibi scribentes omnes,
*& Paris. consil. 57 num. 25. lib. 3, Bello. consil. 9. nu. 8.*
*Menoch. 89. num. 124. cum seq.*

Hanc conclusionem de AEQVITATE com-
muniorem esse scribit *Gratian. all. cap. 611. nu.*
*7. cum seq. plur., & num. 10. cum seq. & in cap. 955.*
*num. 25, & 37. ac nu. 48. cum seq. & in cap. 986. nu.*
*13. cum seq. plur. Qui auctor in d. cap. 611. num. 7.*
verba facit, & confutat eam distinctionem, quã
nonnulli fecerunt, Quod legatum rei alienæ fa-
ctum coniunctæ personæ, siue piæ causæ de
AEQVITATE Canonica non valet, sed tantũ
de rigore iuris, Quia per rationes, & fundamẽ-
ta ibi allegata probat, tàm de iure Ciuili, quàm
11 Canonico valere huiusmodi legatum tàm ad
fauorem coniunctæ personæ, quàm piæ causæ,
& sic pro anima, Cum nulla videatur esse ma-
12 ior coniunctio, quam cum anima, quæ cæteris
rebus est præferenda, *l. Sancimus, l. secunda C. de*
*Sacros. Eccl. cap. præcipimus 12. qu. p. & cap. Ma-*
*thæus de Simania, Et in specie ita concludunt omnes in*
*l. cum alienam C. de lega. & in d. l. si res obligata ff. de*
*leg. p.*, Quam differentiam inter ius Canonicũ,
& Ciuile abnegat etiam *Costa de facti scientia, &*
*ignorantia cent. p. distinct. 66. num. 3, & 4*, Et quod
13 ius Canonicum attendi tantum debeat, defi-
ciente iure ciuili habetur in statuto Romano
à Summo Pontifice approbato tradit *Gratian.*
*cit. cap. 611. num. 23.*

Omnia enim disposita in materia legati fauore
coniunctorum, locum etiam habent fauore Piç
causæ, & Ecclesiæ, & pro anima; Cum Deus sit
14 Pater noster, & Ecclesia Mater nostra *cap. Qui*
*abstulerit 12. qu. 2. cap. si quis irascitur 13. qu. 2, &*
*hanc sententiam probat Tiraquel. priuil. piæ causæ*
*66. in princip. & in fine, Roman. consil. 235. num. 5.*
*Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 116. num. 3. &*
*Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 9. nu. 4*;
Quippe conclusionem ipsam procedere in le-
15 gatis factis valde amicis, ne dum coniunctæ
personæ probat *Menoch. de arbitr. casu 146. nu. p.*
*& sequitur Costa tr. de facti scient. & ignor. cent. p.*
*distinct. 66. sub nu. 2. vers. vel valde familiaris, Grat.*
*lib. 5. discept. forens. cap. 955. num. 34, & num. 51.*

Præsertim cum legatum factum piæ causæ debeat
16 large interpretari quidquid regulariter lega-
ta veniant strictè interpretanda *l. Titia §. Seia,*
*ibi Bar. ff. de auro, & argento lega. Surd. de alim. tit.*
*2. qu. 10. num. 17, & tit. 8. priuil. 25. num. 6, ac latius*
*decis. 298. num. 10*; Cum in legatis factis piæ cau-
17 sæ veniat semper quod est maius, non quod est
minus, *Abb. & cæteri, in cap. Mendicante de testi-*
*bus, Gozad. consil. 60. col. 2, & Cagnol. in l. semper in*
*obscuris num. 10. de reg. iuris.*

Et eo fortior procederet principalis conclusio
vt supra firmata, si Testator non simpliciter le-
gasset rem censui suppositam, id est nullo appo-
sito onere, Sed legasset cum onere celebrandi
18 tot Missas, vel alia perficiendi; Quia tunc ra-
tione talis oneris appositi, Censetur totam
rem sine alio onere rei annexo voluisse legare
coniunctæ personæ, Vel piæ causæ, vt in puncto
docet *Couarun. in cap. filius noster num. 2, versic.*
*hæc tamen sententia, de testam. Menoch. de præsump.*
*lib. 4. præsumpt. 116. num. 27, versic. alios refert*;
Quandoquidem legatario commodũ aliquod
remanere debet pro legato, deducto onere ei-
19 dem imposito, vt exponit *Glo. magna in d. l. si res*
*obligata vers. secundus est casus ff. de leg. p. ad rem,*
*Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 350. num. 19, &*
*lib. 5. cap. 955. num. 23.*

Præterea legatarius præsumitur magis dilectus
in re legata, quam ipse hæres, & idcirco ei ma-
20 gis fauendum est quam hæredi *l. publicus me-*
*uius 36. ff. de condit., & demonstr., Io. de Monte Spe-*
*rel. consil. 105. num. 6. in fine*; Etiamsi hæres esset
21 coniunctus Testatori, Vt tradit *Surd. consil. 72.*
*num. 16. in fine lib. p. quos sequitur Gratian. all. cap.*
*611. num. 37*, Qui *seq. num.* declarat conclusionẽ
procedere quando legatum factum de re per-
missa legari, non autem si ea res de sui natura
non posset legari, vel donari etiam mortis cau-
22 sa, vt feudum, & similia post *Socin. consil. 74. nu.*
*20. versic. & ita in indiuiduo lib. p. Affl. in cap. p. de*
*prohib. feudi alien. per Feder., Et Rol. consil. 41, num.*
*29. cum seq. plur. lib. 2.*

Quamuis feudi æstimationem deberi, quando il-
23 lud fuit legatum, probant *Card. Mant. d. lib. 9. de*
*coniect. vlt. volunt. tit. 11. num. 8, cum plur. seq. Me-*
*noch. d. lib. 4. præsumpt. 119. num. 6. Rosental. de feud.*
*cap. 7. conclus. 2. per totum*, Quorum sententiam
amplectitur idem *Gratian. cit. cap. 611. in fine, Vbi*
*testatur eandem admittere Socin. all. consil. 74. nu. 21.*
*lib. p.*

Hinc videmus in legatis ad Pias causas relictis
nullum esse locum detractioni falcidiæ, vel ali-
24 ter *Tex. in Auth. similiter C. ad l. falcidiam, copiosè*
*Card. Mant. lib. 9. de coniect. vlt. volunt. tit. 13.* Vbi
tradit omnes casus in quibus non permittitur
25 falcidiæ detractio, Idem scribit *Surd. de alien.*
26 *tit. 8. priuil. 18.* Propterea Magnus Basilius
Aerium, & Alypium monet in epistola 140, Ne
ex ijs omnibus, quæ defuncta Mater, Ecclesiæ
legauerat quidquam ne lege quidem permit-
tente detrahant, aut defunctæ matris liberali-
tatem minuant, vt scribit *Anneus Robertus lib. p.*
*rerum iudicatarum cap. p. versic.*, nam si legaris,
27 Vbi tradit quod, quæ in Ecclesiam, vel paupe-
res erogantur, vel destinantur vix sine graui
Diuinæ vltionis animaduersione rescindere li-
cet, aut reuocare, Quod confirmat exemplo à
Cedreno tradito pag. 314, dum quidam Diues
grauiter ęgrotans, mortis imminentis, metu,
Triginta argenti libras certa piæ voluntatis,
28 pollicitatione vouisset; Deinde valetudini pri-
stinæ restitutus pænituerat, Et pecuniam in
pauperes ex suo largiri recusasset modico tẽ-
poris spatio ad ipsam Templi portam mortuus
concidit; subditq; Robertus, præclaram, & au-
ream Saluiani sententiam, quam non potui-
mus, non explicare eisdem præcisis verbis.

*Nos (inquit) vsum tantum earum rerum accepimus quas*
*tenemus*;

29 *tenemus; Commodatis enim à Deo facultatibus vti-*
*mur, & quaſi pracarij poſſeſſores ſumus; Tenuimus*
*quoad licuit, Tenuimus quoad permiſſit ille, qui præ-*
*ſtitit; Quid rectius quid honeſtius, quam vt, vbi res ab*
*eo diſcedit, qui vſum habuit, reuertatur ad eum poſ-*
*ſeſſio, qui vtendum conceſſit &c.*

Quemadmodum etiam legata ad pias cauſas fa-
cta, quæ dilationem non patiuntur, vt pro ſe-
pultura Teſtatoris, pro reſtitutione vſurarum,
pro infirmis, pro alimentis, & ſimilibus, illa
30 præſtanda eſſe, etiam ante aditam hæreditatē
probat *Bar. in l. p. col. pen. verſ. quarto quæro C. de*
*Sacroſ. Eccl. Socin. conſil. 116. num. 22. verſ. ſecundo*
*reſpondetur lib. p. Capel. Toloſ. deciſ. 89, & Tiraquel.*
*priuil. piæ cauſæ 33. quos ſequitur Gratian. lib. p. di-*
*ſcept. forenſ. cap. 62. num. 23. & 26. Quidquid dicit*
*Iaſ. in l. quamquam nu. 19. verſic. item conſidera C.*
*ad l. falcid. & in conſil. 428. & conſil. 493. num. 4,*
31 Quia Iaſonis opinio procederet in legatis pijs
dilationem temporis recipientibus, nō in alijs
vt poſt *Surdum de alim. priuil. 12. tit. 8. num. 4, & 5.*
*tradit Gratian. d. cap. 62. num. 24.*

Quamuis regulariter, vbi hæreditas non adeatur
32 totum ius teſtamenti corruat, *l. ſi nemo ff. de*
*reg. iur.*; Bona enim defuncti Teſtatoris addi-
33 cuntur cauſa ſeruandorum legatorum, *Bar. in l.*
*p. C. de bonis vacant. lib. 10*, Et is, cui bona addi-
cuntur, dicitur hæres anomalus, ſiue irregula-
34 ris, cum non ſit ex teſtamento, neq; ab inteſ-
tato, *Bal. in l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. Iaſ. in*
*l. eam quam nu. 19, verſ. Item in quantum C. de fidei-*
35 *commiſſ.*, Cum detur etiam acceptatio legati, &
repudiatio hæreditatis iuxta *l. cum reſponſo C. de*
*legatis, l. ſi qua ff. famil. erciſcundæ, Fabian. in Auth.*
*Nouiſſima nu. 151, C. de inoff. teſtam. Surd. de Alim.*
*tit. 9. qu. 35. num. 29, & Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ.*
*cap. 248. num. 28*, Et ſic tanto magis debentur
36 huiuſmodi legata ante confectionem Inuen-
tarij, *Rol. de Inuent. part. 4. vtilit. 4. num. 7, & Tira-*
*quell. priuil. piæ cauſæ 24. quos ſequitur Gratian. cit.*
*cap. 62. num. 25, & num. 26.*

Vlterius, & ſi alienatione rei legatæ adimitur le-
gatum in tantum, vt neq; etiam reconualeſcat
37 legatum, ſi à Teſtatore recuperetur legata res,
vt probatur in *l. cum ſeruius, vbi Bar. ff. de adim. le-*
*gatis, Gabriel conſil. 103. num. 13. & 14. lib. p.*, Atta-
men fauore piæ cauſæ ſi legatum factum eſſet
pro alimentis pauperis, vel pro alijs cauſis pijs
38 tunc reconualeſcit legatum per redemptionē
rei legatæ poſtea alienatę mox à Teſtatore an-
te mortem redemptæ, vt tradit *Roma. in Auth.*
*ſimiliter num. 81. in fin. C. ad l. falcid. per Tex. in l.*
*Verum eſt C. de legatis, Tiraquell. in priuil. piæ cau-*
*ſæ 14. Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 12 tit.*
*6. num. 5. & Natta conſil. 613. num. 4, hos ſequitur*
*Surd. de alim. tit. 8. priuil. 21. num. 5. cum duob. ſeq.*

Si verò tantum pars rei legatæ alienata fuiſſet,
per quam illius ademptio poſſet præſumi, Non
39 cenſetur in totum ademptum legatum. ſed ſo-
lum pro ea parte, *l. ſi ex toto ff. de leg. p. l. legatum*
*§. p. ff. de adim. legatis, l. ſcribit §. idem ſcribit ff. de*
*auro, & arg. lega. Alex. conſil. 168. num. 3. verſ. pro-*
*batur euidenter lib. 6. & conſil. 169. num. 2. eodem*
*libro, Honded. conſil. 61. in fine num. 41. lib. p. Petra*
*de fideicomm. qu. 10. num. 37, Coſta tr. de portione ra-*
*ta qu. 231. num. p. & Gratian. d. lib. 2. diſcept. forenſ.*
*cap. 251. num. 48.* Vbi ſeq. numero vſq; ad finem
quamplures tradit caſus, quando legatum cen-
40 ſeatur ademptum nec ne, tum per longam lo-
cationem, tum per coactam alienationem, Vt
ſi cenſuatius redimeret cenſum legatum, vel
vicinus, aut conſanguineus redimeret proprie-
tatem per ius protomiſeos, vel aliter ex bene-
fitio ſtatutorum ad quem remittitur Lector.

Cæterum quo ad ſeruitutes, & alia onera reſpi-
cientia dominium, & ſubſtantiam rei legatæ,
& ſic intrinſecæ, quæ non fundantur in aliquo
41 debito pecuniario, ſicut pignus, & hypotheca,
ac cenſus, Illa abſq; dubio tranſeunt cum re
legata, neq; hæres ad aliquod tenetur, vt per
*d. l. ſi is cui §. fin. ff. quemadmodum ſeru. amitt. pro-*
*bat Gratian. cit. cap. 955. num. 26, & num. 43. cum*
*ſeq. poſt Surd. conſ. 162. num. 26, & 27, & Nattam*
*conſil. 312. num. 5.*

*SVMMARIA.*

*Proxenetæ merces debetur ſi contractus tantum perfec-*
*tus eſt num. 1, & 3. limitatur num. 6.*

*Proxeneta non dicitur aliquam attuliſſe vtilitatem, vbi*
*negotium non fuit perfectum num. 2.*

*Factum non dicitur, quod non durat factum num. 4. Vel*
*ſupereſt aliquid agendum num. 5.*

*Proxenetæ offitiū in Ciuitatibus vtile valde dicitur n. 6.*

*Proxenetæ ſummæ prudentiæ, & auctoritatis habeban-*
*tur apud Græcos num. 7.*

*Proxeneta dicitur, quia explorat voluntates Hominum*
*contrahere volentium num. 8.*

*Proxenetæ debetur merces propter laborem factum, vt*
*ad contractum deuenirent contrahentes nu. 9. & 10.*
*& 13. 16. & 19. etiamſi caſu, vel aliter contractus*
*deinde effectum non habuerit nu. 11. non autem prop-*
*ter dignitatem, vt I.C. num. 27.*

*Diſpoſita in nuptijs locū habent etiā in ſponſalibus n. 12.*

*Proxenetæ labor præmium requirit num. 14.*

*Pauli Apoſtoli ſententia ad corintos num. 15.*

*Proxenetæ merces ſoluta ab initio non recuperatur etiāſi*
*contractus non ſubſiſteret num. 17.*

*Proxenetæ offitium eſt tractare non autē cōcludere n. 18.*

*Proxenetæ debetur ſalarium Iudicis offitio num. 19.*

*Proxenetæ debetur merces ab eo ex contrahentibus à quo*
*fuit eius opera requiſita num. 20, ſed repetitur ab eo*
*cuius culpa contractu receſſum eſt num. 21.*

*Redimens rem venditam tenetur non ſolum pretium re-*
*ceptum reſtituere, ſed etiam mercedem traditam*
*Proxenetæ num. 22.*

*Proxenetæ ſolui debet merces ab vtroq; ex contrahenti-*
*bus, & ad ratam num. 23.*

*Expenſæ factæ pro ſubhaſtatione, & pro ſolutione mer-*
*cedis Proxenetæ deducuntur à pretio pro quo ſoluitur*
*Gabella num. 24.*

*Proxenetæ debetur tantum merces ad ratam laborum*
*quando contractus non habuit effectum nu. 25. & 26.*

*Proxeneta illiciti contractus fit infamis num. 29.*

*Proxeneta illiciti contractus ſi eſt Clericus deponitur ſi*
*eſt*

*est laicus excommunicatur num. 30.*

*Proxeneta tenetur ad restitutionem vsurarum si fuit mediator contractus Vsurarij num. 31, quod intelligitur in subsidium num. 32.*

*Vsuras exercens dicitur furtum committere num. 33.*

*Furto operam præstans tenetur in subsidium ad furti restitutionem num. 34.*

*Proxeneta contractus illiciti, siue frandolenti dicitur minister delicti num. 35. 36. & 38.*

*Proxeneta abundat mendatijs num. 37.*

*Proxeneta tenetur de dolo, & lata culpa se lucri causa laudauit aliquem idoneum esse facultatibus, licet sciret illum labi, & ad inopiam vergere num. 38. & 42. cum seq.*

*Dolus in proxeneta non præsumitur ex simplici mendatio, sed quando lucrum ex eo consequitur, aut sperat num. 40, & 41.*

*Dolus præsumitur ex lucro num. 41.*

*Laudare, & affirmare differunt num. 43.*

*Dolus ille dicitur qui affirmat certo de quo certus non est quod solum instæ reprobat esse num. 44.*

*Proxeneta regulariter non est idoneus testis num. 45. etiã si esset Sacerdos num. 46. limitatur in pluribus casibus de quibus remissiuè num. 47. cum seq. plur.*

*Proxeneta habilis dicitur testis ad inualidandum contractum num. 49. & 50.*

*Proxeneta dicitur testis habilis super validitate matrimonij num. 52. contrarium eodem.*

*Proxeneta dicitur testis habilis ad probandum dotem nu. 53. & 54. limitatur in matrimonij Magnatum nu. 55.*

*Matrimonium magnatum requirit scriptura, siue instrumentum num. 56.*

*Proxeneta testimonium valet in subsidium num. 58. & in testibus domesticis num. 59.*

*Viles persona, & infames in subsidium admittuntur ad dignitates, & honores num. 60.*

*Proxeneta testimonium probat quando agitur de probanda qualitate aliqua ipsius actus per quam neq; improbationem actus reciperet num. 61.*

*Proxeneta testimonium valet quando contractu ipse vti testis subscripsisset num. 62. Vel per statutum admissus esset num. 63.*

*Proxenetis duo discordantibus circa contractus conclusionem non ellegitur tertius num. 65.*

*Proxeneta non potest petere mercedem, siue salarium, nisi post perfectum negotium num. 66. & 67. nisi aliter obseruetur num. 68.*

*Proxeneta salarium aureos centũ excedere nequit nu. 69.*

## Proxenetæ cui debetur merces, siue salarium pro conclusione contractus etiam matrimonij illud an soluendum sit, etiamsi postea effectum non sortiatur contractus. Cap. CXXXXVI.

MErces, siue salarium alicui debitum pro labore, vel actu, deberi illud tãtum videtur,
si actus perfectus sit, & validus, & firmus rema-
1 neat, Non autem si ille corruit, vel aliquid agẽ-
dum, superest vt habetur in *l. si ita fuerit ff. de manumiss. testam. & in terminis proxeneta scribit Strac.*
*tr. de proxenetis tit. de proxenetis, et eorum modo n. 6.*
2 Proxeneta enim non dicitur aliquam attulisse
vtilitatem, vbi negotium non fuit perfectum,
*l. etiam si patris ff. de leg. p. Bal. in l. eadem num. 8. cum seq. C. locati.*

Propterea, si proxeneta operam dedit, vt contractus fiat, eatenus tantum consequi debet mercedem, siue salarium, quatenus contractus sortitur effectum; Adeò quòd vbi contractus corruat non deberi salarium, siue mercedem dicẽdum est *Straccа loco cit. num. 6. cum seq.*, Quia nõ
3 dicitur factum, quod non durat factum, vt tra-
4 dit *Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. num. 373. latè Menoch. consil. 184. num. 12, & in consil. 224. num. 5. &*
5 *consil. 239. num. 12*, Vbi probat factum non dici,
cum aliquid superest agendum per *l. vlt. in fine C. de his quibus, vt indignus.*

De AEQVITATE tamen contrarium est affirmandum fauore proxenetæ, cuius offitium in
Ciuitatibus vtile esse tradit *I. C. in l. p. ff. de pro-*
6 *xenetis*, Cum hi voluntates hominum concilient, demonstrando, & hortando, Vnde summæ prudentiæ, & auctoritatis apud Græcos
7 eos habuit Plato, vt tradit *Straccа d. tr. de proxenetis par. 2. num. 12. fol. 339;* Diciturq; proxeneta,
quia explorar voluntates hominum qui, & cũ
8 quibus, & qualiter velint contrahere matrimonium, aut aliquem alium contractum deuenire, & quæ sint facultates volentium contrahere; Idem circa amicitias copulandas, & reliqua
de quibus abunde *Stephan. Bertrand. consil. 225.*
9 *num. 2. lib. 5.* Quibus idcirco merces debetur
propter laborem factum, vt ad contractum deuenirent contrahentes, Vel vt sponsus reperiret, siue dotem concluderet, vt habetur in *d. l. p. ff. de proxenetis*, Etiam si non fuerit consumatum
matrimonium, Operatus est enim proxeneta
tàm circa extrinseca contractus, idest circa sti-
10 pulationem, quàm circa intrinseca, idest consensum contrahentium, siue sponsi, & sponsæ
secundum *Baldum in consil. 37. num. 3. lib 4, & in cap. p. in fi. de sponsalibus duorum*, Quibus stantibus sequitur, Vt per conclusionem sponsaliũ,
siue contractus, dicatur etiam quoad proxenetam conclusum matrimonium (etiamsi concubitus non sit sequtus) siue contractus casu,
11 vel aliter non sit executioni missus, *l. cum fuerit ff. de condit. & demonstr.*, & quæ disposita sunt de
12 nuptijs habet etiam locum in sponsalibus, *l. tutor §. p. & l. oratio ff. de spon.* Cum enim, per proxenetam non steterit, quin contractus fuerit
13 perfectus, & executioni missus, salarium omnino deberi scribit *Straccа d. tit. de proxenetis, & eorum modo num. 10. fol. mihi 347. lib. 6. tract. qui sub num. 11*, scribit id etiam procedere si casu negotium non fuerit expeditum, cum AEQVITATI conueniat.

Et hanc sententiam AEQVITATI consonam esse probat

probat Ruginell.pract.qu.cap.36.sub num.p., Quia
14 labor proxenetæ præmium requirit, l.4. §. deficientium ff.de muner.,& honor.,l.si defuncti C.arbitr. tut., Et dicit Apost. ad Corintos, mercedem suā
15 quicunq; accipit secundum laborem suum, cap. quicunq; suffragio 12.q.2,& cap. non sanè 14.q. 5, facit etiam l. secundum naturam ff. de reg. iur.

Pænitentia namq; contrahentium, siue sponsaliū non potest præiudicium afferre mediatori, per
16 quem non stetit, quo minus contractus non duraret Glo. in l. si vno §. Item cum quidam ff. locati, l. qui operas,& l. sed addes §.fi.ff.eodem, Roma. singul. 66., Prout si merces ab initio soluta fuisset pro-
17 xenetæ, licet contractus non subsisteret, Nihilominus mercedis repetitio non daretur l.p. §. Diuus,& ibi Glo. in verbo repeti vers. & quod hic dicitur per se ipsum ff.de var. & extraord.cognit., Proxeneta enim solum tractat, & non concludit,&
18 tale est, eius officium, nisi habeat speciale mandatum ad concludendum, Bal. in l. multum C. si quis alteri, vel sibi col.2. vers. tunc venio ad tertium; Et nihilominus consequitur salarium officio
19 Iudicis, quod magis est, vt exponit Bar. in d.l.p. ff. de proxenetis, quem sequitur Bertachin. in eius repertorio verbo proxeneta in fine vers. Proxeneta, quo iure petat, & post eos Stracca d.tr.de proxenetis par. p.num.6.fol.33.lib.6.tract.

Quam mercedem consequi debet proxeneta ab
20 eo, à quo mediator fuit requisitus Stracca d. tit. de proxenetis, & eorum modo sub.16. vers. secundo quando ex voluntate, Et illa deinde repetitur, ab
21 eo cuius culpa recessum fuit à contractu, ita probat Ruginel.d.cap.36.num.4, Quemadmodum etiam soluitur cum toto prætio ab eo, qui rem
22 venditam redimere vult, siue emptor mercedē soluisset proxenetæ, aut mediatori Tex. in l. debet, & ibi glo. verbo erogatum ff.de adilitio edicto, Rugin.in d.cap.36. in fine, Vbi etiam scribit quod onus mercedis proxenetæ diuidi debet inter eosdem contrahentes, quibus negotium æqua-
23 liter competit, per l. si stipulauero ff. ad l. Iul. de adult., Ad rem Gratian.lib.2.discept.forēs.cap.333. num.p.cum seq., Et ibi inquit quod expensa facta pro solutione mercedis proxenetæ deducitur à
24 solutione Gabellæ, quemadmodum deducuntur expensæ factæ in subhastatione rei pro cuius pretio soluenda venit gabella.

Declaratur tamen conclusio principalis, vt supra firmata, Vt slz. proxeneta mercede, siue salarium habeat tantum ad ratam laborum, quā-
25 do contractus non habuit effectum, l. penultima in fi. C. de erogat milit. annonæ. facit quod notatio in l.desertorem § his qui ab hostibus,& ibi glo. vls.ff de
26 re milit. Quia quod debetur proxenetis, est quædā laboris remuneratio, vt explicat Stracca d.tit. de proxenetis, & eorum modo nu.8. In tantum vt si totum salarium habuisset, teneretur proxeneta ad partis restitutionem, Cum illud debeatur ratione laborum, vt supra diximus, non autem propter dignitatem, Scientiam, aut pro-
27 bitatem, Vt Ministris, & I. C., quo casu inte-
28 grum salarium deberi probant scrib. in l. diem functo ff.de off. eius, & tradit Stracca d. tr. de proxenetis par. 2. vers. subijcit non adeò improbabili more num. 10, & in d.tit.de proxenetis, & eorum commodo num.12. & 13.
29 Proxeneta autem illiciti contractus efficitur
30 infamis, cap. non licet 12. quæst. Et si est Clericus debet deponi, si verò est laicus debet excommunicari, cap. si quis Episcopus qu. p. & tradit Bertacb. in d.eius repertorio vers. proxeneta illicitè; Amplius huiusmodi proxenetam teneri ad restitutionem vsurarum si fuit mediator contractus
31 vsurarij notat Glo. & ibi scribentes in l. sciente ff. de parricid. Bal. in l.2. §. incidit in fi. ff. ad Senat.Consul. Tertul., Quam glosam non sequitur Bal. in cap.p. §.similiter col.vlt. vers. Quæro an proxeneta de contrauers. Inuestit. Carpan. ad stat.89. num.8.lib.2, & Menoch.de Arbitr.casu 411. num.5.

Hanc tamen sententiam, procedere tantum in subsidium, quando slz. principali contrahenti
32 non est soluendo distinguit Bertacb. in cit.repert. verbo proxeneta vers. Proxeneta contractus vsurarij post medium secundum Innocent. in cap. Michael de vsuris, hoc idem affirmat Stracca d.par.3.sub num.33.
33 in fine fo. 341. Ea præcipuè ratione quòd exercens vsuras dicitur furtum committere, cap. si quis vsuram 14. qu. 4, Vnde sicut præstans operā furto in subsidium tenetur ad furti restitu-
34 tionem, vt probat Bar. in l. si seruus ff. de condit.
35 furtiua, Ita & proxeneta qui dicitur idcirco Minister delicti, vt subijcit ibidem Stracca nu. 35, Qui nu. 39, hoc etiam procedere affirmat, quā-
36 do proxeneta interuenit, Vt in fraudem ciuilium munerum per tacitam fidem prædia transferantur in alterius caput per l. ordine §. in fraudem ff. ad mun. l. pen. C. de rescind. vend., Quos proxenetas, vt plurimum abundare mēdacijs sine
37 quibus negotia, se minime perficere posse profitentur scribit idem Stracca d. tr. de proxen.par. 2. num.4. fol.338. à tergo, Et hanc distinctionem in subsidium non reperi tactam per Costam in eius copiosissimo tr. de remed. subsid.

Prout proxeneta etiam tenetur de dolo si lucri causa laudauit aliquem idoneum esse, licet sci-
38 ret illum facultatibus labi, & ad inopiam vergere, Secus autem, si alias non lucri causa laudauerit, Tex. est in l.eleganter §.fin. & l.seq.ff.de dolo, Stracca tr. de Mercatore tit.de decoctoribus 2. par. vlt.par.num.34. fol. mihi 231, Quia proxeneta tenetur de dolo, & etiam lata culpa, Bar. in l.2.ff.
39 de proxenet., & in l. vel cuius ff. si mensor falsf. modū
40 dix., Neq; dolus pręsumitur ex simplici mendacio, sed quando etiam lucrum, vel vtilitatem exinde percipit, aut speret mendatium com-
41 mittens, Cum ex lucro præsumatur dolus, Bar. in l. eleganter §. fin. ff. de dolo, Stracca de proxenet. par.3. num. 11. cum seq. fol.339. à tergo, Vbi amplè
42 scribit, in quibus casibus teneatur proxeneta, quando alicui laudauit personam contrahen-
43 tis, & differentiam inter affirmantem, & laudantem, Et num.14. ex Castr. in l. dolum ex insidijs C. de dolo, Inquir illum dici in dolo, qui pro certo affirmat constanter id, de quo certus non est,

si postea

44 si postea reperitur illud non esse verum, quamuis dictum illud exinde declarat in *seq. num. 5.*
An verò testis idoneus sit proxeneta in contractibus per eum tractatis diuersimodè tradunt
Scribentes, Et regulariter illum non esse ido-
45 neum notat *Glo. in §. quoniam verbo probibitis in*
*Auth. de testibus, & latè tradit Felin. in cap. dilecto-*
*rum de test. cogendis, Curt. Iun. cons. 122. num. 8. lib. 2.*
*Bertacb. in d. repert. verbo proxeneta, vel mediator,*
*Bart. in l. deferre num. 2, vers. si verò ff. de iure Fisci,*
*Papiensis in forma libelli de iur. test. vers. protestante*
*num. 29. Alex. consil. 13. num. 14. & ibi Addition., &*
*consil. penult. num. 9. lib. p. cons. 128. num. p. lib. 2. cons.*
*154. num. 5. lib. 5. & consil. 127. in fi. lib. 7. Gabriel*
*commu. conclu. tit. de testibus concl. 20. præsertim nu.*
*3. vna cum alijs quos recenset, & sequitur Carpan. ad*
*stat. 89. num. 2. lib. p. Vbi num. 3.* Ampliat hoc pro-
46 cedere etiam si proxeneta esset Sacerdos iuxta
*decis. Perus. 96. num. 38. p. 2.*
In multis tamen casibus admittitur eius depositio tanquam esset idoneus testis, quos longo
47 ordine recenset *Gabriel relata conclus. 20. à nu. 3.*
*vsq; ad finem*, Et præsertim quando consensus
vtriusq; partis concurreret, vt tanquam testis
48 examinaretur proxeneta, *Bertacb. d. verbo pro-*
*xeneta versic. Proxeneta, Stracca de proxenetis in*
*par. 4. quæst. incip. Illa etiam quæstio num. 20. et 22.*
*fol. 343. à ter. Gabriel. citato loco nu. 2. & Carpan. ad*
*d. Statut. 89. num. 5. par. 2,* Secundo quando pro-
49 xeneta deponeret ad inualidandum contrac-
tum, siue actum, quia tunc, cum commodum nō
sentiat proxeneta, vt sentiret si contractus sub-
sisteret, vel saltem ob affectionem, valeret eius
depositio, vt post *Alex. cons. 55. lib. 5, & Corn. cons.*
*63. lib. p. probat Gabriel loco cit. nu. 5,* Tertio quā-
50 do proxeneta deponeret quod contractus es-
set vsurarius, *Bertacb. loco relato vers. proxeneta*
*probat, & sequitur ibidem Gabriel num. 6;* Quarto
51 quando proxeneta adhibitus fuisset in testem
in instrumento contractus, *Bal. in Auth. sed nono*
*iure C. si certum petatur, Stracca in d. qu. incipien. Illa*
*etiam num. 36, quos sequitur Gabriel d. loco num. 9.,*
Quinto quando deponeret proxeneta super va-
52 liditate matrimonij, *Socin Iun. cons. 29. num. 16.*
*lib. 2. Stracca in d. qu. incipien. Illa etiam num. 125.*
Quamuis ex *Alex. cons. 150. col. 2. vers. tertia ratio-*
*ne*, Contrarium deinde verius esse existimat
*sub num. 17. vers. verum licet Gabriel loco cit. nu. 10.*
*Mascard. cons. 1023. nu. 20. Benintend. decis. 61. nu. 5.*
Vbi etiam ampliat hanc conclusionem procedere respectu probandæ dotis, quæ venit ac-
53 cessoria ad matrimonium, *arg. clement. dispendio-*
*sa de Iudic.* quidquid in contrarium affirmat
*Gratian. lib. 4. discept. 753.* Quoniam fauore dotis
probatio, quæ alias non reciperetur, tanquam
plena admittitur, Sicuti fauore dotis verbà
enunciatiua probant, quæ alias non probarent
54 *Bar. in l. admonendi circa med. vers. Item quid si ff. de*
*iureiurando, Castr. cons. 84. lib. p. Gozad. consil. 42. nu.*
*10. Stracca tr. de proxenetis d. q. vers. illa etiam quæ-*
*stio nu. 15. quos sequitur Benintend. d. decis. 61. n. 6.,*
Quamuis conclusionem quod proxeneta sit Te-
stis habilis ad probandum matrimonium, non
55 procedere in causis Magnatum, & Principum,
ac etiam Nobilium tradit *Mascard. all. conclus.*
*1023. num. 22,* Vbi Instrumenta, siue scripturas
56 requiri ad probandum matrimonia huiusmo-
di scribit per *Tex. in Auth. maximis C. de nupt. post*
*Marsil. in rubr. C. de probat. num. 22.,* Sexto quando
57 proxeneta deponit pro eo, pro quo stat præsū-
ptio, quia tunc testis etiam inhabilis admittitur, vt docet *Alex. in l. si duo patroni ff. de iureiur.,*
*& in d. consil. 55. in fin. lib. 2.,* Septimo in subsidium
58 quando siz. alij testes haberi non possunt, *Hip-*
*pol. de Marsil. in singul. 533. Corne. consil. 63. lib. p.*
*Gabriel ibidem num. 7. Farin. qu. 60. num. 417, quos*
*sequitur Costa remed. subsid. 70. nu. 2.,* quod etiam
59 procedere in quibuscunq; testibus etiam do-
mesticis, & infamibus tradit idem *Gabr. de testi-*
*bus concl. 10. num. 47 & sequitur Mascard. de proba-*
*tionibus concl. 273. num. 15. Farin. qu. 55. num. 163. &*
*Felic. alleg. 13. num. 20. par. p.* Quippe ad dignitates etiam, & honores huiusmodi personas vi-
60 les, & infames promoueri in subsidium probat
61 *Costa remed. subsidiar. 70. num. 2* Octauo quando
agitur de probanda qualitate aliqua ipsius actus per quam, nec perfectionem, nec improbationem actus reciperet, vt de qualitate actus
iam perfecti, *Alex. consil. 127. lib. 7. latè Gabriel lo-*
62 *co cit. num. 8;* Nono quando contractui in scrip-
tis facto subscripsisset proxeneta, vel vti testis
in eo fuisset adhibitus; Quia cum de partium
voluntate adhibitus sit, Testis esse potest, *Bal.*
*in d. Auth. sed nouo iure C. si certum pet. Bertacb.*
*loco relato vers. proxeneta contractus verbo sed in*
63 *contractu;* Vltimo quando vigore statuti, vti
testis potest examinari proxeneta, vt cauetur
hic Mediolani per dictum statutum 89, par. p.
vbi abunde *Carpan.,* Quamuis eius fidem dimi-
64 nui etiam in casu statuti affirmat ibidem *Car-*
*pan. num. 6.*
Si verò duo proxenetę interuenerunt contractui,
siue eiusdem tractationi, & inter se discordarent circa illius conclusionem non elligi tertiū
65 docet *Bal. in cap. p. de inuest in Mascfac., & Alex. in*
*§. arbitrorum col. 5. pro socio, quos sequitur Bertacb.*
*loco relato vers. Proxeneta tertius.*
Deniq; non potest proxeneta petere proxeneti-
cum, nisi post perfectum negotium, siz. ex par-
66 te sua, Cum ante negotij complementum non
debeat audiri, *l. qui pendentem ff. de negot. gestis, &*
*l. fin. ff. de proxenetis, & in l. 2. C. locati, vt latè probat*
*Stracca d. tit. de proxenetis, & eorum modo num. 14,*
et 15, Vbi subdit, quod si lege deficeremus, qualitas negotij, & personæ id suadet, quæ circun-
stantiæ considerandæ sunt, vt inquit *Bar. in d. l. 2.*
*C. locati, & ibi Bal. num. 2, & Salycetus,* dum scri-
bit, quod cum quæritur, quando merces peti
67 possit, Inspiciendum est, quid est actum deinde personæ conditio, quæ operas locauit, &
operis qualitas eiusq; magnitudo spectanda
68 est; Vbi tamen aliter non dictet loci consue-
tudo, quam obseruandam esse inquit *Stracca*
*cit. num. 15. in fine*, etiam respectu quantitatis
salarij

salarij quod aureos centum minime posse excedere probat idem *Stracca in seq. tit. num. 3. cum seq.* vbi salarij materiam amplè examinat, etiã respectu Aduocatorum, & Procuratorum.

*SVMMARIA.*

*Terminus peremptorius à Iudice statutus, ad probandũ videtur quadam Iudicis interlocutoria nu. 1, & transitum facit in Iudicatum num. 2.*

*Termino ad probandum elapso vlterius non auditur nu. 3. Quia læderetur ius aduersarij nu. 4. & 6. contrarium verius num. 13. & 14. cum seq.*

*Lites in longum trahi non debent num. 5.*

*Diligentibus non negligentibus iura subueniunt num. 7.*

*Negligentia vnius alteri nocere non debet num. 8, sed sibi tantum non autem proficua esse debet num. 11.*

*Interest parti quod terminus ad probandum non repetatur num. 9.*

*Terminus ad probandum non solum fauore eius qui probare intendit, sed ad faciliorem, & breuiorem exitum litis statuitur num. 10.*

*Negligentibus neq; etiam suffragatur Aequitas num. 12.*

*Iudex ex gratia potest post lapsum termini ad probandũ alium statuere num. 16.*

*Probationes vbi de nouo superuenissent, & hoc iuraret is qui probare intendit nouus terminus sibi statuendus est num. 17. non obstante statuta prohibente, quod in causa nullitatis, sine probationes non fiunt num. 18, & 19.*

*Quod etiam procederet si notitiam probationum habuisset sed eas habere non potuisset num. 20. & in contrarium potest à parte probari num. 22.*

*Talia sunt quid noui superueni, & quod facultas probandi superuenerit num. 21.*

*Probationes huiusmodi admittuntur etiam in causis in quibus proceditur de Aequitate num. 23.*

*Probationes esse non possunt sine termino num. 24. secus in improbationibus num. 25.*

*Probationibus paribus existentibus pro reo sententia ferenda est num. 26.*

*Quamuis hoc Iudicis arbitrio relinquitur num. 27.*

*Probationes sunt Iudici arbitrariæ num. 28.*

*Iudex in sententijs causam non exprimit, secus quando contra reum præfert existentibus probationibus paribus num. 29. & 31.*

*Iudicis arbitrium regulari debet secundum iura num. 30.*

*Paribus existentibus probationibus si altera ex partibus leuem tantum pro se haberet præsumptionem pro ea iudicandum est num. 32.*

*Probationis sine instrumenti exemplum si in termino statuto productum fuisset potest post terminum exhiberi exemplum authent. sine originale num. 33.*

*Actus factus ad alterius confirmationem eodem tempore factus dicitur num. 34.*

*Testes iurant in termino mox examinantur validè post terminum num. 35.*

## Probationes admittuntur etiam lapso termino dato ad probandum; Vbi res sit adhuc integra. Cap. CXXXXVII.



Erminus peremptorius alteri ex
litigantibus assignatus ad pro-
bandum videtur quędam Iudicis
interlocutoria, cum Iudex tacitè
videatur pronunciare, quod quis
1 non audiatur post illum terminũ
*l. à procedente C. de dilationibus*, quæ interlocuto-
ria dicitur transire in iudicatum ad præiuditiũ
2 partium, & quo ad ipsas *cap. significauerunt de testibus, & cap. quo ad consultationem de re Iud.* Idcir-
co lapso termino assignato, Vlterius admitti
quis non debet ad probandum, vt apertè con-
3 cludunt *Archid. in cap. indicantem 3. qu. 5. cum seq. & Specul. in tit. de dilationibus §. videndum num. 7, vers. quod si datus.*
Non enim admitti quis potest ad probandum,
post terminum, quin lædatur ius aduersarij, Si
non quo ad causæ merita, saltem, quo ad illud
4 ius illi quæsitum ex lapsu termini probatorij,
*cap. coram, de restit. in integrum, & probat Mascard. conclus. 1230. nu. 4, & 5. qui seq. num. scribit*, quod
si nouus terminus contra dilationes à lege, siue
statutis præfixas concederetur lites in longum
5 sine causa traherentur contra *Tex. l. p. in fin. C. de dilationibus, & l. 2. in fin. C. vt intra certum tempus*,
Et sic de lite lites fierent, non autem eæ ampu-
tarentur; Cum vltra litem principalem viden-
dum esset numquid ius aduersarij deterius fac-
6 tum esset iuxta *l. p. ff. si ex noxali causa agatur, & l. 1. §. desendi ff. ex quibus causis in possess. eatur*, Ideò
imputet sibi pars, quæ fuit negligens, nisi alia
subsit causa iusta, quia diligentibus, non autem
7 negligentibus iura subueniunt, *vul. l. non enim ff. ex quibus causis maiores*, Et alterius negligentia
8 alteri obesse non debet, *l. vlt. C. de pœnis, & §. sed quia inst. de contrah. empt.*
Quam sententiam tenuit *Rota in decis. 2. alias 30. de sequestr. fruct.* Ea præcipuè ratione, quod multũ
interest parti, cui iam ius fuit acquisitum, quod
6 termini non repetantur *Bart. in l. mancipiorum num. 5. vers. vltimo ista lex ff. de opt. lega. Bal. in cap. cum dilectus num. 4. cum seq. de fide instrumentorum, vbi Abb. num. 4. vers. his non obstantibus*; Terminus
enim statuitur, non solum, vt parti alteri sit fa-
cultas probandi, & reprobandi; Sed principali-
10 ter statuitur ad faciliorem exitum litis, *cap. pastoralis de except. & cap. fin. de dolo, & contum. l. p. in fine C. de dilationibus, l. 2. in fine C. vt intra cert. tempus, & l. 2. C. de temporibus appell.*, Vbi verò
noua dilatio concederetur ob negligẽtia eius,
qui primam labi permisit, sequeretur, quod ex
negligentia propria quis commodum sentiret
11 contra dispositionem, *l. si hereditaria ff. de negot. gest. & l. auxiliũ ff. de minoribus*, Et tamen non so-
lum rigor iuris, sed etiam ipsamet AEQVITAS
negli-

12 negligentibus non suffragatur, vt docet Salycet. in l. si ea C. qui accus. non possum per l. si pupillus
ff. de Priuil. cred. Mascard. d. concl. 1230. num. 43.
Et hanc sententiam sentit Glo. in l. si ea C. qui accus.
non poss. Oldr. consil. 167. incip. Ante omnia Bal. in
l. 2. in fin. vers. 13. quaritur C. de Episc. audient,
Quam sententiam dicit veriorem esse Feliu. in
cap. licet causam sub num. 18. de verb. signif. Mil. in
eius repertor. verbo, termino ad articulandum dato.
13 Contrarium tamen de AEQVITATE verius
videtur ex l. mancipiorum ff. de opt. legata, Vbi si
datur alicui terminus ad eligendum seruum
sibi legatum, & post terminum electio transferatur in te, Tamen elapso termino potest
moram purgari, si ius aduersarij non efficiatur deterius; Idem habetur in cap. si tibi de præbendis lib. 6. glo. ord. in Clem. sæpè §. & quia, verbo
non obstãte de verb. signif. Rota decis. 11. alias 328.
de concessione præbendæ in nouis; Et hanc dicit esse
communem, & AEQVIOREM opinionem,
Contard. in l. diffamari in quæstionib. nu. 70. fol. mihi
82. C. de ingen. & manumiss.
Hanc eandem conclusionem amplectitur Rolan.
decis. 745, & decis 744. sub num. 7. vers. Præterea
hoc valde, Vbi tradit quod prima opinio procedit de rigore iuris, hæc verò de AEQVITA-
14 TE, idem probat Decis. 399. & decis. 439. quam
etiam sequitur Iacobinus de S. Georgio in l. destitisse
in fin. ff. de Iudic. Et hanc esse communem sententiam testatur Alex. in l. si insulam num. 34.
vers. ex quo infert ff. de verb. oblig. Vbi asserit opinionem Bartoli esse communiter reprobatam
in d. l. mancipiorum ff. de optione legata, qui Bart.
sibimet contrarius hanc sententiam sequitur in l. vlt.
15 num. 5. ff. de ser., hos sequitur Mascard. de probationibus d. conclus. 1230. num. 1, & 2. qui nu. 11.
cum seq. conciliat, & ipse has contrarias Doctorum opiniones, Vt slz. prior procedat de
rigore iuris, hæc verò postrema de AEQVITATE, Quæ vt scribit Addition. ad Belameram
cit. decis. 744. litt. B. est quædam conuenientia,
& quoddam temperamentum procedens ex
causa à communibus regulis iuris discedens
per Bar. in l. p. ff. de legib.
Aliam etiam adducit distinctionem Mascard. loco
cit. num. 14. nempe priorem opinionem procedere quando pars negligens ex se, & ex iure suo peteret, quod sui articuli, & probationes post terminum admittantur, Nam tunc
ex quo per peremptorium dicitur exclusa dilatio, quoad si, non auditur, Adeò quod fortè
16 non poterit appellare, nisi alias ei succurreretur per viam restitutionis, Hæc verò opinio
verificabitur, quando Iudex motus AEQVITATE probationes quasi ex gratia non obstante lapsu termino vellet admittere, vt posse
Iudicem affirmat.
Si tamen probationes, de nouo peruenissent ad
notitiam volenti probare, & iureiurando id
17 affirmaret, Tunc admittendus esset etiam
lapso termino quocunq; peremptorio, Abb. in
cap. cum dilecti de fide instrumentorum, Bal. in l. p.
col. 3. C. de cond. ind eb., Roma. cõsil. 176. sub num. 12.
vers. quinimo possunt, & post alios Ias. in l. admonendi num. 48. ff. de iureiur. quos sequitur Mascard.
loco relato num. 45.
Ad quod propositum inquit Bal. in l. inultus circa
finem C. de procur., quod si statutum prohibet in
causa nullitatis, nouas probationes recipi,
18 Non intelligitur de emergentibus de nouo,
quam opinionem sequitur Menoch. de arbitr.
casu 241., & eam procedere ibidem affirmat
quandocunq; ante sententiam; siue sit datus
terminus ad probandum, siue sit in causa cõclusum, siue partes fuerint citatæ ad audiendum sententiam, siue etiam Iudex motũ ani-
19 mi sui manifestauerit post Purpur. in d. l. admonend. num. 8. ff. de iureiur. Mascard. conclus. 925. nu.
7, & d. conclus. 1230. num. 47. qui sequenti numero ampliat conclusionem procedere etiam
si, ante scientiam habuisset de his probationi-
20 bus, sed eas, non potuisse habere dummodo
doceat de diligentia adhibita, vt probationes ipsas haberet Bertazol. consil. ciuil. 41. nu. 70.
Paria enim sunt quidquid de nouo fiat, vel quod
21 superueniat facultas probandi, vt explicat
ibidem Bertazol. d. num. 70, post Purpur. in d. l. admonendi num. 26, & ibi Ripa num. 19, ac Abb. cons.
9. num. 94. Et quando quis proprio iuramento
affirmat probationes de nouo reperijsse, vt
iurari posse tradunt Scribentes in d. l. admonendi,
præsertim Purpur. num. 24, quando tamen iurat
de notitia propria Socin. cit. consil. 194. versic.
22 quinta ratio lib. 2. Tunc contrarium potest etiã
à parte probari Socin. d. cons. 194. post Bar. in l. is
cui §. ijsdem ff. de accusat. Mascar. d. concl. 1238. nu.
57. & 58. cum seq.
Quemadmodum probationes admittendæ sunt
lapso termino etiam in illis causis, in quibus
proceditur de AEQVITATE, vt in foro Mer-
23 cantili, & similibus modo res integra adhuc
sit ita tradit Felin. in d. cap. licet causam sub num.
17, vers. limita 2. de probat. Mascard. cit. cõcl. 1230.
num. 65, Et statui debet terminus intra quem
probationes fieri possint, Cum probationes
24 non debeant esse sine termino, l. in crimine ff. de
adulter. Castrens. in l. admonendi num. 73. ff. de iureiur. Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resolut. tr. de probationibus resol. 2. num. 6, Quamuis improbatio-
25 nes esse possint, sine termino, vt post Bar. in l. in
crimine in fin. ff. de ferijs, & ibi Bal. & alij, & post
Doctores in d. cap. licet causam de probationibus, &
post eundem Bar. in extrauag. ad reprimendum in
vers. figura tradit Alex. Trentacinq. cit. resol. 2. nu. 7.
Neq; hic, omittitur (postquam de probationibus agitur) quod licet paribus existentibus
26 probationibus regulariter ferenda sit sententia pro reo; Attamen hoc à Iudicis arbitrio
27 pendet, l. 3. §. p. ff. de testibus, qui potest etiam
reum condemnare esto quod probationes sũt
28 arbitrariæ iuxta sententiam Castrens. in d. l. admonendi ff. de iureiur. Bal. in l. fi. Communicationes
Episc. & diximus supra in cap. 142. nu. 16. Quamuis vbi Iudex reum condemnet, debeat ex-

Q pri-

primere cauſam in ſententia (etſi alias hoc
29 inſulſũ reputaretur), Alias teneretur in Syn-
dicatu, *Bar. in l. Lucius in fi. ff. de his qui notantur*
*infamia, & ibi cæteris ſcrib. Bal. in l. cum Magiſtra-*
*tus in fi. C. quando prouocare non eſt neceſſe.*
Ratio eſt, quia licet probationes pendeant à Iu-
dicijs arbitrio, Nihilominus tale arbitrium
30 debet regulari ſecundum iura, & leges, *l. ob*
*carmen §. ſi teſtes ff. de Teſtibus*, Propterea con-
demnando reum paribus exiſtentibus proba-
tionibus in exprimere debet cauſam, per quã
ad ita iudicandum motus fuit, adhoc vt de-
monſtret non contra iura, & leges, Sed ſecun-
31 dum leges ſententiam protuliſſe, *Alex. Tren-*
*tacinq. d. tit. de probation. reſol. 2. num. 24. per totũ.*
Et vbi pares eſſent probationes rei, & actoris, ſi
altera ex partibus etiam pro ſe haberet leuẽ
aliquam præſumptionem vltra probationes;
32 Tunc pro reo pronũciandũ eſſe habetur in *l. ſi*
*duo Patroni, & ibi glo. in verbo fieri, vbi Bart. ff. de*
*iureiur. Lafranchus deciſ. 12, & Trentacinq. cit. n. 7.*
Vbi autem in termino ſtatuto productum fuiſſet
exemplum inſtrumenti, ſiue aliarum proba-
tionum, Poteſt eo caſu poſt terminum produci
originale dicti inſtrumento, ſiue autenticum
33 probationum, Quia tunc dicitur confirmari,
productio exempli, ac habetur, ac ſi facta fuiſ-
ſet productio intra terminum *Tex. in l. ſi donare*
*§. ſi ſponſus ff. de donat. inter Virum, & Vxorem,*
34 *Bal. in cap. p. de fide inſtrumentorum*, Quia factum
ad confirmationem alterius, eodem tempore
factum videtur, *Dec. conſil. 539. num. 8, Maſcard.*
*de probatione all. concluſ. 1230. num. 66, & 68, qui*
*num. 76. cum ſeq.*, ſcribit, poſſe etiam declarari
poſt terminum probationes in termino pro-
ductas, Cum declaratio ipſa trahatur ad tem-
pus quo ipſe probationes factæ ſunt; Vt ob-
ſeruatur circa teſtes iuratos in termino, qui
35 poſtea examinantur poſt terminum, quorum
atteſtationes referuntur ad diem præſtiti iu-
ramenti, vt tradit *Bal. in l. ſi quando verſic. ſexto*
*dubitatur C. de teſtibus, quem ſequitur Maſcard. cit.*
*concl. 1230. num. 78, & 85.*

## *S V M M A R I A.*

*Arbitramentis proceditur de ÆQVITATE num. 1.*
*Ariſtotelis ſententia circa iuditium Arbitrorum nu. 2.*
*Ciceronis dictum circa arbitrium num. 3.*
*Reuiſio competit aduerſus arbitramentum num. 4.*
*Reuiſio committitur I. C. de Collegio ex diſpoſit. Nou. Conſt. num 5.*
*Commiſſarius reuiſionis procedere debet ſecundum iuris ſolemnitatis num. 6. & 7. Contrarium verius nu. 9.*
*Reuiſio ab arbitramentis pari paſſu ambulat cum appellatione num. 8.*
*Subrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur num. 10. & habere dicitur omnes prærogatiuas quas habebat is, in cuius locum ſubrogatus eſt nu. 11.*
*Compromiſſibilis cauſa ſemper ita durat num. 12.*
*Arbitrator qui loco primi ſubrogandus eſt eiuſdem qualitatis, & conditionis eſſe debet num. 13. limitatur in Regibus, & Principibus num. 19.*
*Auctoris reſponſum in ea materia num. 14.*
*Cauſa ſemel introducta coram ſupremo Tribunali ab eo cognoſci debet etiamſi ceſſaret priuilegium, ſiue cauſa ob quam fuerat introducta num. 15.*
*Quod procedit tàm in arbitramentis neceſſarijs, quàm voluntarijs num. 18.*
*Auocata cauſa per Senatum alij inferiores Iudices incompetentes fiunt nu. 16. Contrarium per Bimium num. 17.*
*Compromiſſum factum in vno loco in eodem fieri iterũ debet mortuo primo Compromiſſario num. 20.*
*L. vbi captum ff. de iudicijs locum etiam habet in arbitramentis num. 21.*
*Acta ſiue probationes factæ coram Arbitro probant etiam in alio Iudicio ordinario num. 22.*
*Actiones ita proponendæ ſunt coram Arbitris ſecus coram alijs Iudicibus num. 23.*
*Reconuentioni locus non eſt coram Arbitratore nu. 24. cum iuditium proprium coram eo ceſſi non videtur num. 25.*
*Reuiſio arbitramenti iure communi inſpecto peti debet coram Iudice ordinario coram quo iuditium fuiſſet agitatum, vbi ad compromiſſum non eſſet deuentum num. 26. In hoc autem Dominio Mediolani petitur à Senatu, vel Principe num. 27.*
*Compromitti poteſt cauſa magna redditus aur. eorum mille non obſtantibus in hoc Dominio tit. de Senator. num. 28. contrarium obſeruatur num. 30.*
*Coacernatio plurium actionum an poſſit fieri, vt conſtituatur redditus ann. aur. mille num. 29.*
*Exceptio firmat regulam num. 31.*
*Cauſarum arduarum cognitio ſpectat ad Senatum nu. 32. priuatiuè quo ad alios Iudices num. 33.*
*Decretum Senatus circa cauſæ auocationem num. 34.*
*Coacernatio fit etiam reſpectu fructuum, ſiue interuſuriorum plurium annorum ad hoc vt conſtituatur annuus redditus aur. mille num. 35.*
*Decretum Senatus circa dictam coacernationem nu. 36.*
*Hieronymi Parauicini Senatoris mentio num. 37.*
*Intereſſe, ſiue interuſuria dicuntur acceſſoria ad ſortem num. 38.*
*Petitio Actoris attenditur circa ſummã debiti non autem debitum num. 39.*
*Petitio fundata eſſe debet ſuper ſcriptura, vt cauſa auocetur num. 40.*
*Decretum Senatus circa auocationem non admiſſam ob ſummam egregiam de qua non cõſtabat ex ſcriptura, & reus negabat num. 41.*
*Hieronymi à Baſilicapetri Senatoris mentio num. 42.*
*Valor rei attenditur habita conſideratione temporis petitionis, vt cauſa auocetur, nec non num. 61. & 62.*
*Expenſæ non augent ſummam, vt ea cauſam Senatoriam reddat num. 63.*
*Debitum diuidi non poteſt, vt euitetur cognitio ſupremi Tribunalis reo reclamante num. 64. ne in diuerſis Iudicijs vexetur num. 65. ſecus ſi reus aquieſceret num. 66.*
*Geminatio actus magis enixa mente contrahentium ſignificat num. 43.*
*Decretum Iudicis in contractu adhibitum omnem ſuſpicionem, & reuerentialem metu excludit num. 44.*

Ratiſi-

*Ratificatio praecedentibus actus tollit omnem praecedentem metus suspicionem nu.45.*

*Patre viuente filij nullam habent actionem ad haereditatem auitam num.46. limitatur quando Pater alienasset bona propria filiorum num.47. vel si Pater haereditatem paternam repudiasset num.48.*

*Filius praesumitur quidquid possidet à Paterna haereditate habuisse num.49.50. Declaratur tamen hoc procedere diuersimodè 51.*

*Emancipatio tollit Patris potestatem quam in filio habebat num. 52.*

*Mobilia in domo existentia praesumitur esse Vxoris si erat domus Domina num. 53.*

*Portio filio per Patrem promissa intelligitur de legitima num. 54.*

*Iudice de facto procedente de facto etiam resisti potest num. 55.*

*Spoliatus antè omnia restituendus est num. 56.*

*Turbatio Iurisdictionis inter Iudices quomodo intelligatur num. 57.*

*Rescripti continentia verificari debet antequam illud executioni mittatur num. 58.*

*Iudici non parendo fit locus iuramenti in litem num.59.*

*Ommissio eorum quae acta sunt in precibus facta dolosa dicitur num. 60.*

*Senatus Mediolani Iudicat sola facti veritate inspecta num. 67.*

*Senatores dicuntur Iudices Aequitatis non autem nullitatis num.68.*

*Iudex licet videat sententiam primam nullam tamen abstinere non debet condemnando, vel absoluendo reum num. 69.*

*Aduocati, & Causidici cauillosi damnantur num.70.*

## Iudex reductionis à laudo procedere an debet de ÆQVITATE secundum quam Arbiter laudauit. Cap. CXXXXVIII.



Ictum fuit in superiori libro *cap. 6. nu. 9.* In Arbitramentis procedi de bono, & AEQVO, & sic secundum AEQVITATEM in ijs debere iudicari; quae sola in Arbi-
1 tramentis spectatur, non autem exacta Seueritas, aut id quod irritè est ex *Anneo Roberto lib. 3. rerum iudic. cap. 8. versic. eadem ratione, & vers. pro Titio. Cuius sententia fuit Aristot. lib. p. Rethor. cap. 13. dum inquit,* Ad arbitrium potius,
2 quam ad Iudicem rem defferri velle; Arbiter enim AEQVVM, & bonum sibi proponit. Iudex autem ipsam legem. Neq; vlla alia causa
3 repertus est Arbiter, Nisi vt AEQVVM, & bonum valeat decernere, Ex quo ait *Cicero in Oratione pro Roscio,* In arbitrio esse moderatum quanto melius, & AEQVIVS sit dari, vt refert *Menoch. consil. 202. num. 19. & consil. 703. num. 10. cum seq.*

Quaeritur nunc, an lato arbitramento, & interposita reuisione, quae tum iure communi inspecto, tum ex dispositione Nou. Const. huius
4 Dominij competit. *Glo. in l. arbitro, & ibi Bar. ff. qui satisd. cogantur, Blanc. tr. de compromissis q. 10. num. 7, Menoch. consil. 406. num. 37. Dec. consil. 36. num. 6., Et Nou. Constit. in tit. de arbitris, cap. Reuisio autem,* Et quae reuisio vigore earundem *Nou. Constit. Eodem titulo §. Commissarius,* Committi debet vni Doctori de Collegio partium
5 confidenti, vt in his terminis explicat *Bimius consil. 287. num. p. in fine,* Quaeritur in quam autem is reuisionis Iudex procedere debeat eadem inspecta AEQVITATE, vt in primo iuditio actum fuerat, autem verò, iuxta solitos iuris terminos, vt fit in causis ordinarijs.

Et quia I. C. de Collegio vigore earundem *Nou. Constit. in tit. de appell. §. is confidens,* succedit loco Iudicis Ordinarij, qui legem ipsam tantum considerare debet simpliciter, non bonum, & AEQVVM tãtum, vt Arbitrum decet, vt post *Aristotelem citato loco, probat Menoch. d. cons. 703.*
6 *nu. 10, & 11.* Affirmandum videtur secundum iuris solemnitates non de AEQVITATE tantum, & sola veritate inspecta iudicare debere reuisionis Iudicem, Cum in ea instantia ordinariè debeat procedi etiam porrecto libello,
7 vt notat *Cyn. in l. si. qu. 4 num. 4. C. de contrah. emp. Alex. in l. p. num. 15. ff. de leg. 2. quos sequitur Carp. ad d. stat. 117. num. 10. lib. p.*

Maxime verò, quia reuisio ab arbitramentis pa-
8 ri passu ambulat cum ipsa appellatione *Orian. in cap. quoniam contra num. 32. de interlocut. Carpan. ad stat. 117. nu. 16. lib. p. & Bimius consil. 250. num. 60.;* Verum cum Iudex appellationis legum dispositiones ad vnguem considerare, & obseruare debeat, vt probat *Menoch. cit. consil. 703. num. 10. cum seq.* Idem censendum esse videtur de Iudice reuisionis.

De AEQVITATE tamen Iudex reductionis eadem AEQVITATE, vti debet, qua ipse Arbi-
9 trator esset vsurus, ad formam compromissi, Non se restringendo iuris rigori, & eius apicibus, sed pronunciando tanquam bonus Vir, inspecta facultate Arbitratoris, nec separando naturam illius, in cuius locum subrogatur, *Alex. in l. p. nu. 15. ff. de leg. 2. Prapos. in cap. de appell. extra de appell. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 12. num. 5. prope finem, Roman consil. 261. nu. 3. Orian. in d. cap. quoniam contra verbo interlocutoria, & appellationis fallentiis de probationibus,* Et in specie probat *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 524. num. 22.*

Tritum enim est subrogatum sapere naturam
10 illius in cuius locum subrogatur. *l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut., & §. fuerat Instit. de actionibus, & ibi Ias.,* Qui subrogatus easdem dicitur habere praerogatiuas, quas habebat ille
11 in cuius locum sobrogatus est *l. item veniunt §. 7. diximus ff. de pet. hared. Doct. in l. certi conditio ff. si certum petatur, Menoch. consil. 95. num. 50, consil. 280. nu. 72, consil. 716. num. 4, & consil. 983. nu. 5.,* Idcirco Iudex reuisionis, si eandem praerogatiuam habere debet cum Arbitratore in cuius

locum subrogatus fuit, de AEQVITATE procedere debet, vt procedere debebat Arbitrator.

Rursus, sicuti causa semel facta compromissibilis, semper ita durat, in tantum vt defuncto
12 Compromissario, denuo committi debeat alio Arbitratori, *Dec. consil. 22. col. p. in fine, Marsil. singul. 172, Portius Imolens. consil. 138. num. 11. cum tribus sequent. Scala de Consil. Sapien. lib. 3. cap. p. in fine, & Bimius d. consil. 287. num. 17.*; Ita cum eisdem qualitatibus, & auctoritate committi, ac cognosci debet causa, In tantum vt si de AEQVITATE à primo Arbitratore cognoscenda erat; Eadem inspecta AEQVITATE cognosci debet à secundo, qui causam siue arbitramentum reuidere debet,

Quæ conclusio eo fortius procedere videtur dū Arbiter, qui loco primi defuncti elligendus venit; Eiusdem qualitatis, & conditionis etiā
13 esse debet, vt erat primus *Glo. in l. si eum §. iniuriarum verbo danda ff. si quis caut. Bar. in l. p. C. de mancip. & sol. patr. lib. 11. & in l. si in f. C. de præpos. agen. in rebus lib. 12, Euerar. in arg. leg. in loco d vi subrogationis num. 5. & 6. Menoch. consil. 1147, sub nu. 24. Gratian. in Add. ad decis. Marchiæ 157. num. 9. & lib. 4. discept. forens. cap. 800. num. 6.*, Et in subrogatione personæ est *Tex. in l. fin. C. de prox. sac. Scrin. lib. 12. Cephal. consil. 58. num. 30. lib. p. & Surd. consil. 434. num. 26.*

Quo stante fundamento superiori anno 1625,
14 respondi, quòd defuncto Senatore, in quem factum fuerat compromissum; Elligi debebat alter Senator in Compromissarium; Vt nouus Arbiter, siue Compromissarius esset eiusdem qualitatis, & conditionis, sicuti erat primus; Cum inconueniens videretur, vt causa introducta coram Senatore, deinde perficeretur, & cognosceretur per inferiorem Iudicem, faciunt tradita per *Franch. plena decis. 294; Ferer. par. p. obseru. Reg. Aud. Catalogn. cap. 25. tit. de euocatione per totum fol. mihi 56.*

Sicuti enim semel introducta causa coram Supremo Tribunali, ibi debet deffiniri, non ob-
15 stante quòd cesset priuilegium, siue causa ob quam fuerat auocata, vt latè probat *Franch. decis. 257, Mastril. decis. 127. num. 17, Thesaur. decis. 177. nu. 4. & post alios multos, Giurba ad statuta Messanæ cap. 10, glo. 5. nu. 12,* qui omnes loquuntur de Vidua, aut Pupillo, quorum causarum cognitio ex dispositione *l. p. C. quando Imperator inter Pupillum, & Vidu.* spectat ad Principē, vel Senatum, Et si enim introducta causa, pupillus efficiatur deinde maior, aut Vidua se nubat, & sic cesset priuilegium; Tamen causa ipsa terminanda est per Supremum Tribunal, coram quo fuit introducta; Ita pari ratione compromissa, & introducta causa coram Senatore, Eo defuncto coram alio Senatore perfici, & deffiniri debet *Ferer. cit. cap. 25. de euocatione.*

Præsertim cum facta electione per Viduam, siue alium priuilegiatum circa forum Supremi Tribunalis, quilibet alius inferior Iudex effi-
16 ciatur incompetens, vt exponit *Franch. cit. decis. 394. per totum*, Idcirco incompetentia ipsa durare dicitur, etiam defuncto primo Iudice ellecto, in cuius locum alius eiusdem qualitatis elligi debet iuribus supra deductis, Quid-
17 quid in contrarium affirmat *Bimius cit. consil. 287. sub num. p.* dum expressè tradit, quod etiā si Arbiter fuisset Senator, Nihilominus Reuisor debet esse I.C. de Collegio, Qui adhoc allegat *stat. 59. lib. p. & ibi Addition. nu. 125, & tamen neq; statutum, neq; Addition. hoc tradunt.*

Quæ conclusio non solum in Arbitro necessariè ellecto, vt in hoc Mediolani Dominio inter affines virtute dictarum Non. Constit., Sed etiam in alio voluntario ellecto procedit, quando ex forma statuti laudata per Arbitros
18 habent executionem paratam, *Felin. in cap. ex tenore num. 19. versic. secundo si, de rescriptis, Gabr. commun. opin. tit. de Iudicijs conclu p. num. 4, & 5.* Vt cauetur hic Mediolani in dicto *cap. 117. lib. p. Bimius cit. consil. 289. num. 2.*

Verum tamen est, quod facto compromisso in Rege, vel Principe non transit illud ad eius
19 Successorem, Etiamsi factum videretur habita ratione dignitatis, vt solutis in contrarium facientibus, latissimè probat *Ias. in l. qui liberis §. hac verba nu. 10. ff. de vul. & pupil., & ibi Alex. num. 7, & examinat Bal. in cap. vno delegatorum num. 3, & 4. de offitio deleg. quos sequitur Igneus in repet. l. necessar. §. non alias num. 402. cum seq. ff. ad Senatusconf. Syllan.*, Quamuis eo casu succederet conclusio iam firmata, vt rursus compromitti deberet causa, alij Regi, vel Principi eiusdem qualitatis, & conditionis, vt erat primus.

Quod compromissum (omissa qualitate Regum, vel Principum) fieri etiam debet in eodem lo-
20 co in quo factum fuerat primum compromissum per regulam, *l. Vbi captum ff. de inditijs, Franch. decis. 544. num. 4, Surd. consil. 57. nu. 14. cum seq. & consil. 332. num. 11. & 12. in fine*; Cum dispositio *d. l. vbi captum*, procedat etiam in
21 arbitrijs; Tum quia ad instar iudiciorum sunt *l. p. ff. de receptis Arbitris*, Tum quia titulus ipse de receptis arbitris positus legitur post titulum cōcernentē præparatoria iudiciorum, vt explicat ibidem *Glo. magna*; Tum quia si confessio, & acta facta coram Arbitro valent in
22 alio iuditio ordinatio, vt probat *Rebuff. ad Const. Regni tit. de Arbitris art. p. glo. 8. nu. 24. Afflic. decis. 148. num. 3*; Consequens est vt iuditium eque dicatur id quod agitatur coram Arbitris, Tum deniq; quia ita proponendæ sunt
23 actiones coram Arbitris, sicut coram Iudicibus *§. omnium Instit. de actionib.*, hanc conclusionem expressè comprobat *Gabriel* [illegible] *tijs conclus. p. num. 4. & 5, post Felynum* [illegible] *tenore sub num. 19. vers. secus si, de* [illegible]

Coram quo tamen arbitratore [illegible] a
24 reconuentioni tradit *Bar. in* [illegible] *C. de senten. & interlocut.* [illegible] *17.*

25 *lib.* 2., Quia propriè non videri esse iuditium coram Arbitratore scribit *Capra in tr. regul. membro* 5. *num.* 130. *fol. mihi* 216. *à tergo*.

Reuisio autem coram quo peti debere discutiendum est; Et iure communi inspecto pro reuisione obtinenda ab arbitramento, adeundus est Iudex ordinarius, qui causæ Iudex fuisset, nisi compromissum factum esset, vt de

26 communissima Doctorum conclusione testatur, *Pract. Papien. in forma libelli quo agitur ad pœnam versic. nec reductio num.* 5. *Alex. consil.* 131. *num. p. & ibi Additionator lib.* 2. *Maranta in eius speculo par.* 6. *princip. in vlt. parte iudicij actu* 2. *nu.* 114. *Rebuff. tr. de arbitr. art. p. glo.* 10. *num.* 5, *&* 6. *Roland. consil.* 76. *num.* 33, *&* 34. *lib. p.* & ita iudicatum fuisse testatur *Mysinger. singul. obseru.* 61. *cent.* 2. *quos sequitur Carpan. ad statut.* 116. *nu.* 103. *lib. p.*

In hoc verò Mediolani Dominio ex dispositione

27 *Nou. Constit. d. tit. de arb.* Reuisio conceditur à Principe, vel Senatu, vbi aliter non sit prouisum per statuta municipalia, Prout hic Mediolani prouisum fuit per *statut.* 117. *lib. p.* vt ad obtinendam reuisionem, & illius commissionem recurri debeat, ad Iudicem Ordinarium arbitratoris, Et sic ad Iudicē de Collegio, *Bar. in l.* 2. *ff. vbi, & apud quem, & l. si Societatem §. arbitrorum ff. pro socio, Romanus consil.* 265. *Afflict. decis.* 51, *Maranta d. parte* 6. *princip. actu* 2. *num.* 126, *de appellatione fol.* 497., *hos sequitur Bimius consil.* 289. *num.* 2, *&* 3.

Neq; omittendum est, quod licet non leuis sit cōtrouersia, an causa redditus aureorum mille possit compromitti in hoc Dominio Mediolani, stante disposit. *Nou. Constit. tit. de Senatoribus §. cognosceetq; Senatus verbo similiq; modo*, Quibus cauetur, vt Senatus cognoscat de omnibus causis arduis, & magnis, vbi res de qua agitur, sit redditus annui aureorum mille, Et

28 affirmatiuam partem tenuerit, *Bimius cit. cons.* 289. *num.* 4. *cum seq. plur. vsq; ad num.* 12, Vbi

29 etiam tradit non posse fieri coaceruationem diuersarum actionum, vt redditus aureorum mille constituatur per *Albam consil.* 427. *nu.* 6.

Communior tamen est contraria sententia, vt sit iurisdictio hæc cognoscendi causas, in quibus agitur de redditu aureorū mille, spec-

30 tet ad Senatum priuatiuè quoad alios inferiores Iudices, vt expresse in his terminis probat *Rimin. Iun. consil.* 655. *num.* 37. *in fin. & nu.* 43. *cum seq. & num.* 49. Vbi ita obseruari per Senatum testatur; Quam conclusionem eo fortius procedere tradit *num.* 51. *in fine*, dum Nouæ Constit. excipiūt aliquos casus inter quos non fit mentio de arbitris, Vnde intrat regula,

31 *l.* 3. *ff. de reg. iur.* quod exceptio firmat regulā, licet sub ea generalitate, & Iurisdictione contineri etiam casum arbitri concludit ibidem *Rimin.*

Maxime verò quia, ob Excellentiam ipsius Senatus, id statutum fuisse patet, quia maiori-

32 bus Magistratibus tales causæ de iure competunt, *l. in offerendis C. de appell. & l. fin. C. de de-*

33 *fens. Ciuit.* Quo casu tunc soli Senatui competit cognitio priuatiuè quo ad alios inferiores Iudices, *l. p. in fine C. ne liceat potent. & l. placet C. de ped. Iudic.*, *Bal. consil.* 385. *col.* 2. *lib.* 4. *& Dec. consil.* 3. *sub num.* 3. *Decian. responso* 118. *num.* 22. *lib.* 3. *quos sequitur Rimin. Iun. loco relato num.* 54. Prout hoc idem probat *Alciatus responso* 52.

34 *sub num.* 14. *lib.* 6. Et ita præsertim censuit Senatus die 19. Februarij 1599. in causa Comitis S. Secundi.

Ad quam summam constituendam (vt exinde consideretur redditus annuus aureorum mille) computantur etiam fructus, siue interesse

35 rei controuersæ, cursu multorum annorum coaceruati, Exempli gratia, Si quis creditor esset summæ aureorum decemmille, & per viginti annos retardata fuisset solutio capitalis, cum interusurijs promissis in rationem quinque pro centenario, quæ cursu dicti temporis aliam summam aureorum decemmille constituerent, Tunc causa diceretur Senatoria cum ex summa aureorum vigintimille desumatur redditus annuus aureorum mille, vt diximus supra in *cap* 89. *num.* 13. *cum seq.* Et ita

36 pluries censuit Senatus Excellentiss. præsertim dicto anno 1599. inter Illustriss. Card. Sfortiam, & d. Com. S. Secundi, ac deinde in causa Caroli Alexij Curtij, contra Carolum Antonium Curtium, mox in causa Com. Si-

37 moneræ die 10. Iunij 1617, ac deinde referente Amplissimo Senatore Hieronymo Parauicino die 15. Iulij 1620, fauore Com. Mayni cōtra Marchionem Antonium Mariam Pallauicinum reum conuentum pro restanti dote aureorum sexmille cum interusurijs annorum circiter sexaginta; Interusuria enim siue fructus, dicuntur accessorij ad sortem, & cū causa

38 principali connexi; Idcirco sicuti vnico contextu de his cum causa principali cognosci debet per eundem Iudicem, *l. nulli C. de Iudicijs*, *Alcia. cit. consil.* 52. *nu.* 10. *lib.* 6., Ita per eos aucta dicitur summa petitionis, vt constituat causam Senatoriam.

39 Quia hoc casu attenditur petitio Actoris circa summam non debitam, *Bar. in l. cum quædam §. quoties, & ibi Sapia num. p. &* 2. *ff. de Iurisd. omn. Iud.*, Quāuis sola petitio non sufficeret, si ea non esset fundata super publica scriptu-

40 ra, vel super alia probatione incontinenti facta; Quia tunc auocatio causę non subsisteret, Vt nouissimè censuit Senatus Excellentiss. me

41 patrocinante pro Lazaro, & fratribus Vitalibus Hebræis, contra Salomonē eorum fratrē, qui sub falso prætextu, quod paterna hæreditas delata ad fratres, ascenderet ad valorem aureorum quadraginta mille, Ex qua quintā partem ad se pertinere prętendebat, subripuerat à Sen. Excellentiss. causæ auocationem

42 quam referente Amplissimo Senatore Hieronymo à Basilicapetri die 30. Martij currentis anni 1637. eit conscripsit Senatus, decernendo

partes iuribus suis vti debere, In qua causa, cum multi alij iuris articuli discutiantur opportunum duxi scripta etiam in ea causa subijcere.

## PRO
## Fratribus de Vitalibus Hebræis
## CONTRA
## Salomonem eorum fratrem.

*ADSIT VIRTVS SPIRITVS SANCTI.*

ANselmus Vitalis de Sacerdotibus Hebręus plures habens filios masculos, & quamplures feminas anno 1619. emancipauit Salomonem primum eius filium, ac ad ratam propriæ substantiæ, & habita ratione numerosæ sobolis mobilia, & suppellectilia, & merces eidem tradidit valoris aureor. 400. monetæ Alexādriæ, ex quarum negotiationibus exerceri solitis per Hebræos alimenta consequi, posset; qui Salomon cum exinde post aliquot annos videret augeri substātiam Patris, propriam verò in qua ipse fortassis malè versabatur, non multum augumentum facere, litibus Patrem vexare cœpit, cum quo opera cōmunium amicorum ad conuentiones iuratas semel, atq; iterum deuenit in quibus alios aureos mille dictæ monetæ post eius mortem tradere promisit Pater, sed cum iterum eundē litibus vexasset Salomon indefessus filius; pro executione litterarum M. V. Iterum etiā ad amicabilem compositionem eos reduxit Prætor Alexandriæ, in quibus confirmatis prioribus conuentionibus aureos mille ducētum in totum eiusdem monetę persoluere promisit Pater ipsi Salomoni, pro omni, & toto eo quod prætendere posset Salomon in paternis, & maternis bonis, super quibus nouissimis conuentionibus publicum celebratum fuit instrumentum cum decreto Prætoris anno sl. 1633.

Interea verò anno 1626. Anselmus emancipauit etiam Lazarum secundum filium, & Vitalem tertium, mox anno 1630. Samuelem quartum, & Abraham quintum filios, quibus tantundē summam in suppellectilibus, & mercibus consistentem consignauit, prout quinque filias matrimonio etiam collocauit singulis numeraris dotibus in summa in totum aureorum bismille quatuorcentum eiusdem monetæ, vt ex publicis documentis superinde confectis per Not. Alexandrinos pater.

Anno 1632. die 9. Iunij senex factus Anselmus, qui idcirco negotiationibus ingiter incumbere vlterius non poterat, locationes domus, & apothecarum, quas in Ciuitate Alexandrię conduxerat à Iulio Cæsare Rogna constituta pensione ducatorum 60. cessit ipsis Lazaro, Vitali, & Samueli, reseruata sibi alis domuncula ibi contigua cum accessu ad eam per domum cessam, vt ex instrumento superinde celebrato per Io. Baptistam Perbonū Not. Alexandriæ, qui fratres constitutam pensionem Locatori debitis temporibus persoluerunt. In quibus apothecis, & domibus eorum trafficum, & mercimonium exercuerunt abinde citra, & etiam de præsenti exercent ipsi fratres. Quippe idem Lazarus ex proprijs pecunijs libras bismille in mercimonio trafficādas, tradidit eidem Salomoni dicto anno 1633. & sic patre adhuc viuente, qui Salomon idcirco optimè edoctus erat Lazarum, & fratres notabilem substantiam propriam possidere, viuente patre.

Deindè verò Anselmus habitationem suam cum vxore transtulit ad Ciuitatem Laudæ, in qua post aliquod tempus condito testamento mēse Augusti anni 1633. vltimum clausit diem. Institutis hæredibus vniuersalibus dictis Lazaro, Samueli, Abraham, & Vitali, & facto legato Salomoni memoratorum aureorū 1200. dictæ monetæ eidem in reiteratis conuentionibus promissis, cui etiam quintam partē crediti, quod aduersus Potentissimum Regem Nostrum habebat legauit, deductis tamen prius expensis fiendis pro illius exactione.

Defuncto autem Anselmo, sagax Salomon summam sibi in conuentionibus per Patrem promissam, & in testamento legatam non tardè exegit ab alijs fratribus hæredibus vniuersalibus pro omni, & toto eo quod prætendere posset in paterna, & materna hæreditate, vt ex publico instrumento rogato per Io. Stephanum Lamugium Not. Alexandriæ, & sic priores contractus hoc solemni actu confirmauit, sed de his non contentus Salomon non ignarus substantiam fratrum valdè auctam, qui diligentissimè eorum mercimonio à multo tempore citrà incumbebant, nouum excogitauit stratagema, vt de eorum propria substantia participare valeret.

Propterea superiori mense Ianuarij porrectis precibus Senatui Excellentis. sub filiorum, & vxoris nomine in eis narrauit decisse Anselmum Patrem (non expresso tamen tempore, ac si de recenti id sequutum fuisset) & hæreditatem valoris aureorum 40. mille reliquisse, quam alij fratres integrè occupabant, sub prætextu initarum conuentionum inter ipsū Salomonem, & Patrem, quamuis hæreditas diuidēda esset æqualiter inter filios defuncti, cuius causæ cognitionem ad Senatum Excellentis. spectare expressit, à quo Amplissimo Ordine datæ fuerunt litteræ de forma causæ anocatoriæ, vt interim citarentur alij fratres hæredes ad dandum suspectum pro committenda causa.

His subreptis, plenè cognoscens Salomon per citationem aliorum fratrum compilatum stratagema fore dissolutum, nonum aliud excogitauit figmentum, & nouis porrectis precibus

cibus M. V. die 10. Februarij narrauit, quod
dum citati fuerant dicti fratres, vt suspectum
darent, merces, & suppellectilia, ac iocalia
dilapidabant, vt ipsum deluderent (quamuis
falsissimum hoc esset, cum nondũ citati fuis-
sent dicti fratres, nec notitiam aliquam habe-
rent gestorum à Salomone;) & idcircò petijt
mandari Referendario Alexandriæ, vt omnia
describi, & reponi curaret, prout ita fieri mã-
dauit Sen. Excellentiss. veristamen existenti-
bus narratis, & vbi nil iuridicum obstaret.

Et quia optimè sciebat Salomon minus vera esse
narrata in precibus, & quod citatis ipsis fra-
tribus detecta fuisset falsa narratio, & obstare
petitioni multa iuridica fundamenta ità egit,
vt Referendarius eodem Instanti, & momen-
to quo citati fuerunt ipsi fratres ad dandum
suspectum eodem etiam tempore describe-
ret, & reponeret omnia mobilia, & merces
proprias ipsorum fratrum non hæreditarias
Anselmi, qui tempore obitus habitabat in Ci-
uitate Laudæ, quod an iuri consentaneum sit
res de se loquitur.

Prout somnium est agi hic de causa Senatoria
cognitione digna, eo sub prætextu, quod hæ-
reditas Anselmi sit valoris aureorum 40. mil-
le cum ea tenuissima sit; iunctisq; omnibus
substantijs proprijs ipsorum fratrum seorsum
à patre iamdiù viuentium, vti ab eo emanci-
patorum, vnà cum dotibus vxorum eorundẽ,
ac conceruato etiam valore paternæ hæredi-
tatis, & pecuniarum Salomoni iam solutarũ;
certè neque ad aureos decemmille ascendere
posset huiusmodi omnium valor, cum merci-
monium in suppellectilibus, vt plurimum vsu
ferè consumptis, & exiguis mercibus, & mo-
bilibus tenuissimi valoris, ac nonnullis credi-
tis consistat, vt notorium est.

His sic stantibus frustra contendit Salomon, siue
eius nomine vxor, & filij illum se læsum fuisse
in renunciatione facta patri, & deinde fratri-
bus, dum memoratos aureos 1200. pro exe-
cutione legati, & conuentionum recepit, atq;
illam inualidam esse, cum sapiat donationẽ,
pro qua solemnitates à Nou. Const. requisi-
tas, adhibitas minimè fuisse constat.

Quandoquidem vnico verbo tolluntur omnia
in contrarium deducta, dum Salomon mini-
mè docuit, neque docere potest paternam he-
reditatem fuisse tanti valoris, vt læsio exinde
per renunciationem resultaret, quæ sanè, &
enormissima esse deberet, & fortassis talis
probata non releuaret, stante eiusdem renun-
ciationis reiteratione pluries facta, quia ex
geminatione renunciationis, & geminatis
actis enixa magis mens contrahentium dete-
43 gitur, *Rol consil. 28. num. 42. cum plur. seq. lib. 4.
Galuanus consil. 1. num. 13. cum seq. Alex Trencar.
lib. 3. var. resolut. tit. de empt. & vendit. resol. 3. nu.
14. vers. quanam opinio, & Bardel. consil. 62. num. 1.
& 2.* Præsertim quia vltima conuentio cum
renunciatione facta fuit, cum decreto Iudi-
44 cis, quod omnem suspicionem, & reuerentia-
lem metum etiam cessare facit, *Io. Gater. in re-
pet. Auth. Sacram. puberum num. 98. cum pluribus
seq. C. si aduers. vend. ad rem, Odd. de restit. in integr.
quæst. 19. num. 63. Menoch. consil. 22. num. 19.*

Et quas renunciationes optimè conualidasse, &
ratificasse citrà suspicionem metus reueren-
tialis Salomonem apparet; dum post Patris
obitum pecunias pro earum executione re-
cepit nulla facta protestatione, vel reseruatio-
45 ne eius iurium, vt probat *Castrens. in l. si cum do-
tem §. si pater enim. ff. solut. matrim. quem sequitur
Menoch. consil. 206. num. 105. & num. 127. cum seq.*

Quemadmodum eo minus facultas hæc impu-
gnandi conuentiones, & renunciationes, cõ-
petit filijs, & vxori Salomonis quibus nullam
actionem dari aduersus bona Aui paterni vi-
46 uente Salomone patre certissimi iuris est,
*Text. in l. si quis posthumus §. si filium ff. de liber. &
posth. & in l. si quis filio exheredato ff. de iniusto rup-
to, & irrito facto testam. facit Tex. in l. p. in fin. C. de
annali except. Bar. in l. pr. num. 9. C. de bonis mater.
& in l. si constante nu. 63. ff. sol. matr. Bell. consil. 24.
num. 5. Menoch. consil. 153. num. 22. & consil. 206.
47 num. 25.* Eo tamen solo casu viuente Patre
possunt filij cum eius consensu agere, quando
Pater bona propria filiorum alienauit, vt ma-
terna bona, non autem si bona propria ven-
dit, aut renunciauit Pater, vt post *Couarru. lib.
p. var. resol. cap. 8. num. 6. probat Honded. consil. 19.
num. 17. lib. 2.* Vel si pater repudiasset hæredi-
48 tatem paternam, Quia eo casu possent nepo-
tes agere etiam inuito patre aduersus auitã
hæreditatem ratione inofficiosi testamenti,
*Bar. in l. pater filium ff. de inoff. testam. Menoch. cõs.
211. num. 124.*

Neq; negotium facescit, quod cum dicti fratres
mobilia notabilis valoris possideant, præsu-
mitur omnia à Patre prouenisse, vt supponi-
tur per Salomonem, secundum traditionem
49 *Magonij in decis. Flor. 26. num. 9. & Cornaz. decis.
Lucens. 112. num. 4. ac Bimij consil. 282. num. 41.* cũ
50 quicquid acquisitum fuit præsumatur acqui-
situm ex bonis Patris, *Peregr. consil. 71. num. 12.
cum seq. lib. 2.*

Quia procederet hoc si dicti fratres sub patris
potestate vixissent, Verum cum iamdiù à pa-
tre emancipati seorsum ab eo vixerint, & ne-
gotiationibus proprijs incubuerint, & sibi
acquisiuerint contrarium est affirmandum,
51 Cum à patria potestate liberi sint *§. præterea
Inst. quibus modis ius patr. potest. sol.* Emancipa-
tio enim tollit potestatem in tantum, vt licet
filij eius, qui læsæ Maiestatis crimen commi-
52 sit teneantur pæna, *l. quisquis. § si ij verò C. ad l.
Iul. Maiest.* Tamen non habet locum in filio
emancipato, vt post *Rebuff. & Petrum Greg. lib.
35. syntag. iuris cap. p. num. 23. in fine par. 2.* pro-
baui ego *in Tr. de Aequit. cap. 12. num. 10.*

Prout eo casu etiam non procederet assumptũ,
quando post longam diuturnitatem temporis
à die mortis patris ageretur de huiusmodi
mobilibus,

mobilibus, vt in hoc casu; præsetrim cum do-
mus inhabitatæ ab his fratribus non essent
propriæ Anselmi Patris defuncti, sed eas cō-
duxerunt dicti fratres à Ciue Alexandrino,
mediante cessione sibi iamdiù à Patre facta,
vt cantant publica documenta, & sic cessat
53 dispositio, *l. viam veritatis C. locati*, *de qua Alc.
præsumpt. 26. num. 9. reg. 3. Et tradidit Anchar.
init. quæst. fam. 7. nu. 2. lib. p. quem sequitur Surd.
de alim. tit. p. quæst. 123. num. 4.*

Id quod clarius etiam ellicitur, dum Anselmus
obijt in Ciuitate Laudæ, in qua tempore obi-
tus habitabat cum vxore, vt dictum fuit, & no-
torium est, & constat etiam ex testamento per
eum condito, ac fatetur Salomon in memora-
to instrumento receptionis aureor. 1200.

Non pariter resistit supposita promissio facta
per Anselmum in capitulis matrimonialibus
Salomonis, in quibus supponitur promisisse
illi relinquere portionem hæreditariam cum
cæteris fratribus; Namq; præter quod cum
capitula matrimonialia concepta sint He-
braicè à paucis Christianis intellecta, non
creditur illa continere huiusmodi qualitatē,
quæ idcircò interpretari quis non potuit non
citatis dictis fratribus. Aduertendum etiam
est, quod quatenus ita loquerentur capitula,
verba illa, *Oltre la sua parte con gli altri fratelli
nell'heredità de' beni paterni, e materni*. Intelli-
54 genda sunt respectu legitimæ iure naturæ sibi
debitæ iuxta *Tex. in auth. nouiss. C. de inoff. testam.
l. vnica ff. de bo. damnatorum*, *Menoch. consil. 115.
num. 48. & consil. 168. nu. 4.* quam consequutum
fuisse Salomonem per receptionem memora-
torum aureorum 1600. satis superq; patet.

Quem Salomonem idcircò in dolò manifesto
fuisse, non hos fratres constat, dum ille sub
falsò prætextu, quod decreta citatione dictis
fratribus, vt suspectum nominarent ex Am-
pliss. DD. Senatoribus, statim mobilia, pecu-
nias, iocalia, & suppellectilia hæreditaria di-
lapidare cæperunt, subripuit rescriptum Re-
ferendario Alexandriæ mandans, vt constito
de prædictis, & vbi aliud iuridicum non ob-
staret res ipsas describeret, & reponeret; Et
tamen eodem die, & Instanti, quo citatio ip-
sa transmissa fuit dictis fratribus, minusq; ve-
rificatis expressis in precibus, Referendarius
de facto ad descriptionem ipsam deuenit; cui
idcircò sicuti de facto resistere impunè potuis-
55 sent dicti fratres, secundum disposita in *cap.
ex insinuatione de procur. Bart. in l. iustè possidet. ff.
de acquir. poss. ff. latè Gratian. lib. 4. discept. forens.
cap. 734.* vbi habetur spolium etiam committi
per iudicem procedentem iuris ordine non
seruato, maximè ad instantiam partis, vt in
56 hoc casu, & in primis restituendum esse spo-
liatum, tradit ibi Sum. Pontifex, ad rem *Me-
noch. remed. 8. recup. possess. num. 19. Surd. cons. 268.
num. 26. Rol. consil. 6. num. 12. cum seq. lib. 2.*

Ità multò magis opera Egregij Prætoris Alexā-
driæ, & sic Iustitia mediante, impedire po-
tuerunt huiusmodi actum nulliter, & iniquè
cæptum, *arg. Auth. multò magis C. de Sacros. Eccl.*

Et sic cessat id in quo valdè se fundat Salomon
57 fratres prædictos turbationem iurisdictio-
nis commisisse, de quo *Farin. tit. de crim. læsæ
Maiestatis qu. 114. num. 44.* quia id potius in ip-
so Salomone, & Referendario considerandum
esset nullam habente ordinariā, neq; delega-
tam iurisdictionem, & sic de facto tantū pro-
58 cedente, nec verificatis contentis in preci-
bus, vt disponebat rescriptum, & probat *Ol-
drad. trac. de rescriptis in prælud. 7. tit. de litt. diuers.
sub num. 34.*

Quo stante ad rem non confert traditio *Plati in
l. si quando num. 563.* dum scribit, quod quando
59 ad mandatum Iudicis non restituitur res tūc
comperit iuramentum in litem Iudicis arbi-
trio; Quaodoquidem intelligendum hoc esset
si Iudex ordine seruato, non de facto, & nul-
liter mandatum concessisset, & sic in hoc casu
credendum non est arbitrium cuiuscunq; Iu-
dicis posse inclinare, vt detur iuramentum in
litem contra hos fratres, qui iustitia median-
te impedire tentarunt descriptionem, & re-
positionem proprij mercimonij non hæredi-
tarij de facto tentatam per Referendarium
eis non citatis, nec auditis, minusq; verifica-
tis contentis in precibus Salomonis in pro-
pria eorum domo post obitum Anselmi Pa-
tris iam quadriennio agente, & sub falso præ-
textu, quod ipsi dilapidarent, & subtraherent
propria bona, quod erat falsissimū, quæ omis-
60 siones nonnisi dolo factæ videntur per Salo-
monem, *Rol. consil. 100. num. 14. lib. 4. Gallia cons.
3. num. 72.*

Et quatenus deducta non sufficerent ad exclu-
sionem petitionis Salomonis, siue eius filiorū,
& vxoris, & petitæ auocationis causæ ad Ex-
cellentiss. Senatum, vt sufficientissimam eam
esse, palam est; Adhuc multa alia deduci pos-
sent cum ipsemet Salomon, & Vxor in scrip-
tis etiam falsi sint machinationes graues, &
iniurias atroces factas contra Anselmum pa-
trem, quem etiam percutere non dubitauit
Salomon, vt notorium est, & inuiti probare
cogerentur dicti fratres pro deffensione eo-
rum iurium.

Ex his igitur sperant fratres prædicti, vt obau-
dito Salomone cum filijs, & vxore, saltem cau-
sa remittatur ad ordinarium Iudicem, qui vi-
gore priuilegiorum ipsis Hebræis concessorū
à S.R.M. & confirmatorum per Sen. Excellen-
tiss. esse debent Arbitri Hebræi inter partes
eligendi, vt inter sanguine coniunctos fieri
prouisum fuit per *Nou. Const. tit. de Arbitris*, co-
ram quibus iuxta expressam conuentionem
iuratam in primis restituere tenebitur Salo-
mon quidquid exegit à Patre, & eius hæredi-
bus antequam audiatur ipse cum filijs. Et ita
&c. Saluo tamen &c. Mediolani die 24. Mar-
tij 1637.

*Iulius Cæsar Caluinus.*

Quemad-

Quemadmodum in his attendi debet valor rei
tempore petitionis, non autem si rei postea in
61 pretio, vel decreuit, vel augumentum fecit,
vt scribit *Ias. in l. si idem cum eodem num. 6. ff. de
Iurid. omn. Iud. & ibi Rebuff. sub num. 4. versic. sed
si vni, ac Purpur. num. 5, & 6.* Dum inquit, quod
si pendente iuditio valor rei augumentum
facit, In tantum, vt æquet capitale aureorum
vigintimille; nihilominus procedit ad vlte-
riora Iudex ordinarius, nec auocatur causa
ad Superiorem, sub eo prætextu, quod per au-
62 gumentum summæ, & Senatoria effectu di-
catur per *l. Ampliorem C. de appell, Rebuff. loco ci-
tato sub num. 4. versic. 2. vitiatur.*
A qua principali summa excluduntur etiam ex-
pensæ, quæ minime coniunguntur cum prin-
cipali ad excludendam Iurisdictionem infe-
rioris Iudicis, vt causa ipsa auocetur à Supe-
63 riore, vt per *d. l. ampliorem C. de appell. probat
Rebuff. in d. l. si idem cum eodem sub num. 3. versic.
Impensæ ff. de Iurisdic. omn. Iudic.*
Et pari ratione à contrario sensu; Non euitatur
cognitio ad Superiorem spectans per petitio-
nem partis tantum summæ actori debitæ, vbi
64 reus reclamaret; Quia non potest fieri diuisio
summæ debitæ ad hoc vt cognoscatur per in-
feriorem Iudicem, vt subijcit *Rebuff. d. n. 4. vers.
Item sicut*; Ne reus in diuersis Tribunalibus
vexetur pro eodem iure, licet pro diuersa sū-
65 ma; Cum tunc cognitio auocetur ad Iudicē
superiorem, *l. quidam ff. de rebus creditis, Rebuff.
loco cit. sub num. 4. versic. septimo si, Sapia in repet.
l. eū quadā §. quoties nu. 2. ff. eod. de Iurisd. omn. Iud.*
Secus verò si reus non reclamaret, & Iurisdic-
66 tionem non declinarent, *Aret. consil. 201, &
habetur in d. l. quadam ff. de reb. cred. Altia. cit. cons.
52. num. 14. & 15. lib. 6.* Senatores verò huius
Mediolani Senatus sola veritate inspecta re-
iectis cauillationibus iudicare debere probat
67 *Dec. consil. 200, & Bimius consil. 98. num. 92*; Cum
68 ij Iudices AEQVITATIS, non nullitatis sint
testè *Neniz. in eius silua nupt. lib. 5. num. 62. in fin.
Gallia consil. 27. num. 54; qui num. 52.* tradit, quod
Iudex posito, quod videat sententiam nul-
lam, non tamen abstinere debet à condemnā-
do, vel absoluendo reum si ita Iustitia patitur
69 post *Pract. Papien. in forma appellationis à senten-
tia diffinitiua verbo fuisse*, Vbi inuehit contra
70 cauillosos Aduocatos, & Causidicos, qui de
nullitate sententiarum glorianatur, Prout eæ-
dem Const. in fine statuunt, quod in crimini-
bus Senatus faciat ea, quæ pro Iustitia, & AE-
QVITATE ei videbuntur opportuna.

*SVMMARIA.*

*Arma sumenda non sunt de domo rei num. 1, etiam si
agatur de actu fauorabili, & priuilegiato num. 2.
Etiam si aliunde probationes habere non potest Ac-
tor num. 3. Contrarium verius num. 11. 12, & 15.
Fiscus reus conuentus non tenetur edere Actori num. 4.
Obseruantia Tribunaliū huius Dominij, ne detur exem-
pla iurium, aut Priuilegiorum existentium penes
Fiscum, nisi protestatur nolle vti contra Fiscum n. 5.
Fisci fauore cogitur reus edere instrumenta num. 6. de-
claratur num. 12. & 13.
Ex causa receditur à regulis num. 7.
Ecclesiæ fauore cogitur reus edere instrumenta num. 8,
& 9. & ad omnes causas Pias num. 10. Declaratur
num. 12. & 13.
Patiamus inuehit in Iudicem indoctum num. 14.
Reus tenetur edere Actori in pluribus casibus num. 15.
cum plur. sequentibus num. 15.
Reus tenetur edere Actori in causa matrimoniali n. 21.
Reus edere tenetur Actori quando agitur de confinibus
territorij, vel Prædij communis num. 23.
Assessores Fini offitio tenentur exhibere domesticas
personas num. 24.
Generalis dispositio non comprehendit id quod iusta
causa suadet num. 27.*

## In quibus casibus reus conuentus teneatur edere Instrumenta Actori ad fundandam eiusdem intentionem. Cap. CIL.

Rma non esse sumenda de do-
1 mo rei habetur in *l. nimis graue
C. de testibus, l. accusare in fine C. de
edendo, & in cap. p. de probationib.*,
Cum hoc AEQVVM non esse
statuerit ibidem Summus Pon-
tifex, Et tradit *Dec. in l. p. & ibi Scribentes om-
nes C. eodem de edendo, Menoch. consil. 516. num. 16*,
vbi scribit hoc etiam procedere, vbi agatur
2 de actu fauorabili, & Priuilegiato, vt puta de-
posito, *ex Decio loco cit. in 7. notabil.*
Quam sententiam procedere affirmat *Abb. in d.
cap. p. num. 21. versic. ego multum dubito, & ibi
Aretin. num. 49. de probationibus*, Etiamsi Actor
3 ipse aliunde habere non posset probationes,
quibus suam probaret intentionem *Dec. in all.
l. p. num. 11, & ibi Ripa num. 8, & Bologn. num. 46.
C. de edendo, qui num. 12.* scribit de AEQVITA-
TE non posse cogi reum ad edendum instru-
menta Actori eum possit ea tenere, & ad eius
libitum comburere, cum ea ad propriam in-
structionem tantum retinere dicatur, quod
idcirco in eius odium retorqueri non potest.
Et in spetie quod Fiscus reus conuentus non
4 teneatur edere Actori est *Tex. in l. Iustum cum
seq. C. de edendo, Peregr. de iure Fisci lib. 7. tit. 3. nu.
27*, Qui Fiscus idcirco neq; tertio edere tene-
tur, si deinde ille vellet agere contra ipsum
Fiscum; Idcirco consueuerunt Regij Ministri
in hoc Dominio, quando quis instar exemplū
alicuius actus penes Fiscum existentis, edi
facere talia exempla, cum protestatione ta-
5 men recipientis ne ijs aduersus Fiscū vti quis
possit, Id quod expressè cauetur in *l. in fraudem
§. neq; instrumēta versic. ipse autem ff. de iure Fisci,
Menoch. all. consil. 516. in fine.*

De

De AEQVITATE tamen fauore Fisci edantur
instrumenta per reum conuenrum vbi aliun-
de, ea habere nequeat Fiscus, Eo quia origi-
nalia deperdita sunt, aut sine magna difficul-
6 tate haberi nequeunt, Quia suadet AEQVI-
TAS, vt reus, qui dicta instrumenta habet, te-
neatur ea edere ad probandam intentionem
Fisci, vt ius commune, quo prohibetur arma
summi de domo rei minus lædatur quam fieri
possit, ita probat *Abb. in d. cap. p. sub nu. 19. vers.
& credo, quod etiam possit col. 4. de probat. & ibi
Dec. num. 63. versic. tertio declaratur, Alex. in l. fin.
num. 19. versic. tertiodecimo fallit C. de edendo, Quos*
7 *sequitur Pacianus consil.* 155. *num.* 39. Cum ex
causa recedatur à regulis iuris, *Hieron. Butti-
gella in repet. d. l. p. num. 17. C. de edendo.*

Et hanc conclusionem etiam præcedere fauore
8 Ecclesiæ post *Socin. in reg. 149. verbo edere Actori
versic. sexto fallit in Ecclesia in fine de reg. iur. tradit
Pacian. loco relato num.* 40, Cum Fiscus, & Eccle-
sia in hoc æquiparentur, vt possint summere
probationes de domo rei, & cogere aduersa-
rios ad sibi faciendum exemplum de Instru-
mentis, ad ipsos pertinentibus, vt subijcit *De-
cius in d. cap. p. num. 68. versic. ex quibus probabi-
liter dici potest de probationibus*, Vbi notat quod
Priuilegia Fisco, & Ciuitati competentia,
9 debent etiam competere Ecclesiæ, Quod ibi-
dem etiam scribit *Felin. num. 19. versic. fallit* 4.
Vbi subiungit huiusmodi Priuilegium Fisci
extendi non solum ad Ecclesiã, sed etiam ad
10 omnes causas Pias, quales sunt dotes, alimẽ-
ta, libertates, legata pia, & Hospitalia, quorũ
causæ videntur æquiparatæ causis Fiscalibus,
quod etiam tradit ibidem *Abb. num. 19. versic.
& credo quod, Ias. in l. p. num. 7. versic. & quod dici-
tur in Fisco, & ibi Vicomercatus sub num. 38. C. de
edendo, Natta consil. 3. num. 9 lib. p., quos sequitur
Pacian. de probationibus cap. 36. nu. 47. versic. quod
quidem priuilegium cum num. seq. lib. p. & cit. consil.*
155. *num.* 38.

Licet verò nonnulli voluerint hoc priuilegium
competere etiam priuatæ personæ, quando
aliter haberi non potest huiusmodi probatio
11 inter quos hãc partem tenet *Felinus in eod. cap.
p. sub nu. 19. versic. quam conclusionem de probation.
de quo Pacian. in d. cap. 36. sub num. 65. versic. sed co-
gnita;* Attamen verior, & communior est Doc-
12 torum opinio, Vt priuato tantum competat
hoc Priuilegiũ; quãdo copia probationis om-
nino defficit; Fisco verò, & Ecclesiæ, quando
13 tantum cum difficultate haberi potest, Vt ex-
plicat *Pacianus in d. consil.* 155. *num.* 47. *cum duo-
bus sequentibus*, qui tradit Ferreti opinionem
(quamuis Felyni dicere voluisse putem) de
rigore iuris procedere hanc verò de AEQVI-
14 TATE, & ibi in fine inuehit contra quemdam
Iudicem, qui contrarium statuerat, quem stu-
pidi Ingenij, & obstinatæ ignorantiæ vocat,
dum pronunciauerat hæredem teneri trade-
te exemplum Inuestituræ cuidam Clerico.

Plures alij traduntur casus per *Glo. & Scribentes
in d. l. p. C. de edendo*, in quibus reus Actori edere
debet, Et primo si reus librum conficere tene-
15 batur, vt Tutor, vel Administrator, Quia tunc
tenetur illum edere ad fundandam intentio-
nem Actoris, *l. quaedam ff. de edendo, & l. p. §. offi-
tio ff. de tut. & rat. distr. & tradit Vicomerc. in re-
pet. d. l. p. sub nu. 38. versic. Vnum adijciam*; Idem
16 procedit si rationes pertinent ipsi Actori, vt
si sciptæ sint ex mandato actoris, licet exis-
tant pænes reum, *Glo. in d. l. p. & ibi Vicomerc. nu.
266. de edendo, & ibi Buttigella num.* 37, Secundo
quando semel fuissent editæ probationes, sed
17 casu fortuito perijssent; Quia tunc etiam reus
tenetur ipsas edere actori pro eiusdem acto-
ris fundamento, *l. si quis ex argentarijs §. prohibet
iuncta, l. seq. ff. de edendo*; Qui tamen actor pro-
18 bare prius teneretur casum fortuitum, *Glo. in
l. chyrographis ff. de administr. tut., & in l. credito-
res ff. de pignor. act., Vicomerc. cit. loco num.* 37,
19 Vel saltem per iuramentum, vt ibidem subiji-
cit *Buttigella nu.* 48, & 49. Tertio in causa vsu-
raria tenetur reus edere actori librum, siue
20 probationes *Clem. p. de vsuris, Bar. in d. l. p. & ibi
Vicomercatus num. 38, & Gozad. num. 13, & 14. ac
Buttigella num. 56. cum seq. ff. de edendo*, Vltimo
21 in causa matrimonij, in qua reus tenerut etiã
edere actori, vt probat *Io. Andr. in cap. p. de pro-
bationibus, & sequitur Vicomerc. loco cit. subn.* 38.
*versic. Quartum casum*; His addit etiam alium
casum, *Gozad. loco cit. num.* 16. concernens librũ
22 Mercatorum, quãdo illi adhibetur fides, Vbi
etiam *num. 13. cum seq.* proponit quæstionem,
an nautæ Caupones, & stabularij, & similes
ob eorum improbitatem cogantur edere ac-
23 tori, Et eam dubiam relinquit, Addo ego aliũ
casum, Quando agitur de limitatione territo-
rij, vel prædij sui, quod erat commune inter
eos.

Quia tunc tenetur reus edere exemplum instru-
menti actori, vt post *Specul. tradit Guido Papa
qu. 193. nu. 4. & Her. de Marte intr. de fin. regund.
c. 82. num. p. quos sequitur Mascard. de probat. concl.*
393. *num.* 16.

In criminalibus verò semper indistinctè cogitur
24 reus edere actori Fisco, *l. ne quisquam ff. de edē-
do, vt explicat Gozad. in repet. d. l. p. num. 12. C. de
edendo, Facit etiam l. si post depositum C. de assesso-
ribus*, Vbi assessores post depositam adminis-
trationem, tenentur exhibere domesticas
25 personas, vt de delicto possit apparere, Et cõ-
tra eos agi, Quippe contra eosdem Assessores,
Cuius conclusionis rationem esse publicum
fauorem, ne sit delicta impunita remaneant
tradit *Buteigel. in d. l. p num. 21. C. de edendo.*

Prout in alijs quibuscumq; casibus in quibus ex
honesta causa Iudicis arbitrio cognoscenda
26 id suaderetur, reũ cogendum esse edere actori
probat *Buttigell. in eodem l. p. num. 28. cum seq. C.
de edendo*; Cum per generalem dispositionem
nunquam censeatur exclusum id, quod iusta
27 causa suadet, *l. proponendum § illo C. de iudic. &
l. fin. ff. qui satisfd. cog.* Qui Iudex inuestigare
debet

28 debet an causa sit honesta, vel iusta, *Buttigella loco relato num. 20.*

### *S V M M A R I A.*

*Ius semel extinctum non reuiuiscit amplius num. 1. contrarium aliquando num. 4. cum seq.*

*Testamenti causa si semel cessauit amplius reuiuiscere nequit num. 2.*

*Exclusus semel semper exclusus dicitur num. 3.*

*Hareditatis aditione actiones hæredis cum hæreditarijs confunduntur, & extinguntur obligationes num. 5.*

*Hæreditas vbi ex post in fideicommissarium transferatur resoluitur confusio actionum num. 6. etiamsi inuentarium factum non fuisset num. 7. si præsertim hypothecam habebat hæred. creditor num. 8.*

*Creditum sine hypotheca, vel personali actione quod tantum naturaliter debetur fingitur solutum per aditionem hæreditatis num. 9.*

*Exclusio dupliciter consideratur, vel perpetua, vel temporalis, vt existentibus masculis fæminæ excludantur num. 10. Quia tunc eatenus durat exclusio, quatenus subest causa exclusionis num. 11.*

*Semel exclusus, quod de regula consistit procedit omnino in re extincta non in ea quæ tantum subsistente impedimento extincta dicitur num. 12.*

## Actio semel extincta, aliquando etiam reuiuiscit. Cap. C L.



VS semel extinctum amplius nõ
reuiuiscere tritum est, & habetur
1 in *l. eius, & l. si filius ff. de testam & & l. catera §. p. ff. de leg. p. ac l. seruus instit. C. de lega. Menoch. consil. 185. num. 29;* Cum enim causa testamenti semel
cessauerit, reuiuiscere amplius eam non posse
2 decidit *Tex. in l. qui res §. area ff. de solutionibus, & probat. Cephal. in repet. l. Centurio nu. 225. ff. de vul. & pupill. Hier. Verius in repet. l. ex facto num. 9. & num. 510. ff eodem tit. Gratian. lib. 3. discept. for. cap. 558. num. 38.*

Hinc dicitur, quod semel exclusus perpetuo sẽ-
3 per exclusus censetur *cap. p. §. quin etiam tit. Episcopis, vel Abb. Bar. in l. vlt. §. p. col. p. ff. ad Senat. Conf. Tertul. Paris. consil. 16. num. 15, & consil. 72. nu. 79 lib. 4. Socin. Iun. consil. 110. n. 5. lib. 2. Gratus consil. 6. nu. 20. lib. p. quos sequitur Menoch. cõsil. 220. nu. 11. & consil. 315. nu. 25. cum seq. ac latè nos egimus in cap. 101. num. 117.*

Nihilominus de AEQVITATE ius siue actio se-
4 mel extincta sæpè reuiuiscit *Tex. in l. 2. §. p. ff. de hared. vel actione vend. & concludit Bart. in l. debitori num. 2, & ibi Dec. num. 8. ac Curt. Iun. nu. 3. de pactis, quam sententiam comprobat Petr. Ant. Petra tr. de Fideicommiss. qu. 15. sub nu. 5,* In tantum, vt si creditor succedat debitori, & grauatus sit per fideicommissum restituere hæredita-
5 tem; Quamuis confusione actionum extinguatur obligatio *d. l. debitori & ibi scrib. C. de pactis. & l. debitum C. de hæred. action. ac l. imponenda C. ad l. falcid.;* Tamen cum deinde hæreditas
6 in alium debeat transferri, Illa confusio resoluitur, & poterit creditor suum creditum retinere, quia tunc actio extincta dicitur reui-
7 uiscere, *l. Irritum C. ad l. falcid.*, Etiamsi inuentarium non fecisset creditor, quod magis est, vt probat *Rol. consil. 65. num. 13. lib. 2.*

Præsertim quando hæres creditor habebat nedũ personalem, sed etiam hypothecariam actionem in bonis Testatoris; Quia tunc licet additione hæreditatis confundatur actio perso-
8 nalis; Actio nihilominus hypothecaria illæsa remanet per aditionem factam ab hærede fideicommisso grauato, *Tex. est in l. debitor ff. ad Trebell. Bart. & cæteri in d. l. debitori C. de pactis, Rol. cit. consil. 65. nu. 15. cum seq. lib. 2,* Ad differentiam debiti, quod solum naturaliter debetur; Quod tunc absolutè per aditionem hæredita-
9 tis fingitur solutum, ac idcirco intrat tunc imaginaria solutio de qua in *l. Vranius ff. de fideiussoribus, & l. stychum §. aditio ff. de solut.*

Quamuis etiam distingui debet inter exclusionẽ perpetuam, & temporalem, ratione alicuius
10 causæ, Vt si fæminæ excludantur ratione masculorum, Vel secũdogenitus excludatur subsistente primogenito; Nam tunc eatenus du-
11 rat exclusio, quatenus subsistit causa exclusionis, qua cessante succedit etiam secundogenitus; qui deinde vocatur primogenitus, ac respectiuè fæminæ defficientibus masculis, vt copiosè distinximus supra in *cit. cap. 101. n. 99. 102. 108. cum seq. & nu. 118. & probat Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 447. num. 15, & lib. 4. cap. 695. nu. 17. & 18. post Hondedeum consil. 70. nu. 36. & 37. lib. 2, & Alciat. consil. 210. nu. 11. & 18. lib. 9. tom. 3. hoc idem tradit Fontanel. de pact. nup. par. p. clau. 4. glo. 25. nu. 18. fol. mihi 354.*

Prout regula, quod res extincta semel amplius, non reuiuiscat, procedit in re omnino extincta, Non in ea quæ subsistente impedimento
12 tantum extincta videtur; Quia eo sublato impedimento, rem extinctam adhuc reuiuiscere vult, *Socin. consil. 260. col. 6. in fin. versic. præterea quando lib. 2, Menoch. consil. 176. nu. 10. quos sequitur Gratian. cit. cap. 558. num. 39.*

### *S V M M A R I A.*

*Emphyteusis Ecclesia ad extraneos, non transit num. 1. & 2. Contrarium num. 5. cum seq.*

*Experientia est efficax rerum magistra num. 3.*

*Vtili Dominium cum directo difficiliter consolidari aborrent leges num. 4.*

*Ecclesia bona concedi possit in emphyteusim perpetuam num. 6.*

*Emphyteusis perpetua comprehendit etiam extraneos heredes num. 7.*

*Dictio in perpetuum in materia emphyteuta intelligitur, vt nullo vnquam tempore redeant bona ad Eccles. num. 8.*

*Solemnitates quæ interuenire debeant in concessione emphyteusis num. 9. & 14.*

*Solem-*

*Solemnitatibus debitis interuenientibus alienare possunt bona Ecclesiast. nedum in emphyteusim tradi nu. 10.*

*Emphyteuta qui rem emphyteoticam melioratam, vel ruinosam refecit expensas amittere non debet n. 11. quod Aequum valde est num. 12.*

*Emphyteusis eo casu dicitur hæreditaria, & ad extraneas hæredes transitoria num. 13.*

*Emphyteusis concessa vsq; ad certum tempus tantum eo durante tempore ad extraneos etiam hæredes est transitoria num. 15.*

*Emphyteusis etiã Ecclesiã concessa absq; temporis præfinitione concessa præsumitur in perpetuum num. 16.*

*In dubio emphyteutis præsumitur concessa in perpetuum num. 17.*

*Consuetudo extat Mediolani, vt emphyteusis ad extraneos non transeat hæredes num. 18.*

*In dubio emphyteusis præsumitur concessa, vt ad extraneos hæredes transeat num. 19. 20.*

*Emphyteoticus contractus nullam propriam habet naturam præter eam quam partes ei imponunt nu. 21.*

*Emphyteusis de qua non constat, nisi mediante Canonis solutione præsumitur transitoria ad hæredes quoscunq; etiam extraneos num. 22.*

*Emphyteusis inducitur ex solutione Canonis per longum tempus num. 22. & 23, quod ad decennium reducitur num. 24. & 25.*

*Decennij cursu perscribitur actio emphyteotica dum quis tanto tempore soluit Canonem num. 25.*

*Triginta anni requiruntur ad præiuditium tertij n. 26.*

*Decennij cursu interuenisse consensum, Domini directi in concessione emphyteusis præsumitur n. 27. & 28.*

*Emphyteuta soluens per longum tempus Canonem tenetur docere de Inuestitura num. 29. & 30.*

*Emphyteuta qui soluit Canonem vti talis conueniri potest num. 31.*

*Canonis solutio qualis apparet talis præsumitur præcessisse concessio num. 32.*

*Emphyteuta fundum emphyteoticum non designans, sibi præiudicat; vt totum eius patrimonium obligatum pro eo remaneat num. 33.*

*Emphyteuta ad euitandum omne damnum designare debet Domino directo fundum saltem deteriorem nu. 34. Declaratur num. 36. 37.*

*Domino directo incumbit onus probandi quando negat illum esse fundum obligatum num. 35.*

*Hæres emphyteutæ qui successit in factum alterius dicitur habere iustam ignorantiæ causam num. 38.*

*Emphyteusis concessa præsumitur cum ijs pactis quibus concedi solet ex consuetudini Regionis, siue Domini directi nu. 39. & 40.*

*In dubio emphyteusis præsumitur concessa secundum cõsuetudinem Regionis num. 41. & ea deficiente secundum consuetudinem Domini directi num. 42.*

*Emphyteusis concessa secundum consuetudinem Regionis etiam sine solemnibus requisitis valet n. 43. Quia consuetudo huiusmodi dicitur Eccles. vtilis nu. 44.*

*Tolerabilia dicuntur ea quæ actus consuetudo probauit num. 45.*

*Emphyteusis semel admissa ad extraneos hæredes ad alios etiam extraneos transit nu. 46. 47. neq; potest restringi à Successoribus num. 49.*

*Emphyteusis Eccles. concessa pro filijs, & hæredibus transit etiam ad extraneos num. 48.*

*Emphyteusis Eccles. in hoc Mediolani Dominio transit tàm ad masculos, quàm ad fæminas, ordine successiuo ex dispositione statut. Mediolani num. 50. 51. ac 52.*

*Marij Antonini opinio reprobatur num. 52.*

*Vltimus actus attenditur quando consuetudo esset varia num. 53.*

*In dubio per emphyteuta pronunciandum est num. 54.*

*In dubio bona allodialia præsumuntur nu. 55.*

*Emphyteusis in dubio præsumitur concessa cum amplioribus pactis num. 56. & 57.*

*Emphiteusis potius quam census fauore Ecclesiæ præsumitur num. 58. maxime quando Canon non est commensurabilis fructibus num. 59.*

*Clausula quibus dederit in Inuestitura emphiteotica apposita extraneos etiam hæredes vocat num. 60. 64.*

*Laudemium non debetur num. 72.*

*Laudemium non debetur Domino quando qui iure emphiteotico succedit, vocatus est in prima Inuestitura num. 61. & 64. ac 65.*

*Decretum Senatus Pedemon. quod laudemium eo casu non debeatur num. 62.*

*Descendens ex linea fæminina prima Inuestitura dicitur hæres legitimus in emphiteusi nu. 63.*

*Laudemium debetur Domino directi ob consensum quem præstat nouo Domini emphiteuta ob nouam Inuestituram nu. 66.*

*Domini directi consensus non est necessarius quando succedit in emphiteusi is qui erat vocatus in Inuestitura num. 67.*

*Emphiteuta succedẽs ab intestato in re emphiteotica nõ tenetur ad laudemium, Secus ex testamento quia tũc requiritur Domini consensus num. 68, & 69. Iterum distinguitur num. 75.*

*Emphiteuta tot inuestiti dicuntur, quot sunt in Inuestitura nominati num. 70.*

*Authoris sententia in materia laudemij minime debiti num. 71.*

*Laudemium non debetur ex necessaria alienatione nu. 73.*

*Hæres dicitur eadem persona cum defuncto nu. 74.*

*Hæres scriptus emphiteuta tenetur infra annum Inuestituram, siue eius renouationem petere alias caducitatem incurreret num. 76.*

## Res Eccclesiæ in emphyteusim perpetuam tradita ob eius sterilitatem, An transeat ad quoscunq; hæredes etiam extraneos, Vbi, contrarium non fuerit expressè conuentum. Cap. CLI.

1 Mphyteusim Ecclesiasticã ad extraneos hæredes minime trãscire decidit, *Tex. in l. 2. C. de iure emphit. & in §. emphiteusis in Auth. de non alien. Bar. in l. Iusiurand. ff. de oper. libert. Bal. in l. p. nu. 5. C. de iure emphit. quos sequitur Corbul. de iure emphyt. tit. de causa priuata ob* mortem

mortem ciuilem sub num.4. in fine, Gozad. consil.39.
nu.12, & consil.86. nu. 22. Rimin.Iun.consil.44.nu.
3.cum seq. & num.39.Gabriel consil.76.num.6.cum
seq. & consil.84.nu. 52. ac Card.Mantic. tr.de tacit.
& ambig lib.22.tit.19.nu.12.par.2.
Ratio ea esse videtur, quod vbi emphyteusis ad
extraneos hæredes transciret, ferè nunquam
2 daretur casus, vt illa ad Ecclesiam reuertere-
retur, vt reuerti posset, si ad descendentes,
tantum se extenderet, qui de facili possunt
deficere, vt experientia docet, quæ est efficax
3 rerum magistra, cap. quam sit de elect. lib.6., Et
quod rarò vtile Dominium cum directo con-
solidaretur, quod valde aborret lex, Vt dici-
tur de vsufructu, si nunquam posset reuerti
4 ad proprietatem l. antiquitas C.de vsu, & vsufr.,
& l 3 §. ne tamen ff. de vsufr. Anchar. cons.38.nu.
1.& cons.134 num.1. & Card. Mantic. cit. tit.19.
num. 14.
Et hanc sententiam amplectuntur etiam Alex.
cons.23.nu.10.lib.1. & cons.9.nu.11. lib. 2. ac cons.
189.nu.1.lib.4. Rimin. Sen.cons.437.nu. 3. Socin.
Sen. cons. 121.nu.18.lib.4. Gozad. cons.75. num.9.
Gratus cons.51. nu 8. lib.1. Ruin. cons.48. num.10.
cons.161.num.6.& 9, & cons. 162.num.11.lib.1.
Bero. consil.93. num. 48. cum seq. lib. p. Clarus in §.
emphyt. qu. 28. versic. in specie, & Cephal. consil.
400. num. 5. qui omnes hanc magis communẽ
esse Doctorũ sententiã testãtur; Idem tradũt
Io. Andr. Abb. Dec. & cæteri in cap. præsentia de
probation. & Dec. consil.17, Vbi inquit pro hac
opinione consuluisse Collegium Papiense, &
post alios multos latè scribit Alex. Trentacinq.
lib.3. var. resol.tit.de iure emphyt.resol.3.n.4. vers.
In hoc dubio.
De AEQVITATE tamen contrarium vti magis
AEQVVM sequi debemus, quando res in em-
5 phyteusim perpetuam concessa, erat sterilis,
siue ruinosa, Tum quia eo ipso quod in per-
petuum fuit concessa, quod fieri posse habe-
6 tur in §. licentia in Auth. de allen., Et tradit Scap.
tr.de iure non scripto lib.4. cap.23. nu.6. per Auth.
Perpetua, & Auth.si quas ruinas C.de Sacros. Eccl.
7 Extraneos etiam hæredes amplectitur Aliter
qualitas perpetuitatis, quæ intelligitur in in-
finitum, quantum ad numerum hæredum, va-
na redderetur, vt expressè probat Gabriel cons.
76. num. 5. cum seq. plur., qui tradit verbum il-
8 lud in perpetuum intelligi, itaut nullo vnquã
tempore redeat ad Eccl. res in emphyteusim
tradita, Alex.Trentacinq.lib.3.var.resol.tit.de iure
emph.resol.3.sub n. 3, & 4. Et quãdo debitè so-
9 lemnitates adhibitæ fuerũt de quibus in cap.
sine exceptione 12, & q.2, & in d. Auth.perpetua,
& Auth.si quas ruinas C.de Sacros.Eccl. Tunc em-
phyteusis trãsit ad quoscũq; hæredes Hoc idẽ
probat Alex.in l.etiã ff.sol.matr.& in consil.9 lib.
2. Curt.Iun. cons.4. & consil. 130. Socin. cons. 266.
num. 33. vol.2. Gratus consil. 128 num.6. lib.2. &
Clarus in d. §.emphyt.qu.6. versic. sed nunquid; Ea
præcipuè ratione quod si alienari potest eo
10 casu res Ecclesiastica; Multo magis potest in
emphyteusim concedi, quæ est minoris præiu-
ditij, Alex.Trentacinq.d.resol.3.sub nu.4.vers.Pri-
ma est circa medium.
Tum quia cum res esset sterilis, siue ruinosa AE-
QVVM non est cultores operas suas, & expẽ-
11 sas deplorare, dum rem sterilem meliorarũt,
siue ruinosam refecerunt, l. fin. C.de alluu. & ibi
Bal.Sicut ex Bart. in l. fin. C. de omni agro deser. lib.
12 11. hanc sententiam magnam AEQVITA-
TEM continere probat in his terminis, Rimin.
Iun. consil. 160. num. 16, & consil. 461.nu. 20. post
Socin.Iun.consil.69. num.22.lib.4, & Beccium cons.
3 num.30. lib.p.Roma.sing.308 fundus sterilis, quã
sententiam sequitur etiam Gabriel cit. consil. 76. nu.
14, & Franch. decis.235.nu.21. Portius Imol.cons.
141.num. 10. Caualc.decis.45. nu.4, & nu.54. cum
seq par.p.Card.Mantic.d.lib.22. tit.19. num. 30.
Eo enim casu, emphyteusim, dici hæreditariã, &
13 hæreditario iure posse ad extraneos transci-
re probat Bero.consil.83.nu.17, & consil. 98. n.12.
lib.p.per Tex.in cap.ad aures de rebus Eccl. nõ alien.
Alex. consil.70. in quinto dubio lib.p. & consil.9 nu.
9. versic. 3. respondetur lib. 2. quos sequitur Rimin.
Iun.cit.consil 461.num.17.
Quam sententiam etiam procedere admittit
Alba consil. 447.num. 40. duobus concurrenti-
bus videlicet quando inuestitura facta fuit ab
14 habente auctoritatem, & cõcessio facta sit ex
aliqua iusta causa respiciente, vel necessitatẽ,
vel vtilitatem Ecclesiæ post Ant. de Butrio in d.
cap.præsentia, & ibi Felyn.nu.27. & Curt.Iun.cons.
4. col.p. lib. p. & consil. 130. col.p. lib. 2. Quod
procedere etiam affirmat Card. Mant.eodem tit.
19. num.9, Quando emphyteusis fuisset con-
15 cessa vsq; ad certum tempus tantum, veluti
20, vel 30. annos, quia tunc pro eo tempore
ad extraneos etiam transcire intelligi debet.
Et si res Ecclesiastica concessa fuit in emphy-
teusim absq; temporis præfinitione, Conces-
16 sio præsumitur in perpetuum facta, non tem-
poralis, vt tradit Angel. in d. §.Emphyteusim nu.
18. in fine in Auth. de non alienan. rebus Eccl. quem
sequitur Mariscot. lib. 2. var. resol.cap.25. num.6.,
17 Quod in dubio procedere, vbi non constat de
aliqua consuetudine Regionis, siue Domini
probat Menoch. præsumption.109.nu.7. lib.3. post
Alciatum de præsumpt. reg.2. præsumpt. vlt., In
quo tamen loco num.15 limitat Menoch. non pro-
cedere conclusionẽ in emphyteusi Ecclesiastica, Card.
Mant.de tacit.& ambig.d.lib.22.tit.15.num.15, &
Pacian.cit.consil.154. nu. 153. Prout hic Medio-
lani extare, consuetudinem vt ad extraneos
18 hæredes non transeat emphyteusis testatur
Alba consil.342.num.p.
Et in dubio, non censeri concessam emphyteu-
19 sim, vt transeat ad extraneos hæredes scribit
Ancar. d. consil.38. num.versic. licet, & consil.134.
num.p.Cephal.d.consil.400.num.5.Clar.qu.28.vers.
& in spetie, & Card. Mantica d.tit.19.num.3. vers.
20 & probabiliter, & num.12; Ex verbis verò, ac ar-
gumentis hoc conijci inquit Curt. Iun. consil. 4.
num. p. & consil.130. nu.p.lib.p. Gabriel. consil.76.

num.6. cum seq. & consil.84.num.52. lib.2. quos se-
quitur Card.Mantica d.tit.19.num.12.ac nu.22.cum
seq., Vbi amplè enarrat casus in quibus em-
phyteusis censetur concessa etiam fauore ex-
traneorum, Couar. lib.2. var. resol.cap.17.num.3.
versic.quarta conclusio, Rolan.consil.96.num.28.cum
seq.lib.p. Quia emphyteoticus contractus nul-
lam propriam habet naturam præter eam,
21 quam partes ei imponunt, l. p. & 2.C. de iure
emphyt. §. adeò Instit. locati, Menoch.consil.444.nu.
54. & Ruger. consil.21. in princip. lib.2.

Quam opinionem procedere affirmat Pacian.
consil.154.num.13, Etiamsi emphyteusis funda-
22 retur tantum in longa solutione Canonis,
per quam inducitur emphyteusis cum is tem-
poris cursus habeatur pro Inuestitura Ias.in l.
2.num.192. alias 155. C.de iure emphyt. Socin.cons.
50 sub num.4.versic.secundo, Peregr decis.153. sub
num 20, Mascard.de probat.conclus.603.nu.6. Quia
23 talis præsumitur concessio qualis, apparet
Canonis solutio, vt subijcit Peregr. n. 8. & 13.
latè Pacian. tr.de probat.cap.61.num.30.versic.Cæ-
terum, quæ diximus lib. p. & consil. 154. nu. p. cum
seq. & in fine, Vbi tempus illud ex communi
24 Doctorum sententia ad decem annos reducit
post Dec. in l.si certis annis num. 14. C.de pactis, &
consil. 146. sub num. 2, ac Clarum in §. feudum qu.
19., Intra quod tempus præscribere tradit
25 idem Pacian.loco relato num.3, & 4 tàm Domi-
num aduersus soluentem Canonem; quàm è
contra ex Baldo in cap. cum Ecclesia in fine de cau-
sa poss. & propriet. Pasetus consil. 5. num. 2. &
Alba consil. 126, & consil. 153. nu. p. Quamuis
26 respectu tertij requiri spatium annorum tri-
ginta tradit Roma. consil. 127, & Alex. consil. 8.
lib. 7. quos sequitur Pacian. loco cit. nu. 10 & 15.

Et decennij cursu interuenisse consensum Do-
mini directi in concessione emphyteusis, præ-
27 sumitur ex traditis per Menoch. præsumptione
132.nu 48.lib.3, & consil.650. nu.3. & nu.7. Gabr.
consil.82.num.37.lib.2., Cum ex longa temporis
diuturnitate interuenisse præsumantur in cō-
28 cessione emphyteusis solemnitates, à iure
requisitas, cap.peruenit de empt. & vendit. & ibi
Glo. & Doct., Ancbar.consil.135, & Alex.consil.79.
col.3.lib.p. Rimin.Iun. consil.76. nu.6. Gigas consil.
84. num.20. Franc.Marcb.decis.508.nu.4. Iacobus
Emil. consil.28. in fine, Scrib. in l. certis annis C. de
pact. Mascard.de probation.conclus.603.nu.29.cum
seq. & Pacian. cit.consil.154.nu.p. & 2. ac nu. 10,
& 11.

Quo casu, quando slz. de emphyteusi tantum
apparet ex recognitione emphyteutæ soluen-
tis certum Canonem, siue pensionem, multæ
suboriuntur dubitationes, Et primo an eo ca-
su teneatur soluens Canonem docere de em-
phyteusi, ac bona emphyteotica indicare, Se-
cundo quibus pactis concepta censeatur tunc
emphyteusis, slz. an strictioribus, vel amplio-
ribus pactis.

Et quo ad primam quæstionem dicendum vide-
tur teneri soluentem Canonem per longum
29 tempus docere de Inuestitura ad hoc, vt Do-
minus certus fiat de re à qua ipsum expellat
si pensio sibi non soluatur, Specul.tit.de emphy-
teusi §. nunc aliqua qu.36.nu.80, quem seq. Pacien.
consil.555.num.5.cum seq.plur. Vbi distinguit in-
ter eum, qui longo tempore soluit, & alium
qui de recenti, Quia qui longo tempore tan-
quam emphyteuta soluit Canonem, præsumi-
tur rem in perpetuam emphyteusim sibi fuisse
30 concessam, quamuis aliter non appareat de
concessione, Socin. consil.50. sub nu. 4. versic.se-
cundo principaliter placet, Mascard. de probationib.
conclus.603. nu.6. Pacian. cit.consil.154 nu.13, &
Peregr.decis.53.sub num.20. versic.Sed iudicio meo,
Qui soluens idcirco vtitalis potest conueniri,
31 vt subijcit ibidem Mascard. num.7., Cum qua
lis appareat Canonis solutio, talis præsuma-
32 tur præcessisse concessio, vt scribit Cotta in eiu-
memoriali verbo emphiteuta fol. mihi 210. Peregr.
decis.53.num.8. & 13.

Tunc verò si Dominus prætendit certum fundū,
pro quo Canonem sibi solui putat, debet em-
phyteuta idest soluens Canonem, id fateri,
aut alium fundum designare ne Dominum di-
mittat incertum, Aliter præsumeretur pensio-
nem soluere pro toto patrimonio, Vel pote-
33 rit talis soluens captis pignoribus, ad hoc cō-
pelli, Specul.in §. nunc aliqua qu. 60. cum duobus
seq.num.76.cum seq. quem sequitur Ias.in l.2. num.
210.versic.tertiodecimo C. de iure emphit. Socin.cōs.
167.nu.21.lib.2. Crau.consil.203.nu.12, Cephal.cōs.
508.nu.4, & 12. Caualc.decis.30.nu 132.par.2. Ma-
gon. decis.Floren.2.nu.9. cum seq. Marius Antoni-
nus var.resol. lib.p.resol.30. num.6. cum seq. & nu.
9. & Pacian. cit.consil.155.num.8, Qui seq. num.9.
tradit optimum Consilium pro emphyteuta,
34 Vt eo casu, ex toto patrimonio ipse elligat
rem deteriorem, & dicat illam esse, pro qua
soluit pensionem; Quia si Dominus hoc nega-
35 uerit incumbet ei onus probandi esse aliam,
Specul. in d. qu.62. nu.79. versic. sed & cum hodie,
& sequitur Natta consil.3.nu.5. lib.p. Socin.alleg.
consil.167. quæst.4. versic. primo videtur lib.2. Bal.
in consil. 225. nu.p. lib. p. qui tamen subdit em-
phyteutam reueri elligere iuxta verisimile,
36 Cum teneatur scire quod est eius proprium,
& quod est emphyteoticum, simulq; edere in-
strumenta de hac re loquentia, Maxime fauo-
re Ecclesiæ, Nisi iuraret se non habere, nec
habuisse instrumenta, quod tamen non est
37 credibile, Pacian.cit.consil.154.num.9. 10, & 11.
post Alber.in d.l.si certis annis num.10.versic. Item
quæritur C. de pactis.

Quæ tamen conclusio non procederet in hære-
de, qui successit in factum alterius, & qui iustā
38 causam ignorantiæ habere dicitur, idem Spe-
cul.in d.§.nunc aliqua qu.60. nu.76, Natta cit.cons.
3.nu.11. versic.potest etiam, & consil.360. sub num.
10. versic. & tanto magis, quos sequitur Pacian.cit.
consil.155.num.2.cum seq. plur. & num.29. Marius
Antoninus var.resol.lib.p.resol.106. num.29. Ma-
gon. decis.Florent.2.num.9. Peregr. d. decis.53. sub
nu.21.vers.vbi tamen. Circa

Circa secundam propositam quæstionem; omis-
sis superfluis; Concludendum est emphyteu-
sim eo modo, & cum ijs pactis fuisse concessã
præsumi debere, quibus ex consuetudine Re-
39 gionis, vel Domini directi concedentis con-
cedi solent, vt expressè probat *Bart. in l. si cer-
tus ff. de acqua plur. arc. & in terminis Abb. in cons.
74 nu m4. Cotta in d. memor. verbo emphyteuta qui
omisit, Petrus Antonius Anguiss. consil. 11. num. 4.
lib. 3. Addition. ad Mascardum concl. 608. in princ.
Peregr. all. decis. 53 num. 16, & sub nu. 20;* In tan-
tum vt si Ecclesia, vel Prælatus solitus sit con-
cedere emphyteusim transmissibilẽ ad quos-
40 cunq; hæredes; Tunc hoc etiam inter contra-
hentes actum fuisse intelligitur, vt post *Bar. &
alios probat Card. Mant. d. tit. 19. nu. 33. lib. 22. Vbi
versic. & quidem in dubio*, docet emphyteusim
Ecclesiasticam in dubio præsumi concessam
41 secundum consuetudinem regionis, *arg. l. si
fundus ff. de euict. & l. licet C. locati*; Et ea deffi-
42 ciente, secundum consuetudinem Domini
directi, *Menoch. præsumpt. 109. nu. 7. lib. 3. de præ-
sumption.*

Tantæ autem est potentiæ consuetudo, vt con-
cessiones factæ ex consuetudine regionis etiã
sine solemnitatibus à iure requisitis valeant,
43 Quia huiusmodi consuetudo dicitur vtilis
Ecclesiæ, vt restatur *Card. Mant. cit. tit. 19. nu. 17*,
44 Tolerabiliaq; dicuntur esse, quæ vetus con-
45 suetudo comprobauit, *l. Imperatores ff. de polli-
citationibus, Alcia. consil. 17. nu. 12. lib. 5. & Card.
Mant. cit. tit. 19. num. 18.*, In tantum vt si semel
Ecclesia voluerit rem emphyteoticam Eccle-
siasticã remanere iure hæreditario apud pri-
mum hæredem extraneum illam ad alios ex-
46 traneos hæredes transeat, Quia cum semel sit
facta transmissibilis ad extraneam hæredem
47 semper eandem retinet qualitatem, *Alex. cons.
189. num. 19. lib. 2, Rimin. consil. 61. nu. 33. cum seq.
lib. 1. Gratus consil. 128. num. 9. lib. 3. quos sequitur
Card. Mant. sæpius cit. tit. 19. num. 21. qui nu. 8. &
11.* scribit ad extraneos hæredes, etiam tran-
sire si emphyteusis Ecclesiæ fuit concessa pro
48 se filijs, & hæredibus, Neq; posse restringi
qualitatem emphyteusis per successores Do-
49 mini directi probat *Iacob. Aemil. pleno consil.
28.* nec idcirco valere concludit restrictionẽ
huiusmodi emphyteusis factam.

In hoc verò Dominio Mediolani consuetudo est,
vt fiant vt plurimum concessiones in emphy-
teusim etiam Ecclesiasticam transmissibilem
ad descendentes etiam ex linea fæminina, &
successores inuestiti, inter quos fæminas, &
eorum filios, ordine tamen successiuo ex dis-
50 positione statuti Mediolani contineri probat
*Gozad. consil. 20. num. 8. Ruger. consil. 21. nu. 2. lib. 2.
Corbul. tr. de iure emphyt. tit. ob lineam fæmin. nu. 28*;
Cum regulariter in rebus emphyteoticis, ita
51 succedat fæmina sunt masculus. *Bal. in cap. 2. si
de feud. fu. contr., Et probatur in l. 2. in sua genera-
litate C. de iure emphyt. & in §. emphyteusis in
Auth. de non alienan.* & in terminis statuti Me-
diolani probat *Menoch. consil. 1186. num. 6. cum
seq.*, quod procedere etiam in emphyteusi Ec-
52 clesiastica docet *Socin. Iun. consil. 71. nu. 25. cum
seq. lib. p. per §. emphyteusis in Auth. de non alie-
nan. rebus Eccl. Curt. Iun. consil. 17. nu. 5. Couaruu.
lib. 2. var. resol. cap. 18. nu. p. Ruger consil. 21. nu. 7.
lib. 2. Cephal. consil. 11. n. 10, Rim. Iun. all. consil. 461.
nu. 47, Surd. decis. 95. num. 12, & 31, ac consil. 001
num. 15, & consil. 140. num. 23, Marius Antonius
lib p. resol. 67. nu. p. Card. Mant. d. lib. 22. tit. 19. nu.
7, Valasc. de iure emphyt. qu. 41. nu. 2. cum seq. Me-
noch. consil. 111. nu. 56. cons. 356. nu. 88. consil. 372.
num. 90. consil. 379. num. 26, & consil. 845. nu. 41.
& consil. 1189. num. 7, Ludouis. decis. 33. num. p. &
num. 5.*

Et sic communior, & tutior videtur hæc senten-
tia, quidquid in contrarium allegauerit *Ma-
rius Antonius d. lib. p. resol. 34. nu. 49, & alij, quos
conciliare nixus est Maresc. var. resol. cap. 2. per totũ*;
Et vbi consuetudo esset varia, Tunc quod vl-
54 timo loco actum esset attendi debet, Quia in
his, vltimus attenditur actus, vt probat *Bart. in
l. mela §. p. ff. de alim. & cib. lega. latè Borrel. cons.
3. num. 33*, Quamuis etiam in dubio pro em-
phyteuta pronunciandum sit, cum in emphy-
54 teusi plus attendatur fauor accipientis, quam
dantis, ita scribit *Alcia. consil. 34. num. 4. lib. p.
per l. veteribus ff. de pactis*.

Et sicuti in dubio bona allodialia potius quam
55 emphyteotica præsumuntur *Mascard. de proba-
tionib. concl. 79. num. 5. cum seq. Marius Anton. d.
lib. p. resol. 106. nu. 6.* Ita in dubio minori obli-
gatione, & amplioribus pactis cõcessam fuisse
56 emphyteusim affirmandum est; Vt dicitur de
rebus Eccles. quæ ob eorum deteriorationem
locari nequeunt; Et in emphyteusim idcir-
co concessæ fuerint; Hoc enim actum etiam
intelligitur, vt cum meliorationes factæ sint
57 ad extraneos etiam hæredes trãseant *Caualc.
decis. 45. nu. 4. & par. 2. Et nu. 54. cum seq. Card.
Mant. cit. tit. 19. num. 30.*

Quando verò de Inuestitura non apparet, sed
solum per Canonis solutionem antiquam,
Quo casu fauore Ecclesiæ præsumitur potius
58 emphyteusis quam census, vt tradit *Corbul. tit.
de causa priuat. ob non solutum Canonem lim. 34. nu.
3.* Præsertim quando Canon non est commẽ-
surabilis fructibus rei pro qua soluitur, vt di-
stinguendo probat *Franch. decis. 235. num. 2.*,
59 Verum debeatur laudemium Domino direc-
ti, si in bonis pro quibus Canon soluebatur
successit tertius; Et licet ex iam comprobatis
supra, eo casu emphyteusis transeat etiam ad
extraneos, cum ij dicantur vocari ab eadem
præsumptiua inuestitura, quam idcirco clau-
sulam, Etiam quibus dederit continere præ-
sumendum est, cuius virtute ad extraneos
etiam hæredes transire rem emphyteoticam
60 probat *Socin. consil. 266 col. p. versic. secundum au-
tem lib. 2. Paris. cons. 84. lib. 4. quos sequitur Frãch.
decis. 235. sub num. 3. Alex. Trentacinq lib. 3. var.
resol. tit. de iure emphyt. resol. 3. num. 13*; Laude-

61 minum minime deberi affirmandum est, vt post antiquos Doctores in terminis probat *Cran.consil.215.num.8, Et eleganter tradit Vincent. de Anna Alleg.106.per totum lib.2. & singul.297. Viuius decis.496.num.4. Sola ad Constitutiones Saband.tit.de iure emphyt.per p. decreti in casibus glo.*
62 *p.num.19. fol. mihi* 88, Et ita censuisse Senatum Pedemontanum testatur *Thesaur. in qu.fam.vlt. num.3.par.3. Corbul.tit.de causa priuationis ob alienat.irrequis. Domino factam ampliat.23.nu.4. Maurus Burgus tr. de laudem. Inspect. 34.num. 3. cum seq. qui infinitos in eam refert sententiam, Costa de port.rata qu.112.num.17, & Tortus ad stat. Papia 75.in ciuil. num. 13. cum seq., Faciunt tradita per Gratian. lib.p.discept.forens.cap.180.num. 23. cum seq.*

Nihilominus eo fortius procederet conclusio ipsa, si Successor in re emphyteotica esset ex descendentibus per lineam fœmininam ab ipso principali emphyteuta, & ab intestato illi
63 succedere posset, qui propterea legitimus hæres diceretur iuxta tradita per *Alciat. cons. 17.num.4.lib.3*, Quia tunc sine difficultate vlla prorsus ad laudemium non teneretur tanquã expressè vocatus in præsumpta inuestitura,
64 Ex *Socino Ruger., Rimin.Iun. & alijs supra citatis, quos sequitur Ludou. all.decis.33, & de quibus Marius Anton. cit. resol,34. lib.p., & Marescot. lib. 2. cap. 2.* Quoniam certum est in iure laudemiũ non deberi, quando res emphyteotica perue-
65 nit ad eum, qui est comprehensus in Inuestitura ad quem post mortem ipsius emphyteutæ res erat peruentura, etiam ab intestato, vt notat *Ias.in l.fi.col.12.versic.secundo iuxta prox.quæst. C.de iure emphyt. Cran. cit.consil.215. nu.8. Marta voto 33.num.2, & Laderch. consil.16.num.8.*

Laudemium enim debetur Domino directi ob consensum, quod præstat nouo emphyteutæ, &
66 ob nouam Inuestituram, *Tex.est in l.fin.C.de iure emphyt. & ibi Glo. verbo accipere, & Ias. nu.41.* Itaq; cum non sit opus consensu Domini directi, eo ipso quod res emphyteotica peruenit ad eum, qui est comprehensus in Inuestitura, ad quem per mortem primi Inuestiti res
67 erat peruentura, cessat laudemium ipsum, *Amedeus de Ponte in qu.laudem.9.10.11. & 12. & 31. Marta cit. voto 33. nu. 8., & Costa de port. rata all. qu. 112. num. 20, Francb.decis.447.per totum*, qui distinguit inter eum qui ab intestato, vel
68 ex testamento succedit, Et si distinctionem ipsam improbat *Viuius all. decis.496 nu.5. & 6, Vincent. de Anna dicta Alleg.106.nu. 5. & singul.* 297, Et tunc bona emphyteotica peruenire dicuntur ad Successorem, non vt ex nunc, sed
69 vt ex tunc, vt in materia vocati ad feudum scribit *Paris. consil.23.num. 130. in fin. lib.p. & tradit Natta consil.615 nu.4. quos sequitur Costa d.*
70 *qu.112.num.18*, Vbi subdit tot idcirco esse inuestituras, quot sunt in ea stipulatione nominati post *Io.Thomam de Marinis de feud.tit.p.num. 25. in fine.*

Et ita respondi superioribus diebus per DD. Fratribus Suarecijs meis affinibus cõtra Agen-
71 tes Eminentissimi D. Cardinalis Antonij Barberini prætendentes laudemium pro domo emphyteotica ad eos peruenta ex hæreditate q.Rodulphi Caprini eorum auunculi; De qua Emphyteusi tantum apparebat ex instrumento emptionis dictæ domus factæ ex assensu Procuratoris specialis Eminentiss.Cardinalis Aldobrãdini Domini directi, cum onere soluendi annuam pensionem sextariorum duodecim tritici vti emphyteoticæ, siue cẽsualis iuxta tenorem antiquarum Inuestiturarum, ad quas se remisserunt contrahentes, Namq; cum DD. Suarezij fundatam haberent intentionem in instrumento emptionis factæ pro se hæredibus,& successoribus, Ad laudemium minime eos teneri, censebam alio non docto de antiquis Inuestituris per Agentes Domini directi, Quia ij non se fundabant super antiquis Inuestituris nunquam visis, sed super instrumento emptionis, & super longo cursu temporis iuxta doctrinam *Paciani in all. consil. 154. num.12*; Secundum quod responsum tandem acquieuisse videntur dicti Agentes, Idẽ intelligitur, quando inuestitura fuit concepta
72 cum clausula, quibus dederit, quia tunc potest alienari in quoscunq; etiam Domino irrequisito neclaudemium idcirco deberi videtur, *Alcia.cons.36.num.4.lib.8.consil.3. Alba consil. 754. num. 22. & Petrus Antonius Augnis.consil. 11.num.3.lib.7.*

Quod laudemium neq; etiam deberi ex necessa-
73 ria alienatione probat *Bertrand. consil.221.n.p. quem sequitur Bursa.consil.137.num.34, & 47 lib. 2.Paseth.consil.137.nu.p.cum seq.,Cran.consil.213. nu.6. Viuius all. decis.496.num.9. Amed.de Ponte qu.laudemiali 19, Maur.Burgus cit.inspect.32.nu.5. Sola cit.glo.p.num.19.fol.88. Mastril. decis.149.nu. 8.par.2. Costa all.qu.112.sub num. 18. versic.Ideò non est opus de port. rata, Tortus ad cit. stat. 75. in ciuil. num.16. Valasc. in praxi partitionis, & collationis cap.25. num. 29, & 30. fol. 125.posita post eius decisiones quam sententiam etiam amplectitur Giurba ad statuta Messana cap. 13. glo. 2. num. 39. par.p.*

Et licet voluerint aliqui etiam procedere in
74 quocunque hærede, Ea ratione quod hæres sit eadem persona cum defuncto, nec dicatur esse mutatum Dominium, sed continuatum; Verior tamen ea videtur opinio distinguens inter eum, qui ab intestato, etiam hæres esset, vel tantum scriptus hæres, Quia primo casu
75 laudemium non deberi, Secundo autem deberi probat *Rimin. Iun. consil.569. & consil.737. quem sequitur Costa cit. qu.112. num.22. cum seq.*, Quem scriptum hæredem teneri infra annum, etiam inuestituram, siue eius renouationem
76 petere alias caducitatem incurrere abundè tradit *Viuius decis. 496.num. 13. post Cagnol. in l. 2. num.109. C. de pactis inter empt. & vendit. Additio. ad Bar.in l.ait Prætor §. permittitur litt.I.ff. de aqua quotid. & æstiua, Roman. consil. 11. num. 6*;

Quamuis

Quamuis vbi Successor in emphyteusi esset
ex proximioribus etiam post annum posset
77 impetrare Inuestituram, Non autem si esset
extraneus, *Mantos. ibidem in Addit. litt. A. in §.*
*limitat. Amadeus in qu. laudemiali 9. quos sequitur*
*Vrsinus cit. decis. 496. num. 13.*
Ad quem autem spectet laudemium an scilicet ad
hæredes Domini directi, idest illius Prælati,
qui possidebat beneficium, & cui soluebatur
Canon, quando delata fuit successio rei em-
phyteoticæ, An verò ad eius Successorem in
78 beneficio; Et licet *Gigas inde pensionibus ... *
*tradit qu. 51. num. 5,* illud spectare ad hæredes
Beneficiati, & ita sæpe iudicasse Rotam Ro-
manam testatur, cuius sententiam sequitur
*Bimius consil. 358 nu. 11. & 27.* Ea ratione quod
79 laudemium dicitur ex fructibus beneficij, quod
propterea spectat ad vsufructuarium, siue ad
eius hæredes, *Socin. Iun. consil. 70. num. 31. lib. 3.*
*Clar. in §. emphyteusi qu. 23. in fine, & Surd. consil.*
*37. num. 25.*
Attamen contraria sententia verior videtur,
Quia fructus, siue obuentiones consistentes in
80 laudemijs, non possunt dici percepti, antequam laudemia fuerint exacta, sed pendere
dicuntur, quidquid sit in fructibus naturali-
bus, vel in pensione, quæ soluitur propter fru-
ctus, vt concludit *Socin. consil. 9. sub nu. 2, versic.*
*Sed his non obstantibus lib. 2.* vbi fortius loquitur
in condemnationibus ... licet non
exactis, & concludit eas enumerari inter fru-
81 ctus pendentes, sed non perceptos ex *Imola in*
*l. diuortio §. si vir in fundo ff. sol. matr.* qui vult
quod fructus partæ contentæ in condemna-
tione dicitur seminatus non exactus, *Paris. cons.*
*40. num. 8. lib. p.* dum inquit, quod census sine
reddietis dicuntur semper pendentes, donec
82 non sunt exacti idem, tradit *Beroi. consil. 133. nu.*
*9. lib. 2. Cravet. consil. 212. nu. 8, & Roland. consil. 77.*
*num. 10. versic. ultimum lib. 4.*
Quam sententiam reprobato Gigante amplè
probat *Maur. Burg. tr. de laudem. inspect. 4. nu. 55.*
*fol. mihi 29.* Vbi multa deducit fundamenta,
& auctoritates ipsam conclusionem comproban-
tes, & quam etiam sequitur *Surd. consil. 84.*
*num. 4. cum seq.*
Quod laudemium minime debeatur etiam quando
83 alienatio fit in aliquem ex vocatis in Inuesti-
tura tradit *Alex. consil. 668.* Et quamuis tene-
tur emphyteuta exhibere inuestituram in qua
84 se fundat idest concessionem, vt abundè
fuit supra deductum, & amplè scribit *Peregr.*
*cit. decis. 53. num. 20. & Pacian. all. consil. 155 num.*
*30. cum seq. & num. 29. cum seq.* Hoc tamen etiam
limitatur quando emphyteusis concessa fuis-
85 set propter benemerita; Quia tunc lata fieri
debet interpretatio, nec tenetur emphyteuta
ad exhibitionem inuestituræ, vt subijcit *Pe-*
*regr. loco rel. num. 21, & probat Marescot. var. resol.*
*lib. p. cap. 2. nu. 7. post Decium consil. 223. num. 3.*
Quando verò agitur de re antiqua, nec apparet
de Inuestitura, neq; quod Ecclesia fuerit Do-
mina, sed solum de confessione, & recognitio-
ne facta à possessore rei, vel Auctoribus suis;
Cum tali casu sufficere videatur Ecclesiæ acqui-
rere possessionem, & Dominium bonorum per
solam confessionem, & recognitionem illius,
86 qui soluit Canonem ex AEQVITATE etiam
contra singularem successorem, *Guid. Pap. decis.*
*272. nu. 3, Bursa. consil. 27. num. 9. lib. p. Mascard.*
*de probationibus conclus. 544. num. 11. cum seq. quos*
*sequitur Marius Antonin. lib. p. resol. 30. nu. 8;* Con-
tenta esse debet Ecclesia, quod sentiat com-
87 modum recognitionis, & perceptionis Ca-
nonis, cum aliter non possit probare directum
Dominium ad se pertinere; *Gratus consil. 53. nu.*
*29. lib. p. Clar. qu. 28. num. 7, Rimin. Iun. d. consil. 461.*
*nu. 35. cum seq. quos sequitur Card. Mant. d. lib. 21.*
*tit. 19. num. 31.*
Quam Ecclesiam idcirco eo casu neque posse
declarare caducitatem contra huiusmodi alie-
nantem sine eius consensu, Vel ob cessationem
solutionis Canonis, tradit *Clar. in all. qu. 28. nu.*
*7, & scribit Crau. consil. 156 nu. 7,* ... *in terminis*
*probat Cauals. decis. 32. nu 84. par. 2. fol. 270. & ter.*
*post Crau. consil. ... & 7. Alex. consil. 51.*
*col. p. & 2. lib. 4. Bursa. consil. 291. nu. 26. cum seq.*
*lib. 3.* Vbi subiungit Caualc. hæc esse intelligen-
da cum grano salis, vt scilicet procedant quando
appareret bona contenta in confessione sol-
89 uentis pensionem, fuisse antiquitus profana,
& secularia, aut suorum Auctorum, quæ qua-
90 litatem teneri probare allegantem sentit, *Al-*
*cia. consil. 12. n. ... & 2. lib. p. Guido Papa decis. 172.*
*nu. 2, & 3. et consil. 146. num. p.*
Quamuis posset Ecclesia cogere huiusmodi solitum
soluere Canonem ad solutionem consuetam,
Cum Dominus cui fuit soluta pensio alicuius
iuris realis, debeat conseruari in sua quasi
possessione exigendi, etiamsi pensio non nisi
91 spatio decem annorum fuisset soluta, vt pro-
bat *Pacian. cit. consil. 155. nu. 23. & 24.* Quia sol-
uens Canonem ... emphyteuta talis
92 etiam præsumitur *Menoch. præsumpt. 113. nu p.*
*lib. 3. Mascard. de probationibus conclus. 602. nu. 15.*
*& conclus. 603. nu. p. & 3, Peregr. all. decis. 53 nu.*
*8. & 13.*
Etiamsi *Specul. in tract. de emphyt. § nunc aliqua nu.*
*36. nu. 80,* scribit quod soluens pensionem po-
93 test illam denegare, & petere, vt sibi ostenda-
tur titulus, & proprietas, quatenus de ea non
constet, Et Dominus tenetur docere de vtroque,
si pensionem consequi intendit, aliter absol-
uetur emphyteuta per *cap. peruenit de censibus,*
*quem sequitur Natta consil. 260. num. 10. versic. ad*
*quod facit*, quod procedere affirmat quando
agitur de eo qui successit in factum alterius,
49 qui dicitur habere iustam causam ignorantiæ
*Pacian. cit. consil. 155. num. 2. cum seq. & nu. 29, &*
*31, & Marius Antoninus lib. p. resol. 106. num. 29.*
95 Quippe simplex recognitio emphyteutæ de
AEQVITATE probare possessionem, & Do-
minum, Domini directi, etiam contra singula-
rem Successorem scribit *Marius Antoninus var.*

*resol. lib. p. resol. 30. num. 4.* Qui nu. 6. tradit emphyteotic*am* teneri etiam indicare bona emphyteotica, quod etiam repetit *in resolut. 106. num. 29. & 30. Mascard. cit. concl. 603. nu. 33,* & ita iudicasse Placentiæ testatur *num. 39.*

Ad emphyteutam verò spectat docere de solutione Canonis, non autem tenetur Dominus
96 probare illum non soluisse, & sic limitatur in hoc casu regula quod negatiua probari de-
97 beat ab eo qui ei innititur, vt scribit *Cyn. in l. 2. C. de iure emphit. per Glo. ibidem in verbo repellere, & ibi, Ias. num. 132. Anchar. in cap. potuit num.* [illegible] *de locato, Alex. in l. in illa num. 9. ff. de verb. oblig. & ample probat Mascard. de probationibus conclus. 603. num. 2. cum seq. Gabriel in titus commun. concl. tit. de probationi. concl. 6. lib. p.*

Et si in concessione emphyteusis debitè non interuenissent solemnitates, [illegible] hoc potest
98 emphyteuta denegare solutionem Canonis [illegible] Ecclesiæ, quod perpendo notandum esse [illegible] *Bal. in l. emphiteoticarijs num.* [illegible] *C. de iure emphit.* quem sequitur *Scap.* [illegible] *scriptis* [illegible] *cap. 22. nu. 8. qui num. seq.* scribit super actionem Canonis [illegible] protestatione fiat præiudicium incursæ caducitatis ob non solutum Canonem, & concludit per Rectorem siue Parochum Ecclesi. non Collegiatæ ibi fie-
99 ri præiudicium, Secus verò si per Prælatū beneficiosente [illegible] sine consensu Capituli, per Doctores *in l. in Emphiteoticarijs, vbi Ias. nu. 126, cum seq. C. de iure emphit.*

Emphyteusis Ecclesiastica [illegible] non transit ad fi-
100 lios naturales etiam legitimatos, *Bal. in l. generaliter §.* [illegible] *C. de instit. & substitut. & in cap. quam in Eccl. siarum de const.* [illegible] *Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebell.* [illegible] *in consil. 60. lib. 2. ac consil. 128. col. p. lib. p. Anchar. consil.* [illegible] *pen. & consil. 328.* [illegible] *pen.* Nisi legitimati fuerint à Principe, & cū clausula in specie, quod
101 succedā in emphyteusi etiam Ecclesiastica, *Gozad. consil. 46. n. 14;* Ita [illegible] etiam transit ad
102 eorum filios legitimos, cum ortum habeant à radice infecta *l. fin. C. de natural. lib. & §. Nepotibus in Auth. quib. mod. natur. effi.* [illegible] *not. in l. si quando §. generaliter, & in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebel. Gozad. cit. consil. 46. num. 15. Scap. d. cap. 22. num. 14. lib. 4. post Clarum §. emphit. qu. 30. per totum.*

Prout certum est emphyteusim Ecclesiasticam in dubio non transire ad filios naturales, Ea præcipuè ratione quod verisimile non est Ecclesiam pro sui dignitate de ijs cogitasse *l. ex facto §. p. ff. ad Trebell. & tradit Alcia. consil. 34. nu. p. lib. p.*

Supplementum Summarij præcedentis capituli.

*Limitatur num. 77.*

*Laudemium an spectet Successori in benefitio ratione emphyteusis Ecclesiasticè, An verò heredibus mortui Beneficiati num. 78, et 80.*

*Laudemium dicitur de fructibus beneficij num. 79.*

*Condemnatio pecuniaria nondum exacta connumeratur inter fructus pendentes num. 81.*

*Census, siue redditus dicuntur semper pendentes nu, 82.*

*Laudemium non debetur si res emphiteotica fuit alienatum in aliquem ex vocatis num. 83.*

*Emphiteuta tenetur exhibere inuestitura in qua se fundat num. 84. limitatur in emphiteusi antiqua num. 86. & 87. 89. & 90.*

*Emphyteusis concessa ob benemerita latè est interpretanda num. 85.*

*Ecclesia non potest declarare caducitatem contra alienantem si non constat de inuestitura ob antiquitatem num. 88.*

*Ecclesia cogere potest ad Canonis solutionem, eum qui soluere erat solitus num. 91. & 92.*

*Soluens pensionem, siue Canonem potest illam denegare, & petere, vt sibi ostendatur titulus num. 93, Si tamen is successit in factum alienum num. 94.*

*Emphiteuta simplex recognitio probat possessionem Domini directi num. 95.*

*Emphyteuta incumbit probare se Canonem soluisse num. 96. & 97.*

*Emphyteuta non potest denegare solutionem Canonis, etiamsi solemnitates debita non interuenissent in contractu emphyteotico num. 98.*

*Parochus sibi præiudicat Eccl. in receptione Canonis, Respectu caducitatis incursæ, Secus verò per Prælatum num. 99.*

*Emphyteusis Ecclesiastica non transit ad filios naturales etiam legitimatos nu.* [illegible] *num. 1* [illegible] *102.*

S V M M A R I A.

*Mulierum obligatio non valet, nisi in quantum eius vtilitatem continet num. 1. & 39. ac 40.*

*Mulieres confessio de recepta pecunia facta cum Viro præsumitur facta in fraudem legis, & mulierem adobligam vt pro viro fideiubiret num. 2.*

*Quod procedit etiam si mulier fateretur pecuniam in eius vtilitatem conuersam num. 3.*

*Mulier tenetur tantùm pro pecunia verè ad eius manus peruenta num. 5.*

*Mulieris obligatio non tenet* [illegible] *quandocunq; indotata remaneret num. 6. 8. & 11.*

*Præsertim si mulier esset Iuuenis num. 7. limitatur vbi dimidia pars dotis eidem remaneret num. 8. & 9.*

*Mulieris obligatio etiam iurata non valet, vbi dotis dimidia pars saltem ei non remaneret num. 10.*

*Et ita iudicauit Sac. Conc. Neapol. num. 12. & Senatus* [illegible] *num. 6, contrarium per Specul. num.* [illegible]

*Mulieris maritatæ obligatio etiam iurata præsumitur extorta metu reuerentiali num. 13.*

*Mulieris obligatio* [illegible] *etiam per Patre, aut fratre, aut filio non* [illegible] *vbi indotata remaneret num. 14.*

*Reuerentia sola quæ debetur Patri, marito, & similibus non sufficit ad probandum metum reuerentialē n. 15.*

*Renunciatio Velleiani facta per mulierem inualida dicitur nu. 16. & 17. contrarium num. 20. maximè si ex interuallo etiam renunciasset num. 21. & 25.*

*Mulier præsumitur ignorare dispositionem Velleiani Sen. Cons. num. 18.*

*Ignorantia iuris præsumitur in muliere num. 19.*

*Inter-*

*Intervallum dicitur continere biennium num. 22.*

*Iuramentum ex intervallo præstitum non confirmat contractum ex se nullum num. 23. contrarium num. 24.*

*Mulier validè renunciat beneficio Velleiani si contrahit cum alio quam cum Viro num. 26. & 27. cum seq. plur.*

*Renunciatio Velleiani nullius est momẽti in Regno Neapolitano ob specialem pragmaticam num. 30 & 31.*

*Mulieris renunciatio Velleiani valet si facta fuit fauore dotis alterius mulieris num. 33.*

*Lex generalis non derogat speciali promis. l. fin. C. ad Velleianum num. 34.*

*Lex generalis non comprehendit dotis num. 35. & 36.*

*Generalis dispositio, siue lex non comprehendit actum geminatum num. 37.*

*Geminatio actus inducit magnam scientiam num. 38.*

*Renunciatio facta per mulierem beneficio Velleiani valet quando principaliter se obligat non cum Viro, vel pro Viro num. 41.*

*Promissio conseruationis indemnitatis non probat intercessionem in præiuditium creditoris num. 42.*

*Mulier in quibus casibus efficaciter obligatur num. 43. cum plur. seq.*

*Velleiani beneficium cessat fauore libertatis num. 50. & fauore pietatis num. 51. Vel si mulier se obligat cum decreto Iudicis num 52.*

*Filius qui Patris excarcerationem neglexit exheredari potest num. 53. & 54.*

*Maritus pro se excarcerando validè potest alienare etiam bona dotalia num. 55. limitatur quando deliquit circa matrimonium num. 57.*

*Vxoris in dedecus redundat carceratio Viri num. 56.*

*Quis non debet consequi vtilitatem ex actu quem impugnauit num. 58.*

*Læsio quæ consideratur in contractu mulieris respectu dotis non habet locum in illius augmento num. 59. & 64.*

*Damnum euitandum ratio diuersa est à ratione lucri faciendi num. 60.*

*Dotis augumentum vel doti accessorium pari passu ambulat cum ipsa dote num. 61.*

*Dotis augumentum non potest alienare [illegible] superstitibus filiis, licet possit alienare dotem num. 62.*

*[illegible] tenetur [illegible] & ex causa [illegible] num*

*Renunciatio hypothecæ facta per vxorem valet quando viro consensit, licet non valeat obligatio nu. 66. 67. cum seq. & num. 71.*

*Declaratur hoc procedere respectu tantum eius cuius fauore facta fuit renunciatio num. 72.*

*Ius rescindendi contractum mulieri spectans transmittitur ad hæredes num 73. contrarium nu. 74. & 75.*

*Obligationibus pluribus contractis per mulierem maritatã, ita ut indotata remanêret si omnino promissa adimpleret post [illegible] tantam obligationes cumulantur vsq; ad dimidiam dotis partem nu. 76. & ita censuit Senatus Pedemont. num. 76. 77.*

## Obligatio Vxoris cum Viro quando valeat. Cap. CLII.

IVstinianus Imperator in *Auth. si qua mulier. C. ad Velleianum*, considerans
fragilitatem Mulierum, quæ Viri
blanditijs, & amore seductæ, se ipsas spoliare de facili possunt, statuit
non posse eas intercedere pro maritis, nec teneri obligationem pro ijs factam; nisi in quãtum
1 tum constet in eius vtilitatem versum, de qua
materia latè *Thesaur. decis. 30. & decis. 223. nu.*
2, Vbi scribit confessionem mulieris factam
cum viro præsumi factam in fraudem legis,
2 & mulierem adhibitam, vt pro viro fideiuberet post *Bart. Bal. et Castr. et alios in d. Auth. si*
*qua mulier, et Castrens. consil. 8. lib. 2. Abb. consil.*
*44. num. p. et Franciscum Marcum decis. 508.*

3 Quibus locis tradunt Doctores hoc procedere, etiam si mulier fateretur pecuniam versam
in sui vtilitatem, Quia nihilóminus non obstaret talis confessio, Et tãtum teneretur mu-
4 lier pro eo, quod clarè constaret ad eam peruenisse, vt etiam tradit *Specul. tit. de solutionibus §. ante omnia, vers. sed pone, quos sequitur Thesaur. cit. decis. 223. num. 4.*

Et quamuis vbi Vxor pro Viro, siue cum Viro
promisisset cũ iuramento, Vel geminatæ pro-
5 misisset, Tunc eam teneri ad obligationem
promissam communior sit opinio, præsertim si
renunciasset beneficio Velleiani, Maximè de
Iure Canonico, vt probat *Bar. in consil. 114, Punctus Quæstionis Abb. & cæteri in cap. si diligenti de foro compet. & in cap. ex rescripto de iureiurand.*
Quod etiam in terris Imperij procedere affirmat *Bal. consil. [illegible] lib. [illegible] Castr. d. cõsil. 8. lib. 2. & Afflict. decis. 205. num. 2. & decis. 322. num. 5., quam conclusionem expressè probat Alex. consil. 146. lib. 7. & post alios multos Thesaur. cit. decis. 223. num. 8. in fine.*

Attamen quotiescunq; indotata remaneret mulier, quia hoc in præiudicium publicũ, & con-
6 tra publicam vtilitatẽ sequeretur, Cum publicè interest dotes mulieribus conseruari, *l. p. ff. sol. matrim. Campeg. tr. de dote par. 4. q. 3. & 5. Ruger. consil. [illegible] lib. 2. Cephal. consil. 688. nu. 10. Surd. de alim. tit. p. [illegible] 39. num. 10, Gratian. in addit. ad decis. Marchian. [illegible] p.*, Præsertim quan-
7 do agitur de muliere iuuene, vt post *Rimin. Iun. consil. 560. nu. 63 tradit Giurba ad Figt. Messanæ cap. 14. glo. 3. par. p. nu.* DE AEQVITATE inualidã censeri dicit huiusmodi obligatio mulie-
8 ris, Vbi [illegible] pars dotis ei non remaneret, vt sæpè censuisse Senatum Pedemontanũ
testatur *Thesaur. all. decis. 283. sub nu. 13. & 14. in fine, Thesaur. Sun. lib. 4. qu. famil. 6. num. 3, et qu. 53. num. [illegible] Costa remed. subsid. 85 sub num. 5.*, vbi multis hãc AEQVITATEM placere tradit, Ne scilicet mulier indotata penitus remaneat, diuidatur damnum inter Vxorem, & Acquisito-
9 rem bonorum doti obnoxiorum, *Fontanell. de*

pactis

*pactis nuptial. clauf. 4. glo. 18. par. 3. nu. 54. fol. mihi*
*287. lib. p.*, Prout hanc sententiam AEQVIO-
REM esse scribit *Franc. Mar. decis. 508 num. 9.* fa-
uore mulierum, ne frans fieret huic Authen-
ticæ.
Quia tunc enormissimè læsa remaneret mulier,
si saltem dimidia pars dotis ei non remane-
10 ret, Et proinde non obstante iuramento om-
nis promissio, etiam iurata, innalida esset *Glo.*
*in d. Auth. si qua mulier verbo Nullatenus, Parif.*
*consil. 65. nu. 13. cum duobus seq. lib. 3. & consil. 75.*
*num. 13, & 26. lib. 4. Gail. pract. obseru. lib. 2. obser.*
*77. post Decium consil. 180, & 181, Gratian. lib. p.*
*discept. for. cap. 108. nu. 13. Senator Bellon. tr. de his*
*qui incontin. fiunt cap. 157. num. 8. in fine lib. p. Can-*
*cer. lib. p. var. resol. cap. 15. de renunc. num. 106.*, Vbi
ex Thesauro loco relato inquit priorem opi-
11 nionem esse de rigore iuris veram; De AE-
QVITATE tamen hanc secundam esse obser-
uandam, ne mulieres pænitus indotatæ rema-
neant *post Abb. consil. 8. lib. 2, & Affl. decis. 31 t.*
12 *num. 2. cum seq. & ibi Vrsil.* Et ita iudicasse illũ
Senatum anno 1602, testatur fauore Vxoris,
ne indotata ea remaneret, Et eo casu contrac-
tus iuratus præsumitur saltem metu reueren-
13 tiali extortus, non autem spontanea, *l. p. §.*
*qua onerandæ ff. quarum rerum actio non datur The-*
*saur. cit. decis. 223. nu. 5. Gratian. all. cap. 108. num.*
*13. 14. & num. 23*, quod etiam procederet si
14 mulier cum iuramento se obligasset pro Pa-
tre, fratre, vel filio mariti, vt ibidem explicat
*Thesaur. num. 5*; Et si regulariter sola reueren-
tia, quæ debetur personæ, vt Patri, marito, &
15 similibus, non sufficiat ad probandum metũ
reuerentialem, vt tradit *Fehin. in cap. causam il p.*
*sub num. 3. versic. tamen istis non de officio deleg. &*
*sequitur Gratian. cit. cap. 108. n. 5*, *vbi ex Bal. cons.*
*62. num p. lib. p. & Cran. 185 nu. 4.*, scribit pro-
bandum idcirco esse reuerentialem metum.
Hæsitant verò scribentes, an huiusmodi renun-
ciatio etiam iurata facta per mulierem bene-
ficio Senatusconsulti Velleiani sit valida an
16 irrita & inualidam eam esse probant *Bar. Bal.*
*Salyc. Castren. & cæteri in l. vlt. ff. ad Velleia. Ang.*
*in l. vlt. C. eodem tit. Abb. in cap. si diligenti nu. 14.*
*et ibi Felyn. num. 9. de foro compet.* Et hanc senten-
tiam dicit comm[illegible] *Calc[illegible] consil. 29,*
*et Gramma. decis. 36* [illegible]. Quod [illegible]
ea præcipuè ratione [illegible] mulier
17 eadem [illegible] iubea-
dum, sine contrahendum [illegible] igandum,
moueri videtur [illegible] dum, &
iurandum, *arg.* [illegible] *§.* [illegible] *nouationi-*
*bus, & l. vlt.* [illegible] *de pact.* [illegible] *Velleia-*
*num*, Feh[illegible] p[illegible] erut Eru-
di[illegible]ss. D. M[illegible]oda Primarius in Academia
Ticinensi Interpre[illegible] *lib. 2. controuers. iur. cap. 36.*
*per totum*, vbi ad contraria respon[illegible]
tollere nixus est.
Præcipuè quia mulier præsumitur ignorare dis-
18 positionem Senatusconf. per *Te*[illegible]*decipit-*
*di ff. ad Sen. Cons. Vellei.* Cum in muliere iuris
19 ignorantia præsumatur *Menoch. de præsumpt.*
*lib. 6. præsumptione 23. n. 17, & 19.* Et licet Iudex,
siue Notarius notum ei faciet Priuilegium Se-
natusconsulti Velleiani, & quærat ab ea an ve-
lit eius dispositioni renunciasse, vt efficaciter
obligetur, Nihilominus cum iam constituisset
se efficaciter obligare confidens debitorem
suæ satisfacturum esse obligationi, non im-
minuitur spes ex eo quod detegitur eidem
dispositio Senatusconsulti Velleiani.
Contrariam tamen sententiam veriorem, & cõ-
20 muniorem esse tradunt interpretes præser-
tim *Glo. Oddofr. et Fulgos. in eadem l. vlt., et Azo.*
*in summa eiusdem tit. ac Iacobus Cuiacius in lib. 20*
*obseru. cap. 34. Amplè Seraphin. de Priuileg. iur. priuil.*
*99. sub num. p. versic. Verum tamen dicas, et num. 3.*,
Quam sententiam amplectitur *Eruditiss. Fachin.*
*lib. 4. controuers. iur. cap. 60.* Præsertim verò id
procederet si mulier ex interuallo post primã
21 obligationem ad hanc renunciationem de-
uenisset, vt explicat *Fachin. loco relato vers. Alia*
*deniq; post Dec. et Alciã. in l. penult. C. de pactis,*
*Alex. Trentacinq. d. resol. 2. sub num. 14. versic. secũ-*
*dus est quando intercedit*, Vbi interuallum de-
22 clarat continere biennium integrum, *Senator*
*Bello. cit. cap. 157. num. 9. in fine lib. p.* Vbi tamen
*num. 6*, scribit iuramentum ex interuallo præs-
titum non confirmare contractum ex se nul-
23 lum, sed tantum confirmare quando incõti-
nenti, & vnico contextu fuit præstitum; licet
24 contrarium voluerit *Corneus in Auth. Sacramen-*
*ta puberum nu. 14. C. si aduersus vendit. & Alcia.*
*in cap. cum contingat num.* [illegible] *de iureiurando, Ri-*
*min. Iun. in §. princip. Inst. quibus alien. lic. nu. 175.*
*cum seq.*
Quam sententiam principalem sequitur *Franch.*
*decis. 84. num. 4.* Et distinguendo [illegible]
[illegible] comprobat *Alex. Trentacinq. lib. 3. var.*
*resol. tit. de fideiussione resol.* [illegible] *sub nu.* [illegible] *versic. Hæc*
*prima declaratio, ibi, Et renunciet Velleiano*, [illegible]
*num.* [illegible] *in prima conclusione per totum*, [illegible]
25 exc[illegible] tantum casum, quo [illegible]
cedit pro Viro secus si pro alio, [illegible]
renunciauit, cum tunc teneri [illegible]
affirmare videatur, & *subdu*[illegible]
*communi præfata, et versic. de iure communi non re-*
*cedere*, Vbi apertè tradit renunc[illegible] cum
iuramento factam per mulierem Velleiano
26 teneri, Quod etiam admittit *Franciscus Marcus*
*decis. 508. nu. 12. in fine par. p.* Vbi absolutè tra-
dit cum *Alberico in d. Auth. si qua mulier C. ad Vel-*
*leianum*) Mulieres posse renunciare *benef. dictæ*
*Auth.* quando contrahit cum aliquo (excepto
27 viro) Quia eo casu, cum expressè id prohibeat
Text. in d. *Auth.* quæ dicitur prohibitiua [illegible]
28 bit *Idem Marcus nu. 14.* [illegible] non valet eius
renunciatio per mulierem [illegible] dum interce-
29 dit pro Viro, etiam si iurauerit, & si de iure
Canonico contrarium habetur *in cap. licet mu-*
*lieres de iur. iur.*
In Regno tamen Neapolitano per specialem
pragmaticam nullius erit momenti huiusmodi
renun-

30 renuntiatio, vt exponit *Trentacinq; loco rel. sub num. 3. vers. sed hac*, Neq; obstare (extra pragmaticæ casum) rationē fragilitatis, quia eam cessasse affirmat propter auctoritatem Sacramenti, & eius reuerentiam, ad quod non ita
31 facile fore deueniendum mulierem. Sicut ad consentiendum tradit *Alex. conf. 42. col. 4. lib. 6. & Curt. conf. 43. num. 12.*

Cuius conclusionis veritas eo fortius elicitur, dum habetur obligationem mulieris cum re-
32 nontiatione Velleiani factam pro dote etiam valere, casus est *in l. fin. C. ad Sen. Conf. Vellc. Socin. Iun. conf. 17. num. 5. lib. 1. Ruin. conf. 194. nu. 6. lib. 5. Thesaur. d. decis. 223. nu. 15. quos sequitur Alex. Trentacinq; d. resolut. 2. nu. 4. tit. de fideiuss. lib. 3.* Etiam si huiusmodi promissio mulieris
33 facta fuisset cum marito, pro communi filia, quod magis est, ratione publicæ vtilitatis, quam continet dos vt scribunt *Bal. & Rom. in l. p. ff. sol. matr. per tex. in l. cum Vxor virum ff. de iure dot. et luculenter probat. idem Trentacinq. ibidem vers. Primo est, et vers. non recidas*, Vbi declarat *Tex. in d. Auth. si qua mulier C. ad Velleian.*
34 generaliter loquentem, non derogare dispositioni *d. l. fin. eodem tit.*; Cum lex siue dispositio generalis non comprehendat casum
35 dotis vt notat *Ias. in l. p. nu. 9. ff. sol. matr. et in l. fil. fam. §. diui num. 64. ff. de leg. p. et in l. quod dicetur num. 5. ff. de verborum oblig.*, *Bald. Nouell. tr. de dote pact. p. priuil. 48. Calcan. conf. 12. Parisiens. 81. num. 9. lib. 3. Marsil. singul. 442. & Negusant. tr. de pignor. p. membro, 8. pactis num. 235*
36 Maxime quando dos est spetialiter priuilegiata in illo casu, de quo loquitur generalis dispositio, vt post *Dec. in l. si certis annis C. de pactis, et in l. ex testamento C. vnde liberi, probat Trentacinq. sub d. num. 4. vers. non recedas verbo,*
37 *quæ conclusio*; Sicuti generalis dispositio, aut lex non comprehendit actum geminatum *Boman. in l. si vero §. de Viro, Falentia 31. ff. sol. matr.*
38 Cum geminatio actus inducat magnam scientiam, & deliberationem *Thesau. cit. decis. 222. num. 6*, Idem dicitur quando mulier se obligat cum Viro pro sua, vel communi vtilitate
39 *Addit. ad Bart. consil. 124. Punctus Quæstionis; Castr. in d. Auth. Si qua mulier*, Vel si mulier, &
40 Vir simul fideiubent fauore tertij, Erga aliū, *Tex. in cap. si ex rescripto de iureiu. Thesaur. cit. decis. 223. num. 15. & 16.*

Ex his patet renunciationem Senatusconsulto Velleiano etiam teneri, quando mulier prin-
41 cipali nomine se obligat, non cum Viro, vel pro Viro, *l. Seia ff. ad Velleia. Bal. in l. p. C. eodem tit.*, Vbi plus ait, quod si mulier se obligauit principaliter tanquam in rem suam, sed maritus, vel alius conseruat eam indemnem, quod per hoc non probatur intercessio, Quia conseruatio indemnitatis non facit fidem de in-
42 tercessione in præiuditium creditoris, *Trentacinq. loco cit. resol. 2. sub nu. 5. tit. de fideiuss. lib. 2. versic. Tu pro veritate*; Vbi in sequenti n. multos alios tradit casus in quibus mulier efficaciter obligatur cum renunciatione Velleiani; Præsertim quando mulier dat rem suam in so-
43 lutum creditori, pro marito debitore, *l. nec interest ff. eodem, & l. Senatusconsultum C. eodem tit.*, Idem si animo decipiendi fideiubeat mu-
44 lier, *l. p. C. ad Velleianum*, Idem quando in rem suam fideiubeat mulier, *l. si pro aliquo ff. ad Vel-*
45 *leianum*; Idem quando succedit ei pro quo intercessit *l. quamuis §. si mulieri vers. planè ff. ad*
46 *Velleianum*, Idem quando mulier incipit à so-
47 lutione *l. pr. C. ad Vellian.* Vel suum debitorem delegat. *l. quamuis §. planè ff eodem Gratian. cit. cap. 108. n. 31.* Qui tamen sequenti nu. 32.
48 contrarium verius existimat, Idem quando mulier recipit decem, vel aliquid ab eo pro
49 quo intercessit *l. si mulieri ff. eodem.*

Deniq; huiusmodi renuntiatio valet in contractu etiam fauorabili marito, quando promissio mulieris respicit fauorem libertatis, cuius
50 intuitu cessat Velleianum *l. penult. C. ad Vel-*
51 *leianum, Trentacinq; cit. loco num. 7.* Vel quamcunq; causam concernentem pietatem, vt si mulier cum renuntiatione Velleiani promisisset pro excarcerando Virum, Vel vt euitaret eius imminentem detentionem, tam ratione æris alieni, quam delicti *Tex. in l. quamuis 21. ff. sol. matr. Roma in auth. similiter C. ad falcidiam per l. dotale, & l. pen. ac vlt. C. ad Vell., Calcan. conf. 13. col. 2. vers. pr. quia Tiraquel. priuil. pro causa 113. Rimin. Sen. conf. 77. num. 16. lib. pr. quos sequitur Gratian. all. cap. 108. num. 4. cum seq. et num. 32. ac Thesaur. Iun. in addit. ad d. decis.*
52 *223. nu. 7.* Vbi id maxime procedere inquit quando mulier se obligauit cum Iudicis interuentu siuè decreto post *Suedum decis. 86. nu. 23. cum plur. seq.* Et etigimus supra *in cap. 90. nu. 35. cum seq. plur. lib. 1. post Surdum conf. 367. num. 38. cum. seq. et Sen. Bellon. cit. cap. 157. num. 11. et 12.*, Quo loci in filio etiam mino-
53 re id procedere scripsimus, Quē posse exhæredari, vbi, is patrem è carceribus liberare neglexit habetur per *glos. in cap. quinta vallis, verbo excederet vers. si parentem captum de iure iur. & ibi Doct. Rota diuers. decis. 63. num. 5. par. 2. Gratian. cit. cap. 108. num. 6.* Quia tunc non
54 præsumitur facta obligatio ob metum reuerentialem, vt subiicit ibidem *Gratian. num. 49.* Quippe quod maritus possit etiam eo casu ex semetipso impendere de bonis dotalibus vxoris, ea etiam reclamante, vt euadat carceres;
55 Cum tunc dicatur agi de causa vtriusq; propter vtilitatem, & necessitatem, viri, eo quia vxoris dedecus dicitur, illum in carceribus retineri ob voitatem carnis, & obligationem,
56 qua tenetur, et subuenire vxor, vt docet *Bald. in conf. 478. numer. 2. vers. si tamen lib. 5. & Surd. cit. conf. 367. num. 14. quem sequitur Gratian. loco cit. num. 26.*

Si, tamen maritus deliquisset contra matrimonium, vel ratione huius delicti carceratus re-
57 maneret, Tunc nō tenetur mulier se obligare pro eo ex carcerando; Cum non debeat maritus

ritus conſequi vtilitatem ex actu quem im-
58 pugnauit *l. iſti quidem ff. quod metus cauſa, & cap. quia fruſtra de vſur. Oſaſc. deciſ.* 114. *num.* 11. & 12., *& probat Gratian. cit. cap.* 108. *num.* 36.

Læſio verò, quæ conſideretur in dote ad annullationem contractus, ſiuè obligationis per mu-
59 lierem ſuſceptæ, non habet locum in augumento dotali, quia tunc mulier dicitur agere potius de lucro captando, quàm de damno
60 euitando, Diuerſaq; eſt ratio euitandi damni & lucrifaciendi *l. fin. §. licentia C. de iur. deliber.* Etiamſi dotis augumentum; tanquam doti acceſſorium, pari paſſu ambularet dicatur cū
61 ipſa dote *auth. ſi ſponſalicia largitas, Vt notatur in l. principalis, & in cap. acceſſorium de regul. iur. Theſaur. all. deciſ.* 223. *num.* 14. *Giurba ad Statuta Meſſanæ cap.* 14. *gloſ.* 3. *num.* 5. *part.* 3. Vbi etiam ſcribit, quod licet ſoluto matrimonio poſsit vxor alienare dotem, Non tamen
62 poterit alienare augumentum, dotis ſi ſuperſint filij, quibus cogitur ipſa præſtare in pecunia id quod ei fuerit ſolutum Canic. *Deciſ.* 65. *Gram. deciſ.* 203. *nu.* 96. *& Coſta de re integra*
63 *diſtinct.* 106. *num.* 2. Quippe etiam iocalia, & alia ex cauſa parata reſtituere tenetur filijs, vt ſcribit *Theſaur. Iun. qu. famil.* 29. *num.* 3. & 54. *lib. pr.*

Cum læſio ænormis conſideretur tantum, quando mulier nō poteſt indemnitatem conſequi pro eius dote in bonis Viri, & ſic indotata remaneret, non autem ſi augumentum
64 tantum perdit *Abb. in conſ.* 8. *num.* 6. *lib.* 2. Et propterea non inſpicitur tempus obligationis mulieris ſed ſolutionis tempus *Affl. deciſ.* 312. *cum ſeq; Theſaur. alleg. deciſ.* 223. *num.* 11. & 17. *in fine.*

Et licet obligatio mulieris cum Viro facta ex
66 ſupra firmatis non valeat, Valet tamen hypothecæ renunciatio, in tantum vt mulier, quæ renuntiauit hypothecæ ſuper certo fundo per maritum vendito, & quæ non ſe obligare idcircò dicitur, ſed tantum conſentit obligationi Viri ſe obligantis, & hypothecantis omnia bona ſua, non poſsit moleſtare empto-
67 rem fundi ratione hypothecæ, quàm ſuper eo priùs habebat, vt explicant *ſcribentes in ipſa auth. & habetur in l. iubemus, & in auth. ſiuè à me C. ad Vellei. Franciſcus Marcus deciſ.* 508. *num.* 14. *par. p. Theſaur. all. deciſ.* 223. *num.* 17.
68 *& Cancer. cit. cap.* 15. *num.* 99. Maximè ſi renuntiatio eſſet iurata, *Affl. deciſ.* 311. *num.* 4. *Rolan. conſ.* 70. *num.* 20. & 26. *lib.* 2. Et ità
69 cenſuiſſe Sen. Taurinenſem (modo mulier penitus indotata non remaneret) tradit *Theſ. cit. deciſ.* 223. *nu.* 17. *in fine, Coſta remed. ſubſid.*
70 85. *num.* 5. *& Morot. reſp.* 87. *sub nu.* 8. Quamuis contrarium voluerit *Specul. tit. de ſolut. §. pr. col.* 4. *verſ. tertio quæritur, Vital. in clauſ. renuntiationis l. Iulia ff. de fundo dotali,* & omni in caſu attenta huiuſmodi renunciatione hy-
71 pothecæ, non poſſet mulier ſe opponere executioni, quæ fit in bonis mariti, ſi ſuper ſunt alia bona pro eius dotibus *Theſaur. cit. deciſ.* 223. *sub n.* 17. *verſ. sed contrarium circa medium.*

Quod tamen declaratur procedere fauore eius tantum cuius contemplatione mulier renun-
72 tiauit hyppothecæ, Non autem fauore aliorū creditorum etiam anteriorum ipſi creditori, *glo. in l. Claudius Felix ff. qui potior in pign. habebantur Franch. deciſ.* 477. *num.* 55. *Negusant. de pignor.* 6. *par. membro* 3. *num.* 13. *in fine, quos ſequitur Cancer. cit. cap.* 15. *num.* 119. Vbi ait id maximè procedere ſi ſecundus creditor in ius mulieris ſucceſsiſſet.

Et quando mulier contraxit cum Viro, & ſic nulliter in præiuditium dotis, & contra diſpoſitionem Senatus Conſulti Velleiani, nec viuens egit ad contractus reſciſionem etiam ſi ſuperuixit, Viro, tunc ius hoc tranſmiſiſſe
73 cenſetur ad eius hæredes, qui idcirco agere poſſunt ad reſciſsionem contractus *Bartol. in l. poſt dotem qu.* 6. *& in l. quia tale ff. sol. matrim. & decidit Bald. nouell. tr. de dote par.* 12. *num.* 24. & 25. *ac expreſſè probat Cancer. dicto cap.* 15. *nu.* 17. *cum seq.*, Etiam ſi tunc ceſſet ratio deducta ne mulier indotata remaneat, quod priuile-
74 gium perſonale eſſe videatur, & ſic cum per-
75 ſona extinctum, neq; ad hæredes tranſitoriū *l. omnibus cauſis, & l. priuileg. ff. de reg. iur. vt expouit ibidem Cancer. num.* 116. *cum ſeq.*

Vbi autem mulier ad plures deueniſſet obligationes pro Viro, itaut indotata pænitus remaneret ſi omnia promiſſa adimplere teneretur Tunc annullantur tantum poſteriores con-
76 tractus, Itaut ſolum teneatur pro medietate dotis verſus eos, cum quibus primo loco contraxit, & ità iudicatum fuiſſe per Senatum
77 Taurinenſem teſtatur *Theſaur. iun. in Add. ad d. deciſ.* 223. *num.* 23.

## *SVMMARIA.*

*Pretium ſolutum Viro, & Vxori pro dimidia ad vtrumq; perueniſſe præſumitur num.* 1. & 2. *contrarium verius numer.* 4. 19. & 20. *declaratur num.* 27.

*Promiſſum viro, & vxori pro dimidia vtrumq; debetur num.* 3.

*Dos conſtante matrimonio pertinet ad maritum nu.* 5.

*Dos reſtitui non poteſt vxori matrimonio conſtante n.* 6

*Vxor non tenetur pro obligatione facta cum viro niſi probetur verſum in eius vtilitatem num.* 7. *etiam ſi cum iuramento promiſſerit num.* 9. & 10.

*Vxor non poteſt reſiſtere volontati viri num.* 8. & 10.

*Iuramento acceſſorio ad promiſſionem non ſtatur vbi lex requirit veram actus probationem num.* 11.

*Vxoris confeſſio facta in iudicio cum viro adhibitis debitis ſolemnitatibus illam obligat num.* 12.

*Dotalia pacta alterari non poſſunt niſi duobus concurrentibus vlz. conſenſus mulieris, & eius vtilitas num.* 13. *quod declaratur num* 14.

*Maritus non poteſt ex internallo adere pactum in acquiſitione facta per vxorem in eiuſdem præiuditium num.* 15.

*Maritus*

*Maritus, & vxor vendentes simul rem per dotem hypothecatam censetur maritus principalis contrahens, & vxor posita ad cautelam num. 16. & 17. quod procedit etiam in obligatione facta per Patrem, & filium simul num. 28.*

*Dotalis rei venditione facta per virum, & vxorem simul potest vxor redimere rem ipsam venditam num. 21. non obstante iuramento num. 21. 22.*

*Iuramentum non conualidat contractum nullum nu. 23.*

*Vxor vbi pro dote cauta est in alijs mariti bonis non potest venire contra venditorem, seu promissionem factam num. 24. & 25.*

*Prætium solutum matri, & filio, sinè nepoti simul pro dimidia, ad vtrumq; peruenisse præsumitur num. 26.*

*Idem procedit in venditione facta simul per Patrem, & filium num. 28. dummodo filius non staret sub protectione patris 29. & è contra num. 3. nu. 29. 30.*

## Prætium ex venditione facta per virũ, & vxorem simul præsumitur peruenisse ad virum tantum, alio non docto. Cap. CLIII.



HVC etiã pertinet, scire an facta venditione fundi siuè alterius rei dotalis per maritum, & vxorem simul
vel ea pignori data, recepto pretio
illud pro dimidia ad vtrumq; peruenisse sit præsumendum; Vel
potius virum tantum illud recepisse, & pro
1 dimidia parte vtrumq; recepisse respondit
*Bartol. in cons. 124. punctus quæstionis talis est, et tradit Bald. in l. mater numer. 11. C. de rei vendic. Castren. cons. 360. lib. pr. et cons. 362. nu. 3. lib. 2. Curt. sen. cons. 53. num. 3. vers. pro qua parte, & Natta cons. 30. num. pr.*
Cum enim ambo fassi sint recepisse prætium, dimidiam partem vnumquemq; recepisse dicen-
2 dum videtur, quia copula, & æqualiter diuidit
*l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis*, Nisi ex probabilibus coniecturis aliud actum probare possit *Curt. Sen. cons. 53. & Boer. decis. 23. num. 10. cum seq.*
Et sicuti si aliquid eis dari stipulauerint vxor, &
3 maritus vxori pro dimidia acquiritur, vt
notat *Bald. in l. si vxor sub num. 6. vers. item si & stipulator C. de condit. incertis Olasc. decis. 140. num. 6. quos sequitur Carpan. ad statutum 269. nu. 31. lib. pr.* Ità pari ratione dimidiam prætij partem recepisse vxorem dicendum est si ambo simul prætium recepisse fassi sunt.
4 Communior tamen, & verior de ÆQVITATE, est contraria sententia, quod scilicet totum pretium præsumatur ad maritum peruenisse; Quia sicuti dos constante matrimo-
5 nio pertinet ad maritum pro oneribus matrimonij *l. dote ancillam C. de rei vend. & l. pro oneribus C. de iure dotis* Ita vxor videtur animo intercedendi pro marito interuenisse, nec possit pro dote aliquem facere contractum; maximè cum dos constante matrimonio non
6 possit vxori restitui nisi in certis casibus *l. manens §. manente ff. de iure dot. & l. quamvis ff. sol. matr.* Vnde si vir, & vxor in eodem instrumento se obligant, vxor non tenetur, nisi
7 quatenus probetur versum in eius vtilitatem
*dicta auth. si qua mulier C. ad Velleian. et ibi Salic. num. 8., et ita sentit specul. tit. de oblig. et solut. §. aute omnia num. 9. vers. sed pone Bald. in dict. auth. si qua mulier num. 6. et ibi Castr. num. 3. vers. sed queritur an stetur Imol. in l. modestinus in fine ff. de solut.* Vbi hanc opinionem esse veriorem & habere AEQVITATEM scribit, prout hoc idem affirmat *in cap. cum contingat nu. 24. vers. sed iuxta prædicta de iure iur.*
Quam sententiam sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 22. per totum præsertim num. 5. quam etiam amplectitur Card. Mant. tr. de tacit. et ambig. lib. 3. tit. 10. num. 44.* Ea præsertim ratione, quia, vt docet experientia maritus, videtur, pretium accepisse cuius voluntati
8 mulier non potest resistere, & ideò non tenetur dimidiã partem dicti pretij in dotẽ compensare *post Rom. in d. l. cum dotem §. transgrediamur num. 17. ff. sol. matrim. Bal. Nouell. tr. de dote part. 7. priuil. num. 15. vers. duodecimo Fabia. de monte tr. de empt. et vendit. qu. 3. princip. num. 64. cum seq; Bologn. cons. 45. num. 4. et seq.*, & ita iudicatum bis fuisse in Sacro Consilio testatur *Afflict. decis. 209. Boer. decis. 23. num. 6. cum seq;* Quam conclus. sequitur etiam *Natta cons. 52. num. 6. cum seq. Cranet cons. 91. num. 11. vers. decimo*, Vbi communissimam hanc esse sententiam scribit, & quod temerarium esset ab ea discedere.
Hanc eandem sententiam comprobat *Rolan. cons. 64. lib. pr. Osasc. decis. 43. nu. 5. et Gabriel. cons. 58. num. pr. cum seq; lib. pr. Tiraquel. tr. de retr. linager. §. 31. glos. pr. num. 5. cum seq. Ronchegal. in l. eandem à num. 55. vsq; ad num. 62. de duobus reis Carpan. ad d. stat. 269. num. 32. lib. pr. quos sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 498.*
9 *num. 2.* Vbi sequenti nu. respondit ad contraria, etiam respectu iuramenti per mulierem præstiti in actu confessionis; Quia ex confessione simplici iurata mulieris, non præsumitur aliquam partem pecuniæ ad mulierem
10 peruenisse, Nisi probetur realis, & manifesta versio in eius vtilitatem; Quasi hoc iuramentum non sit promissorium, sed accessoriũ
11 cui non statur vbi lex determinat de vero actu probando *Bald. in d. auth. si qua mulier num. pr. de qua re Costa tr. de port. rata qu. 126. num. 16. cum seq;*
Nisi fortè confessio mulieris cum viro facta esset in iuditio, cum debitis solemnitatibus vlz.
12 dum affirmasset pecunias fuisse conuersas in eius vtilitatem vt subijcit *Bald. loco rel. & ibi Salicet. num 6. in fine Ronchegal. loco cit. num. 58. vers. nisi fortè id actum sit, & Tiraquel. cit. §. 31. glos. pr. num. 5. Menoch. all. præsum 22. num. 9.*
lib.

*lib. 3. quos sequitur Gratian. cit. cap. 498. num. 8.*
Duo etenim copulatiuè requiruntur, vt pacta
dotalia alterari possint mulieris scilicet con-
13 sensus, Et eius vtilitas *Socin. iun. cons. 118. nu.*
*11. lib. 3. Honded. cons. 14. num. 53. cons. 41. num.*
*26. lib. pr. Pascal. de viribus patriæ potest. par. 2.*
*cap. 6. num. 15.* Nec satis est pactum tale esse
quod ex eo possit melior, vel deterior fieri
mulieris conditio, cum opus sit quod ex
14 euentu cum effectu concurrat eius vtilitas
certa *Natta cons. 37. Polid. Ripa, obseruatione*
*119. Gratian. dict. lib. 3. discept. forens. cap. 435.*
*num. 39. & 40. Pascal. de patr. potest. cit. cap. 6.*
*num. 16. quos sequitur Giurba ad Statut. Messanæ*
*cap. 14. glos. 3. par. pr. nu. 3. in fine*, vbi etiam
tradit non posse maritum ex interuallo adde-
re pactum acquisitioni factæ nomine vxoris
15 in eiusdem præiuditium post *Gamam decis. 178*
*nu. 8. & Sen. Bellon. tr. de his quæ. in contin. fiunt*
*cap. 54. num. 16. lib. primo.*
Præterea quando maritus, & vxor vendunt rem
mariti pro dote hypothecata dicitur maritus
16 principaliter contrahere, & mulier posita ad
17 cautelam, Quia is dicitur principaliter con-
trahere, ad quem negotium principaliter
spectat, & alij positi ad cautelam alterius
contrahentis *l. si liqueat, & ibi Bald. & Salic.*
*C. de inoff. donat. & notat. Bal. in l. fin. C. de dote*
*promissa*, Vbi scribit quod si pater cum fratre,
aut extraneo promiserit dotem pro filia pater
dicitur principaliter obligatus, & frater siuè
extraneus fideiussor positus ad cautelam cre-
18 ditoris *Crau. cons. 77. Natta cons. 552. num. 2.*
*Valasc. decis. 127. num. 6. lib. 2. Caucer. cit. cap.*
*15. num. 115.*; Vndè consequens est vt etiam
pretium ad ipsum principalem tantum per-
uenisse dicatur, non ad mulierem accessoriam
19 vt probat *Natta cit. cons. 552. num. pr. circa*
*medium*; Quæ mulier id circo fideiussorio no-
mine potiùs consensisse dicitur venditioni;
Et consequenter suæ hypothecæ renunciasse
20 potius, quam pretium recepisse *tex. in d. auth.*
*siuè à me C. ad Velle. & in l. vir vxori §. vlt. ff.*
*eodem tit. Menoch cit. præsumpt. 22. num. 3. lib. 3.*
Et facta huiusmodi alienatione rei dotalis per
virum, & vxorem, posse vxorem redimere rem
21 dotalem statuit *Tex. in l. si prædium, & ibi Bar.*
*& Bal. C. de iure dotium, & in l. qui superstitis in*
*fin. ff. de acquir. hæreditate Surd. de alim. tit. 8.*
*priuil. 36. num. pr. Tuscus litt. D. conclus. 759. nu.*
22 *25.* Etiam non obstante iuramento, vt subijcit
Tuscus *cit. conclus. 759. num. 2.* Quando solu-
to matrimonio agit mulier, *Giurba ad Stat. Mes-*
*sanæ cit. cap. 14. glos. 3. par. pr. num. 9. & 10.*,
Ea ratione quod vbi contractus mulieris, &
23 obligatio ipso iure nulla est de iure cõmuni,
nihil operatur iuramentũ *l. non dub. ũ in fin. C. de*
*legibus Seraf. priuil. iur. 65. n. 11. Ceph. cons. 312. n.*
*106. & cons. 456. num. 30. Surd. de alim. tit. 8.*
*priuil. 36. num. 3. Rimin. iun. cons. 467. num. 6.*
*& cons. 239. nu. 70.*; Nisi in alijs mariti bonis
24 secura sit mulier *Affl. decis. 336. Alba cons. 4.*
*num. 30. Tuscus d. concl. 759. num. 4. Polid. Ripa*
*obseru. 385. num. 7.* Quia tunc mulieris aliena-
25 tio iuramento firmatur *Affl. decis. 311. num. 4.*
*& ibi Vrsil. num. 4. & Franch. cit. decis. 84. &*
*decis. 477. Rol. cons. 70. num. 24. lib. 2. Marta in*
*l. pr. qu. 10. num. 10. ff. sol. matr. Viuius decis.*
*133. num. 2. quos sequitur Giurba ad Stat. d. cap.*
*14. glos. 3. num. 11. part. pr.*
Si vero mulier simul cum filio vel nepote insoli-
dum alienasset proprietatem, tunc præsume-
26 retur pecuniam peruenisse pro dimidia ad
vtrumq; Cum tunc cessaret reuerentialis me-
tus, qui consideratur in viro idẽ procederet si
bona vendita essent communia inter virum
27 & vxorem vel in nuptialibus pactis expræssè
ita fuisset conuentum vt disertè scribit *Menoch.*
*cit. præsump. 22. num. 6. & 11. lib. 3. de præsum-*
*tionibus.*
Idem dicitur si filius cum patre simul contraxit
vel se obligauit alicui pro pecunia recepta,
28 quia præsumitur pro medietate ad quemli-
bet peruenisse pecunias, siuè merces quamuis
creditor vtrumq; in solidũ habeat obligatos
*l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Alex., &*
*cæteri in l. si cum dotem § transgrediamur ff. sol.*
*matrim. & probat Apicella tr. de cessione bonorum*
*tit. 4. sub num. 40. vers. si enim pater litt. O.*; Si
tamen filius staret sub protectione patris,
præsumitur totam pecuniam peruenisse ad
29 patrem, nisi contrarium appareret ex solu-
tione facta alteri ipsorum tantum; Et è contra
si pater staret sub protectione filij, & non
apparet cur præcisè soluta fuisset pecunia,
sed ambo confessionem fecissent; tũc ad filiũ
30 administrantem totam pecuniam peruenisse
præsumendum est *Boer. decis. 23. nu. 10. Stracha*
*tr. de decretoribus num. 10. fol. 97. & Apicella*
*loco cit. litt. P. vbi hanc sententiam potius de*
*AEQVITATE esse quam de rigore tradit.*

## *SVMMARIA.*

*Codicilli dicuntur vna, & eadem dispositio cum testa-*
*mento num. 1. ac eodem tempore facti finguntur n. 2.*
*Testes in testamentis masculi esse debent, & omni ex-*
*ceptione maiores num. 3.*
*Mulieres dicuntur testes inhabiles etiam in Codicillis*
*num. 4. contrarium verius num. 9. 11. ac 12.*
*Testes in testamentis adhibentur, tam ad probandum,*
*quam ad excludendum fraudes, & falsitates num. 5.*
*Mulieres dicuntur corruptibiles incostantes num. 6.*
*Senecæ sententia aduersus mulieres num. 7.*
*Propertij sententia contra mulieres num. 8.*
*Testes quinq; tantum in Codicillis requiruntur in te-*
*stamentis vero septem num. 10.*
*Testamenta maius præiuditium continent, quam codi-*
*cilli num. 13.*
*Codicillis non potest fieri hæredis institutio, sed tantum*
*legata, vel eorum declaratio num. 14.*
*In codicillis potest relinqui hæreditas per fideicommis-*
*sum num. 14.*
*Glosa habetur loco textus, quando ille non reperitur*
*num.*

*numer. 15. limitatur numer. 16., & 17.*
*Testes in codicillis esse debent puberes num. 18.*
*Testium numerus in testamentis requiritur pro forma num. 20 & 25.*
*Forma dat esse rei num. 21.*
*Impubes quidquid agit, aut vidit ignorat num. 22.*
*Testes in codicillis liberi non serui esse debent num. 23.*
*Testium inhabilitas detecta post conditum testamentum non annullat testamentum, sed tantum si ea erat notoria num. 24. retro allegatur num. 28.*
*Forma adimpleuda omnino est num. 26.*
*Forma adimpleta dicitur vbi quis fecit, quod in se est in his quae pendent à potestate facientis num. 27.*
*Testis defectus siuè inhabilitas in contractibus non suppletur per sufficientiam annorum num. 29.*
*Testamentorum conseruatione maximus conceditur fauor num. 30.*
*Testis habilis dicitur in vlt. voluntatibus etiam si ei aliquid legatum fuerit num. 31.*
*Testis habilis non dicitur in testamento si est Pater, aut frater siuè Patruus haeredis instituti num. 32.*
*Testis habilis non dicitur furiosus, aut mutus in testamentis num. 33.*
*Testes vltimis voluntatibus praesentes in eodem loco cum testatore esse debent num. 34.*
*Testes testamentarij audire debent dispòsita a testatore num. 35. & 37.*
*Testes testamentarij rogati esse debent num. 38. & rogitus per Tabellionem scribendus nu. 39. ampliatur hoc procedere etiam in causa piа num. 40. contra per Gomezium num. 41.*
*Mulier dicitur testis habilis in testamentis tempore pestis in subsidium num. 42. & 43.*

## Mulier an testis habilis sit in codicillis Cap. CLIV.

1 EX responso Iuliani I.C. *in l. 2. §. codicillorum ff. de iure codicillorum* constat testamẽtum, & codicillos censeri esse vnam, *& eandem dispositionem*, cum contenta in codicillis, habeantur ac si in testamento omnia scripta essent, & eodem tempore facta reputantur testamentum ac codi-
2 cilli, Cum vtriusq; effectus conferatur post tempus mortis testatoris secundum *Cy. in l. 2. C. de testam. Natta cons. 483. num. 18. & 19. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. sub nu. 7. vers. planè dispositio quos sequitur Grattan. lib. 3. discept. forens. cap. 571. nu. 26.*; Cum igitur in testamentis testes tantum masculi, & omni
3 quidem exceptione maiores esse possint, non faeminae *tex. est in l. qui testamento §. eum qui lege ff. de testam. & in § testes autem instit. de testamentis ample Decius cons. 105. sub num. 4. vers. & considerandum est ac num. 5. Plotus cons. 17. numer. 69. & in l. si quando num. 792. cum seq; plur. vsq; ad num. 806.* sequitur, dicendum mulieres esse
4 testes inhabiles etiam in codicillis, Cum censeantur vna, & eadem dispositio cum testamento.

Huius conclusionis rationem eam esse deducunt scribentes, quod cum tota testantis dispositio ex testium fide dependeat, & probetur, & tales testes adhibeantur in testamentis, non solum ad probandum veritatem, sed etiam ad
5 excludendam fraudem, & falsitatem *l. fin. C. de fideicomiss. & §. fin. instit. eodem tit.* foemina vero dicatur corruptibilis incõstans multaq;
6 pariatur discrimina iuxtà illud Senecę in Hyppolito, Sed Dux malorum faemina, & scelerũ
7 artifex, & scribit Propertius lib. 2.
*Non sic incerto mutantur flumine syrtes*
*Nec folia hyberno tam tremefacta noto*
8 *Quam cito foeminea non constat foedus in ira.*

Propterea attenta hac inconstantia faeminarum prohibita in testamentis esse testem faeminam tenet *glos. in d. l. qui testam. §. eum qui facit ratio tex. in l. lex quae tutores C. de administr. tut. Dec. in cap. 3. de testibus, & in l. 2. de reg. iur. Alex. cons. 70. lib. 2. Couaru. in cap. cum esses de testam. num. 14. vers. in quantum testes.*

AEQVIOR, & verior tamen videtur contraria sententia vt vlz. faeminę quae in testamentis
9 testes inhabiles sunt; nihilominus habiles testes dicantur in codicillis, vt exponit eadẽ *Glos. in dicta l. qui testamento §. eum qui verbo non poterit ff. de testam.* Quam sententiam, etiam tenet *glos. in l. fin. verbo quinq; testes C. de codicillis*, Vbi habetur quod cum faeminae prohibeantur tantum à legibus, vt sint testes in testamentis, Ideirco prohibitae non censentur, vt testes esse possint in codicillis.

Hanc sentẽtiam sequitur Rolandinus *passeger. tr. de codicillis tit. in quibus defferant, & conueniant testamenta, & codicilli num. 12. fol. 199. tom. 8.*
10 *tract.* Vbi praesertim tradit hanc diferentiam, quod in testamentis septem requiruntur testes, & quidem masculi, in codicillis, vero tantum quinq; inter quos faeminae etiam admittuntur; Hoc idem probat Socin. *tr. fallent.*
11 *reg. 419.* Vbi multos tradit casus in quibus mulier potest esse testis.

Prout ante eum idem affirmauit *Decius in l. faeminae num. 26. ff. de reg. iur.* Vbi ad contraria respondet, & praesertim distinguit inter solemnitates necessarias requisitas in testamento, & alias, quae tantum sunt adhibendae in codi-
12 cillis post *Aretin. in d. l. qui testamento §. eum qui verbo mulier ff. de testam.*; Quam sententiam amplectitur *Menchia de success. creat. §. 12. num. 12. & Burgos de Paz in l. 3. Tauri num. 97.*

Cuius conclusionis rationem afferunt, quia
13 in testamentis agitur de maiori praeiuditio, nẽpè de haeredis institutione, vel de exhaereditatione, & sic merito suspitio, quae de inconstantia mulieris timetur cessat in codicilis
14 in quibus de re non maximi praeiuditij, sed de declarandis legatis, vel exoneranda consciẽtia defuncti tantum agitur, & hanc conclusionem sequitur Spinus à Caceres *tr. de testam.*

S tit

*tit. de codicillis glos. 32. princip. num. 36. & 37.*
Qui auctor licet deinde hoc cogitandum relin-
quat, *vers. sed licet, & vers. deindè fuit ac vers. quare*
*ergò*; Eo sub prætextu, quod etiam in codicil-
lis multoties agitur de re magni præiuditij,
& ponderis, cum hæreditas posit per fidei-
commissum relinqui in codicillis, & hæres de-
clarari, & magna legata præstari, quæ omnia
& similia sunt magni momenti; Attamen cũ
citatæ binæ glosæ hanc sententiam expræssè
decidant; superfluum est de hoc hæsitare cum
15 glos. habeatur loco Textus, quando ille non
reperitur, & præfertur omnibus alijs auctori-
tatibus, ac etiam communi Doctorum opinio-
ni *Imol. in l. p. ff. de vulg. & pupill. Bal. in l. cum*
*hæreditas in fine C. de iust. & iure Felin. in cap. pr.*
16 *vers. secundo limita de constitut.* Nisi tamen opi-
nio contra glosam melioribus rationibus esset
fundata, vt exponit *Abb. in cap. capellanus de*
*ferijs Affl. decis. 384. n. 3.* vbi scribit si cum glosa
17 concurrant tres Doctores, tunc ea opinio om-
nibus præferri debet *Gratus cons. 752. num. 21.*
*cum seq. lib. 2. Monald. cons. 154. num. 47. lib. 2.*
In quo tamen testamento, & codicillis testes esse
debent puberes, alias testamentũ, siue codi-
18 cillum debita solemnitate careret; Quia sub-
lata persona impuberis vti testis inhabilis;
Tunc rationẽ defectus numeri testiũ inualidũ
19 censeretur testamentũ siuè codicilli *Angel. cõs.*
*128. & Decius cit. cons. 105 n. 5. vrs. Et ad hoc spe-*
*cialiter facit quos sequitur Plottus alle. cons. 17. nu.*
20 70. Cum pro forma validitatis testamenti,
requiratur certus testium numerus, & talis
qualitatis, vt impuberes non sint, & forma det
21 esse rei cum ea omissa desinat res suũ habere
effectum *l. Iulian. §. sed, & si ff. ad exhibendum*
*glos. in l. nemo potest ff. de leg. p.* impubes enim
22 non intelligit quid agit, & quod vidit ignorat
*arg. l. pupillus si fori ff. acquir. hæred. & l. potuit*
*C. de iure deliber. Spina d. tr. de testam. tit. de testi-*
*bus cit. glos. 31. num. 17.*
Qui testes etiam liberi non serui esse debent
23 *l. p. C. de testamentis & l. quoniam liberi C. de testi-*
*bus*, Quod etiam procedere in testamentis ad
pias causas tradunt *scrib. in cap. relatum, & in*
*cap. cum esses de testamẽtis Menchia de success. creat.*
*§. 12. num. 64.*
Valet tamen testamentum si testium inhabilitas
fuit detecta post conditum testamentũ si ea nõ
24 erat notoria ante testamẽtum ipsum, vt pro-
bat *Ias. in l. barbarius nu. 45. & in l. p C. de testam.*
Ratio est quia licet pro forma requiratur,
25 quod testes sint liberi *l. hac consultiss. C. de*
*testam. & l. qui testamento §. seruus ff. eodem*, quæ
26 semper idcirco in omnibus est adimplẽda *l. cũ*
*qui §. si prætor ff. de transactionibus & l. si vnus C.*
*de testamentis*, Nihilominus quando quis facit,
quod in se est, vt talis forma adimpleatur, in
his quæ pendẽt à potestate actũ facientis tali
casu sufficit, quod quis faciat quod in se est,
27 vt videatur adimpleta *l. quæ sub conditione §.*
*quoties ff. de cõdit. & demõstr. l. fin ff. de cõdit. inser.*
*latè Spina d. tr. de testam. tit. de testib. glo. 31. n. 1.*
*& 8.* Vbi seq. nu. tradit differentiam inter
contractus, & vltimas voluntates; Dum in
vltimis voluntatibus in quibus plures inter-
uenerunt testes licet aliquis reperiatur, exin-
28 de pati aliquem defectum; Tamen potest is
suppleri per aliorum probitatẽ; Secus in con-
29 tractibus in quibus duo tantum testes suffi-
ciunt: Quia defectus, & inhabilitas vnius
non suppletur per alterius capacitatem; Præ-
30 sertim cum maximus sit fauor in conseruan-
dis testamentis *Ias. in l. dictantibus col. 2. C. de*
*testamentis.*
Habilis nihilominus dicitur testis etiam si ei in
testamento, vel codicillis aliquid fuerit lega-
31 tum, vt cauetur in *§. legatarijs instit. de le-*
*gatis, et in speciè probat Orian. in cap. quoniam con-*
*tra cap. 8. de testium depositione n. 67. vers. Quæro*
*vlterius de probationibus quem sequitur Carpan. ad*
*stat. 319. num. 62. lib. pr. Menoch. de arbitr. casu*
*106. num. 14.*
Quãuis habilis non diceretur testis etiam in co-
dicillis, vbi esset Pater siue frater, aut auun-
32 culus, ipsius hæredis instituti, vt post alios
scribit *Dec. cit. cons. 05. sub nu. 5. vers. et ad hoc*
*spetialiter, facit Plotus rel. cons. 17. nu. 69. vers.,*
*etità in speciè, et numer.* 70. Quemadmodum
33 habiles neq; etiam essent testes furiosi, vel
muti, surdiuè, aut cæci *l. qui testamento §. furio-*
*sus, de testam. et §. testes autem institut. eodem tit.*
*Menchia de success. creat. cit. §. 12. numer. 24. cum*
*seq; Spina cit. glos. 31. num. 19.*
Qui testes præsentes esse debent, & in conspectu
ipsius testatoris siue condicillantis, in tantum
quod si essent in alio loco, vbi (& si testatorẽ
34 non viderent) audiebant tamen omnia, quæ
loquebantur Adhùc eorum testimonium non
releuaret quamuis notam haberent vocem
eiusdem testatoris ita tradunt *Bald. Salicet. Ias.*
*& cæteri in l. si non per specialẽ C. de testam. & est*
*communis opinio de qua Corn. cons. 18. num. 4. lib.*
*2. Dec. cons. 354. num. p. Paris cons. 33. fol. p. lib.*
*2. Spina dicta glos. 31. nu. 21.* Vbi etiam ampliat
debere legi per Notarium disposita per testa-
35 torem in testamento nuncupatiuo ad claram
inteligẽtiam testium, Nisi ea omnia ad eorum
præsentiam dictauerit ipsemet testator scri-
36 bente notario, Quamuis cõsulat idem auctor
num. 22. Vt etiam eo casu ad tollendas suspi-
37 tiones, Denuo legantur per Tabellionem dis-
posita ab ipso testatore iuxtà doctrinam *Cornei*
*in cons. 118. lib. 3. Menchia de success. creat. §. 13.*
*requisito 10. num. 36. cum seq.*
Cæterum quod testes, tàm in testamentis, quàm
in codicillis debeant esse rogati, adhoc, vt
38 valeat actus testamenti, siuè codicillorum, est
apertus *tex. in l. hæredes palam §. in testamentis*
*ff. de testamentis, & in l. hac consultiss. C. eodem tit.*
*§. fin. instit. eodem tit. & Auth. rogati C. de testibus*
39 Qui rogitus est per Tabellionem scribendus
*specul. tit. de testibus §. pr: in fin. scrib. in l. Diuus*
*de testam. milit.* Quod etiam procedere in causa
40 pia

40 pia habetur *in cap. cum esses vbi scrib. & in cap.*
*relatum de testam.* de qua materia ample *Gratia.*
*lib. 4. discept. for. cap. 605. nu. 20. & 22.* Er hanc
esse communem conclusionem probat *Spinus*
*dicto tr. de testam. glos. 31. num. 29. cum duobus*
*seq.* quidquid in contrariũ affirmauerit Gomez
41 ibi citatus, Hoc idem probat *Luc. de Pana in*
*l. 2. num. 3. C. de conuen. Fisci debit. lib. 10.*
Amplius licet *Alex. cons. 70. lib. 2. & Ripa tr. de*
*peste vers. 2. quaro an mulier fol. 4.* tradant mu-
lieeem non esse idoneum testem in testamen-
42 tis etiam tempore pestis; Tamen, vbi alij
testes reperti non fuerint in subsidiũ eas ha-
43 biles esse probat *Ias. in l. fin. col. 3. C. de testam.*
*quem sequitur Rubeus Alex. cons. 155. num. 2. &*
*Costa remed. subsid. 70. num. 18.*

## S V M M A R I A.

*Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio num. 1. limitatur Fisci fauore num. 2. contrar. nu. 5.*

*Solutiones qua fieri debent Fisco fienda sunt in loco destinato num. 3.*

*Soluens Officiali Fisci non seruata solemnitate sibi imputetur num. 4.*

*Fiscus tenetur prius conuenire Officialem qui exegit antequam molestet soluente non adhibitis solemnitatibus nu. 5. & 6.*

*Solemnitates qua adhibenda sunt in solutionibus Fisci faciendis mediantibus Officialibus nu. 7. et 8. limit. declarat num. 11, Tamen in debitis, qui descriptis non sunt in libris Reg. Cam. sed tantum per soluunt.*

*Forma qua soluuntur pecunia Fisco Reg. in Mediolani Dominior.um. 10.*

*Solutione facta Officialibus suis ratione contractus probari potest per Testes, vel per scripturam priuatam num. 12.*

*Exceptio non numerata pecunia opponi non potest per Fiscum eius debitori qui soluit si ritè, & re tè solu t num. 13.*

*Exactar publicus moderatus, & benignus esse debet num. 14. 15. & 20.*

*Diligentia non ambitiosa differt ab insolentia i nuidiosa num. 26.*

*Insolens dicitur Superbus fatuus num. 17.*

*Insolentia dicitur prauus vsus quasi contra solitum, & debitum natura cursum num. 18.*

*Populus leniendus est verbis clementibus, & sic seruit, Duris vero exasperatur sepeq; rebellat num. 19.*

*Fiscus illasus manere debet num. 21.*

*Iracundus nullo modo esse debet Iudex num. 23. & 29.*

*Ira in sinu stulti requiescit num. 24.*

*D. Gregorij sententia circa Iudices iracundos nu. 25. & 27.*

*Qui ad indagnationem facilis est, erit ad peccatum procliuior num. 28.*

*Animus perturbatus, & lacitatus, nec cohibere se potest, nec quo loco vult iuxta Ciceronem num. 30.*

*Ira moderata interdum laudatur num. 31.*

*Irascimini sed nollite peccare ex Diu. Paulo num. 32.*

*Ira melior est risu quia per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis.*

*Ira immoderata dicitur potius furor num. 34.*

*D. Augustini sententia de Theodosio Imperatore 35. & 36.*

*Homo ex ira fit extra corpus suum num. 37.*

*Iracundia minuit dies, & ante tempus senectutem inducit, ac amicis priuat num. 38.*

*Superbia regnat his temporibus num. 39.*

*Totila in Diuinis Immanissimus num. 40.*

*Bella non tàm ferro, quàm clementia feliciter geruntur num. 41.*

*Nihil difficilius est quam bene imperare num. 42.*

*Principes quomodo decipiantur num. 42. & 43.*

*Imperatores Arcadius, et Honorius vmbram dumtaxat tanti nominis sustinebant num. 44.*

*Restitutio Ducatus Mantuani, et Montisferrati, ac ditionis Rhetiorum num. 45.*

*Ius si violandum est regnandi gratia violandum nu. 46.*

*Ius in armis num. 47. Baiazetis exemplum nu. 49.*

*Omnia fortium Virorum esse profitebant Galli nu. 48.*

*Fidem inconcusse seruauit Romanus Populus nu. 50. de quo plura narrantur exempla num. etiam 51. et 52.*

*Ioannis Gallorum Regis exemplum in fide obseruanda num. 53.*

*Franchi antiqui cum mendaces essent periurium sermones genus non criminis esse arbitrabantur nu. 53.*

*Defficere à promissionibus iuratis cum num. 54.*

*Imperatoris Anthemy responso notanda ad B. Episanium pro Pace danda Ricimiro genero num. 55.*

*Hostem intestinum amici specie sustinere non debemus num. 56.*

*Princeps, cauere debeat ab ambitione dominandi n. 59.*

*Ambitio dominandi caput quod alienum est, nec vlla accessione satiatur num. 60.*

*Consultius est tueri qua quis habet quam extendere num. 61.*

*Magnus vt sis, modicus esto, Quia stare poterit, qui tandem desinit velle scandere num. 62.*

*Imperium securum, non magnitudo, sed Iusticia facie t num. 63.*

*Prospere res, mutationis proxime, & obnoxie esse solent num. 64.*

*Fartuna lubrica est, nec in vita teneri potest, vt Alex. magno dixerunt scita num. 65.*

*Fortuna sine pedibus esse dicitur num. 66.*

*Senecæ sententia notanda circa eos qui ius dominand desiderant num. 67.*

*Imperare sibi maximum Imperium est num. 68.*

## Fiscus agere prius debet aduersus eius officialem, qui exegit à debitore, antequam debitorem molestet si, in libris Fisci non fuit descripta solutio debiti. Cap. CLV.

1 
VAMVIS tritum sit solutione
eius, quod debetur tolli omnem
obligationem casus est in *l. si pu-*
*pillus ff. ad l. falcid. & §. p. instit.*
*quibus modis tollitur oblig. Feder.*
*Scottus in repet. l. 2. num. 28. ff. si*

cert. petat. Surd. cons. 385. num. p. Gratian. lib 4. discept. forens. cap. 675. num. 36. quos retulimus supra in cap. 88. num. 4. lib. pr.

Nihilominus ſpeciali hoc vtitur priuilegio Fiſ-
2 cus, quod ſi eius officialis exegerit debitum
& confeſsionem receptionis fecerit debitori
Vbi talis exactio non reperitur ad notata
in libris Fiſci, non dicitur ſublata obligario
debitoris, qui iterum poteſt conueniri per
Fiſcum Tex. eſt in l. omnis §. ad hæc C. de quadrien. præscript. & in l. 2. C. de conuent. Fiſci deb. lib. 10. & scribit Peregr. de iure Fiſci lib. 6. tit. 3. num. 3.

Ratio eſt quia ſolutiones, quæ Fiſco fieri de-
3 bent mediante perſona eius officialium, fien-
dæ ſunt in loco deſtinato, vt in Theſauraria, &
vnico contextu in libris adnotari debent;
Quod ſi debitor, ſoluit non eo modo quo de-
4 debuit, ſibi imputet vt declarat glos. ibidem in l. 2. C. de conuent. Fiſci debit. verbo rationibus per l. placuit c. de solut. fund. patrim. lib. 11. et in auth. de rebus Eccles. non alienandis §. Ementibus, ac auth. de collat. §. Iubemus.

De AEQVITATE tamen ſi debitor, qui
5 ſoluit habet receptionem officialis ei ſuccuri-
tur, vt prius teneatur Fiſcus conuenire offitia-
lem qui exegit ſi ſoluendo eſt, & in ſubſidium
6 tantum ipſum debitorem moleſtare, qui eo
caſu idcirco bis ſoluere teneretur vt declarat
Tex. in eadem l. 2. C. de conuen. Fiſci debit. lib. 11. et tradit Peregr. tr. de iure Fiſci lib. 6. tit. 7. ſub num. 20. verſ. qui tamen textus.

Quomodo autem fieri debeant ſcripturæ de
7 ſolutione Fiſcalis pecuniæ docet Luc. de Penna in eadem l. 2. in princip. C. de conuent. Fiſ. debit.
Vbi inquit quod tres fieri debent ſcripturæ;
Prima enim ponitur in libro rationum, & hic
vocatur liber de ſuſceptis §. cogens in auth. de mand. Princip.; Secunda eſt apocha quam fa-
cit officialis, de his quæ recepit, quæ debet
8 ſub notari ſubſcriptione tabellionis vt d. l. 2. & l. p. C. de apoc. pub. lib. 10. Tertia eſt liber, qui
dicitur apodixiarius in quo regiſtrantur apo-
chæ, ſeu apodixæ de qua loquitur l. 2. C. de diſcuſſor. lib 11.

Quam formã ſeruari in Regia Theſauraria huius
Mediolani Dominij conſtat, dum ſolutiones
quæ ritè, & rectè fiunt primo regiſtantur in
libro Capſerij, qui dicitur liber rationum.
9 Secundò, eodem tempore deſcribuntur in
libro contraſcriptoris; mox dantur ſoluen-
tibus receptiones, quas cartulinas noncupant
ſubſcriptas manu Regij Teſaurarij; Adeo
quod ſi in libris rationum parcella ſoluta de-
ſcripta non eſt, iterum moleſtari poteſt debi-
tor non obſtante receptione ab exactore con-
ſcripta, cum tunc Fiſci pecuniam in propriam
10 vtilitatem conuertiſſe dicatur is exactor Lucas de Penna cit. loco ſub num. pr. verſ. ſed exactor.

Hæc tamen concluſio procedit in debitoribus
relatis, & ad notatis in Camera pro debito-
11 ribus, Secus in contrahentibus, qui adhuc non
ſunt deſcripti pro debitoribus, quia tunc, &
contractum, & ſolutionem probare poſſunt
12 per teſtes, ac per priuatam ſcripturam l. & ſi inſtrumenta vbi Bartol. C. de fide inſtrumentorum Peregr. cit. tit. 7. ſub nu. 20. verſ. intellige, Facta
autem cautione vt ſupra ſiuè aptatis libris, in
tantum tutus dicitur debitor, vt ſibi opponi
non poſsit exceptio non numeratæ pecuniæ;
13 Et ſic in hoc dicitur Fiſcus minus priuilegius
priuatis cui competit huiuſmodi exceptio l. Securitas C. de ſuſcept. & archar. & l. omnes §. ad hæc vbi Bal. & cæteri C. de quadr. præſcript., & l. in contractibus §. p. C. de non numer. pecun. vt in terminis probat Lucas de Penna in d. ſta l. 2. nu. 8. C. de conuen. Fiſci debit. Peregr. d. cto lib. 6. tit. 4. nu. 10. & cit. tr. 7. num. 20. verſ. intellige in fine.

Quem exactorem publicum non poſſe contumelio-
14 ſum præbere, ſed moderatum, & cum efficatia
benignum, & cum inſtantia humanum eſſe
debere ſcribit Luc. de Penna loco cit. nu. 6 Cum
15 blande, & dulciter agere debeat exactor Exa-
ctioq; ſua diſcreta; & lingua mitis exactor eſſe
debeat, vt inquit D. Gregor. in regiſt. lib. 4. cap. 31. quem refert Lucas de Penna in dicta l. 2. ſub num. 16. in fine C. de exactor. tributorum. Quia inter
16 inſolentiam in curioſam, & diligentiam non
ambicioſam multum intereſt l. ſi bene ff. de vſuris Lucas de Penna in rel. l. 2. num. 6. C. de conuen. Fiſci debitor. & in l. 2. verbo accedat C. de exactor. tribut. libro 10. vbi num. 2. tradit inſolentem
17 dici ſuperbum, & fatuum importunum mori-
bus non conuenientem, inſolentia vero dici-
tur prauus vſus, quaſi contra ſolitum, & debi-
18 tum naturæ curſum Io. An in clem. de offic. ordin. cap. pr. in fin. l. 2 C. de offic. rect. prouinc. quem ſequitur Luc. de Penna in d. l. 2. nu. 6. C. de exact. tributorum.

Populus verò leniendus eſt verbis clementibus,
19 & ſic ſeruit; Duris vero exaſperatur atq;
ſæpe rebellat, Vt patet, ſecunda Para lipomenon cap. 10. Ita quidem, vt per gratiam, vel odium
non exigat aliquem extra quam competit;
20 Denotos autem paterne tractet, ſeruetq;
illæſos auth. iusiur. quod præſtatur ab his § & primum; Et ipſa exigat vigilanter nihil dimi-
nuens circa publicam curam requirere, Ne
forte Fiſcus indè minuatur, & Saluet ei
vndiq; quæ propria ſunt; Sicut enim priuatos
a: Iuſtitiam, paſſos adiuuamus, Sic & Fiſcum
illæſum manere volumus inquit Imperator in
§. oportet verſ. & feſtinare in auth. de mandatis principum, & tradit Luc. de Pen. in d. l. 2. num. 17. C. de exactor. tribut. lib. 10. Vtinam autem
hæc obſeruarentur per exactores tributorum
hac tempeſtate, cum omnia ſummo rigore
22 perfici videantur, non ſine iniuria legum, &
ſubditorum ac ipſiuſmet Principis ab acer-
biratibus alieniſsimi, Illis tamen parcat Om-
nip. Deus, vt in poſterum clementius agant.
Prætereà iudicantem ab ira cauere neceſſe eſt;
23 quia ira iuſtitiam non operatur cap. ſi ergò iuſtè 11. qu. 3. Vndè ſapien. 12. Tu autem Domi-
nator virtutis omnia cum tranquillitate iudi-
ces,

cos, Ira vero in sinu stulti requiescit *Eccles. 7.*
24 Hinc ait Diuus Gregorius *in pastor. cap. 40.*
25 Id autem quod in alijs est ira, in Iudicibus
est Superbia, & Salustius, Iratus quippe tempore comotionis iustum putat esse quod facit,
26 Vnde inquit *lib. 5. cap. 7. Qui impetu ira abstractus sæuire festinat magis admittit scelus, quàm*
27 *vindicet, Quia qui ad indignationem facilis est,*
28 *erit ad peccatum proclinior Prouerb. 28.*
Cicero idcircò *lib. pr. de officijs, scribit probibenda*
29 *autem maximè est ira in puniendo; Nunquam enim iratus qui accedit ad pœnam mediocritatem illā tenebit, quæ est inter nimium, & parum;* Animus
30 autem perturbatus, & incitatus nec cohibere, se potest, nec quo loco vult, vt inquit idem *Cicer. lib. 3. Tuscul. qu.* Quamuis interdū
31 Ira moderata laudatur, vt inquit Diuus Io. Chrisostumus, *Si Ira non fuerit, nec doctrina profuit; nec iudicia stant, nec crimina compescuntur* iusta ergò *ira mater est* disciplinæ, Idcirco dici-
32 tur per D. Paulum *inascimini, sed nollite peccare, Lucas de Penna in rel. l. 2. nu. 6. C. de exact. tribut.* Vbi etiam tradit meliorem esse iram, risu,
33 quia per tristitiam vultus; corrigitur animus delinquentis.
Ira verò imoderata, quæ potiùs furor dicitur, talia facit committere de quibus post multū
34 solet homo dolere *cap. eum apud l. qu. 3. Vt teste Luca de Penna loco rel. sub n. 4.* euenit Theodosio, de quo Diuus Augustinus *lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 26. sic loquitur; Qui autem fuit eius re-*
35 *ligiosa humilitate mirabilius, quandò in Thesalonicensium grauissimum scalus, (cum in Episcopis intercedentibus promisserat Indulgentiam) tumultu quorundum, qui ei cobarebant vendicare compulsus est, & Eccesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt Impratoriam celsitudinem pro illo Populus orans, magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam; de quo Paulus Diaconus scribit lib. 11.*
*Cum apud Mediolanum Missarum fruitur olemnijs,*
36 *Ecclesiam vellet intrare, Cumq; Beatus Ambrosius pro quodam facinore nisi publicè pœniteret non admissuram se diceret, & probibitionem bumiliter pertulit, & satisf. ctionem non erubescens, indictū ab Episcopo pœnitentiæ modum deuotus excepit;*
Propterea ex ira fit homo extra corpus suum,
37 & ante debitum tempus illum senescere facit, vt habetur *in Eccles. 30 Zelus, & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducent cogitatus;* Et amicitia carere facit, homini enim
38 iracundo non erit amicus; vt dicitur *in Prouerbio 21. & enarrat Luc. de Penna in all. l. 2 num. 4. & 5. 6. C. de exact. tributorum lib. 10.*
Quam iram, quippe superbiam, & ambitionem his præsertim temporibus regnare videtur in ijs, qui munere Præfecti, Imperio Domini
39 vocari possunt; vt de Recimiro Mediol. Præfecto loquitur eruditissimus Puteanus *lib. pr. Historia Insubrum;* Hi enim ad eorum libitum Opulentum, & Amplum regunt Regnum, & Vniuersam Europam in maximum discrimen sæuissimo bello posuerunt, ac in magna parte deuastarunt; Vt ditare fortunæ suæ vires malent, quam regere; Nempe, Belgos, Germanos, Lotharingos, Burgundiones, & Insubres, Non rati sententię Totilę Gothorum Regis in
40 Diuinos Imanissimi, Capta enim Romana Vrbe cum alijs Ciuitatibus, Fæminas patricias sine pretio liberaliter dimissit mox asseruit; Bella non tàm ferro, quàm clementia, & benignitate fœliciter geri, vt refert Puteanus in fine *dicti libri pr. Historia Insubrum.*
De quibus Consiliarijs affirmari quodammodo potest, quidquid de ministris, & Imperio Aureliani scripsit Flauius Vopiscus; Nihil sic
42 esse difficilius, quàm bene imperare. Colligunt si quatuor, vel quinq; atq; vna consilium ad decipiendū Imperatorem capiunt, dicunt quid probandum sit; Imperator qui domi clausus est, vera non nouit, cogitur hoc tantum scire, quod illi loquitur, facit Iudices
43 quos fieri non oportet, amouet à Republica, quos debebat retinere; Quid multa; bonus, cautus, optimus, venditur Imperator.
Huic Flauis sententię conuenit etiam auctoritas Zosimi de Aracadio, & Honorio loquentis, æque relata per Puteanum *cit. lib. pr. Histor. Insub. dum inquit.* Arcadius, & Honorius suscepto iam Imperio, Vmbram dumtaxat tanti
44 nominis sustinebant; Potestas omnis per Orientem quidem pænes Ruffinum, per Occidentem pænes Stiliconem erat apud hos lites omnes magna licentia disceptabantur, & Victor habebat qui vel pecunia sententiam redimeret, vel aliquo familiaritatis modo beneuolentiam iudicis sibi conciliaret: Prædia autē, si quę luculenta, ac laudata essent, & aliquam fortunæ portionem facerent ad hos ipsos trahebantur, Dum alij quidem muneribus eos sibi addicunt idq; calumniæ euitandæ Alij verò dum profundunt sua, ad Magistratū vel aliam aliquam populi pernitiem pretio ementes; Cum igitur Vrbes passim omni genere improbitatis quasi inundatione quadam obruerentur, quicquid vbiq; diuitiarum erat in Ruffini, Stiliconisq; domum confluebat; Videres nobilissimos quosq; lares pulso opum splendore paupertate impleri; Principis, quid remedij adferrent ignari omnium erant, & tanquam non Principes; Hic rerum status erat, vt quidquid Ruffinus, aut Stilico imperassent pro lege haberetur, (sequitur deindè Zosimus) quoniam immensas iam opes Ruffinus congesserat, de imperiò quoq; sibi vendicando somniabat; Ratus oportunas rebus suis nuptias fore, in eo totus fuit, vt filiam nubilem Principi desponderet, vt narrat Zosimus.
Non enim valuerunt iuratæ, & reiteratæ pro-
45 missiones vna cum restitutione Ducatus Mantuani, & Montisferratensis, & Rhetiorū ditionis iam occupatorum, vt aperta remanerent alpium claustra è Germania in Insubriā

Quandoquidem spretum datam fidem contra dispositionem *cap. noli 23. qu. pr.* Vbi summus Pontifex statuit hosti etiam seruandam esse fidem instar noui Prothei mutata forma irruptionem in Insubriam, & in alias Prouincias fecit immitis hostis alienaq; dominia, vi, & dolis vsurpauit, Nullo alio sanè iure, quam eo quod post Euripidem tradit *Cicero tertio offitio-*
46 *rum inquiens*; Nam si violandũ est ius, regnandi gratia violandum, alijs in rebus pietatem colas; Et hinc venit in adagio ius in armis,
47 Quodq; in summa fortuna, id AEQVIVS quod validius; Vndè *Lucius lib. quinto scribit*, Quodnam id ius esset, agrum cum possessoribus perere, aut minitari arma; Romanis querentibus, ecquid in Hætruria rei
48 Gallis esset. Cum illi se in armis ius ferre, & omnia fortium virorum esse ferociter dicerent quem refert Puteanus *cit. lib. pr. fol.* 58.

Narrat etiam ex Dubrauio lib. 25. Puteanus ci-
47 tato loco Baiazetem Amuratis filium, cum legati à Sigismundo Regiæ Hungariæ ad eum venissent de iniuria querentis, quod à nemine Hungarorum lacessitus aliena inuaderet, Bulgaros infestans Regni Hungariæ subiectos Iussisse in parietibus suspendi diuersi generis arma, tela sagittas, acinaces, clypeos sarissas, Atq; in conspectum legatis admissis; Dum (inquit) ista quæ cernitis, nobis supersunt, superest ius quoq; non ad Bulgariam modo, sed ad Croatiam, Dalmatiam, & ipsam Hungariã (Barbari sanè non Christiani Principis ratio)

Verum eos meminisse decet, Romanos Christiano lumine carentes, fidem inconcusse ob-
50 seruasse, Et indignum valde existimasse ab ea recedere dum lege fuerat cautum per Nummam Pompilium, vt fides, & iuramentum propulso legum, & pænarum metu, Ciuitatem regerent, vt scribit Liuius *lib. p.* Id quod ad vnguem fuit obseruatum, Tum per ipsum Populum Romanum tum per eius Consules, & Patricios, Cum enim inuitati fuissent Romani à Campanis, qui grauiter vexabantur à Samnitis Romanorum Socijs, ad deffensionem Capuanæ Vrbis ingentibus, propositis commodis; Ea tamen recusarunt Romani, ne promissa Samnitis violarent; vt testatur *Liuius, & sequitur Tacit. lib. 7. cap. 129.* his aureis verbis; *Campani, Et si fortuna præsens magnifice loqui prohibet, non Vrbis amplitudine non Agri vbertate vllo populo plusquam vobis cedentes, haud parua (vt arbitror,) accessio bonis vestris in amicitiam venimus vestram* (vt sequitur) *Aequis Volcisq; æternis hostibus huius Vrbis; quandocunq; se mouerint, ab tergo erimus; Et quod Vos pro societate nostra priores feceritis, Id vos pro Imperio vestro, & gloria semper faciemus; Subactisq; ijs gentibus, quæ inter nos, vosq; sunt quod propè diem futurum spondet, & virtus, & fortuna vestra; Continens Imperium vsq; ad nos habebitis; Capuam ergo, & Campaniam omnem vestris, an Samnitium iuribus accedere malitis deliberate*; Consultus autem Senatus; Et si magnæ parti, Vrbs maxima opulentissimaq; Italiæ, Vberrimus ager, Ma-
50 riq; propinquus ad varietates annonæ horreum populi Romani videbatur. *Tamen tanta vtilitate, fides antiquior fuit; Itaq; arma; Deos priusquam homines violatura aduersus Samnites negamus.*

Et per Atilium regulum de quo Cicero *lib. p. offic. & I.C. in l. postliminio ius ff. de captiu.* ac per Cõsules Sp. Postumium, & Titum Vetturium Caluinum, qui dum ad caudina cum exercitu ve-
51 lut in cauea positi, fædus cũ Samnitis percussissent; Rati, id ad ignominiam Romani nominis redundare; Ipsimet Senatui, & Populo Romano suaserunt, ne promissa vllo modo obseruarentur, Sed ne data fides omni falleretur promissores ipsi, qui Rempublicam inutiliter obligauerant Samnitis hostibus traderentur, vt eorum supplicio promissis satisfacerent, Et ita fuisse executum scribit *Liuius lib. 9.* tradendo Consules vinctos cum alijs Ductoribus exercitus Samnitorum potestati; Hoc idem obseruatum fuisse habetur per Senatum, & Populum Rom. de C. ostilio man-
52 cino Cousule, qui cum Ministris exercitus vinctum traditus fuit Numantinis, vt de ijs supplicium caperent, ob initum fædus, quod Senatus, & Populus Rom. minime approbauerat.

Hanc etiam fidem inconcusse obseruasse Ioannẽ Gallorum Regem huius nominis primum habetur qui prælio victus, captusq; ab Odoardo Brisanorum Rege. Posteaquã magna vi auri, necnon Oppidis quibusdam redemptionẽ suã pactus, data fide ad ea comparanda quæ ex pactione debebat, in Galliam redire permissus est; Cæterum cum cognouisset ex ea re nimium Regnum diminui, fidem hosti datam seruaturus in Britaniam reuersus est vt testarur Bargal. *tr. de dolo lib. p. tit. de dolo bono in temporalibus cap. 5. num. 13.* Vbi alia tradit exempla, & post contrariorum exemplorũ narrationem hanc sententiam veriorem esse concludit sub nu. 10.

Nisi fortè veterum Francorum morem imitari velint hi nouissimi hostes de quibus scribit
53 Puteanus *loco relato lib. 2. ex Procopio*, Quod illi cum mendaces essent periurium, sermonis genus, non criminis esse arbitrabantur. Vel nisi vna cum Gulielmo Montisferrati Marchione, Mediolanensis Reipublicæ supremo Administratore responderent. Conquerentibus namq; Turrianæ factionis Proceribus de violato fædere, & direptione, populationeq; eorum ditionis, eis dixit Marchio *Fateor me pactis vestra condiciones posuisse, sed quærite Pretorem qui obseruari promissa faciat*, vt narrat Tristanus Calcus *lib. 17. eius historiæ pag. 374.* qui tamen subijcit, quod hac veluti spontanea Marchionis perfidia, non pauci ab alienati sunt, Quinimo paulo post permittente
Deo

Deo debitas perfidiæ, pœnas dedit Marchio dum ab Alexandrinis pariter sub fide captus, & in cauea lignea positus post duo de viginti menses, spiritum in ea emisit, vt scribit idem *Calcus lib. 18. pag. 393.*

Desficit namq; quis à iuratis promissionibus, Vel quia, qui promissit adimplendi animum
54 non habebat, & hoc malignum valde, & detestabile esse tradit Scipio Amiratus ex *Tacit. lib. 19. cap. 8*, Vel quia pænituit qui promisit, & hoc vanum, & dementiæ plenum esse tradit idem auctor, vel deniq; quia non est in promittentis potestate promissa adimplere, & eo casu Postumij, & T. Veturij atq; C. Ostilij ac Regis Ioannis exempla sequi omnino debet, se ipsum tradendo potestati eius, cui promisit ad instar sinceri debitoris, qui non est soluendo, qui non in latebris latet, sed sponraneo carceri se dat, vt creditori, eo modo quo potest satisfaciat.

Et quia ad rem valdè confert id quod rescripsit Imperator Anthemius ad Beatissimum Episanium Papiæ Antistitem ob peritam pacem
55 cum Ricimero de quo supra, vt ex Ennodio in vita Episanij scribit Puteanus *cit. lib. pr. pag. 57.* Cuius aurea verba per extensum sequuntur *Quamvis inexplicabilis mihi Sancte Antistes aduersus Ricimerem causa doloris sit, quod nihil profuerit, maximis eum à nobis donatum esse beneficijs, quem etiam (quod non sine pudore, & Regni, & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulauimus; dum indulsimus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere; Qui hoc namq; veterum retro Principum fecit vnquam, vt inter munera, quæ pellitis Gethæ, dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur; Nescimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum (subijcit deindè) Neq; vero hoc formidini nostra quisquam adscribat; Non enim nostram vicem solliciti fuimus, sed Populorum, haud quaquam ignari Imperatorem ammittere laudem virtutis, nisi pro periculis expelleat alienis. Atq; vt sua venerationi ad liquidum, conatus eius aperiamus; Quo maioribus, est à nobis muneribus exornatus, eo acriorem se nobis hostem exhibuit; Namque bella Reipublicæ comparauit quantum in Italiam gentium externarū inuexit Postremò vbi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta sufficit; Huic igitur pacem dabimus? Hunc intestinum hostem amici specie sustinebimus?*
56 *quem fœdere concordiæ nulla affinitatis vincula tenuerunt? Magna cautio est aduersarij animum perspexisse veruntamen si tu his omnibus sponsorem te interponis, qui potest spiritali indagine consilia nefanda eruere erutaq; comprimere; Pacem quam p ossis non nego.. Quod si solita calliditate te ipsum quoq; fefellerit; Me tamen statumq; Reipubl. fidei tuæ commendo; & gratiam, quam Supplicanti Ricimerio negare statueram, per te, vltro restituo; Quis*
57 *enim audeat tibi beneficium abnuere postulanti, cui opportuerat ante praces afferri.*

De qua re Paulus Diaconus scribit, *Hoc deniq;*
58 *ipso in tempore inter Anthemium Principem Ausq; generum Ricimerū Patricium, qui tunc Mediolani positus, præ erat liguriæ; magnus discordiarum fomes exortus est; quibus se vir senectute conspicuus Episanius Ticinensis Episcopus interponens, eos primum ad concordiam reuocauit; sed haud diu Ricimer in hac concordia persistit* (subijcitq; Paulus) *Barbarica perfidia fœdus rumpens Ricimer (erat enim Gothus prosapia) cum manu mox valida ad Vrbem contendit atq; apud Anienis pontem Castra posuit, Diuisa itaq; Roma est, & quidam fauebant Anthimio, quidam vero Ricimeris perfidiam sequebantur.*

Propterea cauti valdè esse debent Principes,
59 antequam se præcipitent in ambitionem, & libidinem dominandi, quod non vnum in se continere vitium scribit Puteanus *lib. 3. Hist. Insubrum*; Cum præsertim ea ambitio iniusta, & auara sit, dum inquit; *Capit ecce, immo rapit,*
60 *quod alienum est, nec vlla interim accessione satiatur; Vt periculum timeas stulta est, & causam belli è proxima semper victoriā quærit; Quia vires accedunt, dumq; nullo potest fastigio consistere, inquietans semper ruinā accersit; Quanto consultius tueri*
61 *quæ habes, quàm extendere? Regi non possunt, quæ nimia sunt, nec vnus omnia complectetur, nisi Deum se faciat; Vt dures igitur, terminos Imperio, ac priùs animo posse, immo vt magnus sis, modicus bic*
62 *esto; stare poterit, qui tandem desinet velle scandere solicitus maxime, non quam multis, sed quam bene imperet; Securum Imperium non magnitudo, sed*
63 *Iusticia faciet aliarumq; virtutum manus; Non semper etiam vincet cui pugnare suaue est, quemad-*
64 *modum mutationi, res prospere solent obnoxiæ, imò vicinæ esse* Hinc scittè ad Alexandrum Magnum dixerunt vt testatur *Curt. lib. 7. Fortunā*
65 *tuam pressis manibus tene; lubrica est, nec inuita teneri potest; Impone felicitati tuæ freuos, facilius illam reges, sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ*
66 *manus, & pinnas tantum habet; Cum manus porrigit pinnas quoq; comprahendere te non sinit;*

Seneca verò Epistola 113. inquit; *O quam magnis hominibus erroribus tenentur, qui ius dominandi trans Maria cupiunt mittere, fœlicissimosq; se iudicant, si multas per milites Prouincias obtinent, & nouas veteribus adiungant; Ignari quod sit illud ingens para-*
68 *tumq; Regnum; Imperare sibi maximum Imperiū est*
Et hæc sufficiat, & ad institutum nostrum reuertamur.

## SVMMARIA.

*Sequestratio, de iure communi prohibetur nu. 1. contrar. verius concurrente Aequitate nu. 5. 6.*
*Ordo Iudicij turbari nequit num. 2.*
*Iudicia nō sunt incipienda ab executione n. 3. & sub n. 4.*
*Commodum possessionis rei potentissimum consistit in fructuum perceptione num. 4.*
*Sequestratio cōceditur quando vrget suspitio vehemens dilapidationis num. 7.*
*Sequestratio conceditur quando agitur de re mobili, vel se mouenti, & persona cum ea fugiat, puta si immobilia non possideat num. 8.*

*Seque-*

*Sequeſtratio conceditur quando prima facie conſtare videtur de credito actoris num. 9.*

*Sequeſtratio fit, & in criminibus quando ſi agitur de crimine per duellio: is num. 10.*

*Sequeſtratio fit quando imputatus de delicto aufugit num. 11.*

*Sequeſtratio conceditur contra colonum, vel conductorem non ſoluentem penſionem num. 12.*

*Sequeſtratio fit in cauſa appellationis ſubſiſtente timore dilapidationis num. 13. & 14.*

*Sequeſtratio conceditur in præiuditium mariti male ſe gerentis in re dotali num. 15.*

*Sequeſtratio fit quando frater tenetur conferre, & non poteſt cauere num. 16.*

*Sequeſtratio conceditur quando filius mouet quæſtionem proclamandi de poſſeſſione filiationis ad libertatem num. 17.*

*Sequeſtratio fit quando debitor eſt ſuſpectus de fuga num. 18.*

*Sequeſtratione concedenda requiritur ſumaria cauſa cognitio ſine partis citatione num. 19.*

*Sequeſtratio fit ob timorem armorum ad euitanda ſcandala num. 20.*

*Sequeſtratio fieri nequit de pecunia parata ad penſionem domus nec de ſalario Doctoris legentis, aut ſtipendio militis niſi conſtaret de debito per publicum inſtrumentum nu. 21.*

*Sequeſtrari quæ probibita ſunt num. 22.*

*Veſtes mulierum ſequeſtrari nequeunt etiam pro penſione domus, modo ipſa non conduxiſſet nu. 23.*

*Deſcriptio probibita non cenſetur licet ſit probibita ſequeſtratio num. 24.*

*Deſcriptio concedi non debet niſi ratione fructuum n. 25.*

*Deſcriptione mobilium ſecreta Patrimonij pandi dicuntur num. 26. bonaq; exiſtimatio læditur num. 27.*

*Sequeſtratio fieri poteſt etiam in die feriato in honorem Dei num. 28.*

*Sequeſtratio tolli non poteſt in die feriato quamvis ea concedatur num. 29.*

*Sequeſtro renuntiare poteſt etiam in die feriato nu. 30.*

*Sequeſtra fieri tantum poſſunt inſtante parte nu. 31. 32.*

*Communitas non tenetur accipere ſequeſtrationes niſi incertis caſibus ex Statuto Mediolani num. 33.*

*Ruſtici non tenentur in ſequeſtrum accipere res Nobilium ex Statuto Mediolani 34. ratio redditur num. 35.*

*Nobilis quis dicatur relinquitur arbitrio Iudicis n. 36.*

*Doctores veniunt appellatione Nobilium num. 37.*

*Sequeſtratio tollere videtur poſſeſſionem rei, nec eam tribuit actori num. 38. contrarium verius, quod non auferatur poſſeſſio reo num. 39.*

*Sequeſtrationis medicina eſt fideiuſſio num. 40.*

*Sequeſtratio tollitur etiam per iuratoriam cautionem quando perſona eſſet honeſta num. 41.*

*Iuratoria cautio non ſufficeret ſi lex aut Statutum requireret expreſsè ſatis dationem num. 42.*

*Sequeſtrum non tollitur ſatiſdatione quando factum eſt inter perſonas inter quas probibita eſt ſatiſdatio num. 43.*

*Sequeſtrum non tollitur per ſatiſdationē quando factum fuit ob timorem ſcandalorum qui adhuc durat n. 44.*

*Sequeſtrum non tollitur ſatiſdatione quando factum fuit de Principis mandato num. 45.*

*Sequeſtrum non tollitur per ſatiſdationem quando factū fuit ad effectum ſoluendi non ad effectum cauendi, vt fit principio litis num. 46.*

*Fideiuſſio de re ſequeſtrata exhibenda non extinguitur finita cauſa principali, ſed durat etiam in Iudicio appellationis num. 47.*

*Fideiuſſio de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo extinguitur finito iuditio num. 48. idem per lapſum inſtantiæ num. 49. & 50.*

*Fideiuſſio in caſu compromiſſi prorogati ſine conſenſu partis extinguitur num. 51. niſi talis facultas conceſſa eſſet ipſi arbitrio num. 53.*

*Prorogatio compromiſſi dicitur noua obligatio num. 52.*

*Lis finita dicitur quando facta fuit executio num. 54.*

*Iudex ſequeſtri tranſmiſſi non fit Iudex inter partes vbi alias non eſſet competens num. 55.*

*Iudex quilibet poteſt ſequeſtra concedere quando periculum eſt in mora num. 56.*

*Sequeſtrant non conceditur nouus terminus ad probandum vbi præfixus ſit terminus à Statuto num. 57. Quamuis ex diſpenſatione Senatus poteſt prorogari num. 58.*

*Decretum Senatus quo prorogatus fuit terminus ſequeſtranti ad probandum eius ius num. 59.*

*Sequeſtrum ſemel reuocatum fieri iterum non poteſt pro eadem cauſa num. 60.*

*Iuramentum ſemel delatum parti, iterum non poteſt deferri ſuper eadem re nu. 61. niſi accedente diſpenſatione Senatus Excell. num. 62.*

*Sequeſtro pendente non dicitur res facta litigioſa n. 63.*

*Appellatio regulariter non datur à ſequeſtro num. 64.*

*Appellatio non datur à ſententijs interlocutorijs ſi non contineant notorium grauamen num. 65. & 68.*

*In appellatione ab interlocutoria exprimi debent grauamina ſpeciatim nu. 66. contrar. per Nattam modo appellans ſe referat ad acta qui auctor reprobatur num. 67.*

*Appellatio dicitur remedium oppreſſorum num. 69.*

*Dilapidatio non dicitur quando fructus maturos in proprios neceſſarios vſus conuertit debitor num. 70.*

*Reus conuentus alendus eſt ex fructibus rei ſequeſtratæ ſi aliundè non habet num. 71. aliter litem deſerere teneretur reus conuentus num. 72.*

*Dilapidatio dicitur quando dolosè circa fructus verſatur debitor num. 73.*

*Sequeſtratio fit aliquando etiam reſpectu perſonarum; & quando num. 74. & 75.*

*Caſus in ea materia enarratur num. 76.*

## Sequeſtratio licet regulariter prohibita ſit ſæpè tamen conceditur ſi AEQVITAS, hoc dictat. Cap. CLVI.



1. Vre cõmuni in ſpecto, regulariter ſequeſtrationes prohibitæ ſunt tex. eſt *in l. p. C. de prohibit. ſequeſtr. pecuniæ lib. 10. lata Caroc. tr. de ſequeſtrat. par. p. q. 6. Carp. ad Statut. Mediol. 111. num. 10. lib. p. Rebuff.* 2 tr.

1 *tr. sequestrat. art. p. glos. 2. num. 3.* Esto quod
turbari nequit ordo iudicij vt tradit Costa
*remedio subsid.* 105. *sub nu.* 3. *vers. sic enim*; Cum
3 enim ab executione incipi nō possint iudicia,
sed à petione *l. vnica C. de prohib. sequestr. & l. p.*
*§. fin. C. de execut. rei iud. vbi Bal & caeteri, Menoch. cons.* 257. *num.* 97. *Ias. in l. nec quicquam §.*
*vbi decretum col.* 4. *ff. de off. procons. & legati, &*
*in terminis sequestrationis probat Borel. cons.* 8. *nu.*
44. Priuatus quis remaneret, mediante seque-
stratione, commodo, & vsu rei propriæ ante-
quam esset condemnatus, si sequestrationes
admitterentur, quod commodum potisimū
4 in fructuum perceptione consistit *l. p. & l. ordo*
*C. de execut. rei iud. & §. commodum inst. de interdictis.*
Hinc statuerunt Imperatores Honorius, & Theo-
dosius *in d. l. vnica C. de prohibita sequestratione*
*Pecuniæ*; Non esse incipienda iudicia, à seque-
stratione his sequentibus verbis, *Quoties, ex*
*quolibet contractu pecunia postulatur sequestratio-*
*nis necessitas conquiescat; oportet enim debitorem*
*primo conuinci, & sic deindè ad solutionem pulsari,*
*Quam rem non tantum iuris ratio sed, & ipsa AE-*
*QVITAS, persuadet, vt probationes secum*
*afferat, debitoremq; conuincat pecuniam petiturus,*
Prout etiam cauit Imperator Constantinus *in*
*l. deffensionis facultas C. de iure Fisci lib.* 10. non
posse pendente iuditio, infestari per Fiscum
bona delinquentis, vel debitoris conuenti
his aureis verbis,
*Deffensionis facultas danda est ijs, quibus aliquam in-*
*quietudinem Fiscus infert, cum facultates eorundem*
*adhuc controuersia pendente, inquietari describi ve*
*fas sit, Vbi ergo controuersia extiterit, Fisci*
*alicuius patrimonium vendicare, apud eum omnibus*
*facultatibus constitutis cognitio ventiletur, vt eùm*
*rei exitus debere eas vendicari probauerit; tunc de-*
*mum res persequi liceat &c.* Idem respondit Pa-
pinianus in *l. reus criminis ff. de solutionibus*, vbi
loquitur tex. his verbis.
*Reo criminis postulato, interim nihil prohibet rectè*
*pecuniam à debitoribus solui, alioquin pleriq; inno-*
*centium necessario sumptu egebunt, de qua re Guido*
*Papæ cons.* 123. *& Fran. Marcus decis.* 38. *par. pr.*
De AEQVITATE, tamen conceditur se-
5 questratio, quando ea mouit animum iudicis
ad sequestrandum, vt cauetur in *l. Senatus ff. de*
*off. Præsidis, & in l. si fideiussor ff. qui satisdare co-*
*gantur, ac probat Lucas de Penna in dict. l. deffen-*
*sionis facultas num.* 15. *C. de iure Fisci, & sequitur*
*Gracian. lib. p. discept. for. cap.* 114. *num.* 9. *&* 26.
*Polid. Ripa singul. obseru.* 163. *nu.* 15. *&* 19. Vbi
agit de sequestratione fructuum rei contro-
uersæ in prima instantia.
Et sic limitatur regularis ipsa conclusio primo
6 loco firmata in pluribus casibus, & primo
quando AEQVITAS, mouit Iudicem ex
supra deductis per Lucam de Penna, secundo
quando vrgeret vehemens suspitio dilapida-
7 tionis bonorum, quia tunc sequestratio fieri
permittitur *l. si eum dotē §. fin autem ff. sol. matr.*
*glos. p. in d. l. vnica C. de probib. sequestr. pecuniæ*
*Bartol. in l. post contractum sub num.* 19 *ff. de do-*
*nationibus Carot. dict. tr. de sequestro par.* 2. *qu.* 12.
*per totum Polid. Ripa d. singul. obseru.* 163. *sub nu.*
16. *circa medium.* Tertio quando petitur res
8 mobilis, vel se mouens, & persona suspecta sit
quod cum ea fugiat, cum immobilia non pos-
sideat *l. si fideiussor §. Fisci ff. qui satisdare cogan-*
*tur glos.* 4. *in d. l. vnica C. de probib sequest. pecuniarū*
9 Quartò quando prima facie constare videtur
de credito actoris per instrumentum, vel chi-
rografariam scripturam verificatam *l. quin-*
*quaginta ff. de probat. Carp. ad stat.* 201. *p.* 2. *& ad*
*Stat.* 42. *nu. p. & Statut.* 111. *par. p.* Vbi multos
citat. præsertim *Menoch. remed.* 4. *adipiscendæ*
*num.* 684. *cum seq.* De qua re latè disponunt.
*Nou. Const. Mediolani in tit. de iuditijs cap. si per*
*apparentem Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 485.
*num. pr.*
In criminalibus verò fit etiā sequestratio quan-
10 do agitur de crimine perduelionis, in quo
specialiter cautum fuit, item sequestrationes
fructuum ante condemnationem *l. fin. C. ad l.*
*Iul. maiest glos. in d. l. reo criminis propè finem ff.*
*de solut.* Vbi etiam notatur idem procedere
11 in eo qui ratione delicti aufugit, cuius bona
sequestrantur *per l. fin. § quæ est contra ff. de re-*
*quir. reis, & l. post contractum ff. de donationibus.*
Et si autem materiam hanc latissimè examinat
Carotius dicto *tr. de sequestro, & pract. Papiens.*
*in forma sequestri verbo sapiens vir per totum, &*
*Carp. ad Statut.* 111. *par. p. & Stat.* 201. *par.* 2.
apud quos nil in tactum remansisse videtur;
Quia tamen frequentissima est materia ipsa in
foro; Summatim hic excitantur quæ ab ipsis
auctoribus rectò ordine probata fuerunt;
Octo enim casibus concedi posse sequestra,
scribit ibidem *Carp. ad Stat.* 111. *à num.* 13. *vsq.*
*ad num.* 26. *post Ias. in l. si fideiussore §. fin. ff. qui*
*satisd. cog.*
Et primo quando colonus vel *conductor* non soluit
12 fictum, & refert questionem dominij, quia
tunc fit sequestratio nisi satisdet *l. litibus vbi DD.*
*C. de agricol. & censit. lib.* 10. Secundo in causa
13 appellationis, vbi sit timor dilapidationis *l.*
*Imperatores, & ibi scrib. ff. de appell.* Tertiò in ca-
su clem. p. de sequestratione possess. & fructuū
per quam idem disponitur siz. lata vna sen-
tentia, sequestretur possessio beneficij pæ-
14 nes idoneam personam, donec terminata sit
causa ipsa. Quartò conceditur in præiudi-
tium mariti male versantis in re dotali, siuè
15 ad inopiam vrgentis *l. si eum dotem §. fin autem*
*ff. sol. matr.* Quintò quando frater tenetur
16 conferre, & non potest cauere *l. p. §. si frater*
*ff. de collat. bon.* Sextò quando filius mouet quę-
17 stionem proclamandi de possessione filiatio-
nis ad libertatem *l. p. §. si super peculio C. de*
*assertione tollenda.* Septimò quando debitor est
18 suspectus de fuga, vt forensis *Ias. in d. l. si fideius-*
*sor §. fin. num.* 9. *ff. qui satisdare cog. Menoch. de*
*arbitr. casu* 457. *in princip.* in qua tamen requiti-
tur

tur summariæ causæ cognitio sinè tamen par-
19 ris citatione, vt notat *Ias. loco cit. nu. p. & 11.*
20 Vltimò ob timorem armorum, & ad euitanda
scandala, & facti viam *Guido Pap. decis. 246. num. 5. & Menoch. remed. 5. adipiscendæ num. 12. & 13. ad Valasc. decis. sine consult. p. num. p. & 2. late Borrl. cit. cons. 8. num. 49. cum seq. plur.*

E contra verò fieri non potest sequestratio de re vel pecunia existente in depositum, pararave ad pensionem domus, Nec de salario Doctoris
21 legentis, vel stipendio militis, Nisi de debito
constaret per publicum documentum *Auth. sed iam cautum C. depositi Ias. in d. l. fideiussor §. fin. num. 23. cum seq. & n. 16. ff. qui satisd. cog. Carp. ad d. Statut. 111. nu. 5.* Vbi etiam tradit iuncto Statuto 261. cum quatuor seq; lib. pr. quæ pro-
22 hibita sint sequestrari, vt sunt bestiæ aratoriæ
ac molendinariorum, vestes mulierum Plaustra, & huiusmodi de quibus etiam loquuntur Nou. Constitutiones huius Dominij in tit. de prohibit. & concessis execut. etiam pro pensione Domus, nisi mulier ipsa conduxisset
23 domum de qua re Carpan. *ad Statut. 254. num.*
*6. & 11. & 12. post Afl. decis. 209. Crau. cons. 61. nu. 4. & cons. 77. num. 3. ac Rol. cons. 64. lib. p.*

Vbi tamen prohibita est sequestratio, nō censetur
24 prohibita descriptio *Bal. in l. vnica num. 6. C. de*
*probib. sequestr. Alcia. cons. 401. num. 4. & Carpan. ad citatum statutū 111. n. 26. lib. p.* modo id fiat sine expensa, & damno rei siuè eius Domini, In quo discretus valdè esse debet iudex vt scribit *Gratian. cit. cap. 214. nu. 28. Polid. Rip. singul. obseru. 163. num. 8. & 19. & Costa remed. subsid. 106. num. 4. & 5. illatione 4.* Quæ tamen descriptio concedi non debet nisi ratione fructuum *Alb. cons.*
25 *487. Candlc. decis. 23. num. 34. par. pr. Polid. Ripa*
*singul. obser. 163. num. 7. quos sequitur Costa remed. subsid. 106. illatione 4. num. 4. & 5.* Non autem circa mobilia (excepto casu debitoris ex causa conductionis) cum per eam patrimonij secreta pandantur contra disposit. *l. 2 C. quando*
26 *& quibus quarta pars debetur Ias. in l. in action. nu.*
*43. ff. de in litem iur. Menoch. cons. 9. nu. 6.* & per
27 quam interim bona existimatio læditur, vt
post *Alexan. in addit. ad Bart. in d. l. deffensionis facultas probat. Bimius cons. 335. nu. 29.* Quamuis ad hanc distinctionem minimè animaduertisse constat *Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 114. num. 24. cum seq;*

Quam sequestratione fieri posse in die etiam fe-
28 riato in honorem Dei tradunt *Bald. in l. dies*
*festos num. p. C. de ferijs Rebuff. tr. de sequestrat. art. p glos. 2. nu. 8.* Quamuis tolli eam non posse
29 die feriato probat *Iason. in cit. l. si fideiussor §. fin.*
*num. 19. & 20 ff. qui satisd. cogantur*, quia cessat timor periculi, & causa pro qua conceditur die feriato, & si renuntiationem sequestro fieri
30 posse die feriato scribit *Bald. in d. l. p. num. 4.*
*C. de probib. frud. sequestrat.*, Cum sicuti sequestra fieri tantum possint parte instante, vt no-
31 tat *Rebuff. de sequestr. art. p. glos. p. num. 10.* Ita
32 renunciante parte illud sublatū dicitur *Carp. citato loco num. 30.*

Pænes quos autem fieri possint sequestra ijs etiā inuitis non est disputandum, cum omnes teneantur qui pænes se habent pecuniam, vel aliam rem debitoris; Si vero res vel fructus non existunt pænes aliquem; Tunc vt plurimū fit sequestratio pænes Communitates, Quamuis eæ non teneantur nisi in certis casibus ex
33 dispositione statut. 229 par. pr. sl. pro interes-
se Fisci, & quando de debito constat per publicum instrumentum, vel aliam publicam scripturam cum pactis executiuis, vel per sententiam, aut arbitramentum per quod statutū in cap. 218. etiam prouisum fuit indemniati
34 rusticorum ne ij teneantur ad receptionem
sequestrorum, siue depositi pro re pignorata, siue sequestrata Nobilibus, pro quibus alij Nobiles habitantes, & vicini illius Burgi, siuè Oppidi in quo factum fuit sequestrum, siuè capta pignora alicui Nobili, etiamsi talis debitor ibi habitationem non haberet, sed tan-
35 tum bona ibi possideret; Ratioq; ibi allega-
tur, ne compellantur Rustici relinquere terras quas tenent, vel laborant propter debita, & potentiam Nobilium.

Nobiles verò qui dicantur, relinquitur Iudicis
36 arbitrio, vt notat *Menoch. de arbitr. casu 67. nu.*
37 & Doctores omnes venire appellatione No-
bilium tradit *Scala tr. de Consil. Sap. cap. 3. lib. 2.*

Facta vero huiusmodi sequestratione, rei, Inte-
38 rim nec possidet actor, nec possidet reus, nisi
hoc esset actum in sequestratione, vt custodiæ tantum causa fiat depositio *l. licet §. rei depositæ ff. de deposit. & l. interesse ff. de acquir. possess. glo. p. in d. l. vnica C. de probibita sequestratione pecuniæ*
39 Quāuis cōtrariū tradiderit Contard. *in l. vnica*
*C. de mom. possess. lim. 16. num. 7. per d. l. interesse ff. de acquir. posses.*, dum inquit per sequestrū non amitti possessionem nisi aliter appareat de voluntare Iudicis post *Boer. decis. 277. num. 9. & Grammat. decis. 51. num. 2.*

Huius sequestrationis medicinam satisdatio ē
40 esse vulgatissimi iuris est, & notat *Ias. in all. l.*
*si fideius. §. fin. num. 17. ff. qui satisd. cogantur, & tradit Rebuff. tr. de sequestr. art. 2. glos. vnica nu. 7.*
41 Quamuis tollitur etiam per iuratoriam cau-
tionem, quando persona esset honesta, & non suspecta notat *glos. in l. p. §. si super peculio verbo iuratoriæ C. de assertione tollenda Misinger singul. obser. 20. cent. 2. quos sequitur Carpan. ad all. Stat. 111. num. 66. par. pr.* vbi limitat conclusionem
42 quando Statutum requireret satisdationem
iuxta scripta per Rebuff. *tr. de execut. sententiæ art. p. glos. 10. num. 3.*

Satisdatione autem non tolleretur sequestrum si
43 factum fuit inter personas inter quas est pro-
hibita satisdatio *l. Imperator ff. ad Trebell. Bal. in l. vnica num. 5. C. de probibit. sequestr. Idem procedit in casu d. Clement. p. de sequest. fruct. & possess. Gratian. lib. 2. discept. for. cap. 232. n. 16.* Idem quan-
44 do sequestrum factum est, ob timorem scan-
dalorum, qui adhuc durat *Ias. in all. §. fin. nu*

17.

17 *ff. qui satisd. cog.* Vel sequestrum factum esset
45 de mandato Principis, vt ibidem subijcit *Ias.*
*nu.* 17. *lim.* 4. Idem in causa appellationis *Curt.*
*tr. de sequestr. qu.* 14. *num.* 55. *vers. lim. p.*
Quemadmodum non tolleretur per satisdationē
sequestrum, quando factum fuit, non ad effectum cauendi, vt fieri solet in principio litis,
46 Sed ad effectum soluendi pro executione rei
iudicatæ; vel instrumenti paratam executionem habentis *notat Bartol. in l. item liberatur §. qui paratus num.* 3. *ff. quibus modis pign. vel hyp. soluitur Ias. in sæpius cit. §. fin. nu.* 17. *limit. pr. ff. qui satisd. cog. Cotta in memor, verbo fideiussor de iuditio sisti vers. Propterea Curt. tr. de sequestr. qu.* 54. *nu.* 55. *lim.* 2. *Massa in eius praxi Camer. oblig. par. vltim. vers. post processum numer.* 39. *quos sequitur Carpan. ad statut.* 111. *num.* 74. *cum seq; & Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 85. *cum seq; Bimius cons.* 356. *num.* 28.
Fideiussio verò præstita de re sequestrata exhi-
47 benda, non extinguitur finita causa principali, sed durat etiam in iuditio appellationis *Gabriel cons.* 53. *num.* 3. *&* 4. *lib. p. Carpan. cit. loco num.* 94. *&* 99. licet extinguitur fideiussio de iuditio sisti, & iudicatum soluendo finito iu-
48 ditio, vt notat *Ias. in sæpe all. l. si fideiussor §. fin. n.* 7. *&* 9. *ff. qui satisd. cogat. Gratian. lib.* 3. *discept. forens.* 448. *num.* 23. Quæ fideiussio etiam ex-
49 tinguitur lapsa instantia per *tex. in l. cum lite mortua, & ibi scrib. ff. iudic. solui,* Et solum durare
50 dicitur donec durat instantia etiam per prorogationem, *vt notat Ias. loco rel. num.* 23. *Carp. ad allegat. statut.* 111. *n.* 82. *cum duobus seqq. & n.* 88. *&* 93. Quamuis in casu compromissi per
51 prorogationem termini sine consensu fideiussionis expirata diceretur fideiussio de re sequestrata exhibenda *Bald. in l. labeo ait §. diem protulit ff. de receptis arbitris;* Cum prorogatio
52 compromissi dicatur noua obligatio *Bald. in cons.* 94. *num.* 1. *lib. p. Vrsil. ad Affl. decis.* 148. *n.* 3. *quos sequitur Carp. ad d. stat.* 111. *nu.* 91. modo
53 in compromisso non esset attributa facultas arbitro prorogandi, semel, vel bis ad eius libitum. Quia tunc duraret ius fideiussionis, durante huiusmodi prorogatione, quæ facta diceretur de consensu ipsius fideiussionis *Carp dicto loco nu.* 92. Prout litem finitam dici, quan-
54 do facta fuit executio, tradit *Gratian. cit. cap.* 114. *num.* 35.
Neq; Iudex sequestri transmissi fit Iudex inter
55 partes, vbi alias non esset competens, vt notat *Iason. in cit. §. fin. num. p. vers. non credas, & tradit Curt. tr. de sequestr. qu.* 17. *num.* 62. *cum seq; Carpan. cit. loco* 97., Cum quilibet Iudex possit sequestra concedere, dum periculum
56 est in mora, licet causam ad se incompetentē auocare nequeat conferunt tradita per *Gratian. lib.* 5. *discept. forens. cap.* 906. *nu.* 20. *cum seq; post Nattam cons.* 2. *per totum.*
Non æque potest nouus terminus concedi seque-
57 stranti ad probandum eius ius, vbi præfixus sit terminus à Statuto, Quamuis possit ille pro-
58 rogari ex dispensatione Senatus Excellentissimi, si adhuc subsit vel lapsum sit tempus ob culpam partis, vt alias censuisse Senatū fauo-
59 re Io. Baptistæ Meltij testatur Carpan. *sæpius cit. cap.* 111. *num.* 11. *vers. terminus octo dierum qui num.* 116. *cum seq.* tradit sequestrum non
60 posse iterum fieri pro eadem causa, quando vel fuit reuocatum, vel non probatum creditum intra debitum tempus ad instar iuramen-
61 ti parti debiti, quod non potest iterum deferri super eadem re, vbi non iurauerit, & habitus fuerit pro relato *Bartolus in l. qui bona §. si quis stipulatus nu.* 2. *ff. de damno infecto*, Quamuis exceptionem hanc sustulisse de indè Sena-
62 tum explicat ibidem *Carpan. num.* 119.
Pendenteq; sequestro, non dicitur facta res liti-
63 giosa, adeò, quod non possit de ea fieri cessio ab eo in cuius præiuditium emanauit sequestrum *Natta cons.* 2. *per totum, & Lancell. de atten. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 21. *quos sequitur Gratian. dicto cap.* 906. *numer.* 23. *cum seq; lib.* 5. A qua sententia non recedit *Bimius cons.* 158. *numer.* 33. Quamuis in casu Statuti Mediolani valdè de hoc dubitaret.
Neq; regulariter datur appellatio à sequestro,
64 siuè ab illius reuocatione; Quia cum ea dicatur sententia interloquutoria *Franc. in cap. cum cessante num.* 66. *vers. decimo debitori de apellatione lib.* 6. *Cassad. decis.* 4. *nu.* 2. *de sequestr. posess. & fruct.* Neq; ab interlocutorijs detur appella-
65 tio, quando non continent grauamen notorium *l. apertiss. C. de iudic. Bart. in l.* 2. *lim.* 2. *ff. de appell. recip.* cum in appellationibus ab in-
66 terlocutorijs exprimi nominatim debeant grauamina, siuè grauaminis causas absq; eo quod ad acta se referat appellans *tex. in cap. cordi nobis de appell. lib.* 6. *& in clement. appellatum de appell. Socin. cons.* 45. *col.* 4. *lib.* 1. *Rota decis.* 748. *in antiquis. vestrius in pract. Reg. Cancell. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. *vbi Grauatius num.* 9. *Ruginell. de appell. §.* 2. *cap.* 3. *nu.* 498. *cum seq. & in c.* 2.
67 *nu.* 9. Quamuis contrarium affirmet *Natta in repet. Auth. quod sine sub n.* 26. *in fin. C. de testam.* dum inquit sufficere si dicatur grauasse me, vt constat ex actis, Ideò non constito de graua-
68 mine cessat appellatio, vt expræsse probat *Gratian. lib.* 3. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 91. *cum seq; & scribit Contard. in l. vnica C. si de moment. possess. lim.* 16. *num.* 9., Cum enim appellatio sit remedium oppressorum, non conue-
69 nit ei qui non habet grauamen *cap. non solent* 2. *qu.* 6. *& l. fin. C. quando proue. non est necesse.*
Sed quia aliquando errant ij, qui dilapidationē vocant omnem fructuum alienationem, quam facit conuentus debitor, vt optatam sequestrationem obtineant, omittendum non est, nō posse vocari dilapidationem, dum fructus rei
70 controuersæ in proprios necessarios vsus impendit possessor, cum aliundè opportuna alimenta, & litis expensas consequi nequeat;
71 Quia ex fructibus rei sequestratæ ali debet cū aliundè non habeat reus conuentus *Tex. in l. vlt.*

71 *vlt. §. quodsi ei C. de ord. cognitioni, & ibi Salicet. num. 4. Bursat. cons. 188. num. 2. lib. 2. & Surd. tr. de alim. tit. 80. priuil. 80.* Et circa litis expensas expressè tradit *Salicet. in l. vnica num. 11. C. de probib. sequestr. pecun. pract. Pap. in forma libelli sub rubr. de forma sequestrat. Gail. obseru. 47. cum seq; lib. pr. Magon. decis. florent. 98. & 115. quos sequitur Costa remed. subsid. 106. illat. 4. nu. 3.* Vbi enim sub prætexu dilapidationis in sequestro ponerentur fructus, reus cogeretur
72 litem deserere, quod non est admittendum; vt perpendit *Polid. Ripa dicta singul. obseruatione 163. num. 5. 8. & 14.* Sed tantum consideratur
73 dilapidatio fructuum, quando dolosè circa eos versarur debitor, *Ripa loco cit. num. 12. cum duobus sequentibus.*

Quæ sequestratio fit aliquando etiam respectu
74 personarum, tum ex causa debiti publici, vel priuati *Brun. in tract. de cessione bonorum q. 4. princ. qu. 11. nu. 23. & 27. Carpan. ad Statut. 242. num. 3. lib. p. latè Caball. resol. crimin. lib. pr. casu 46. num. 10. & lib. 3. casu 299. num. 12. 31. & 35. Peregr. de iure Fisci lib. 16. tit. 7. num. 23. circa medium*, Tum etiam ob vtilitatem ipsius personæ sequestratæ, Vt puta si suspecta sit educa-
75 tio pupilli, vel puellæ, & discordant, consanguinei, siuè Tutores; Vel dubitatur de impressione nuptiarum, quia tunc in subsidium fit collocatio puellæ in Monasterium, vel sequestratur pænes honestam personam arbitrio Iudicis vt probat *Franc. Marc. decis. 163. par. 2. latè Costa dicto remed. subsid. 106. illatione 4. num. 6. & consf. 7. per totum, vbi num. 10. ex Menoch. de arbitr. casu 168.* concludit hoc omnino pendere ab arbitrio, & religione Iudicis.

Et enim Superiori anno 1633. huiusmodi contigisset quæstio, dũ Præturam Alexandriæ obibã & quædam Nobilissima Matrona ad secundas nuptias transire cogitasset, & sic pupillum vnicum satis diuitem eius Patruo, ipsi matri infenso, dimittere cogeretur; Illum mihi consignauit, lacrimisq; exorauit, vt illum pænes me, aut pænes aliquem ex affinibus sibi confidentibus educari mandarem, e contra verò Patruus cum difideret de ijs, qui confidentes erant matris, In ancipiti versabar, nec pænes me numerosa prole, & familia onusto commode posset ille educari; Patruum ipsum virum satis prudentem, & sagacem benigne mo-
76 nui, vt bene animaduerteret qualis esset qualitas pupilli facilis, vt aduersa valetudine tentaretur, Itaut si Dei iuditio interim interijsset nullo pacto nullaq; ratione suspicio remoueri sine deleri potuisset, quin dolis fuisset ille interemptus, ad pingue matrimonium in quo ipse Patruus succedere debebat acquirendum, quæ sanè suspicio omnino cessasset, si pupillus pænes Matris confidentes educaretur; His auditis Patruus slz. satis proprij consilij amicus, Sed valdè perspicax, mihi gratias egit, & contentus fuit, vt pupillus pænes matris confidentes educaretur; Prout ita actum fuit, & mihi gratias maximas pariter reddidit mater ipsa.

*SVMMARIA.*

*Cessante causa, cessat effectus num. 1. quod procedit etiam in testamentis num. 2. limitatur num. 6.*

*Legatum sub conditione factum non debetur nisi purificata conditione num. 3.*

*Conditio futurum respiciens tempus non dicitur purificata, si prius ea fuerit executa num. 4. limitatur nu. 6. & 7. fauore nuptiarum.*

*Legatum vbi prædecedat testator caducum reddit legatum num. 5.*

*Legata, & testamentum non viciantur ob accidentia defficientia num. 8.*

*Legatum factum fauore futuri matrimonij deletur etiam si tale matrimonium contractum esses ante legatum num. 6. & 9.*

*Quia tunc conditio habetur pro impleta num. 10.*

*Legatum factum pro maritanda incerta Puella non tenet num. 11.*

*Prouisio Summi Pontificis de prebenda vacatura Titio non comprahendit eam quæ tempore dati rescripti iam vacabat num. 12.*

*Legatum incerta dotis, declaratur per Iudicem, & debetur legatum num. 13.*

*Iudex ex offitio declarare debet quantitatem legata dotis incerta etiamsi hoc petitum non fuerit in libello num. 14.*

*Legatum dotis pro maritaglio locum etiam habet si mulier spiritualiter nubat num. 15. 17.*

*Religionem ingrediens dicitur Deo nubere nu. 16.*

## Legatum factum alicui mulieri pro cõtrahendo matrimonio, debetur etiam si tempore testamenti in matrimonio erat copulata legataria. Cap. CLVII.

1 SICVTI cessante causa cessare etiam debet effectus *cap. cessante de reg. iuris de qua re latissimè Tiraq. tr. cessante causa*, Ita cessante causa relicti in testamento cessare etiã relictum debet, vt in materia do-
2 tis constituendæ post Castr. probat *Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 916. num. 1. 21. & 34. Surd. de alim. tit. 4. qu. 26. num. 2. cum seq;*

Ex quo infertur, quod si testator legauit mulieri
3 centum, vt se nuberet, si tempore testamenti iam nupta erat mulier legatum minimè deberi videtur; Quia non dicitur adimpleta con-
4 ditio apposita legato quę futurum respiciebat tempus, non præteritum *l. hac conditio ff. de leg. secundo Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 563. nu. 15. & lib. 4. cap. 611. faciunt etiam tradita per eundem Gratian. lib. 2. cap. 251. num. 42.*

Idem

Idem dicitur de legatatio, qui prædecessit testa-
5 tori, Quia tunc legatum minimè debetur, &
efficitur caducũ, ac euanescit, neq; transmitti-
tur ad hæredes *l. vnica §. pro secundo. C. de caduc.
toll. Gratian. lib 4. discept. forens. cap. 637. nu. pr.*
De AEQVITATE tamen contrarium affir-
6 mandum est, nempè legatum deberi, etiam si
nupta esset legataria, Vbi tamen hoc ignora-
bat testator, quia si id sciuisset videtur de alijs
7 nuptijs sensisse *tex. est ad litteram in l. si ita scriptũ
sit 46. §. si pater ff. de leg. secundo ac in l. si iam facta
sunt. ff. de condit. & demonstr. facit etiam l. si testa-
mentum. C. de instit. & subst.* Vbi Imperator
decidit accidentia defficientia non vitiare
8 Testamentum, nec legata; Præsertim quando
conditio non amplius pendet à potestate le-
gatarij, vt est matrimoniũ iam contractũ, quod
dissolui non posse tritum est, Quia eo casu le-
9 gatum debetur, ac si absq; aliqua conditione
esset factum, vt explicat *glos. magna in d. l. si iam
facta ff. de condit. & demonstr. & ibidem tradit Bar.*
10 Quæ conditio tunc habetur pro impleta *l. hac
conditio ff. eod. tit.*
Hanc sententiam amplectitur *Bald. in l. hac sen-
tentia num. 11. C. de sentent. quæ pro eo quod inter.
prof.* Vbi distinguit legatum non tenere si fac-
11 tum esset pro incerta puella maritanda, qui
auctor minimè vidisse videtur *Tex. sic apertum
in all. l. si ita scriptum sit. §. si pater. ff. de leg. secun-
do*, cum illum minimè citet, Baldum sequitur
Damhouder. *in patrocin. pupill. cap. 9. num. 104.
regiftr. in 8. volum. tract. fol. mihi 368. par. 2.*
Hinc traditur per scribentes, quòd si Papa man-
12 dat prouideri Titio de certa præbenda vaca-
tura in tali Ecclesia, quod non possit prouide-
ri de illa quæ vacabat tempore datæ rescripti,
si Papa sciebat vacationem, alias secus, *Bartol.
in l. hoc articulo ff. de hered. instit., & additur ad
eundem Bart. in dicta l. si iam facta litt. A. ff. de
cond. & demonstrat.*
Si verò legata fuit dos incerta alicui mulieri, hæ-
13 sitant scribentes an possit exequi, non ex-
præssa quantitate; Sed vera resolutio est posse
exequi, & deberi accedente declaratione iu-
dicis *l. si filia ff. de leg. 3.* Qui Iudex hoc declara-
re poterit, & debebit etiamsi non fuerit hoc
14 petitum in libello, quia hoc tacite inest *l. p ff.
de leg. secun. & declarat Bald. in all. l. hac sententia
num. 11. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest.*
Quod legatum factum pro maritagio procedit
etiam si mulier legataria religionem fuisset
ingressa, & sic spirituale matrimonium con-
15 traxisset, cùm mulier dicatur nubere ingre-
diendo Monasterium Neq; videri esse possit
sine nuptijs quæ intrat religionem quasi cum
16 Domino nubat *§. sed, & hoc præsenti in Auth.
de Sanct. Epis. Cyn. in Auth. Nisi rogati in primo,
& in secundo notab. C. ad Trebell. & ibi Bald. in
princip. Hanc sententiam comprobat Natta cons. 29.
num. pr. & Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.
11. tit. 18. num. 26. Surd. cons. 192. nu. 19. lib. 2.
Mastril. decis. 153. num. 3. par. 2. Sanchez. de ma-
trim. lib. pr. disput. 33. numer. 30. quos sequitur
Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 533. num. 19.*
Conclusionem hanc procedere nonnulli affirma-
17 runt quamuis legatum factum sit pro mari-
tanda tali per carnale coniugium, inter quos
hoc probat *Bal. nauel. tr. de dote par. 6. priuil. 76.
Couarun. in cap. nos quidem num. p. vers. sexto ex pro-
xima de testam. & Surd. cons. 69. num. p. & cons.
192. sub num. 19. circa medium, quos refert Gra-
tian, cit. cap. 553. num. 20.*

## *SVMMARIA.*

*Testes de Vniuersitate in ciuilibus admittuntur pro ea num. 1. maximè in probationibus finium num. 2. declaratur num. 3. 4.*

*Declaratur in vniuersitate magna, & parua num. 13.*

*Testes de Vniuersitate in criminal non probant num. 5. neq; etiam ad defensam nu. 6. contrariũ verius n. 7.*

*Testes domestici probant ad deffensam num. 8.*

*Testes vnicus plenè probat ad deffensam num. 9.*

*Testes de Vniuersitate num admittantur fauore alterius de eadem Vniuersitate contra extraneum num. 10.*

*Vicinitas est in propinqua amicitiæ parte, cum amici, & vicini æquiparentur num. 12.*

*Vicinus in Criminalibus non dicitur testis idoneus n. 12.*

*Testes de Vniuersitate parua dicuntur de eadem habitatione cum eo pro qua deponunt num. 14.*

*Testes de Vniuersitate magna dicuntur idonei pro vno de Vniuersitate etiam circa extraneum, eàm in ciuilibus, quàm in criminalibus num. 15. & 16.*

*Testes de Vniuersitate admittuntur contra Prelatum pro Vniuersitate num. 17.*

*Testes de Vniuersitate admittuntur in subsidium pro Vniuersitate quando aliter haberi non potest veritas num. 18. 19*

*Delicta impunita remanere non debent num. 20.*

*Probationum facultas angustiari non debet nu. 21. in probationum difficultate lex contentatur ea probatione qua fieri potest num. 22.*

*Testis melius informatus admittendus est, licet domesticus, in delictis nu. 23. quod tamen intelligitur quando Iudex procedit ex offitio num. 24.*

*Iudex ad sui informationem potest recipere etiam Testes inhabiles num. 25.*

*Iudex ex offitio diligentissimus esse debet in indaganda veritate num. 26.*

*Testis plures habens contra se exceptiones non probat num. 27.*

*Testes de Vniuersitate non probat quando ipsi interuenerunt in mandato data Sindico siue Consuli ad querelandum numer. 28. siuè concurrant ad expensas, & sumptus ratione propositi, & num. 29.*

*Testis salariatus ab Vniuersitate siuè procurator non probat num. 30.*

*Accusator non debet fungi offitio Testis numer. 31. & examinatus nihil probat num. 32.*

*Tertuliani sententia notanda num. 33.*

*Testes de Vniuersitate licet admissi in causis permissis non probat nisi dimidiam eius quod releuat depositio aliorum Testium omni exceptione maiorum num. 34. & remittitur Iudicis arbitrio num. 35.*

*Testes exceptionem patientes nihil probant quando contrarium deposuerunt alij testes integri num. 36.*

*Testes impuberes regulariter non admittuntur in criminalibus nu. 37. limitatur aliquando n. 38. maxime in Puero annorum quinque, qui dicitur peruenisse ad ætatem, vt intelligat non ad alium vt fingat nu. 39.*

*Paruulorum testimonia inditia esse scribit Quintilius num. 40.*

*Pueri, & vinum veraces num. 41.*

*Iudicis arbitrio relinquitur, quid releuat Pueri assertio in delictis num. 42. & 43.*

*Ciceronis sententia in ea materia, & exemplum refertur num. 43.*

*Iniuria sine vim passo Pueri nihil aliud quam gemitus ac fletus, & vitæ execratio conuenit num. 44.*

*Senatus Rom. sententia contra eum qui à vim passo libidinis causa tantum erat indicatus num. 45.*

*Integritas vitæ, testis sufficit aliquando pro plena probatione num. 46. vbi exemplum refertur.*

*Nullitas aliquando tollitur per amplitudinem personæ num. 47. exemplum refertur.*

*Testis qui se obtulit aliquando ob personæ qualitate plenè probabit num. 47. & 48.*

*In ore duorum, vel trium stat omne verbum num. 49.*

*Exemplum Magni Ducis Aetruriæ, qui dimitti iussit cum quẽ occisorem viderat, sed delictum negantẽ, nec alio probatum num. 50.*

*Testium nimia potentia siue amplitudo aliquando diminuit eorum fidem num. 51. & 52.*

*Testes in criminalibus cogi possunt vt veniant ad iudicẽ num. 53. secus in ciuilibus Egr. personæ Egr. domi examinentur num. 54.*

*Exemplum Vrgolaniæ Vestalis Virginis num. 55.*

*Patronus examinari non potest aduersus clientem; & è contra num. 56. exemplum in Histor. num. 59. & 60.*

*Pater contra filium interrogari non potest, & è contra num. 57. Idem in genero contra socerum, & è contra seruum, contra Dominum n. 57.*

*Testificatio patroni contra clientem perditionis speciem continere dicitur num. 58.*

*Personæ, quæ cogi non possunt ad perhibendum testimonium vt num. 56. cum seq. si coactæ deponant non faciunt.*

*Inditium legitimum num. 61. secus num. 62. si voluntariè, quod non approbat Bald. nisi in subsidium num. 63. cum seq;*

## Testes de Vniuersitate an sint idonei testes pro Vniuersitate. Cap. CLVIII.

DISERTE, & luculenter materiam hanc testium de Vniuersitate trutinarunt *Menoch. de arbitr. casu 106. per totum, & Farinac. tr. de testibus qu. 60. illat. 17. idest à num. 430. vsq; ad finem*, vt eorum dicta potius referre, quam quid noui aliquid illis addere posse videamur; Nihilominus, Quia frequentissima est materia eorum substantiam colligendo; Distinguendum est; Aut agitur de

1 de causa ciuili, Aut de criminali iuditio, &
primo casu, cum regulariter admittuntur testes de Vniuersitate *Bald. in cap. insuper num. 3. & ibi Felin. extra de testibus Menoch. de arbitr. d. casu 106. num. pr. & num. 5. vers. adferri etiam solet*, Præsertim quando agitur de probatione
2 finium, vel de alia re, cuius commodum immediatè non sentit testis, vt ibidem explicat Me-
3 noch. *num. 4. & 5. in princip.* Quia vbi commodum sentiũt immediatè singuli de Vniuersitate, vt in pascuis, & nemoribus communibus, tunc minime probant huiusmodi testes, nec admittendi sunt idẽ *Menoch. loco cit. n. 13. post specul. tit. de testibus §. pr. num. 22. litt. H. verbo ciuili causa Bart. in l. in tantum §. vniuersitatis num. pr. vers. aut non spectat principaliter ff. de rerum diuis.* Quia licet proprietas sit Vniuersitatis,
4 cum tamen vtilitas sit singulorum viderentur testes in propria causa deponere, quod est cõtra *l. nullus ff. de testibus, & l. in omnibus C. eodem tit. Roma. cons. 7. num. 4. & cons. 508. num. 5. vers. quo ad secundum Affl. decis. 400. num. 5. vers. aut illud negotium, & ibi Vrsil. n. p. vers. quam regulam sic ampliatam, quas latè refert, & sequitur Farinac. d. qu. 60. num. 455. & num. 496. per totum & Menoch. cit. casu 106. num. 13.*
Secũdò aũt casu, quãdo agitur de causa criminali
5 regulariter, non admittuntur testes de vniuersitate, vt probat *Abb. in cap. insuper num. 2. vers. veruntamen, & num. 3. & ibi Falin. num. 104. & Dec. numer. 20. extra de testibus*, Prout hanc conclusionem comprobat *Menoch. cit. casu 106. nu. 17. et Bertazol. cons. 169. num. 6. cum seq. Mascar. de probation. lib. p. conclus. 295. num. 14. et lib. 3. concl. 1414. num. 9. Farinac. cit. qu. 60. num. 508.*
Qui auctor sequenti numero tradit neq; etiam
6 ad deffensam admitti testes de Vniuersitate ex *Abb. et Falin. in all. cap. insuper de testibus*, Quamuis veriorem opinionem esse, vt ad def-
7 fensam probent testes de Vniuersitate, docet *Menoch. dicto casu 106. num. 21. et Mascard. cit. conclus. 1414. nu. 13.* quorum sententiam amplectitur idem *Farin. loco citato num 512.* & de
8 teste domestico probat idem Farinac. *qu. 55. n. 163 ac tradit Falic. alleg. 13. num. 29. par. p.* Quemadmodum testem vnicum plenè ad def-
9 fensam pariter probare scribit *Anchar. cons. 283. col. 2. & tradunt Crau. cons. 2. num. 16. hos sequitur Felic. alleg. 15. num. 67.*
Quin etiam testem de vniuersitate minimè ad-
10 mitti ad fauorem alterius eiusdem vniuersitatis contra extraneum accusatum scribit *Felin. in d. cap. insuper num. 4. vers. & circa hanc fallentiam extra de testibus*; Cum dicuntur quodammodo domestici huiusmodi testes iuxtà illud Terentij.
*Vicinitas est in propinqua amicitiæ parte*; Amici enim
11 & vicini parificantur, & notat *glos. in l. aut si aliter §. si fortè ff. quod vi aut clam.* & in criminalibus in quibus probationes debent esse
12 luce clariores, vicinum non esse idoneum testem subijcit *Alber. de Malettis tr. de testibus cap. 4. n. 74.*

In

In hac tamen conclusione distinguendum rur-
sus est inter vniuersitatem magnam siuè amplā
& Vniuersitatem paruam; Quia si Vniuersitas
13 est adeò parua, vt illi de vniuersitate ipsa ca-
dere possint in nomen domesticorum, Tunc
non possunt admitti ad testificandum cum
14 domestici dicerentur, ac si essent in eadem
habitatione; Si verò vniuersitas esset ampla,
cessante huiusmodi consideratione domesti-
citatis, & ratione familiaritatis, & conuersa-
15 tionis, De AEQVITATE testificari pos-
sent, illi de vniuersitate pro alio contra extra-
neum in criminali causa *cap. repellatur de accu-
sat. vt post specul. & Hostiens, ac Io. Andr. probat
Albericus de Malettis dicto tr. de testibus cap. 4. nu.
73. vers. & cum hac opinione*, vbi AEQVISSI-
16 MAM, esse hanc sententiam etiam in causa
ciuili scribit; Quam sententiam vti AEQVIS-
SIMAM sequitur etiam *Farinac. cit. qu. 60. nu.
519. post Campeg. tr. de testibus reg. 99. in quarta,
& sexta fallentia, & Menoch. de arbitr. dicto casu
106. num. 20.*
Duobus tamen in specialibus casibus reperio
17 admitti indistinctè testes de vniuersitatibus
pro ipsa Vniuersitate; Primo quando agitur
contra Prælatum ab ipsa vniuersitate accusa-
tum, quia tunc admittuntur testes de vniuer-
sitate, vt notat *glos. in dicto cap. super prudentia
verbo Stephani vers. sicut etiā potest 14. q. 2. per tex.
in cap. lator 2. q. 7. Abb. in cap. insuper sub n. 4. vers.
hinc dicunt de testibus Antonius de Butrio in cap.
nuncius nu. 4. vers. dic quod si accusetur prælatus de
testibus specul. in tit. de testibus §. p. num. 22. vers.
puta accusatio Prælati, & vers. si Prælatus accusa-
tur Castrens. in l. in tantum §. vniuersitatis in prin-
cip. vers. intendit ff. de rerum diuis. Alber. de Ma-
lettis dicto tr. de testibus cap. 2. num. 63. & cap. 4.
sub num. 73. quos sequitur Farinac. cit. q. 60. n. 517.*
Secundò, admittuntur testes de vniuersitate,
18 quando aliter haberi non potest veritas, vt si
ageretur de actu sequuto in consilio, vel ca-
pitulo, in quo alij testes non interuenissent, &
sic in subsidium *Salicet. in l. ea quidem vers. ad
quintam quæstionem C. de accusationibus Hippol.
singul. 63. Alexand. cons. 64. col. vlt. lib. p. Gram. consf.
26. num. 37. Plotus in l. si quando §. 4. num. 26. alias
num. 142. de in litem iur. Costa remed. subsid. 70. nu.
24. Farinac. dicta quæst. 60. n. 480. & 594. ac Menoc.
cit. casu 106. num. pr. et 2.* Declarando quod hoc
intelligitur, quando secretè actum fuit in ca-
19 pitulo, vel consilio, Itaut non solum, non in-
teruenerunt alij, sed neque interuenire potue-
runt, Ratio est tum ne delicta remaneant im-
20 punita *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* & ne proba-
21 tionum facultas angustetur *l. quoniam C. de
hæret.* Cū in his, quæ sunt difficilis probationis
22 lex contentetur ea probatione, quæ fieri po-
test *Bartol. in l. in illa stipulatione si calen. in verb.
oblig. et in l. si quis ex argentarijs §. pen. ff. de edendo
et scribit Io. Turrius in all. cons. 81. num. 58. lib. 2.
inter consil. crim. diuers.* Tum quia, qui rem me-
lius nouerit, potius admittendus est ad testi-
23 monium, quàm alius, etiam si sit domesticus,
vel consanguineus per *not. in cap. plures 16. qu.
p. & probat Cataldinus inter consil. crimin. diuerso-
rum conf. 22. num. 15. lib. pr.*
Quamuis vltima hæc distinctio intelligenda est
cum grano salis viz. primo vt ea locum tantū
habeat, quādo Iudex procedit ex officio vel per
24 inquisitionem, Non aūt quando procedit ad
querelam vniuersitatis *Angel. tr. de malefic. in
verbo mentitor de modo dandi num. 1. & vers. Qui
Iudex statuit num. 4. Hipp. conf. 5. num. 9.*
25 Quia Iudex potest ad sui informationem re-
cipere etiam testes inhabiles, & sic ex officio
non ad partis querellam, vt inquit *glo. in l. etiam
C. de probation. & late scribit Io. Turrius inter conf.
crim. diuers. conf. 81. num. 60. lib. 2. vers. Præte-
rea, & Costa cit. remed. subsid. 70 num. 12.* cum
Iudex ex officio diligētiss. esse debeat in in-
26 dagandaveritate, vt respondit Marc I.C. *in l. p.
ff. ad Turpill. in l. si non defendatur ff. de pœnis, ac
Cauit Imperator Valent. in l. fin. C. de abol. Felic.
Alleg. 134. num. 3. part. 2. & Alleg. 85. num. 7.*
Secundo quando huiusmodi testes plures pate-
rentur oppositionis, siue exceptionibus, quia
27 tunc non releuaret eorum testificatus *Socin.
conf. 118. col. antep. vers. postremo lib. 1. Bar-
batia conf. 65. sapienter. lib. 5. Marf. conf. 102.
num. 12. lib. 2. quos seq. Io. Turrius cit. conf. 81.
num. 65. lib. 2. inter conf. Crimin. diuers.*
Prout neq; etiam admittendi sunt testes de vni-
uersitate, quando eorum nomine etiam agi-
tur, & qui interuenerunt in mandato dato
28 Sindico siue Consuli ad querelandum; Quia
tūc, cū omnes essent actores testiū officio f un-
gi nequeunt, iuxta *cit. l. nullus ff. de testibus, &
l. in omnibus C. eodem tit. Ruin. conf. 189. col. pe-
nult. vers. sed tamen præmissis lib. p. Rol. conf. 72.
num. 17. lib. 2. Plotus in dicta l. si quando §. 4. nu.
26. Bertazol. conf. Crim. 178. num. 5. & 6. & Fa-
rin. cit. qu. 60. num. 508. & 516. ac num. 527.
cum plur. seq.*
Præsertim quando nullus alius interuenit testis,
qui non sit de Vniuersitate, vt subijcit *Farin.
num. 529.* vel testes ipsi de Vniuersitate con-
29 currunt ad expensas, & sumptus, ratione pro-
positi criminis, *Gram. cit. conf. 22. num. 9. in
fine Rol. dicto conf. 72. num. 3. Vrsil. ad. affl. decis.
400. num. 1. & Farin. loco cit. num. 531.* vel is
30 testis sit procurator, aut salariatus ab ea Cō-
munitate, Quia tunc nullatenus testis admit-
tendus est, vt subijcit *Farin. loco cit. num. 526.
Menochius cit. casu 106. num. 12.*
Incongruum enim valde est, vt cum illi de Vni-
uersitate accusauerint mediante opera Con-
sulis, vel Sindici fungantur etiam officio Te-
31 stis *cap. forus de Verb. significatione Farin. dicto
Qu. 60. num. 64. & Felicius Alleg. 166. num. 1.
part. 2.* Et examinati nihil probarent huiusmo-
32 di testes *d. l. nullus ff. de testibus, & l. in om-
nibus C. eodem. tit. Felic. Alleg. 15. nu. 139. cum
seq. & Alleg. 25 num. 10. Farin. cit. qu. 60. num
2. cum seq. plur. & num. 12. cum seq.* Quia, vt in

T 2. quit

quit Tertullianus aduersus Marcionem, *nemo sibi, & professior. & testis est Pet. Aerod. lib. 4. rerum iudicatorum tit. 12. de testibus. cap. p. post medium, & Surd. cons. 28. num. 4. cum seq. ac nu. 41. cum seq.*

In casibus verò, in quibus testes de Vniuersitate admittuntur non id circo dicuntur ipsi testes integræ fidei, & omni exceptione maiores,
34 sed tantum releuaret eorum depositio dimidium eius, quod alij testes probarent, *Abb. in d. cap. insuper. num. 2. vers. circa secundum membrum. de testibus Affl. decis. 400. num. 3. & 4. & ibi Vrsil. num. p. Albericus de Malettis in d. tr. de testibus cap. 4. num. 71. vers. quidam tamen, & vers. Attamen bonum est, Crottus de testibus n. 132. Gram. cons. 22. num. 9. Beuintend. decis. 70. nu. 8. Rol. cit. cons. 75. num. 5. lib. 2. Bertazal. cons. 178. num. 10. lib. p. & Farin. loco rel. n. 536. & 538.*
35 Vbi concludit id remitti Iudicis arbitrio, vt etiam tradit *Menoch. d. casu. 106. num. p. & 3. Thesaur. Iun. qu. famil. 37. nu. 7. lib. 1.*

Quamadmodum, in casibus in quibus testes de vniuersitate admittuntur, Ij non probarent, quando contrarium eius, quod ipsi testes dixerunt probatum esset per testes idoneos ab
36 altera parte, quia tunc cæteris paribus longe minus creditur testibus de Vniuersitate, quã alijs, propter aliqualem affectionem, quæ eos impares reddit, vt explicat *Abb. in d. cap. insuper. col. 3. & ibi Felin. col. 2. vers. Fallit 2. extra de testibus Alex. cons. 68. num. 18 vers. præterea ratio lib. 2. Affl. cit. decis. 400. & Roland. all. cons. 72. sub num. 15. vers. Vlterius dicitur lib. 2. Menoch. sæpius all. casu. 106. num. 10.*

Cæterum licet testes minoris ætatis, maximè impuberes, regulariter non admittantur in cri-
37 minalibus, & admissi non probant *l. 3. §. lege. Iulia. de testibus Blanc. tr. de iudic. num. 346. cum seq. Monaticell. in eius repertor. verba minor Felic. Alleg. 162. num. 10. par. 2.* Tamen secundum
38 casuum contingentiam, aliquando etiam plenè probant, vt inquit Seruianus apud Senecã *lib. 7. controuers. Nihil puero certius est teste,*
39 *vtique quinquennij; Nam, & ad tos peruenit annos, vt intelligat, & nundum ad eos quibus fingat; Et Quintil. lib. 5. paruulorum testimonia inditia*
40 *nõ testimonia appellat, & horũ pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare dictum est, inquit Pluco lib. 11. de legibus quem refert Petrus Aerodius lib. 4. rerum iudicatarũ tit. 12. de testibus. cap. p. pag. 531.*
41 Hinc venit in adagio vinum, & pueri veraces
42 & Iudic is arbitrio relinquitur quid, & quantum releuet pueri assertio in delictis, vt tradit
43 Cicero, cuius hæc sunt verba; *In rebus iudicandis non minimam artem ad vnamquamq; rem existimandam, momentoq; suo ponderandam sapientia iudicis tenet, quare eiusmodi sint singula consideravi oportet, Et cum M. Claudius Marcellus ædilis Curulis diem dixisset ad populum C. statutio capitulino Trib. pleb.* (vt narrat Aerodius) *quod filiũ vix puberem de stupro appellasset; Reus p. asseuerauit suolure non posse cogi, vt adesset, quia habebat sacrosanctam potestatem obidq; Tribunit ium auxilium appellauit Colleg. Tribunorum, negauit se intercessurum quominus pudicitia quæstio. perageretur; Populus rem ad Senatum reiecit, itaq; reus cum nihil amplius haberet quo inditium moraretur cuius rei nullum testem esse certo scribat; præter ipsum adolescentem; Audaciter de crimine pernegauit; sed postea quam placuit iuuenem interrogari, visusque est puer in rostra productus, defixo in terram vultu, & suffusum lacrimis, non contumatia, sed pudore, ob præsentiam capitolini tacuisse, ac. dit quod à Fabio notatur. Hoc genus* (inquit) *iniuriæ stupri personatumq; os in maribus verecundiais inest passis. quam ausis; Itaq; et qui passus est, nihil aliud*
44 *quam gemitus, ac fletus, & execratio vitæ conuenit, vt Iudex intelligat potius dolorem quã audaciã. Igitur apud amplis. Sen. valuit in vltionem Marcelli, verecundum silentium, ideoq; citatus capitolinus vno hoc teste, qui tentatus erat, pecunia mulctatus est,* cum Marcellini pudor, lachrimæ, taciturni-
45 ras defixi in terram occuli abhorrens vultus à capitolino, tot testes, tot inditia visa sunt

Aliquando enim vno testi iniuriato, propter no-
46 toriam vitæ integritatem creditum est, vt Xenocrate Athenis, & Romæ L. Crasso, quorum sermo, testimonij loco fuit, vt refert P. Aerodius *cit. cap. p. post medium, qui in cap. 7. eiusdem tit.* scribit etiam nullitatẽ tolli aliquã-
47 do per amplitudinem personæ, vt euenit P. Seruilio Isaurico, qui neq; citatus, neq; productus ab accusatore se obtulerat, & testimoniũ dixerat. Attamen ei Iudices credidere, cum esset Consularis censorius triumphalis, ac maiorum suorum titulis adiecerat hoc Isaurici etiam cognomen, maximè cum alij, qui pro testimonio dixerãt læserant præmedi-
48 tati; hic præ tereundo, & incogitanter; Quãuis contrarium regulariter obseruandum sit, cum iuxta Euangel. in ore duorum, vel trium
49 stet omne verbum, *Surd. cons. 12. num. 6. ac Felic. All. 46. num. 18.* & ita obseruasse Serenis. Cosmum II. Etruriæ Ducem testatur Aerodius
50 citato cap. p. dum vidisset hominem vulnerari percussorem comprehensum, & facinus denegantem, nihilominus dimitti iussit, quia eo solo teste accusabatur.

E contra aliquando, nimia testium amplitudo, denegat fidem, cum tunc ad opprimendum reum potius, quam quod veritas sic si habeat
51 tales in dignitate constituti testimonium perhibeant, quia existimantur magis pro auctoritate sententiam, quam testimonium dicere; Quando enim testis est, vt nihil possit, aut nihil audeatur obijci, non concertatio
52 est, sed imperium; Præterea qui de quacumq; re iudicant, & si de capite præsertim, optant suam liberamq; esse non alienam præscriptamque sententiam, vt inquit Petrus Aerodius *d. lib. 4. tit. 12. cap. 6.*

Et licet in criminalibus cogi possint testes venire ad Iudicem postposita omni prærogatiua, *l. lege Iulia cum quatuor seq. ff. de testibus, vt probat*

*probat Cartar. in sua praxi inter rog. reorũ lib. 3. cap.*
*3. num. 93. cum plur. seq. Baiard. ad Clarum qu.*
*45. num. 62. Faciunt etiam tradita per Bal. in l.*
*præsbiteri nu. 12. in fine C. de Episcopis, & Cler.*
*& per Angel. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de*
*edendo idem Baiard. in qu. 26. numer. 15. cum seq.*
Quamuis in Ciuilibus Egregiæ personæ domi
54 examinentur *Tex in l. ad personam ff. de iure iur.*
*& in Auth. sed iudex C. de Episcopis, & Cler. & de-*
*clarat glo. in l. sed si ff. de ius iurando, quem sequi-*
*tur Bar. d. l. ad personas in fine*, Et ita per Tibe-
55 rium adductum fuisse coram l. Pisone, Vrgo-
laniam vestalem Virginem, Augustæ summè
caram, Quamuis antea in alia causa iussisset
idem Tiberius, Prætorem accedere debere ad
Vrgolaniam quam domi interrogaret; Cum
primum Iuditium, ciuile, secundum vero cri-
minale fuisse asserat Petrus Aerodius *d. tit. 12.*
*cap. 8.*

Limitatur tamen hæc Conclusio in Patrono ad-
uersus clientem, & in cliente aduersus patro-
56 num, qui testimonium minimè dicere com-
pellitur; Prout minime cogitur pater contra
57 filium, & è contra; Gener contra Socerum,
& è contra, & Serui contra Dominum, vt habe-
tur *in d. l. lege Iulia cum quattuor seq. ff. de testibus*
*latè Blanch. tr. de Indic. num. 36. cum seq*, Prodi-
58 tionis enim speciẽ huiusmodi testificatus con-
cineret, vt tradunt ibidem scrib. vt inquit Pe.
Aerodius *d. tit. 12. cap. 2.* vbi exponit Marcũ Ca-
59 tonem in oratione lata apud Censores in
Lentulum sic affirmasse, Aduersus cognatos
pro cliente testatur, testimonium aduersus
clientem nemo dicit; Et ita pronuntiauit Sen.
Heremnium scilicet non posse cogi ad testi-
monium perhibendum contra C. Marium
60 eius clientem, vt post Plutarchum narrat. Pe.
Aerodius loco rell.

Et qui cogi non possunt ad testimonium perhi-
61 bendum, si coacti deposuerint non exinde
oritur Inditium aliquod etiam ad proceden-
dum *l. p. §. si seruus ff. de quest. Blanch. tr. de Indic.*
*num 355.* secus si voluntariè deposuerint, quæ
qualitas describi debet in actis, aliàs præsume
62 rentur coacti *Bar. in Auth. Præsbiteros la 2. C.*
63 *de Episcopis, & Cler.* id quod non admittit *Bal.*
*in eadem Auth. in fine Cuius sententiam amplecti-*
*tur Blanch. num. 357.* nisi tamen aliter veritas
64 haberi posset, quia tunc etiam testes huius-
modi inuiti examinantur, vt inquit *Blanch. d.*
*num. 357. & 359. & diximus §. supra.*

*SVMMARIA.*

*Fingere, & præsumere inter se valde differunt nu. 1.*
*Aduersus fictionem legis non admittitur probatio in contr. vt aduersus præsumptionem num. 2. & 12. contra num. 68. & ibi declarantes.*
*Præsumptio excluditur per lucem probationis num. 3. etiamsi præsumptio sit iuris, & de iure præsertim quando agitur de partis confessione num. 4. & 5.*
*Fictio locum habet in casu certo, præsumptio vero in tantu dubio num. 6.*
*Fideiussores non possunt obligari sine stipulatione nu. 7. limitatur in causa tutelæ num. 8.*
*Creditori diligenti qui diù tacuit præsumitur satisfactũ si expectauit mortem debitoris num. 9. et 10.*
*Fictio est in re certa contraria veritati pro veritate assumpta num. 11. 12.*
*Fictio secundum Crottum est indubitatæ falsitatis pro veritate assumptio in casu possibili ex iusta causa ad inducendum aliquem iuris effectum æquitati naturali non repugnantem num. 13.*
*Exemplum traditur in pacto post contractum incontinenti apposito quod inesse dicitur num. 14.*
*Fictio dicitur implere id quod veritati deest num. 15.*
*Ad fictionem non recurritur vbi veritas actus secundũ veritatem valere potest num. 16.*
*Fictio non porrigitur ad id quod per rerum naturam est impossibile quia quod naturaliter fieri non potest ciuiliter fieri nequit num. 17. 18.*
*Furiosus, et similes non finguntur vnq; consensisse n. 19.*
*Fictio requirit habilitatem vtriusq; extremi num. 20.*
*Fictio alia translatiua, alia declaratiua num. 21*
*Fictio admittitur tantum in his quæ sunt num. 2[illegible]*
*Fictio dicitur continere rigorem num. 23. contrar. verius num. 29. et 30.*
*Iniquum est vnum puniri pro delicto alterius num. 24.*
*Captus ab hostibus fingitur mortuus num. 25. et 26.*
*Deportatus liberatus dicitur à Patria potestate, sed restitutus ex Principis rescripto iterum subijcitur patriæ potestati n. 27. cum seq.*
*Fictio contra naturalem Equitatem inducta etiam à iure nihil operatur num. 31.*
*Fictio cessat cessante necessitate n. 32. & 35.*
*Necessitas facit licitum. quod aliàs erat illicitum n. 33.*
*Sententiam Concily Romani in ea materia num. 34.*
*Fictio inducitur tantum à iure non ab homine n. 36. 67.*
*Fingendo lex, quando aliquid statuit, vere facere dicitur num. 37.*
*Fictio iuris pro veritate habetur etiam in contractibus num. 38. quidquid affirmauerit Menoch. sibi contrar. num. 39.*
*Fictiones plures simul non possunt iungi eodem tempore circa eandem rem nu. 40. secus circa diuersa tantum num. 42. 43.*
*Specialia duo simul concurrere nequeunt n. 41.*
*Fictio non extenditur de casu, ad casũ n. 44. nisi fictio esset vniuersalis num. 45.*
*Fictio in fauorabilibus materijs extenditur num. 46.*
*Fictio non aufert ius alteri quæsitum numer. 47.*
*Ratihabitur sed non in præiudicium tertij cui fuit Ius quæsitum n. 48. & 49.*
*Fictio translatiua non retrotrahitur quo ad actus perfectos ex quibus fuit ius aquisitum, tertio sed tantũ quo ad imperfectos num. 50. exemplum traditur in eo qui filios naturales legitimos mox legitimos suscepit filios num. 51.*
*Fictione legis dicitur filium succedere in locum patris num 52.*
*Fictione legis filius in vtero existens habetur, ac si natus esset ad sui parentum commodum n. 53. 54.*
*Ratihabitio per fictionem legis æquiparatur mandato num. 55.*

*Complacentia subsequta æquiparatur mandato nu. 56.*
*Absens Canonicus pro Ecclesia fingitur esse præsens num. 57.*
*Adoptiuus dicitur fictus filius num. 58.*
*Filius legitimatus dicitur filius legitimus num. 59.*
*Matrimonium spirituale fingitur, ac si esset temporale num. 60.*
*Vidua fingitur quæ habet virum inutilem num. 61.*
*Natus extra dominium ex originario absente causa Magistratus temporalis fingitur natus in dominio num. 62.*
*Professus in Religione fingitur mortuus mundo nu. 63. Idem censetur de deportato num. 64.*
*Hæres fingitur eadem persona cum defuncto num. 65.*
*Pater fingitur promisisse pro filio qui ipso præsente creatus fuit Decurio num. 66.*
*Fictio non extenditur vbi agitur de pœna legali secus in conuentionali num. 69. cum mitius agatur cum lege; cum homine num. 70.*
*Pœna conuentionalis non trahitur ad fictam conuentionem num. 71.*
*Quod per fictionem est tale non dicitur proprie tale num. 72.*

## Fictio in Iure an de rigore, vel ex AEQVITATE admittatur, Cap. CLIX.



MVltoties in iure quidquam præsumitur, Quidquam vero fingitur. Hinc non raro errant aliqui dum vnum pro alio vsurpant; Cum tamen maximum sit inter vtrumque discrimen. Quãuis vterq; tacite in-
1 telligatur quorum differentias difuse enarrat
*Menoch. lib. p. de præsumpt. qu. 8. per totum* inter
quas maxima ea est, quod contra fictionem
2 non admittitur probatio, quæ contra præsum-
ptionem recipitur, ex quo præsumptio per lu-
cem probationis excludatur *l. nuptura in fin. ff.*
3 *de iure dotium, & l. cum de indebito vers. & Ideo ff.*
*de probationibus glo. in l. non est verisimile verbo*
*præsumptioni ff. quod metus causa, & glo. vlt. in l. si*
*possideris C. de probationibus Menoch. cons. 456. nu.*
*6. & num. 154. Card. Mant. tr. de tacit. & ambig.*
*lib. 14. tit. 9. num. 14. par. 2.* Etiamsi præsum-
ptio sit iuris, & de iure, vbi agitur de confess.
4 partis aduersæ, vt notatur per *glo. in §. aliud in*
*Auth. de æqual. dot. & donat. propter nupt. Cyn.*
*in Auth. sed iam necesse de donat. ante nupt. & ibi*
*Bar. num. p. Castrens. cons. 115. num. 3. in fine, &*
*num. 4. lib. p. quos sequitur Card. Mant. d. cap. 9.*
*n. 9. et 10.* Vbi etiã tradit quod si quis admissus
fuit ad probandum contra præsumptionem
iuris, & de iure, etiam si non essemus in casu
confessionis aduersæ partis, probatio valeret
5 *Affl. in cap. p. §. vlt. num. 36. Quid sit inuestitura,*
*& Ruin. cons. 154. numer. 15. lib. 5.* quod tamen
non valeret in casu fictionis à iure inductæ.
Namq; fictio locũ habet in casu certo, præsum-
6 ptio vero in casu dubio. *glo. in l. vnica §. accedit in*
*verbo præsumitur. ff. de rei vxor. act. vbi Bal. nu. p.*
*Card. Mant. d. tit. 9. sub. num. 7. Crottus in repet.*
*l. 2. § quod si in patris. num. 5. ff. sol. matrim. & in*
*repet. d. l. si pro emptore num. 76. ff. de vsucap. Me-*
*noch. cons. 432. num. 7.* Exempli gratia, si quis fi-
deiussit pro tutore; Certum est attenta fide-
iussione facta fideiussorem se obligasse; Adeo
quod licet non appareat interpositam fuisse
7 stipulationem, sine qua fideiussores obligari
nequeunt *l. 5. §. satis acceptio. ff. de verb. oblig. &*
8 *l. blanditus. C. de fideiuss.* Tamen fingitur eam sti-
pulationem interuenisse, vt probat *Bal. consil.*
*133. num. 2. lib. 2. Socin. Iun. in l. p. num. 23. ff.*
*de verb. oblig. Card. Mant. d. tit. 9. num. 19.*
E contra si quis creditor diligens, non egit con-
tra debitorem dici viuentem sed eo defuncto
hæres molestat, tunc præsumitur fuisse satis-
9 factum, & solutionem creditorem consequtũ
fuisse, quia in dubio versamur, vt copiosè scri-
bit *Menoch. lib. 3. præsumpt. 135. sub num. 2. &*
*Mascard. de probationibus concl. 1318. num. 26.* &
tunc solutio non solum fundatur in longo
temporis lapsu, & negligentia non petendi,
sed etiam in eo, quod expectata fuit mors ip-
10 sius principalis debitoris, licet eo viuente id
facere potuerit creditor, vt perpendit *Alex.*
*cons. 183. sub num. 17. lib. 6. Simon de Pretis cons.*
*28. sub num. p. quos seq. Felic. Allegat. 41. num. 4.*
*& 17. par. 3.*
Fictio igitur est in re certa, contraria veritate
11 pro veritate assumptio *Bal. in l. siue possidetis*
*circa medium C. de probat. vt exponit Paulus de*
*Montepico in repet. l. lecta num. 2. ff. si certum pe-*
*tatur, Crottus in l. 2. §. quod si in patris. num. 5. ff.*
*sol. matrim.* Quia fictio eam habet naturam, vt
12 rem veram, & si re ipsa non sit, ita ponat, &
firmet, vt contra eam probationem contra-
riam nullo modo admittat *cap. 2. de arbitr. in*
*6. Alcia. tr. de præsumpt. in prælud. par. p. num. 4.*
*Menoch. cons. p. num. 154. & lib. p. de præsumpt.*
*qu. 8. per totum*, qui hanc materiam late exa-
minat; Quamuis *Ang. in. d. l. si pro emptore ff.*
*de vsucap. & ibi Crottus num. 89.* clarius definiat
13 fictionem, dum inquit, fictio est indubitatæ
falsitatis pro veritate assumptio in casu possi-
bili ex iusta causa ad inducendum aliquem
iuris effectum AEQVITATI naturali non re-
pugnantem; Quæ definitio præsertim contin-
git in pacto post contractum incontinenti ap-
posito, quod in eo in esse dicitur mediante fi-
14 ctione *l. petens C. de pactis. Montepicus in cit. l. lecta*
*sub num. p. in fine ff. si cert. pet. latiss. Sen. Bell. tr.*
*de his qui in continenti fiunt. cap. 110. num. p. lib. p.*
15 & sic potius dicitur fictionem implere, quod
veritati deest, iuxta tradita *per Bar. in d. l. si is*
*qui pro emptore. ff. de vsucap. Marius Salomon in*
*repet. l. Gallus §. quid si is num. 40. ff. de liber. &*
*posth. late Costa tr. de retrotract. pleno cap. 2.* Ideoq;
ad fictionem non recurritur, vbi veritas actus
16 secundum veritatem valere potest, vt post
*Bar. in d. l. si is pro emptore de vsucap. probat*

Cephalus in repet. l. Centurio num. 27. & 193. ff.
de vulg. & pupill. Menoch. cons. 357. num. 26.
17 Quemadmodum fictio non porrigitur ad id,
quod per rerum naturam est impossibile, quia
18 quod naturaliter fieri non potest, ciuiliter
fieri nequit, cum se porigat tantum ad id, ad
quod se porigit lex naturæ l. p. §. ex contrario,
vbi Bar. num. 2. ff. de acquir. possess. & l. si pater
famil. cum l. seq. ff. de adopt. Menoch. cons. 67. nu.
54. & Car. Mant. de tacit. & ambig. lib. 14. nu. 6.
Idcirco furiosus, & similes non finguntur con-
sensisse, quia lex naturæ non admittit, vt furio-
19 sus possit consentire Bar. in d. l. item queritur §.
qui impleto in fine ff. locati.
Requirit idcirco hæc fictio habilitatem vtri-
20 usque extremi, scilicet à quo, & ad quod, vt
tradit Bar. in l. is qui pro emptore. col. 3. in fine ff.
de vsucap. Buttigella in repet. l. si quis nec causam.
num. 10. ff. si cert. pet. Card. Mant. de tacit. & am-
big. lib. 21. tit. 7. num. 25. par. 2. quam intelle-
xit Casta de retrotract. cap. 9. casu 17. num. 3. in
21 translatiua fictione; Quia in declaratiua
cessant hæc requisita, vt probat idem auctor in
cap. 2. monit. 6. num. 3.
Quæ fictio tantum admittitur in his quæ sunt fa-
22 cti, vt ex illa sequatur iuris effectus arg. l. si ex
plagis §. in vino ff. ad l. aquil. Bar. in cit. l. si quis
pro emptore ff. de vsucap. Salamonius in repet. l. Gal-
lus §. quid si num. 25. ff. de liber. & posth.
Hanc vero fictionem vigorē continere docet tex.
23 in l. 4. §. casu ff. de verb. obligat. Vbi Paulus I.C. de-
cernit, seu potius fingit, per contrauentionem
vnius ex hæredibus, omnes hæredes contra-
uenisse, & idcirco omnes teneri ad pœnam
adiectam per testatorem; Hoc enim pacto
vnus pro delicto alterius puniretur, quod sa-
24 tis iniquum esse habetur in l. si quis in suo §. le-
ges C. de inoff. testamento, & est tex. in l. pater fa-
mil. in fine. ff. de hæred. instit. latè Crottus in repet.
d. l. 4. §. casu num. 23. in p. lect. & nu. 6. in 3. lect.
ff. de verb. oblig.
Idem habetur in l. qui vxorem. ff. de iniusto rupto,
irritoque testamento, dum lex fingit captum ab
hostibus esse mortuum præambula hora ca-
25 ptiuitatis, quo ad effectum annullandi testa-
mentum quod sanè non solum id suadente
AEQVITATE, sed potius contra illius præ-
26 cepta actum videtur, vt probat idem Crottus
in d. §. casu. num. 24. Qui auctor in repet. l. si pro
tempore. num. 32. ff. de vsucap. aliud tradit exem-
plum de eodem deportato restituto ex Prin-
27 cipis rescripto; qui subijcitur patriæ potesta-
ti, à qua prius fuerat liberatus l. fin. C. de sen-
tent. pass. Vbi nedum AEQVITAS sed vera
28 iniquitas subesse videtur Idem Crottus in re-
pet. d. l. si per emptor. num. 89. in fine ff. de vsucap.
Veritas tamen est in contrarium, cum fictio de
AEQVITATE concedatur, nec admittatur
29 nisi subsistente AEQVITATE l. post liminio
ff. de capt. & postlim. reuer. & nisi subsistente
necessitate, vt notatur in l. si is qui pro emptore
ff. de vsucap. Crottus in repet. l. p. num. 27. & ibi
Vistarinus num. 127. ff. sol. matrim. & in repet. l.
p. § eadem num. 28. ff. de verb. oblig. post Bal. in
Auth. si qua mulier C. de Sacros. Eccl. Mercadil. in
repet. l. non puto num. 8. ff. de iure Fisci, Io. Anni-
bal in repet. Rubr. ff. de vsucap. numer. 37. Cum re
vera AEQVITAS fuerit causa introdu-
30 cendæ fictionis, vt tradit Bar. loco rel. & sequi-
tur Crottus in d. l. si per emptorem num. 175. ff. de
vsucap. Rubeus Alex. cons. 149. num. 10. Menoch.
cons. 211. num. 36. cons. 282. num. 159. cons. 316.
num. 7. Card. Mant. d. lib. 14. tit. 9. num. 11. & 15.
ac sub num. 20 ac lib. 22. tit. 25. num. 20. ac lib.
23. tit. 31. num. 37. par. 2. Gratian. lib. 3. discept.
for. cap. 419. num. 17. latè Costa tr. de retrotract.
cap. 2. monit. p. num. 11. ac monit. 4. num. 2. Va-
lasc. 148. num. 15. Polid. Ripa tr. de actis in mortis
articulo cap. 63. num. 13.
In tantum, quòd fictiones contra naturalem
31 AEQVITATEM etiam à iure inductæ
nihil operantur, vt exponit Bar. in all. l. si is qu,
pro emptore col. 3. ff. de vsucap. & in l. qui bal-
neum ff qui potior in pignor. hab. & probat Petrus
Stella in repet. l. qui Romæ numer. 43. ff. de verb.
obligat. Gratian. lib. p. discept. forens. cap. 15. nu.
17. Valasc. d. decis. 189. num. 24. Et cessante ne-
32 cessitate, cessare debet fictio in his quæ iuris
sunt l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuer.
Cum necessitas faciat esse licitum, quod alias
33 erat illicitum, vt probat Costa d. tr. de retrotract.
cap. 4. num. p.
Et ita statuit Sacrum Concilium Romanum sub
Io. XI. Pontif. Maximo in quo, Vt ex Luit-
34 prando refert Puteanus lib. 5 Histor. Insubrum
pag. 67. hæc notatu digna statuta fuere; Sy-
nodum à Steffano Pontifice decessore nostro celebra-
tam, in qua cadauer Formosi Pontificis, e, sepulcra
extractum, & quasi ad iuditium adductum iudicatū
atq; damnatum est, quod nunquam alias factum ac-
cepimus penitus abrogamus, & ne post hac tale ali-
quid fiat per Spiritus Sancti Iudicium, Interdici-
mus, Episcopis, Præsbiteris, & Reliquis Clericis,
qui ei Synodo interuenerunt, quia veniam petentes,
vi si ac metu interfuisse confessi sunt Sanctæ Synodē
precibus indulgemus, cauentes ne ipsis post hac Epi-
scopis, aut vim, aut detrimentum inferant; Quo-
niam eis libere sententiam dicere liceat. Quia
necessitatis causa de Portuensi Ecclesia Formosus, ob
vitæ merita ad Apostolicam Sedem est euocatus;
Statuimus, ne quis idem exemplum trahat sacris le-
gibus; Etenim quod necessitate concessum est, vel
35 sublata necessitate auctoritatē non debet habere, etc.
Quæ fictio à iure tantum non ab homine potest
36 induci l. si forte. ff. de Castrensi pecul. Bar. in cit.
l. si is. qui pro emptore. ff. de vsucap. Iacobus Niger
in repet. l. p. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & Crot-
tus in l. si pro emptore num. 81. ff. de vsucap. Me-
noch. cons. 356. num. 26. latè Costa all. tr. de retro-
tract. cap. 2. monit. 9. num. 5. & monit 11. nu. 6.
Et fingendo lex, quando aliquid statuit, vere fa-
37 cere dicitur Bart. in l. si maritus §. prope finem ff.
ad l. Iul. de adult. Menoch. cons. 124. num. 106. &
cons. 211. num. 9. Cum fictio iuris pro veritate
habeatur

38 habeatur, etiam in contractibus, vt probat
Menoch. conſ. 705. num. 39. quidquid in contrarium
39 dixerit in conſ. 357. numer. 26. & voluerit Card.
Mant. d. tr. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 6. nu. 21.
Plures vero fictiones non poſſunt ſimul iungi,
40 quia ex eodem fonte duæ fictiones eſſe non
poſſunt, ita probat Bar. in l. ſi is qui pro emptore.
num. 21. & ibi Ias. num. 399 ff. de vſucap. per l. p.
C. de inoff donationibus, Quia reputantur duo
41 ſpecialia quæ ſimul concurrere nequeunt l. p.
C. de dot. promiſſa, & l. ſi quis rem §. p. ff. de capt.
& poſtlim. reuer. Crot. in repet. l. ſi pro emptore nu.
18. tr. de vſucap. Menoch. conſ. 89. nu. 22. & conſ.
82. num. 159. ac conſ. 526. num. 16. Monter. deciſ.
50. num. 23. Oddus conſ. 38. num. 80. Coſta de re-
trotract. cap. 2. monit. 9. nu. 2. & monit. 12. nu. 8.
Quamuis circa diuerſa, concurrere poſſint duæ
42 fictiones l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 117.
num. 4. lib. 5. Crottus ad l. ſi. pro emptore nu. 188.
& Gratian. lib. 4. diſcept. for. cap. 737. num. 31.
43 Idem quando vna venit in conſequentiam al-
terius, Coſta d. tr. de retrotract. cap. 2. monit. 12.
num. 9.
Neq; etiam extendi poteſt fictio de caſu ad ca-
44 ſum, quia eſt ius ſingulare, quod non exten-
ditur l. Pater. §. vlt. & ibi ſcrib. ff. de cap. & poſt-
lim. reuerſ. Randens. decis. Piſana 16. nu. 25. Card.
Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. nu. 55. part.
p. & lib. 9. tit. 13. num. 64. par. p. Niſi fictio
45 eſſet vniuerſalis, vt explicat ibidē dictus au-
ctor & lib. 13. tit. 46. num. 5. & 7. par. 2. & lib.
14. tit. 9. num. 2. ac lib. 15. tit. 6. nu. 16. Quam-
uis in materia fauorabili extendi eam poſſe ad
46 caſum ſimilem ſcribit Gemin. in cons. 66. num. 5.
verſ. item fictis, quam ſequitur Card. Mant. loco rel.
lib. 22. tit. 17. num. 14. Coſta de retrotract. cap. 2.
monit. 9. num. p.
Sicuti ius quæſitum alicui auferre nequit fictio
47 Rom. in l. cum hæredes verſ. in bis ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. Sapia in repet. l. pr. numer. 30. C. de edicto D.
Adrian. toll. Tiraquel. de iure primog. 934. num.
18. Alcia. cons. 5. num. 48. lib. 4. & conſ. 3. num.
12. lib. 8. Decian. conſ. 11. num. 86 lib. p. quos ſe-
quitur Card. Mant. d. tr. de tacit. lib. 15. tit. 6. nu.
18. par. 2. Vt dicitur de ratihabitione, quæ
48 retrotrahitur l. vlt. C. ad Macedon. Quæ tamen
49 non admittitur in præiuditium tertij Bar. in l.
ſi indebitum §. ſi procurator, & in l. bonorum ff.
rem ratam haberi Tiraquell. de retr. linager §. 10.
nu. 66. cum ſeq. Gratian. lib. 2. diſcept. forenſ. cap.
283. num. 15 & 16. Quia fictio tranſlatiua non
retrotrahitur, quo ad actus perfectos, ex qui-
50 bus fuit ius acquiſitum tertio; Sed tantum,
quoad imperfectos, & pendentes Feder. Scot-
tus conſ. 5. num. 18. & 20. lib. 5. tom. p. & Bar. in
l. ex facto. num. 3. ff. de vulg. & pupill. Coſta de re-
trotract. cap. 2. monit. 8. numer. 2. qui dat exem-
plum in eo qui naturales filios legitimauit,
51 mox ab vxore filios legitimos ſuſcepit, non
idcirco reuocatur legitimatio iam perfecta.
Diciturq; per legis fictionem cenſeri filium ſuc-
52 cedere in locum patris, vt cum patruis æqua-
liter ſuccedat Rub. Alex. allegato conſ. 149. num.
20. Gratian. lib. 3. diſcept. forenſ. cap. 419. nu. 17.
Item per legis fictionem filius in vtero exi-
53 ſtens habetur, ac ſi natus eſſet ad ſui commo-
dum, l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum, & etiam
ad commodum patris, & matris l. pregnant. ff.
54 de pœnis, & ad conſequendam immunitatem
ratione duodecim liberorum Maſcard. concl.
1125. De qua materia abunde ſcripſimus ſu-
perius in cap. 128. Item per ratihabitionem
55 quæ retrotrahitur ad tempus actus alieno no-
mine geſti, in tantum, vt mandato æquipare-
tur l. fin. C. ad Maced. ſiue, vt inquit Card. Mant.
56 d. cap. 8. lib. 13. per complacentiam illicò ſub-
ſequtam Bar. in l. p. §. ſi quis ſimpliciter. num. 2.
in fine ff. de verb. oblig. Idem in Canonico, qui
pro Eccleſia abeſt, & qui per legem fingitur
57 eſſe præſens, vt percipiat quotidianas con-
tributiones cap. vnico de cler. non reſid. lib. 6.
58 Borella conſ. 32. num. 75. Idem in filio adopti-
uo, qui dicitur fictus filius l. ſi ita quis §. p. de leg.
59 2. ac etiam in filio legitimato Gabr. conſ. 70.
lib. p. & conſ. 82. lib. 2. Idem de matrimonio
60 ſpirituali, quod fingitur, ac ſi temporale con-
traxiſſet mulier Seſſe decis. 45. num. 38. Idem
de muliere, quæ habet virum inutilem, vel ad
61 remum damnatum, quæ fingitur vidua, &
gaudet priuilegio viduarum Bal. in l. vlt. C. ad
l. Flau. de plagia, & diximus ſupra in cap. 110.
nu. 11. Idem dicitur de nato extra dominium
62 & ſiue originario alibi Magiſtratum tempo-
ralem non perpetuum gerente, qui fingitur
natus in Dominio, & ſic ſubditus Bar. in l. lex
Cornelia §. domum ff. de iniur. Idem de Monacho
63 profeſſo qui fingitur mortuus mundo, etiam
ſi verè viuit l. Deo nobis C. de Epiſcopis, & Cler.
Idem in deportato qui reputatur mortuus l. p.
64 §. pen. ff. de bon. poſſeſſ. contra Cabul. Idem de hę-
65 rede qui repreſentat defunctum, & fingitur
defunctus. §. p. in auth. de iure iur. Menoch. conſ.
89. num. 22. Idem quando filius qui præſente
nec contradicente patre creatur Decurio, quia
66 pro eo tenetur pater, ac ſi expreſsè fideiuſſiſſet
& ſic fingitur permiſiſſe l. lege Cornelia ff. de te-
ſtam. Card. Mant. d. tit. 9. lib. 14. num. 21. Hæc,
& alia luculentiſsime recenſet Card. Mant. d.
lib. 14. cap. 9. per totum, & Coſta d. tr. de retrotract.
cap. 2. per totum vbi Mant. quindecim recen-
ſet caſus, & Coſta monita duodecim, & regu-
las ſex conſtituit ad materiæ declarationem
ad quos id circo remittitur lector nec eorum
dicta hic integrè tranſcribuntur.
Neque ab homine, ſed tantum à lege introduci
67 poteſt fictio, vt introducitur præſumptio, vt
ſupradictū fuit ex Menoch. cit. qu. 8. nu. 17. Qui
auctor etiam tradit num. 14. cum ſeq. quod li-
cet contra fictionem nō admittatur probatio,
Attamen per indirectum probari contra eam
68 poteſt, nempe demonſtrando ceſſare AE-
QVITATEM, ſuper quā fictio eſt funda-
ta, vel alio modo de quo meminit Socin. Iun.
in l. 4. §. Cato num. 136 ff. de verb. oblig.

Et

Et vbi agitur de pœna legali, tunc non attendi-
69 tur fictio *l. sciendum, & l. seq. ff. ex quibus causis maiores. Costa de retrotract. cap. 9. casu 16. nu. 10.*
Secus in conuentionali, cum mitius agatur
70 cum lege, quàm cum homine, vt notatur *in l. Celsus ff. de arbitr. & latè tradit Card. Mant. d. tr. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 19. cum seq. par. 2.* Vbi num. 21. etiam concludit pœnam
71 conuentionalem non trahi ad fictam conuentionem *per l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest.* Cum
72 quod est per fictionem tale, non sit propriè tale *d. l. cornelia ff. de testam. & l. 2. ff. de vsufr. rerum quæ consum.* Et hanc AEQVIOREM esse, & magis communem sententiam post Alber. *probat Card. Mant. d. tit. 27. nu. 22. & 23.*

*SVMMARIA.*

*Ecclesiæ bona alienari possunt, quando Ecclesiæ vtilitas ita postulat nu. 1. sed requiruntur debitæ solemnitates sub nullitatis pœna num. 2. & 3.*

*Ecclesia non tenetur ad pretij restitutionem, quando contractus alienationis fuit nullus numer. 4. & 12. contrarium verius num. 13. & 14. distinguitur num. 27. 28. 31. 37. & 38.*

*Minor non tenetur ad pretij restitutionem si alienatio facta fuit nulliter, & pretium malè consumptum num. 5. 6. & 8. at 12. contrarium 16. declar. num. 42. & 43.*

*Ecclesia, & minor æquiparantur num. 7.*

*Emptor rei Ecclesiæ non seruatis debitis solemnitatibus tenetur etiam ad fructuum restitutionem n. 9. etiam in conscientia num. 10. & 23.*

*Contrahens cum minore, vel Ecclesia omissis solemnitatibus debitis dicitur esse in dolo num. 11. & 37.*

*Restitutione concessa Ecclesiæ siue minori res omnino ab vtraq; parte reducitur ad pristinum statum nu. 17. quilibet quod suum erat recuperat num. 18. & 19.*

*Ecclesia tenetur etiam ad restitutionem sumptuum factorum in re vendita antequam emptor rem dimittat num. 20.*

*Scriptor potest retinere quinternos donec sibi satisfactum fuerit de mercede num. 21.*

*Ecclesia ad quam summam sumptuum teneatur num. 22.*

*Rescisso contractu ob omissas solemnitates dicitur titulus redactus ad non titulum num. 24.*

*Compensantur fructus cum sumptibus in re Eccl. factis quando contractus rescinditur ob solemnitates omissas num. 25.*

*Distinguitur num. 27. & 28.*

*Emptor damnum sanare non debet si sumptus lege superant fructus num. 26.*

*Parlamentũ Franciæ rescindere non solet alienationes rerum Ecclesiarum, vel minorum, vbi non concurrit læsio notabilis num. 29.*

*Contractus Eccles. siue minorum rescinduntur tribus concurrentibus iuxta Rebuffi opinionem, nempe solemnitatis defectus, læsio, & quod ea sit notabilis nu. 30.*

*Ecclesia recuperat rem venditam si sibi vendere non expediebat num. 31.*

*Ecclesia siue minor recuperat rem venditam si fuit læsus in pretio numer. 32.*

*Emptor ratione pretij soluti facit fructus suos num. 33.*

*Pretium male consumptum per minorem non officit emptori si illud seruatis seruandis soluit num. 34.*

*Secus si omissis solemnitatibus soluit num. 35.*

*Decretum Burges Siciliæ in ea materia num. 36.*

*Emens scienter, rem Eccl. vel minoris omissis debitis solemnitatibus dicitur in dolo num. 37.*

*Aliena res potest vendi, sine mandato, licet non transeat Dominium in emptorem nu. 38. & tenetur venditor de euictione num. 38.*

*Emens rem alienam à non Domino tenetur rem dimittere, nec potest supplere pretium num. 39.*

*Emptori qui in pretio læsus fuit competit actio ad rescissionem contractus nu. 40.*

*Ecclesia dicitur cultrix, & nutrix iustitiæ numer. 41.*

*Vtilitas venditoris etiam minoris semper præfertur solemnitatibus num. 43.*

*Minor cum alieno damno lucrum consequi non debet num. 44.*

*Minor tenetur probare pretium male consumptum, vt contractus rescinditur si contractus fuit validus nu. 45. secus si fuit nullus num. 46. contrarium nu. 48. & 49.*

*Regulariter intentionem suam probare quis tenetur num. 47.*

*Minor in mutuis non tenetur probare se læsum, sed ad aduersarium spectat probare pecuniã in eius vtilitatem versam num. 50. Idem in Ecclesia, & Monasterio.*

*Cautela ad euitandam læsionem minoris nu. 51. & 52.*

*Probatio quod pretium male sit consumptum coniecturis perficitur num. 53.*

*Causam ob quam ad alienationem deuentum est, si reperitur effectum habuisse præsumptio est quod pecunia in eam causam sit conuersa num. 54.*

*Iuditio rescissionis contractus pendente interim executio omittitur num. 55.*

*Decisio Sacri Concilij Neapol. in ea materia num. 56.*

*Emptor non potest, quidquam innouare in bonis emptis pendente iuditio rescissionis contractus num. 57.*

## Rescisso contractu alienationis rerum Ecclesiæ an pretium solutum restitui debeat emptori.

## CAP. CLX.



1 ALIENATIONES rerum Ecclesiæ admitti sæpe traditum est vbi Ecclesiæ vtilitas id expostulat *tex. est in auth. Item si prædium C. de Sacr. Eccl. cap. sanè 12. qu. 2. cap. tua nuper de his quæ fiunt à Prel. & Clem. p. de rebus Ecclesiæ non alien. Mastrill. decis. 13. num. 11. in ijs tamen requiruntur debitæ so-*
2 *lemnitates de quibus in cap. sine exceptione 12. qu. 2. & in d. Clem. pr. de reb. Ecclesiæ non alienan.* Aliter nullæ, & inualidæ dicerentur huiusmo-
3 di alienationes, vt probat *Rebuff. ad const. Regni tit. de rescin. contract. in præfatione nu. 26. cum seq.*

Quæ-

Quæritur idcirco vtrum annullato contractu
alienationis rerum Ecclesiæ, vel per restitu-
rionem in integrũ restituta Ecclesia ad prio-
rem statum, pretium restitui debeat emptori
nec ne, antequam ille proprietatem emptam
4 dimittat. Et ad restitutionem pretij minime
teneri Ecclesiam ellicitur. *ex l. mater. C. de rei*
*vend. & in l. si quis cum sciret ff. pro emp.* in qui-
bus habetur, quòd si minor alienauit rem etiã
iusto pretio, non seruata tamen solemnitare
iuris, & sine Iudicis decreto, quòd non solũ re-
scinditur contractus, sed etiam res minoris
5 restituitur, non restituto pretio minori, si ro-
tum illud malè fuit consumptum; Et de iure
Longobardorum qui à minore emit semper
6 perdit pretium, & rem emptam restituere te-
netur, vbi venditio facta non fuit in casibus, à
iure permissis, vt scribit *Andr. de Barullo in*
*coment. legum Longobardorum tit. 2. quem sequitur*
*Simoncell. de decreti lib. 3. tit. 7. sub n. 19. & 20.*
Quod in Ecclesiæ contractu procedere non
est ambigendum, cum tritum sit Ecclesiam, &
7 minorem æquiparari *Riec. in praxi fori Eccles.*
*resol 7. num. 5. post Menoch. de arbitr. casu 172. n.*
*40. & hanc sententiam sequitur Rebuff. ad constit.*
*Regni tit. de rescissione contract. in præfatione num.*
*9. & 10. et post Viuium decis. 263. n. 11. 14. 15. et*
*20. scribit Raudens. decis. Pisana 13. num. 99.*
Idem dicitur de alienatione facta à minore, qui
iustum accepit pretium, quod tamen ad ma-
8 los consumpsit vsus, quia cum contractus
rescissionem possit petere ob læsionem sibi
contingentem *d. l. si quis eum sciret ff. pro empto-*
*re* res minoris restituitur; non restituto pre-
tio si illud fuit male consumptum *arg. d. l. ma-*
*ter. C. de rei vendic. Rebuff. d. tit. de rescin. contract.*
*in præfatione num.* 10.
Quinimo ad omnium fructuum restitutionem
9 etiam teneri huiusmodi emptorem, quos ex re
Ecclesiast. empta percepit decidit *tex. in cap. si*
*quis Præsbytero de rebus Ecclesijs non alienandis, &*
*in cap. graui de restit. spol. & in terminis probat Re-*
*buff. tr. de alienatione rerum Ecclesiæ n. 102.* quam
sententiam amplectitur *Vilagut. tr. de reb. Ec-*
*clesiæ malè alienat. restit. lib. 2. cap. 5. num. 110.*
*cum seq.* Vbi diserte probat emptorem teneri
10 etiam in conscientia ad restitutionem om-
nium fructuum perceptorum; Et hanc ean-
dem sententiam sequitur etiam *Odd. tr. de re-*
*stit. in integr. qu. 52. num. 2. post Bero. cons. 33.*
*num 10. lib. p. Raudens. decis. Pisana 30. nu. 214.*
Ratio ea esse videtur, quòd contrahens cum Ec-
clesia, vel minore sine solemnitatibus à iure
requisitis, dicitur esse in dolo præsumpto, &
11 mala fide *cap. qui contra iura de Reg. Iur. lib. 6. vbi*
*Dyn. Bal. consil. 347. lib. pr. conferunt tradita per*
*Menoch. cons. 375. num. 16.* Idcirco nec fructus
12 suos, nec pretium (si malè fuit consumptum)
consequi potest *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 9.*
*num. 34.*
De AEQVITATE tamen contrarium ve-
13 rius est, Ecclesiam scilicet teneri ad restitu-
tionem pretij si alienatio reuocata fuit ob
defectum solemnitatis *tex. est. in l. si diuersa C.*
*de transactionib. & probat. Card. in Clem. p. de re-*
*bus Ecclesijs non alienan. quem sequitur Bargos in*
*cap. si venditionem lib. 6. de empt. & vendit. quam*
*sententiam comprobat Saliect. in l. Iubemus l. 2. §.*
*sane C. de Sacros. Eccles.* Vbi expressè dicit, quod
si Prælatus venditor non est soluendo; Tunc
14 emptor de AEQVITATE, debet habere
pretium ab ipsa Ecclesia; Quippe Felin. *in*
*cap. cum causa nu. 25. vers. cæterum,* probat pre-
tium restituendũ esse ipsimet emptori qui fuit
15 in mala fide (quod magis est) quem sequi-
tur *Rub. Alex. cons. 152. num. 3.* prout tenetur
16 minor ad huiusmodi restitutionem iuxta *tex.*
*in l. non solum C. de prædijs minorum, & in l. si à*
*te C. de pactis inter empt. & vendit. Anchar. cons.*
*34. num. 20. Natta cons. 631. num p. Cephal. cons.*
*207. num. p. & num. 37. Mastrill. decis. 13. num.*
*p. & num. 35.*
Præstita enim restitutione in integrum Ecclesiæ;
Res omnis ab vtraq; parte reducitur ad pri-
17 stinum statum, & prout erat ante venditio-
nem, siue læsionem *glo. in cap. p. de restit. in in-*
*tegr. in verbo per beneficium lib. 6.* Vnde si Ec-
clesia recuperat bona alienata, emptor etiam
recuperare debet pretium solutum, cum qui-
18 libet, quod suũ erat recuperet *l. quando si mi-*
*nor §. restitutio ff. de minoribus, & l. intra vtile C.*
*de repudijs;* Ne aliqua ex partibus fit in dam-
no, vel in lucro; Idcirco, sicuti Ecclesia re-
19 cuperat rem alienatam, ita emptor recupe-
rat pretium solutum *Abb. in cap. p. num. 3.*
*vers. 3. nota de restit. in integr.* & hanc conclusio-
nem amplectitur *Redoan. tr. de rebus non alienan-*
*dis qu. 78. cap. 4. num. 21. cum seq. & cap. 5. nu. 7.*
*Menoch. cons. 1111. nu. 71. & 72. Polyd. Ripa sin-*
*gul. obseru. 301. num. p. cum seq.*
Quemadmodum etiam tenetur Ecclesia ad re-
stitutionem sumptuum melioramentorum in
re Ecclesia vendita factorum per emptorem,
antequam emptor dimittat, rem cuius reten-
20 tione vti potest donec sibi fuerit satisfa-
ctum de pretio cum meliorationibus, ac sum-
ptibus *l. si prædium in fin. C. de prædijs minorum, et*
*probat Innocent. in d. cap. p. de restit. in integrum*
*quem ibidem sequitur Abb. fuerunt notata in l. in*
*fundo, & in l. sumptus ff. de rei vendit. Rebuff. d.*
*tit. de resciss. contrar. in præfatione n. 61.* Vt dici-
21 tur de scriptore qui potest retinere quinter-
nos, donec sibi fuerit satisfactum de mercede
*DD. in l. si non sortem, §. si centum ff. de conditio-*
*ne indebita,* quam sententiam sequitur *Redoan.*
*d. qu. 78. cap. 4. nu. 22. cum duobus seq. & in cap.*
22 5. diffusè explicat ad quam summam sum-
ptuum teneatur Ecclesia; Verbi gratia si cen-
tum expendit emptor, & vtilitas tantũ quin-
quaginta importet, ad vtilitatis pretium tan-
tum teneri Ecclesiam concludit.
Bene verum est, quod cum rescisso contractu ob
non seruatam solemnitatem fructus restitui
23 etiam debeant Ecclesiæ *l. quod si minor eum re-*

*stitutio*

stitutio ff. de minoribus cap. si quis Presbyterorum
de reb. Ecclesiæ non alienan. & cap. grauis de resti-
14 tutione spoliat.; Quia titulus reducitur ad
non titulum cap. sua nuper extra de his quæ fiunt
à Prælatis, latè Villagut. de reb. Ecclesiæ non alie-
nan. lib. 2. cap. 5. num. 12. Et diximus in supe-
riori libro cap. 45. nu. 45. cum seq. eo casu fit,
25 compensatio fructuum cum sumptibus in re
Ecclesiæ factis tex. in cap. penult. de rebus Eccle-
siæ alienan. & in l. sumptus ff. de rei vendic. vt post
Abb. in cap. nostras num. 4. de rebus Eccl. alienan.
& Cagnola in l. 2. C. de pactis inter emptorem, &
venditorem, tradit Redoan. all. qu. 78. cap. 5. nu. 6.
Ad quam deliberationem deuenisse Summũ
Pontificem scribit Redoan. vt euitentur cir-
cuitus.

Si tamen sumptus longè superarent fructus, tunc
26 damnum sentire non deberet emptor, vt su-
bijcit Redoan. d. cap. 5. num. 7. vbi distinguendo
declarat conclusionem, quando contractus
non tenuit, vel scilicet contrahens errauit in
iure, & sic tenetur restituere omnes fructus,
cum error iuris non excuset à fructuum resti-
27 tutione, quando ius aperte resistit d. l. iu-
bemus C. de Sacros. Eccl. & l. quemadmodum C. de
28 agric. & cens. lib. 11. Vel errauit in facto, quia
credebat solemnitates interuenisse, & tunc
lucratur fructus ob bonam fidem, Abb. in cap.
ad nostram, circa fin. de reb. Eccl. alien. Redoan. in d.
cap. 5. num. 8. & 9.

Quamuis Curiã Parlamenti nõ solere rescindere
29 alienationes factas sine solemnitatibus; Vbi
absit læsio notabilis testatur Rebuff. d. tr. de alien.
rerum Eccl. num. 102. & sic tria requiri tradit
Rebuff. ad hoc, vt contractus annulletur, sci-
30 licet solemnitatis defectus, læsio, & quod ea
sit notabilis.

In hac tamen principali cõclusione diuersimodè
distinguendum est, Aut enim Ecclesia, siue
minor læditur in vendendo, quia sibi non
expediebat vendere, & sic per restitutionem
31 rem ipsam recuperat Bar. & cæteri in l. si qui-
dem C. de prædijs minorum Rol. à Valle cons. 59. nu.
4. lib. p. Aut vero Ecclesia, siue minor læsio-
nem patitur, dum deceptus fuit in pretio, &
tunc æque rescinditur contractus, siue restitui-
32 tur Ecclesia aduersus illum ob læsionem
DD. in d. l. si quidem C. de prædijs minorum, Menoch.
remed. 15. recuper. Qu. 15. nu. 131. cum seq. & eo
casu emptor non tenetur restituere fructus,
nisi pro rata pretij non soluti, Cum ratione
pretij soluti fructus suos fecerit Cepol. de simul.
contract. casu p. princip. sub. num. 7. vers. si vero
contract. Pinell. in l. 2. lib. 2. in secunda parte cap.
vltimi nu. p. C. de rescind. vend. Cauale. de tut. sub
num. 145. & Gabriel. cons. 33. num. 6. lib. p.

Aut vero Ecclesia, siue minor læsus remansit,
quia pretium receptum malè consumpsit; Et
34 sic vel soluens pretium legitimè, & cum de-
bitis solemnitatibus soluit, neque vlterius te-
netur, Vel fuit in culpa soluens, dum legiti-
me pretium minime soluit, & sibi imputan-
dum est, si non recepto pretio rem emptam
35 dimittere tenetur minori restituto Bar. in l.
fine §. interposita in fin. ff. de administr. Tut. Pinell.
in d. l. 2. n. 28. in fine, & Simoncell. qui hanc Quæ-
stionem latissimè examinat d. tr. de decretis lib. 3.
tit. sept. à nu. 12. vsque ad num. 17. & ita iudica-
36 tum fuisse per Proregem testatur Mastrill. de-
cis. 13. num. 34. in fine, & num. 35.

Quam conclusionem limitant scribentes non
procedere, quando emptor scienter, non ad-
hibitis debitis solemnitatibus emit rem Ec-
37 clesiæ, Namque tunc, cum dicatur esse
in dolo, videtur pretio, & sumptibus illum
esse priuandum, Innocent. in cap. si quis de reb. Ec-
cles. non alien. Vt dicitur de eo, qui scienter
emit rem feudalem cap. p. §. p. de feud. alien.
vbi glo. & Bal., Guido Pap. decis. 24. num. 2. &
decis. 305. Redoan. d. qu. 78. cap. 4 num. 25. Ma-
stril. decis. 13. nu. 24. & Costa tr. de facti scient. &
ignor. cent. 2. distinct. 22. num. 22.

Quemadmodum etiam limitatur quando res
empta esset aliena, non propria venditoris,
Quia tunc licet possit quis vendere rẽ alienam,
38 sine mandato l. rem alienam ff. de contrah. emptione
Quamuis non transeat dominium l. traditio
eodem tit. & idcirco teneatur de euictione ven-
ditor toto tit. de euictionibus, Attamen non
potest tunc emptor supplere pretium, sed te-
39 netur rem dimittere vero Domino, vt latè
probat Rebuff. dicto tit. de rescind. contract. art.
vnico glos. 15. num. 23. cum sequenti.

Et si læsio respiceret illum, qui cum Ecclesia
40 contraxerat idem ius competeret læso con-
tra Ecclesiam cap. cum dilecti de his, quæ vi metus
ve causa Burgos. in cap. cum causa col. septima de
empt., et vend., Ecclesia enim cum sit cultrix,
41 & nutrix Iustitiæ non patitur aliquid contra
iustitiam fieri tex. in §. pr. de alienan. feudi,
vt diximus in cap. 8. num. 23. et cap. 25. num. pr.
lib. p. Neq; Ecclesia debet plus recipere, quam
res valet glos. in cap. cum enim §. hoc Ius. 10. qu.
secunda, verbo, vt plus, latè Rebuff. ad constit. Regn.
tit. de rescind. contract. art. vnico glos. 15. num. 16.
Fachin. controuer. iuris lib. 2. cap. 16.

Et quia fuit supra firmatum, minorem non tene-
ri ad restitutionem pretij, quando illud male
consumpsit, & vult recuperare proprietatem
venditam: Opportunum est conclusionem
ipsam declarare, eam scilicet non procedere,
quando emptor seruatis seruandis emit, &
42 pretium soluit, nec in eo, potest aliqua culpa
considerari Bartol. in l. fine §. interposita in fine
ff. de administr. tut. Pinell. in l. 2. nu. 28. in fine C.
de rescind. vend. et elegantius perpendit Simoncell.
de decretis lib. 3. tit. 7. num. 16., qui sub nu. 18.
& 19. scribit minorem etiam teneri ad resti-
tutionem pretij, etiam sine solemnitatibus de-
43 bitis soluti, Quatenus probetur in eius vtili-
tatem, versum secundum Bart. et alios in l. præ-
44 diorum C. de prædijs minorum, Ne pupillus ex
damno alieno lucrum consequatur Tex. in l. si
fundus §. quamquam, et l. si pupillorum §. si obliga-
uerit

*uerit ff. de rebus eorum, et l. firmo, et l. illum ff. si*
*cert. pet. R pad. singul. obseru. 301. num. 8.*
Ad quem verò spectet probare pretium fuisse
versum, vel non in vtilitatem minoris, variant
scribentes, & Acurs. *in l. prædiorum C. de prædijs*
*minorum distinguit*; Aut contractus est aliquis,
45 Vel nullus, si aliquis, & petitur rescindi, siuè
aduersus illum restitui minorem; Tunc minor
tenetur ad pretij restitutionem si non docet
pretium male consumptum; Aut vero contrac-
46 tus est nullus, & tunc incumbet emptori onus
probandi pretium vtiliter fuisse consumptum
per minorem, Quàm distinctionem sequuntur
ibidem *Bart. Bal. & Salicet., idem Salicet. in l.*
*si prædium in fin. C. eodem Ias. in l. nam postea §. si*
*minor. numer. 21. ff. de iure iur. Rimin. Iun. cons.*
*5. num. 76. Socin. cons. 15. num. 22. lib. p. Natta*
*cons. 63. nu. 5.*, Quamuis regulariter vnusquisq;
teneatur probare eius intentionem siue agen-
47 do, siuè excipiendo *Bald. in l. p. C. si aduers.*
*vend. Pinel. in d. l. 2. par. 3. cap. p. num. 25. C. de*
*rescind. vend.* (qui tamen contrarium concludit,
48 vt scilicet onus probandi spectet ad empto-
rem).
Quam distinctionem etiam lege, ac ratione com-
probat Simoncel. *dicto lib. 3. tit. 7. sub num. 20.*
*vers. quæ distinctio*; Quamuis contrarium vo-
luisse Pileum tradit vers. Pileua tamen, videli-
cet minorem probare semper teneri pecuniã
49 malè consumptam, Priorem tamen conclu-
sionem amplecti videtur etiã *Rebuff. dicto tit. de*
*rescis. contr. art. p. glos. 3. num. 21, ac num. 30.*,
dum concludit in mutuo non teneri minorem
probare se læsum; sed ad aduersarium specta-
re probationem, quod pecunia versa sit in vti-
50 litatem minoris per *l. p. C. si aduers. credit.* Id
quod etiam in Ecclesia, & in Monasterio pro-
cedere tradunt scribir. *in cap. quod quibusdam,*
*de fideiussoribus*, Et ad hunc nodum euitandum
cautelam tradit Cepol. cautel. 214. vnus est
51 nodus, quam tamen sibi minimè placere scri-
52 bit *Rebuff. dicto num. 21.* Et pro emptore conse-
runt tradita per Alex. *in l. si cum dotem §. p. ff.*
*solut. matrim.* Et eo casu probatio huiusmodi
53 cum difficilis sit, coniecturis perficitur *Bartol.*
*in auth. hoc ius porrectum num. 17. C. de Sacrosanct.*
*Eccles. & ibidem Bald. & in l. vnica in fin. C. si aduers.*
*credit.* vbi loquitur in terminis mutui facti
Ecclesiæ, vel pupillo, aut Ciuitati, *Castrens.*
*cons. 338. num. 2. lib. p. Rimin. sen. in l. Ciuitas col.*
*vlt. vers. ex quo colligitur ff. si certum petatur, quos*
*sequitur Menoch. cons. 371. num. 12. cum seq; plur.*
Vbi num. 14. probat quòd si Prælatus Ecclesiæ
vel Administrator Ciuitatis aut Tutor Pupilli
mutuo susceperint pecuniam nomine Ecclesiæ
aut Ciuitatis siue Pupilli ob aliquam causam
54 si deinde apparet causam illam effectum ha-
buisse. Præsumptio est quòd pecunia illa in
eam causam conuersa fuerit *post Roma in dicta l.*
*Ciuitas ff. si certum petatur, & ibi Rimin. Sen. col.*
*vlt. vers. & quidquid dixerit vbi Alciat. num. 6.*
Et pendente iuditio petitę rescissionis; Contrac-
55 tus interim ille exequutioni mittitur etiam
ad instantiam actoris, vt puta si agatur de re-
scissione contractus, emphiteotici interim in-
stante actore cogitur reus emphiteutã soluere
Canonem promissum, etiam si actor contractũ
impugnat, vt probat *Franch. decis. 373.*, vbi
56 testatur Ita fuisse iudicatum per Sacrum Con-
sil.; Quia sicuti interim actor non potest
innouare, donec pendet Iuditium rescissionis
57 contractus, Ita & reus *l. vnica §. ne quid C. de*
*re integr. restit. postul*, Et sicuti interim reus nõ
est priuandus sua possessione, Ita neq; actor
*cap. laudabilem, vt lite pendente.*

*SVMMARIA.*

*Facultas supplendi pretium, vel rem restituere ob læsionem in pretio spectat læso num. 1. contrar. verius num. 2. & 8.*

*Emptor compelli non potest ad dimittendum rem emptã pro iusto pretio num. 3.*

*Retrouendendi pactum dicitur graue onus num. 4.*

*Pactum retrouendendi dicitur pars pretij num. 5.*

*Onere duplici quis grauari non debet num. 6.*

*Emptor potest supplere pretium vsq; ad litis contestationem num. 7.*

## An sit in facultate emptoris supplere pretium rei emptæ, vel rem ipsam dimittere, sibi pretio restituto. Cap. CLXI.

PRAECEDENTI materiæ illa sub-
sequitur quæstio, an sit in facultate
emptoris supplere pretium, quan-
do illud fuit minus iustum iudicatũ
vel rem ipsam restituere, an potiùs
hoc competat ipsi læso; Et læso hoc
1 competere voluerunt *Cyn. & Alber. in l. si qui-*
*dem C. de prædijs minorum Castrens. in l. non interest*
*num. 4. C. quod metus causa*, Et in praxi itã iudi-
catũ fuisse tradit *Fulgos. in l. si res §. pr. ff. de iure*
*dotium Couaru. var. resol. lib. p. cap. 3. sub num. 11.*
*vers. tertio hinc deducitur. Natta cons. 548. nu. 32.*
*Cranet. cons. 7. num. 12. vers. & si dicas Menoch.*
*remed. 15. recuper. qu. 15. nu. 138. cum seq; Pinell.*
*in l. 2. num. 21. C. de rescind. vend.*
De AEQVITATE verò contrarium verius
videtur, pro qua sententia stat expresse tex. *in*
*eadem l. 2. C. de rescind. venditione*, dum ibi Im-
2 peratores Diocletianus, & Maximianus his
verbis statuerunt; *Vel si emptor elegerit, quod*
*deest iusto pretio recipiat*, Et sic videtur electio-
nem spectare ad emptorem prout expresse
tenet *glos. in d. l. siquidem vbi restitutio C. de prædijs*
*minorum*, vbi apertè habetur esse in electione
emptoris supplere pretium, vel rem dimitte-
re, & quam sententiam sequitur *ibidem Bartol.*
*& Bald. idem Bartol. in l. prima C. si aduersus credi-*
*tores, & in l. si res §. primo ff. de iure dotium in-*
quiens

quiens se millies per illum tex. fecisse ita praevaricari hanc eandem sententiam amplectitur *Salicet. in dicta l. siquidem*, asserens opinionem glosae verissimam esse, nec emptori electionē ex AEQVITATE denegari, ne compellatur emptor rem dimittere, pro pretio iusto,
3 Vel rem retinere pro pretio, quo noluit emere, quem sequitur *Simoncell. de decretis lib. 3. tit. 7. num. 13.* Qui in eam sententiam adducit aliam *glos. in l. patri §. primo in verbo opporteat ff. de minoribus, & Alex. in l. non interest C. quod metus causa Abb. & alij in cap. constitutus de restitut. in integrum Curt. cons. 180. in fine Socin. cons. 57. nu. 47. lib. 4. Gozad. cons. 44. num. 12. & 14. Rolan. cons. 59. num. 7. lib. pr. & Rodriq. Suarez allegat. 21. nu. 5. Affl. decis. 316. & Giullianus tr. de pretio & aestimatione lib. pr. cap. 5. vers. est in electione, & diximus supra in cap. 101. num. 50.*

Sicuti enim graue onus dicitur, quando emptor
4 tenetur retrouendere ipsam rem venditam, vt explicat *Faebin. lib. 12. controuers. iur. cap. 27. propè fin.* Quod pactum dicitur pars pretij, &
5 continet quartam illius partem *l. fundi partem ff. de contrah. empt. Ripa in l. p. §. si haeres ff. ad Trebell. Faebin. loco citato*, Ita satis videtur, vt supplere habeat pretiū emptor absq; eo quòd rem dimittere cogatur, ne duplici grauetur
6 onere contra dispositionem *l. Titia §. qui in vita ff. de legatis secundo Menoch. cons. 75. num. 9. cons. 153. num. 21. cons. 193. num. 9 & cons. 721. nu. 7.*

Quam conclusionem comprobat *Franciscus Marc. decis. 29. par. p. & Franch. decis. 495.* asserens
7 facultatem hanc habere emptorem vsq; ad contestationem litis, de qua re egimus nos in superiori libro *cap. 45. num. 87. cum duobus seq. & in pleno cap. 47. idem tradit Affl. decis. 316.*

Et quam sententiam amplecti etiam videtur Alex. Trentacinq. *lib. 3. var. resol. tit. de empt. & vend. resol. 3. sub num. 7. vers. secundo non procedit*; dum distinguendo concludit non esse in facultate emptoris supplendi pretium, vt rem retineat quando dolus interuenit in con-
8 tractu, Ergò cessante dolo, hanc facultatem habere emptorem constat.

### *SVMMARIA.*

*De euictione non tenetur, qui mediante transactione rem dimittit num. 1. declaratur num. 9 & 10.*

*Vendens rem cum pacto ne teneatur de euictione ad eam non tenetur num. 2.*

*Venditior ex natura contractus tenetur de euictione nu. 3. etiamsi de ea actum non fuerit num. 3. 4.*

*De euictione, qui non tenetur obligatus neq. est ad pretij restitutionem num. 5. 6. & 7.*

*Contrarium de euictione verius num 8. 9. & 11. & 14. cum seq.*

*Creditor vendens regulariter non tenetur de euictione num. 12. sed limitatur quando non est verè creditor num. 13.*

*Decretum Senatus Taurinensis, quo declaratur venditorem teneri ad restitutionem pretij ob euictionem rei vendita etiam si non teneretur de euictione numer. 16., & 17.*

*Vendens nomen debitoris tenetur praestare illud esse verum, & debitores cessos veros debitores n. 18. & 19.*

*Authoris Iuditium in ea materia num. 20.*

*Agens ad pretij restitutionem tenetur ad omnia, vt ille qui agit de euictione nempe denuntiare n. 21. 22.*

## Licet aliquando in contractibus non teneatur quis de euictione rei traditae; Tenetur tamen ad pretij restitutionem.

## Cap. CLXII.



NON absimilis est à praecedenti materia, Quaestio illa teneatur nec ne ad pretij restitutionem is qui transigendo, vel mediante venditione rem dimisit recepto pretio pro quo non vult teneri de euictione iuxtà *l. emptorem §. fin. ff. de actionibus empti*, Prout de iure non tenetur, qui median-
1 te transactione rem dimisit *Tex. est in l. si pro fundo in fine C. de transact. & ibi Alex.* qui decisionis rationem tradit quae habetur in *l. si domus §. de iust. ff. de legatis primo Bimius cons. 377. num. 11. lib. 4.*, Vel rem vendidit hoc praeciso
2 adiecto pacto, vt non teneatur de euictione, quod validum esse habetur *in l. si nomen in fine ff. de hared. vel act. vend. in l. empti §. qui autem vers. nisi fortè ff. de act. emptio Caball. cons. 100. num. 2. lib. p. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 24. num. 3.* Cum alias ex natura contrac-
3 tus emptoris, & venditoris teneretur quis de euictione quod idcirco tacitè actum intellige-
4 retur, vbi aliter nō esset conuentum *l. exempta ff. de actionibus empti, & venditi Card. Mantic. dicto lib. 4. tit. 24. num. 2.*

Qua in re negatiuam partem amplexi fuerunt multi ex scribentibus, ea ratione, quod sic vi-
5 deatur quis vendidisse iactum retis iuxtà *l. quod si in venditione cum tribus seq. ff. de haredi vel act. vend.* & sic ad nihilum teneri eum, qui recepto pretio aliquo, rem controuersam dimittit *Alex. cons. 31. col. 4. lib. secundo Socin. Sen. cons. 95. lib. 5. & Coru. cons. 110. lib. 2.*

Et hanc partem sequitur Rebuff. *ad constit. Regni lib. 3. tit. de dilationib. art. 5. glos. p. num. 52.* Quando venditor, siuè alius contrahens expressè conuenit se nolle teneri nisi pro eius dato, & facto post *Socinum Reg. 437.*

Affirmatiua tamen verior de AEQVITATE
8 videtur, vt scilicet non obstante pacto quod venditor non teneatur de euictione nihilominus teneatur ad pretij restitutionem *per tex. in l. emptorem §. penultimo ff. de actionibus empti, & ibi Bart. glos. not. in l. qui libertus ff. de euiction. Ang. in §. actionum col. 16. instit. de action. Rom. sing. 384. & Burgos. in cap. si venditorem col. 6. de empt. & vend.*

Et hanc conclusionem verisimam esse saltem ex
9 AEQVITATE *l. si me, & Titium ff. si certum petatur, probat Rub. Alex. cons. 152. sub num. 3. prope finem*, Qui auctor declarat etiam *Textum in l. si pro fundo C. de transact.* vt scilicet ille procedat quando contractus transactionis esset
10 super ipsa lite; Secus si contraheretur super re ipsa in litẽ deducta vt tradit *Bart. in l. si inter nos ff. communia vtriusq; Iudilij, quem sequitur Ias. in d. l. si pro fundo col. 4. vers. 6. nota C. de transact.*

Non enim bona videtur consequentia, quis non
11 tenetur de euictiono, Ergò neq; ad pretij restitutionem, vt subijcit *Rub. dicto cons. 152. num. 5. Crauet. cons. 226. num. 6. & hanc sententiam seq. Facbin. lib. 2. controuers. iuris cap. 40. vers. maior controuersia Card. Mantic. in dicto lib. 4. tit. 24. sub n. 3. vers. illud tamen et n. 4. Aldouin. cons. 110. num. 57. Peeb. de testam. coniugum cap. 7. num. 3. et post eos Giurba ad statuta Messanæ cap. 24. glos. 3. sub num. 20. par. p.*

Et licet regulariter creditor vendens non te-
11 neatur de euictione, Nihilominus hoc limi-
12 tatur, quando non est verè creditor, & non
13 concurrunt quatuor requisita *per Tex. in l. p. et ibi Cyn. et Alberic. C. credit. euict. pignor.* viz. quod non promisserit de euictione, quod sit verè creditor, quod sit anterior, & quod credat rem esse debitoris, sciatq; idcirco, sibi licere vendere latè *Viuius decis. 24. et decis. 152. Costa de facti scientia, et ignorantia distinct. 73. num. 11. cent. 2.*

Quam sententiam comprobat Thesaur. *lib. p. qu. forens. 77. n. p. cum seq. et nu. 7.* etiam si emptor
14 vendidisset cum expresso pacto ne teneretur nisi pro eius facto, & dato tantum, quia nihilominus ad pretij restitutionem illum teneri
15 suadet AEQVITAS, vt ibidem testatur *Thesaur. nu. 7. re probat Rebuff. contrarium tenente ad constit. Regum tom. 3. tit. de dilationibus art. 5. glos. p. num. 52.*, tanquam contra AEQVI-
16 TATEM, & bonam fidem loquente, Et ita iudicasse Senatum Taurinensem testatur ibidem Thesaur. vbi tamen multos affert limitationes ad ipsam conclusionem, Præsertim, quando emptor expræssè conuenit, se nolle
17 teneri in certo præciso casu, Vel è contra nolle teneri, nisi in certo casu post *Brun. cons. 96. col. 2.*

Vendens verò nomen debitoris licet non tenea-
18 tur de euictione, nec præstate illud esse exigibile, seu debitorem esse locupletem, & soluendo; Attamen tenetur præstare illud esse
19 verum, & seù debitores cessos esse veros debitores *l. si nomen ff. de heredi, vel act. vend. l. si plus §. fin. ff. de euict.* Et ita post maturam co-
20 gnitionem Iudicaui superiori anno 1635. fauore D. Francisci Beccariæ contra Ciuitatem Papiæ etiam, si Ciuitas in cessione dixisset se nolle teneri ad aliud, quàm ad simplicem actionem exigendi; Esto quod debitor obtinuerat declarationem se non esse debitorem Ciuitatis, & de hac materia euictionis promissæ, vel non, & sequutæ ex imprudentia, & errore iudicis latè agit *Tortus ad Stat. Papiæ 48. in ciuilibus num. 110. cum seq;*

Tenetur tamen, qui agit ad pretij restitutionem
21 ea omnia facere, & denunciare ad quæ tenebatur, si de euictione egisset, aliter succũberet, vt late probat Fontanell. *tr. de pactis nuptial. lib. 2. claus. 5. glos. 8. part. 14. num. 97. cum seq. plur.* Vbi sententiam Thesauri magnifacit, & illius
22 Senatus decisionem refert.

*SVMMARIA.*

*Fructus rei venditæ cum pacto redimendi spectant ad redimentem num. 1. contrar. num. 1. nempè ad ratam temporis num. 4. declaratur num. 11.*

*Venditor offerendo pretium per redemptione fundi alienati dicitur profecisse ex sui parte num. 2.*

*Venditione perfecta fructus sunt ementis num. 3.*

*Fructus dotalis fundi diuiduntur inter vxorem, & heredes viri ad ratam temporis num. 5.*

*Equalitas seruanda est inter contrahentes num. 6. 8. 10.*

*Emptor consequi debet fructus pro tempore quo pretio caruit si coactus retrouenditionem fuit venditor num. 7.*

*Aequitatis munus est supplere in his in quibus lex deficit num. 9.*

*Fructus vltimi anni diuidendi sunt pro ratam temporis quando venditio facta fuit ad ratam num. 13. vel finem habet num. 13. vsusfructus per mortem vsufructuarij num. 14.*

*Contrar. probat Costam nisi vsufructus anno integro perdurauit num. 15.*

*Fructus finiti ob mortem Vassalli quomodo diuidendi num. 16.*

*Fructus bonorum parafrenalium preceptorum per Virũ vidente vxore non dicitur ei donata num. 17.*

*Decretum Senatus in ea materia num. 18.*

*Papirij Cattanei Senatoris mentio honorif. num. 19;*

## Fructus rei venditæ cũ pacto redimendi an diuidatur pro rata temporis inter venditorem, & emptorem quando res redimitur. Cap. CLXIII.



PRecedenti materiæ conuenit etiam alia quæstio, ad quem scilicet spectent fructus rei venditæ cum pacto redimendi, quando venditor paratus est redimere fundum alienatum cũ pacto redimendi intra certũ tempus, & ad redimentem illos pertinere in
1 totum probat *Alex. in l. qui Romæ ff. de verb. oblig. per tex. in l. secunda C. de pactis inter emptorem, & venditorem, & per l. serenius ff. de vsuris*, Vbi habetur fideicommissario esse parte contractum & restituendum fundum vna cum fructibus perceptis.

Venditor enim offerens pretium, vt fundum redimat,

2 redimat, dicitur implere, ac perficere ex suo
doctrina *Bartol. in l. si fideiussor §. meminisse ff. de
legatis primo, & in l. vxorem §. agri plagã ff. de le-
gatis tertio* Ergò fructus ad eum spectant, quia
3 perfecta venditione fructus sunt ementis *l. Iu-
lian. §. si fratribus ff. de actionibus empti*.
De AEQVITATE tamen communis, & ve-
4 rissima est contraria sententia, nempe fructus
diuidendos esse inter emptorem, & vendito-
rem pro rata ipsius anni, Vt potè si fundum
alienauit venditor in Calendis Nouembris
cum pacto redimendi infrà annum eundemq;
redimere vult mense Iulij, fructus pen-
dentes diuidendi sunt ad ratam temporis
nempè duæ partes ex tribus emptori, tertia
verò venditori redimenti spectant, vt probat
*Cuma in dict. l. qui Romæ ff. de verb. oblig. quẽ ibidem
sequitur Ias. Socin. & cæteri quos refert Tiraquel. de
retr. conuent. §. quinto glos. 4. num. 5. & Thesaur.
decis. 56. per totum*.
Idem etiam censetur de fructibus dotalis fundi
5 inter vxorem superstitem, & hæredes viri, Vt
pro ea parte anni, quo onera matrimonij vir
sustinuit fructus quoq; ad hæredes pertineant
pro residuo anni tempore ad vxorem spectent
vt habetur in *l. diuortio, & l. fructus ac in l. de
diuisione ff. soluto matrim. Costa de portione rata qu.
51. numer. p. cum sequenti Gratian. lib. 3. discept.
forens. cap. 471. nu. 11. latè Guidob. Aduocatione
64. num. 7. cum sequenti, & Vinius decis. 8. nu. 3.*
Præterea certum est inter contrahentes AE-
QVITATEM esse seruandam cum id iusti-
tiæ commutatiuæ sit proprium AEQVITA-
TIS Q. rationi consentaneum sit vt commodi
6 & incommodi summa sit portio inter contra-
hentes neq; vnus commodum alter vero in-
commodum sentiat *Costa remed. subsidiario 62. sub
num. 7. in fine vers. Porro hanc*. Quare cum ven-
ditor per multum tempus pretium fundi reti-
nuerit, eoq; vti ac frui potuerit, AEQVVM
non est, vt etiam fructus eius temporis conse-
quatur immo contra AEQVVM est, vt
emptor, qui rei curam habuit, & simul etiam
7 pretio caruit eius saltem temporis commo-
dum ex fructibus recipiat, vt subtiliter more
suo probat eruditissimus *Fachin. libro secundo
controuers. iuris pleno cap. 16.* cuius dicta referre
expedit.
Qui auctor vers. ad quæ hæc (inquit) Hanc esse cã
diuisionem pro rata temporis anni ex AE-
QVITATIS ratione deductam, quæ ser-
8 uanda esse videtur licet aperto iure nõ cauea-
tur vt inquit *I. C. in l. in summa §. quamquam ff.
de acqua pluuia arcend.* Cum proprium munus
AEQVITATIS, sit supplere in his in qui-
9 bus lex deficit, vt diximus in superiori libro
*cap. 78. num. 26.* Illa verò interpretatio maxi-
mè valere debet ex qua contrahentium æqua-
10 lis remaneat conditio *l. si id quod §. vult. ff. de
rescind. vend. & l. penult. in fine C. communi diuid.*
Hanc sententiam vti AEQVIOREM sequi-
tur Couaru. *lib. p. var. resol. cap. 15. Misinger.
sing. obseru. 50. & 70. cent. 6. Rol. cons. 27. num. 17.
libro secundo Cassan. in consuet. Burgund. tit. des re-
trates rub. 5. §. pr. Alba cons. 759. num. secundo
Molin. de primog. Hisp. libro 3. cap. 11. numer. 9.
Ioseph. Ludou. decis. Perus. 79. num. 7. par. secunda
quos sequitur Costa de port. ratæ quæst. 36. num. pr.
cum sequenti*, Vbi tamen limitat conclusionem
Quod si tempore venditionis fundi fructus
erant pẽdentes, & retrouenditio fieri debebat
11 eodem pretio, Tunc fructus pendentes in totũ
esse debent venditoris redimentis, loco pen-
dentium tempore venditionis per *Thesaur. d.
decis. 56. nu. 3, & Francis. Marcum decis. 57. par. 2.*
Qui fructus tamen verè fructus vocari nequeunt,
12 nisi deductis prius expensis, & laboribus vt
tradit *Abb. in cap. graui de restit. spol. Menoch.
remed. 15. recuper. nu. 580. cum seq; Costa de port.
ratæ qu. 67. num. 10. Ludouis. decis. 273. num. 3. &
decis. 278. num. 7. Guidob. aduoc. 106. num 6.* Vbi
hoc luculenter declarat. & *Card. Mantic. de tacit.
& ambig. lib. 4. tit. 24. num. 9. par. pr.*
Idem intelligi debet de fructibus fundi empti ad
vitam, qui in vltimo anno, quo decessit emp-
13 tor, & idcirco resoluitur contractus, diuidi
debent pro rata fructus *Socin. sen. cons. 42. in fin.
lib. 3. Costa de port. ratæ qu. 114. num. 2. Gratian.
discep. forent. 471. num. p. lib. 3.*
Prout idem intelligitur de fructibus pendentib.
14 in bonis vsufructuario pertinentibus, qui ad
ratam temporis diuiduntur inter hęredes vsu-
fructuarij. & proprietarium *Cuiacius tr. de feud.
lib. 4. tit. 30.* Quamuis hoc non admittat *Costa
15 de port. ratæ qu. 87. num. 12.* dum inquit vsu-
fructuarium morientem pendentibus fructib.
non facere locum, vt eius hæres habeat portio
nem ratam nisi anno integro perdurauerit vsu-
fructus Tardiusq; inferri contigat agrorum
pensiones *per l. defuncta ff. de vsufructu, & §. is
vero ad quæ instit. de rerum diuis. Morot. cons. 18.
num. 28.*
Fructus vero feudi pendentes tempore mortis
Vassalli; Quando feudum est finitum, aliter
diuiduntur, Quia si obijt Vassallus ante men-
16 sem Martij, Tunc omnes fructus illius anni ad
Dominum pertinent; Si vero decessit post
Cal. Martij vsq; ad mensem Augusti, Tunc
omnes fructus, qui interim percipiuntur, Ad
hæredes Vassalli spectant, Si verò ab hac vita
migrauit post mensem Augusti, Tunc omnes
fructus pendentes percipiet Dominus, ita scri-
bit *Petrus de bella pertica tr. de feud. cap. 19. &
Cuiac. dicto lib. 4. tit. 30. de qua materia latè Gra-
tian. lib. 3. discept. forens. cap. 471. num. 4. & lib.
5. cap. 810. num. 11. 16. & 20. Parian. cons. 116.
num. 5. & Marescott. lib. pr. variar. resol. cap. 64.
num. pr.*
Si autem maritus percepit fructus ex bonis pa-
17 rafrenalibus vxoris, ipsa vxore sciente, &
non contradicente; Non ex hoc dicuntur
donati viro per vxorem, sed ad eorum resti-
tutionem tenetur maritus vt probat *Decian. cõs.
84. num. 26. cum sequenti lib. 4.* Nisi municipali

lege aliter esset prouisum, vt Papiæ per Statutum 87. in Ciuil. de quo *Costa de port. rata qu. 95. num 6. cum sequenti*. Et ita censuit Senatus
18 Excellentissimus die decimo Martij, & die decimo quinto Augusti 1617. referente Am-
19 plissimo Senatore Papirio Cattaneo fauore DD. fratrum de Piceuardis contra Dominum Persichellum, condemnando ipsum D. Persichellum, ad reddendam rationẽ administrationis bonorum Parafrenalium eius matris, quorum fructibus gauisus fuerat Capitaneus Thomas eius Pater, cuius erat hæres D. Persichellus.

*SVMMARIA.*

*Fructus beneficij ad successorem in benefitio spectant nu. 1. 4. 5. & 6. contrar. verius cum ad ratam temporis diuidi debeant inter haredes, & successorem num. 7. & 8.*

*Beneficiatus habet tantum administrationem bonorum Ecclesiarum ad instar vsufructuarij num. 2.*

*Vsufructuarius non transmittit ad haredes fructus nundum recollectos qui ad proprietariũ spectant n. 3.*

*Decretum Sacri Concilij in ea materia num. 9. & 10.*

*Fructus benefitiorum conceduntur Clericis ob ministeriũ quod exibent Ecclesijs num. 11.*

*Qui Altari inseruit de Altari viuere debet n. 12. & 13*

*D. Gregorij sententia in ea materia num. 14.*

*Fructus Ecclesiarum percipientes onera etiam sustinere debent num. 15.*

*Differunt valdè possessores ex causa lucratiua, vt vsufructuarius, & fideicommiss. at possessores ex causa onerosa, vt sunt benefitiati num. 16.*

*Annus in materia fructuum quando incipiat remissiuè num. 17.*

*Decisio Rota contra haredes Prælati, qui alienauerat non adhibitis omnibus solemnitatibus nu. 18.*

*Fructus ciuiles qui, & qui naturales num. 19. 20. cum sequenti.*

*Pensio debetur haredibus pensionarij si fructus super quibus fuerat instituta recollecti erant licet, nundum dies solutionis aduenisset nu. 23. consuetudo Rom. Curia in ea materia nu. 24.*

*Pensio debetur tantum pro rata fructuum perceptorum si omnes percepti non erant num. 25. & 31. cum seq: & num. 34.*

*Pensio qua pro fructib. debetur eo modo indicatur sicut ipsi fructus num. 26. 27. cum sequenti.*

*Pensionarius si decessit ante festum Sancti Io. Baptista quo tempore debetur primus terminus pensionis ex consuetudine, nihil debetur eius haredibus num. 29. si vero moriatur post, sed ante festum Natiuitatis Domini, dimidium transmittit nu. 30.*

*Pensio soluta ante terminum maturatum retineri potest per haredes ad ratam fructuum num. 33.*

*Pensio Ecclesia non subiacet casui fortuito, nec alia fortuna num. 35. contrar. obseruatur in pensione prosana num. 36. cum sequenti.*

*Remissio mercedis, quando fieri vel denegari debeat remissiuè num. 38.*

## Fructus benefitiorum quomodo diuidendi sint inter successorem in benefitio, & hæredes Benefitiati.

## Cap. C L XIV.



T in fructuum materia, nihil intactum relinquatur, Prætereunda non est discussio casus satis frequentis, quando scilicet Beneficiatus decessit, Cui spectent fructus pendentes, Vel quomodo sint diuidendi inter successorem, & defuncti hęredes Et prima facie dicendum videtur fructus ad
1 successorem in benefitio spectare; Namq; cum beneficiatus habeatur loco vsufructuarij in administratione benefitij cuius bonorum ad-
2 ministrationem tantum habet *cap. primo §. finali vbi scrib. de cler. egrotantibus lib. 6. glos. in cap. prasenti verbo reseruari de offitio ord. lib. 6. latè Ias. cons. 75. per totum lib. 3. Hond. cons. 87. num. pr. & 22. lib. 2.* Sicuti eo ipso, quod decessit, vsufructuarius non transmittit ad hæredes fru-
3 ctus adhuc non recollectos, qui ad proprietarium spectant *§. his vero ad quem, & ibi Aret. instit. de rerum Diuis. l. in singulis in fin. ff. de ea vis lega amplè Surd. cons. 227. num. secundo Gratian. lib. 3. discept. forens. cap 471 num. 6.* Ita pari ratione dicendum est de beneficiato cuius hęredes nullum idcirco ius habent in fructibus benefitij adhuc pendentibus, & nõ recollectis Hanc conclusionem probare videtur *glos. & DD. in cap. si propter de rescriptis & in cap. si propter de off. ordin. lib. 6.* vbi habetur fructus omnes à
4 solo nõ separatos tempore mortis Prælati, seu Rectoris, pertinere ad successorem in Ecclesia, quam sententiam sequitur *Ioseph Ludouic. decis. Perus. 33. num. p. cum sequenti part. prima, & Canalc. decis. 44. num. 6. par. pr.* Pro qua stat
5 etiam constitutio Iulij iij. reseruans omnes fructus à solo non separatos successori in benefitio; Cum ad hæredes mortui pertineant
6 tantum separati à solo ante mortem benefiati *glos. & DD. in d. cap. si propter de rescriptis, & in d. cap. si propter de officio ord. lib. 6. cap. commemor 73. Qu. 8. Gigas de pensionibus qu. 52. num. p.*
De AEQVITATE tamen huiusmodi fructus
7 ad hæredem defuncti benefitiati pertinent pro rata temporis, quo impsle Ecclesiam rexit ratione seruitiorum in Ecclesia præstitorum, residuum autem vendicat successor in benefi-
8 tio, cuiquoq; debentur vasa preparamenta libri, & similia *cap. prasenti de off. ordinarij Butr. & Abbas in cap. fin. ne Prælati, vic es suas Oldrad. cons. 249. Cald. cons. secundo de pecul. Cler. Cornens cons. 314. lib. 3. Molin. de primog. Hisp. lib. 3. cap. 11. num. 4. & Couar. lib. p. var. resol. cap. 15. nu. 12. quos sequitur Costa de port. rata qu. 29. per totũ vbi n. 2.* scribit hoc Aequius, & iure verius existimari.
Et

Et quam sententiam enixè deffendit *Ferettus cõs.*
*151. num. 3. & 5. lib. p. & conf. 256. num. pr. &*
*sequenti lib. 2. Bursat. cons. 178. numer. 17. lib. 2.*
*Franch. decis. 79.* qui testatur Sacrum Conciliũ
9 iudicasse ad hæredes Archiepiscopi Capnani
spectare pensiones domorum pro rata tempo-
ris, etiamsi ille decessisset antequam dies so-
lutionis venerat dummodo ille Prælatus po-
10 tuisset ex indulto, vel aliter testari de fructi-
bus decursis.

Ratio esse videtur, quia reditus, & fructus be-
11 neficiorum conceduntur à Iure Sacerdotibus,
& Clericis potissimum ob ministerium, quod
quotidie exhibent Ecclesijs in earũ regimine
& cura allisique Diuinis obsequijs *Tex. in cap.*
*cum secundum de præbendis Gratian. decis. Marchia*
*156. Ricciusin praxi fori Eccl. decis. 114. numer.*
*3.* Si itaque beneficiatus defunctus eius munus
compleuit, vel ministerium exhibendo Ec-
clesiæ, vel alijs diuinis obsequijs, Iustum, &
AEQVVM est, vt etiam pro rata temporis
consequatur emolumenta beneficij, idest fru-
ctus mediante persona eius hæredum, Quia
12 Clerici si Ecclesiæ seruiunt de patrimonio
Christi etiã viuere debent *cap. cum secundum de*
*præbendis Io. Copi tr. de fructibus tit. 3. de fructibus*
*Sacerdotiorum cap. p. num. 2. registr. in 17. part.*
*tract. fol. mihi 225.* dum ait, Qui ad onus elligi-
tur, repelli non debet à mercede.

Hinc dicitur, quod qui Altari inseruit, de Altari
13 viuere debet prout hinc etiã scripsit D. Grego-
14 rius in *cap. Eccl. 12. qu. secunda*, Ecclesiasticis
vtilitatibus desudantem, Ecclesiastica dignũ
esse remuneratione gaudere, Vt qui se volun-
tarijs obsequiorum necessitatibus sponte subij
ciunt; digne nostris prouisionibus conso-
lentur, sicut enim percipientes fructus Ec-
15 clesiarum onera etiam earum subire debent,
Ita à contrario sensu, qui onera sustinuit, fruc-
tus etiam consequi debet *Io. Copi dicto tr. 3. cap.*
*3. num. 3.*

In contrarium verò allegata respectu vsufruc-
tuarij tollit, *Costa cit. qu. 29. nu. 7.* Distinguen-
do inter possessores ex causa lucratiua qualis
est vsufructuarius, & fideicommissarius, &
15 possessores ex causa onerosa, vt sunt beneficia-
ti, & mariti *per l. diuort. vbi Alex. & Tas. ff. solut.*
*matrim. Menochius cons. 1126. numer. 21. ample*
*Anneus Robert. lib. pr. rerum iudic. cap. 3.* Qui
etiam tradit quando, & à quo tempore inci-
17 piat annus in hac materia.

Prout Constitutio Iulij Tertij, & alia iura citata
loquuntur, de Prælato, vel Clerico mortuo,
qui nõ habent potestatem disponendi de fruc-
tibus in morte, vt explicat *Honded. cit. cons. 85.*
*num. 37. lib. 2.* de qua constitutione copiosè
*Marescot. lib. 2. var. resolut. cap. 2. in fine, & Marius*
*Antonin. var. resol. lib. primo resol. 46. numer. 2.*,
qui in fine quæstionis subijcit decisionem fac-
18 tam per Rotam fauore hæredum Card. Rubei
Episcopi Papiæ contra successorem.

Et dificultatem omnem in hac materia sublata
fuisse per Prouinciales constit. Metropolitanæ
Ecclesiæ Mediolanensis in synodo Prouinciali
septimo tit. de fructibus Ecclesiast. Clerici
defuncti, quas mihi indicauit præstantiss., &
Religiosiss. Sacerdos, ac Sa. Theologiæ Doctor
D. Io. Paulus Mazuchellus corrector deputa-
tus ab Eminentissimo Cardinali Archiepisco-
po operib. quæ imprimenda veniunt, per quas
constitutiones pag. 74. cauetur ad hæredes
beneficiati spectare fructus omnes maturi à
solo separati, etiam nundum exacti fuerint,
aut reconditi, (excepta portione colonica)
Pendentes autem successoribus in beneficio
pertinere. Si vero fructus omnes, tempore
19 obitus beneficiati à solo separati fuerint, om-
nes quidem hæredum sint, ijs tamen oneribus
beneficij satisfacientibus, Et si Parochialis
Ecclesia sit, vel beneficium requirat personalẽ
residentiam successori eam partem relinquere
tenebuntur, quæ ordinarij arbitrio definien-
da ad ipsius victum, & reliqua onera sustinen-
da vsq; ad nouos fructus sufficiat, habita tem-
poris, & quantitatis annui reditus ratione

Si vero fructus in ædium locationibus, annuis
censibus similibusve consistant ad ratam tem-
poris diuidantur; Pensiones autem pro fructi-
bus bonorum simplici locatione debitæ, & lo-
co fructuum succedentes, siuè dies solutio-
nis cesserit, siue non, ad eum omnino petti-
neant ad quem fructus pertinere decretum est
Quę constitutiones procedent etiam circa æs
alienum ratione beneficij per beneficiatum
contractum, & alia similia, ad quas remittitur
lector.

Quando verò agitur de pensione, quæ soluitur
designato termino Distinguunt scribentes, si
ea fuit constituta super fructibus bonorum,
19 qui semel in anno colliguntur, vt triticũ, vinũ,
oleum, & similia. Vel super introitibus loco-
rum montium, vectigalibus, siuè gabellis, ex
quibus singulo die fructus percipiuntur, &
20 ciuiles fructus appellantur *Bartol. in l. ex diuer-*
*sis ff. de rei vendicatione Natta cons. 141. n. 2.*

Prout ciuiles etiam fructus dicuntur pensiones
domorum, hortorum, Pascuorum, operæ
seruorum, vsus nauis, & similes, qui pariter
21 singulis diebus percipiuntur *Bartol. in l. fin.*
*§. fin. ff. de iure Fisci Franch. decis. 79. Alba*
*cons. 275. numer. 4. cum sequenti*, licet ratio-
ne commodioris exactionis, & solutionis
consuetudine, Vel pactione ad certum tempus
est determinata solutio, vt potè pro dimidia in
festo Sancti Ioannis Baptistæ, & pro alia di-
22 midia in festo Natiuitatis Domini, vt explicat
*Honded. cit. cons. 85. num. 19. & 27. lib. 2. & tradit*
*Costa de port. rata qu. 10. sub num. 4.*

Et primo casu vel fructus pro quibus soluitur
pensio percepti erant omnes ante mortem
Pensionarij, licet dies solutionis nundum ad-
uenerat, & tunc integram pensionem deberi
23 hæredibus pensionarij, etiam si nundum ad-
uenisset dies in quo pensio erat soluenda, tra-

dit *Petr. Ant. Gamba. tr. de auctoritate legati de la-*
*tere lib. 6. de pensionibus num.* 598. *Caccialup. de*
*pensionibus Eccl. Qu. 25. n. pr. cum sequenti Gigas*
*de pension. quæst.* 53. *Rimin. Iun. cons.* 634. *nu.* 11.
*cum sequenti lib. 6. Caual. de vsufruct. mulieri rel.*
*num.* 243. *quos sequitur Honded. cit. cons.* 85. *num.*
23. *lib.* 2. *& Pacian. cons.* 116. *num.* 8. ad instar
vsufructuarij per *l. defuncta ff. de vsufr. id quod*
*etiam confirmat n.* 13. quamuis conclusioni non
assentiat huic *Caball. cons.* 160. dum asserit con-
suetudinem Romanæ Curiæ esse, vt vbi dies
24 solutionis adueniat ante mortem pensionarij,
debeatur integra pensio, siue fructus beneficij
sint collecti, siuè non, & siue maior pars anni
elapsa sit, siue non, quem sequitur *Costa de port.*
*ratæ cit. qu.* 10. *sub num.* 4.
Vel tantum eorum pars recollecta fuerat, & hoc
25 casu pro rata fructuum perceptorum solui de-
bet pensio *Salicet. in l. Iulianus §. si fructus num.* 9.
*vers. aut quidam ff. de actionibus empt. Ferrett. dict.*
*cons.* 151. *num.* 5. *lib. p. & cons.* 256. *nu. p. lib.* 2.
Quia pensio quæ debetur pro fructibus eo
26 modo iudicatur sicut ipsi fructus *Berq. cons.* 139
*num.* 6. *lib.* 2. *Caccialup. loco relato num.* 3. *Gigas*
*cit. loco num.* 3. *cum sequenti Canale. de vsufructu*
*num.* 243. *& Honded. dicto cons.* 85. *n.* 25. Quam
sententiam amplectitur *Pacian. all. cons.* 116. *n.*
15. vbi seq. nu. tradit ex iudicis AEQVITA-
27 TE debere diuidi fructus, itaquod pro extima
tione perceptorum fructuum habebitur pensio
pro exacta, idest ad ratam, & pro percipiendis
pro non exacta, & sic ad ratam in fructibus
diurnis; Vel nulli fructus erant recollecti, &
28 sic pensionatius nihil ad hæredes transmittit,
*Pacian. cit. cons.* 116. *num.* 19.
Si autem decessit pensionarius ante diem Sancti
Io. Baptistæ, qui est primus terminus solutio-
nis pensionis destinatus ex consuetudine,
29 nihil debetur hæredibus pensionarij, Verum
si moriatur pensionarius post prædictum diem
ante tamen solemnitatē festi Natiuitatis Do-
mini transmittit ad hæredes solam dimidiam
30 pensionis, Quam tamen consuetudinem non
admittit *Costa cit. qu.* 10. vbi concludit quod si
tempore decessus pensionarij, pro parte re-
collecti erant fructus, & pro parte non, Tunc
31 pensio soluitur pro rata fructuum perceptorũ
ex *Alex. cons.* 82. *lib.* 2. *Bero. cons.* 133. *lib.* 2.
*& Gabriel. cons.* 191. *nu.* 4. *cum sequenti lib.* 2.
Secundo autem casu, si tempore solutionis re-
32 ditus, non est exacta pensio, diuiditur pro
rata temporis *Salicet. in d. l. fruct. num.* 3. *vers.*
*secundo casu C. de action. empti Honded. sæpius cit.*
*cons.* 85. *num.* 17. *lib.* 2. *Cranet. cons.* 873. *num.* 2.
*lib.* 5. *& Couaru. lib. p. var. resol. cap.* 15. *sub num.*
11. *propè finem.*
Et si ea soluta fuisset ante recollectos fructus,
33 Tunc potest retineri pars pensionis pro rata
tantum fructuum perceptorum ante mortem
& alia restitui debet, vt post Caccialupum, &
Gigantem probat *Honded. cit. cons.* 85. *num.* 2.
*lib.* 2.

Vbi verò fructus exacti, vel percepti non fuerint
tempore mortis pensionarij, tanquam nundũ
maturi, quorum ratione soluitur pensio, Tunc
34 nihil possunt prætendere hæredes pensionarij
quibus nulla pars debetur *Laur. de Pinu cons.*
133. *per totum Gabriel. cons.* 191. *nu,* 47. *cum seq.*
*& num.* 54. *cum seq. lib.* 2. *quos sequitur Honded.*
*all. cons.* 85. *num.* 24. *lib.* 2.
Quam pensionem Ecclesiasticam non subiacere
35 aleæ fortunæ nec esse obnoxiam casui fortui-
to tradit *Gigas de pens. qu.* 62. *à num.* 19. *vsq. ad*
*finem Alex. de nauo cons.* 63. *num.* 9. *Costa de port.*
*ratæ all. qu.* 10. *num.* 6. Et si contrarium obser-
36 uetur in pensione profana, quando fructuum
recollectorum valor non potest constare di-
midiam fictorum, & hoc citra culpam con-
37 ductoris euenit, vt probat *Costa d. qu.* 10. *num.*
5. *&* 6. vbi multos tradit casus in quibus re-
38 missio concedi vel denegari debet conduc-
toribus post *Cephal. cons.* 257. *Ladere. cons.* 14.
*Sur. decis.* 326. *Barz. decis.* 59. *Rebel. de obligatio-*
*nibus Instit. lib.* 14. *qu.* 7. *num.* 7. *Bmius cons.* 97.,
*& Rouescal. in add. ad Bal. cons.* 360. *cum duobus*
*seqq. lib.* 5.

## *SVMMARIA.*

*Præmium à statuto designatum Iudici datur principali-*
*ter propter probitatem, & scientiam ipsius num.* 1.
*Pena non exactæ dicuntur fructus pendentes nu.* 2. *&* 3.
*Pensio nundum exacta debetur successori n.* 3.
*Præmium debetur ei, qui perfecit opus non ei qui ince-*
*pit num.* 4. *&* 21. *contrar. nu.* 7.
*Captum non habetur pro completo in ciuili materia n.* 5
*Præmium non debetur labori eius qui incassum labora-*
*uit num.* 6.
*Pæna solutio fit ratione præcedentis condemnationis*
*num.* 8.
*Principium inspicitur non finis, quando finis habet ne-*
*cessariam dependentiam à princip. num.* 9. *&* 26.
*Retrotractio fundata est in æquitate num.* 10.
*Pænæ pars debitæ ratione condemnationis differt ab ea,*
*quæ debetur ratione summæ debitæ num.* 11.
*Præfertur in præbenda ille, qui obtinuit litteras monito-*
*rias, & præceptorias, ei qui litteras executiuas re-*
*portauit num.* 12.
*Incipiens actum præfertur cui uis licet non proficiatur*
*num.* 13.
*Præuenisse in causa is dicitur, qui partes citauit nu.* 14.
*Decisio Sacr. Concil. Sicil. circa pretium debitum ei,*
*qui incæpit processum nu.* 15.
*Præmium debetur ei, qui Iudex erat tempore delict.*
*commissi non condemnationis siuè exactionis nu.* 16.
*contrar. num.* 17.
*Pænæ Fiscales ante factam condemnationem nõ dicuntur*
*fructus Fisci n.* 17. *&* 18.
*Fiscus non dicitur creditor delinquentis sine in eius bonis*
*ante sententiam num.* 19. *&* 20.
*Delicto qui causam dat pænæ pro eo tenetur nu.* 22.
*Præmium diuidendum est æquitate inter eũ qui bandi-*
*tũ captiuum fecit, & eum qui conuocauit homines, vt*
*ille caperetur num.* 23.

Decisio

*Decisio Senatus in ea materia nu. 23. & 24.*
*Nicolai Leizaldi Senatoris mentio honorif. n. 24.*
*Offendens, & capiens bannitum habentem saluumconductum cum conditione, vt in castris pro milite inseruiret non potest molestari si extra Castra offensionem fecit, sed non gaudet beneficio proclamatis concedentis præmium capientibus bannitos num. 25.*
*Decretum Senatus in ea materia ibidem num. 25.*
*Ementi fructus iurisdictionales vnius anni spectat pœna dicto malefitia eo anno commissa licet condemnatione facta fuerit sequen. anno num. 26.*
*Annus in ea materia intelligitur de duodecim mensibus non habito respectu à quo tempore ceptus sit nu. 27.*
*Laudemium non exactum connumeratur inter fructus pendentes num. 28.*
*Laudemium non exactum pertinet ad successorem num. 29. contra per Gigantem num. 30.*
*Laudemium non debetur quando agitur de alienatione necessaria rei emphiteotica num. 31.*
*Datio in solutum dicitur necessaria alienatio, tàm ratione dotis, quam per subbastationem numer. 32. 33. Quod tamen declaratur si ratione dotis prædium datū fuit inextimatum numer. 34. 36. 37. sub declaratur iterum quando datio insolutum peruenit à facto emphiteuta, quia tunc debetur laudemium, secus si sine eius facto num. 40.*
*Emphiteoticum prædium datum pro dote extimata dicitur potiùs alienatio, quàm dotis traditio num. 35.*
*Laudemium, quod debetur quando prædium fuit datum in dotem extimatam, iterum solui debet si fiat restitutio dotis ob viri mortem num. 38.*
*Laudemium solutum pro venditione debetur iterum pro retrouenditione num. 39.*
*Emphiteuta facto non potest fieri præiuditium Domino num. 41.*
*Fraudibus obuiandum est, non aperienda eis via nu. 42.*
*Facto alicuius contingens habetur, ac si fecisset nu. 43.*
*Necessitas in quam qui spontè se coniecit non habetur in consideratione num. 44.*
*Necessaria alienatio dicitur, quæ fit facto alienantis nu. 45. exempla proponuntur num. 46.*
*Necessitas causalis contingit, vel à lege, vel à natura num. 47.*
*Decisio Senatus Taurinen. in ea materia num. 48.*

## Stante statuto quòd pęna delicti applicetur Iudici pro certa parte, An ea debeatur successori, vbi adhuc non fuerit exacta, Vel potiùs ei, qui condemnationem fecit, & eius hæredibus. Cap. CLXV.



IGENTE municipali lege, qua
Prætor siuè Iudex habere debet cer-
tam partem condemnationis, quæ
Iudicibus datur propter probitatē,
& scientiam, quam principaliter
respicit offitium Doctoratus, &
1 munus iudicandi *Bart. in l. pr. §. Diuus ff. de diuers. & extraord. cognitionibus Cephal. cons. 70. num. 6.*
*Gratian. decis. Marchiæ 101. num. 20. & 21. ac lib.*
*5. discept. forens. cap. 840. n. 18.* Hæsitant scri-
bentes cui spectet ista pars si vnus condemna-
uit, successor verò condemnationem exegit;
Et exigenti deberi per *Bartol. in l. diuort. ff. sol.*
*matrim.* tradit *Costa de retrotract. casu 11. cap. 8.*
2 *num. 4.* Quia eæ non exactæ dicuntur fructus
pendentes, qui debentur successori, non de-
cessori, cui collectos tantum, & perceptos de-
3 beri scribit idem Costa loco relato, Vt dicitur
de pensione nundum exacta *Maur. Burg. tit. de*
*laudem. par. p. inspect. 4. nu. 49.* Præmium enim
debetur ei, qui perficit opus non ei qui incæ-
4 pit arg. *l. prim. in fin. ff. quodquisque iuris,*
*& l. penul. §. docere ff. ne quis eum qui in ius*
5 *vocatus*, Cum in materia ciuili, cæptum
non habeatur pro perfecto *glo. & Bal. in l. si con-*
*stiterit C. fin. regund. facit tex. in l. pr. §. hæc autem*
*pœna, & ibi Bal. ff. quod quisq; iuris.*
Non videtur namq; AEQVVM, vt præmiū tri-
buatur labori eius, qui quodamodo in cassum
6 laborauit, dum exactionem non fecit, vt pro-
bat *Socin. sen. cons: 151. num. p. vers. nec est condi-*
*gnum lib. pr.*
De AEQVITATE tamen contrarium verius
videtur, nempè præmium deberi illi qui con-
7 demnauit; Namq; exactio siue solutio pœnæ fit
ratione præcedentis condemnationis, & coac-
8 tionis iuxtà *not. in l. interpositas C. de transact. &*
*l. pr. secunda, & tertia C. quod metus causa, Innocent.*
*in cap. continentia litterarum de homicid.*
Namq. solutio habet necessariam consequentiā
à principio facto per Prætorem qui condem-
nauit, pro quo stat regula, quòd quando finis
habet necessariam dependentiam à principio
9 inspicimus principium, & nō finem qui retro-
trahitur ad principium *l. damni infecti §. Sabini*
*& ibi Bartol. ff. de damna infecto, & l. 3. §. minorē*
*& § seia de minoribus*, Ergò inspici debet factū
ab ipso Prætore decessore, ex quo necessario
sequi debet solutio, Non autem exactum à
successore.
Hanc sententiam probat *Socin. all. cons. 151. sub*
*num. pr. vers. sed his non obstantibus cum pluribus*
*seq. præsertim nu. 8. lib. pr. & sequitur Benedict. de*
*Acoltis ibidem regist. num. 14. & 15.* Prout hanc
sententiam amplectitur *Cran. cons. 212. num. 8.*
*& post eos Costa de retrotraction. cit. casu 11. num.*
*5. cap. 8.* Vbi etiam tradit retrotractionem esse
10 fundatam in AEQVITATE cuius virtute
præmium Prætori qui condemnauit debet i
scribit; Cum fiat retrotractio pœnæ exactæ ad
diē condemnationis *Mastrill decis. 13. n. 13. vers.*
*sufficit ad acquirendum par. pr. Rosent. de feudis cap.*
*10. conclus. 42. litt. R. R. R. quos sequitur Gratian.*
*lib. 4. discept. forens. cap. 642. num. 19. & lib. 5.*
*pleno cap. 840. & cap. 956. num. 17.*
Quam conclusionem in terminis exactionis fac-
tæ per Amplissimum Cardinalem Bandinum
Marchiæ Anconitanę legatum qui condemna-
uerat reum exactæ probat *Hector Felic. alleg. 94.*

*per*

per totum par. pr. ad praeiuditium Amplissimi Card. Taberna sub tit. Sancti Eusebij eius successoris

Quamuis ratione gratiæ obtentæ per condemnatum, deberi etiam successori scribit, Cum diuersa sit pars pœnæ debitæ ratione condem-
11 nationis, ab ea quæ debetur ratione summæ debitæ pro gratia concessa, vt subijcit idem Felic. n. 9. & ita iudicasse Senatum scribit Anneus Robertus lib. 3. rerum iudicatarum cap. 18. per totum maximè in fine fol. mihi 700. & 707.

Pro qua conclusione facit Tex. in cap. Sancta Crucis
12 de rescript., vbi declarat Summus Pontifex præferri illum in Præbenda, qui obtinuit litteras monitorias, & præceptorias, ei qui litteras executorias repotauit, & sic præferendus
13 qui actum incepit licet non perfecit, vt probat idem Socin. cons. 70. sub num. 5. lib. 4. Vbi etiam adducit alium Tex. in cap. tibi qui de rescriptis; Vndè dicitur is præuenisse, qui citauit partes,
14 Cum citatio sit de exercitio iurisdictionis l. si quis postea, & l. vbi captum ff. de iudicijs; Et hanc sententiam sequitur Riminal. iun. cons. 33. num. 11. Io. de Amicis cons. 110. in fine Cagnol. in l. 2. quæst. 76. num. 242. C. de pact. inter empt. & vend. Tiraquel. de retr. conuent. §. 5. lib. 4. n. 19. cum pluribus seq; præsertim n. 23. Bertazol. cons. 155. per totum præsertim num. 4. & cons. 163. num. 17. latè Ma-
15 strill. dicta decis. 13. per totum, Vbi numer. 13. Ita iudicatum fuisse per Sacrum Concilium testatur Farin. cons. 107. num. 2. cum seq. lib. 2. Peregr. de iur. Fisci lib. 6. tit. 5. in fine, quos sequitur Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 956. num. 13. cum sequenti plur.

Et quæ sententia eo fortior confirmatur, dum multi scribentes voluerunt portionem pœnæ deberi illi, qui Iudex erat tempore delicti
16 comissi, non condemnationis, aut exactionis Inter quos Tiraquel loco cit. & Cassan. in consuet. Burgund. cum alijs quos recenset Bertazol. cit. cons. 155. num. pr. Peregr. dicto lib. 6. tit. 5. numer. 44. & tradit Mastrill. alleg. decis. 13. num. 4. & 5.

Quamuis prima conclusio verior sit, tum quia
17 pœnæ huiusmodi Fiscales ante factam condemnationem non dicuntur fructus percepti; Sed tanquam seminati censentur; Ideoq; non ad illum cuius tempore fuit comissum delictū spectant, cum ante sententiam nullum ius ad
18 pœnam ipsam fiscalem acquisitum fuisse dicatur l. ex inditiorum ff. de accusat. Namq; ante sententiam Fiscus non dicatur creditor delinquentis, siuè eius bonorum l. eius qui ff. de De-
19 curion. l. si qua pœna ff. de verb. signific. Peregr. de iure Fisci lib. 6. tit. 6. num. 12. Tum quia si præmium huiusmodi conceditur iudicibus in recompensationem laborum ex supra firmatis per Socin. cons. 151. num. pr. & num. 4. Gratian. cit. cap. 955. num. 16. cum seq. Nec cadere potest disputatio legis habita tantum ratione temporis commissi delicti; Sed instructi processus
20 & factæ condemnationis Ossasc. decis. 145. num. 3. Mastrill. decis. 13. num. 12. Surd. cons. 57. num. 10. & Farinac. cons. 107. num. 5. lib. 2.

Licet autem verissima sit conclusio supra firmata num. 3. præmium deberi ei qui opus perfecit, non ei qui incepit, vt præsertim considerant scribentes in concessione præmij, quod datur vigore proclamatum, siuè Bullatū Pontificum eis, qui bannitum capiunt; Cum illud
21 verè capientibus non autem insequentibus debeatur, etiamsi primi insequi cœperint bannitum, vt post Bartol. in l. 3. §. verum ff. ad Syllan probat. Farin. qu. 103. numer. 357. Attamen ex quadam AEQVITATE ne principales in sequentes bannitos, qui eius detentioni causā præbuerant, & qui boni operis idcirco auctores fuerunt omnino priuati remaneant præmio, sicuti pœna tenerentur ijs, qui delicto causam
22 dedissent Clar. in qu. 90. Gratus cons. 52. num. 3. lib. 2. Bossius tr. de homicid. num. 33. quos sequitur Porrus in eius fasciculo §. homicidū vers. quod attinet post medium pag. 620. Huiusmodi præmiū inter capientem bannitum, & eum qui alios conuocasset, vt ille detineretur diuidendum esset, & ita Censuit Senatus Excellentissimus
23 mense Ianuarij 1620. referente Amplissimo
24 Senatore Nicolao Leyzaldo inbendo, Vt præmium diuideretur inter eum, qui conuocauerat Vniuersitatis homines, vt sibi auxilio essent, & ipsos homines, qui bannitum captiuū
25 fecerant; Prout die 23. Octobris 1616. censuit Senatus non esse procedendum contra eos, qui vulneribus scloporum ictibus affecerant, & detinuerunt Io. Antonium Mugiascam bannitum, habentem saluum conductum à S. E. sub conditione, vt in castris pro milite inseruiret, Quamuis præmium minimè eis deberetur, etiamsi saluus conductus non fuisset publicatus cuius publicationis non factæ intuitu non esse molestandos vulneratores declarauerat Senatus, huiusmodiq; litteræ datæ fuerunt Prætori Comi,

Hinc etiam infertur, quod si quis emit fructus iurisdictionis Castri vlz. vnius anni, & malefitium eo anno fuit comissum, & alio anno tempore alterius Officialis fuit facta condemna-
26 tio, Cui debeatur huiusmodi pœna, & Bald. in d. l. diuortio num. 8. ff. sol. matrim. concludit eam deberi ei qui vigebat tempore malefitij, quod etiam probat in l. fin. C. de fructibus, & litis expensis, quam opinionem sequitur Angel. in l si possessor §. primo ff. de petitione hered. qui rationē assignat, quia scilicet tēpus cōdemnationis, & exactionis trahit necessariā consequentiā ab initio à tēpore delicti, & ideò retrotrahitur per illum Textum in l. tertia §. suo ff. de minor. & hanc sententiam sequitur etiam Socin. alleg. cons. 70. nu. 10. lib. 4. ac probat Anneus Robertus d. lib. 3. rerum ind. pleno cap. 18. pag. 104. cum sequenti, Quamuis obstare videntur ea, quæ supra firmauimus slz. quod nullum Ius ad pœnam ipsam Fiscalem acquisitum dicitur nisi sequuta condemnatione l. ex indiciorum ff. de accusationibus.

Qui Baldus citato num. 8. declarat annum esse intelli-

27 intelligendum de duodecim mensibus, om-
missa disputatione, an is incipere debeat à
Natiuitate, vel ab Incarnatione per *Butr. in in-
stitutionibus de actionibus in princip. Bar. in l. cum
heres §. sticum ff. de statu liberorum, & in l. libellorũ
ff. de accusationibus Rom. cons. 320.*

Inter quos fructus pendentes conumerari lau-
28 demium nundum exactum scribit *Surd. cons.
84. num. 4.* Quod propterea nouo Domino,
siuè successori debetur, vti fructus pendens,
29 & coherens Domino directi, vt ibidem subij-
cit *Surd. per glos. in cap. si propter de rescriptis
Couar. lib. pr. var. resol. cap. 15. num. 12. Ioseph
Ludouic. decis. Perus. 33. n. 1. Tiraquel. de retract.
ling. §. p. glos. 7. num. 41. & 42. & amplè probat
Maur. Burg. tr. de laudem. par. pr. inspect. 4. num.
49. & numer. 51. post Amed. de Ponte de laudem.
plena quæst. 26. quos sequitur Costa de retrotract.
cit. cap. 8. casu 11. num. 5. in fine ad rem etiam Ro-
bertus cit. cap. 18. pag. 706. lib. 3.* Quidquid in
contrarium voluerit *Gigas tr. de pensionibus qu.
52. num. 5. quem sequitur Bimius cons. 358. num.
11. & 27.* Laudemium scilicet deberi hæredi
30 decessoris, quorum traditio reprobatur à tot
Doctoribus, qui testantur veritatem contra-
rium exclamare.

Et quia passim circonfertur laudemium minimè
31 deberi, quando agitur de alienatione neces-
saria *l. Cæsar ff de public. & l. Nauigia C. de furtis,
& probat Crau. cons. 215. in fine Tiraquell. de retr.
linger §. pr. glos. 14. num. 10. & 11. Cephal. cons.
699. num. 41. & decisum fuit per Rotam, vt testatur
Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 784. num. 6. &
7. latè Amedens de Ponte qu. laudemiali 26. & 27.*

Variant scribentes in interpretando, quæ nam
dicantur necessariæ alienationes pro quibus
laudemia minimè deberi tradunt; Inter quos
insolutum dationẽ, tàm factam sub hasta iussu
32 Iudicis, quam ratione dotis contineri con-
tendunt, & præsertim *Ias. in l. cum dubitatur sub
nu. 49. vers. ego teneo C. de Iur. emphit.* indistinc-
te tenet nunquam deberi laudemium pro re
33 emphiteotica in dotem tradita per *l. fin. vers.
exceptis C. de litis expens. & §. pr. in auth. de lit.*
Quamuis distinctionem factam ab ipso Iaso-
ne dicto num. 49. veriorem esse probat *Fon-
tanell. de pact. nuptial. claus. quinta glos. 8. par. 13.
num. 22. lib. secundo;* Quando prædium em-
phiteoticum fuit extimatum traditum pro do-
34 te filiæ, Quia tunc venditio potiùs dicitur, &
35 alienatio, quàm dotis traditio, & sic laudemiũ
debetur *Io. Alois. Ricciß. in collect. 1942. vers.
amplia. tertio par. 5.* Si vero Inextimatum fuit
36 traditum prædiem, tunc minimè deberi lau-
demium concludit ipse Auctor, Cum prædij
dominium remaneat pænes filiam compræ-
37 hensam in inuestitura Patris per *Mastrill.
decis. 149. & Castil. decis. 21. & 74.* Quod lau-
demium in primo casu etiam iterum deberi
38 in casu restitutionis dotis constante matri-
monio scribit ibidem *Fontanell. in fin. num. 22.
post Amedeum, & Mastrill. citatos,* Et in casu re-
39 trouenditionis tradit *Franc. Marcus decis. 570.
quem sequitur Riccius dicta collect. 1942. vers. am-
pliatur quarto par. 5.*

Placet tamen distinctio eorum, qui scripserunt,
Vel dationem insolutum rei emphiteoticæ
prouenisse à facto ipsius emphiteotæ, Vel non
40 Quia si ab eius facto prouenit laudemium
deberi probant, cum inconueniens sit, vt facto
& culpa emphiteotæ afferatur damnum Do-
41 mino directi, Hoc enim modo aperiretur via
fraudibus, dum homines fingerent, se debito-
res ex aliqua causa patiendo bona sua subha-
stari ad euitandam laudemij solutionem, vt
42 copiosè probat *Thesaur. decis. 139 sub num. pr.
circa medium, & in fine Amedens à Ponte qu. 27.
num. 12. Claper in eius centur. casu 26. qu. vnica
Afflict. decis. 191. & Riccius cit. collect. 1942. vers.
amplia. sexto.*

Cum namq; facto debitoris id contingat habe-
43 tur, ac si ipsemet debitor insolutum traderet
bona emphiteotica, quo casu ad laudemium
tenetur, *Franch decis. 277. Ioseph Ludouic. decis.
Perus. 60. num. 7. Cassan. in consuetud Burgund. tit.
de mans. mortis rubr. 9. §. 10. limit. 4. post Alciat.
cõs. 433. quos sequitur Grat. lib 3. discept. forens.
544. num. 19. & 20. ac discept. 784. num. 8. lib. 4.
Costa de retrotract. cit. cap. 8. casu 11. numer. 6.;*
44 Nulla enim ratio habenda est necessitatis de-
bitoris in quam spontè se coniecit *Rot. decis. 489.
Couaru. var. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 9. Osasch.
decis. 167. cum sequenti, quos sequitur Amedeus d.
qu. 27. num. 2.*

Necessaria igitur alienatio, pro qua laudemium
45 non debetur, dicitur ea, quæ fit citra factum
emphiteotæ, vt potè ex casu fortuito, Vel ex
facto Principis siuè ex causa vetustiore, Et nõ
ex debitis spontè contractis *l. alienationes vbi
Alex. ff. familiæ Ercisc. Socin. d. cons. 76. num. 5.
lib. 4. Tiraquell. de retr. lignag. §. pr. glos. 14. num.
15. quem sequitur addet ad Ias. in dicta l. cum du-
bitatur litt. F. C. de iure emphit.* Qui casus consi-
derantur, quando iure congruo fit necessaria
46 venditio, aut ad lautè ædificandum, siue
ratione vicinitatis Castri, & Fortalitiorum, &
similibus casibus *Gratian. dicto cap. 784. num. 6.*
47 Quæ necessitas casualis contingit, vel à lege,
vel à natura *Bursa cons. 44. num. 29. cum sequenti
lib. pr. quem sequitur Amedeus dicta quæst. 27.
num. 10.*

Et tribus tantum concurrentibus non deberi
laudemium in necessaria alienatione ex causa
48 dotis, censuit Senatus Taurinensis teste *The-
saur. cit. decis. 139. numer. 24.* nempè si causa
obligationis sit dos, si fiat leuatio ex necessi-
tate mera, & sub hasta, & si nulla alia extarent
bona *post Amedeum cit. qu. 27. numer. 10. vers.
secus si debitum.*

## *SVMMARIA.*

*Dotis priuilegia durant etiam post mortem vxoris vbi
liberi supersint num. 1. limit. num. 7.*

Dotis

*Dotis donatio omnis prohibetur donec durant priuilegia dotis num. 2.*
*Inter matrimonij onera continetur educatio filiorum num. 3.*
*Dotis datio inducit ex subnatura tacita permissione dandi alimenta num. 4.*
*Filij sunt etiam causa priuilegij dotis num. 5. siuè reliquia onerum matrimonij num. 6.*
*Vxore mortua nõ debetur vlterius interesse ratione dotis non solutæ num. 7. & 8. ac num. 11. & 13. limitatur quando superfunt liberi num. 23.*
*Interesse post mortem Vxoris ratione dotis debetur tantum, vel ex conuentione, vel ob moram debitoris num. 9.*
*Interesse solutum, vbi non debeatur extinguit sortem num. 10. cum dicatur sit vsura num. 12.*
*Vxor, & vir dicuntur correlatiui quippè socij num. 14. sed non semper vtuntur eodem beneficio num. 15.*
*Maritus onera matrimonij sustinere cogitur, et dotem integram simul conseruare num. 10. vxor vero contra num. 16. ad libitum de ea disponere potest nu. 17.*
*Maritus qui nomen debitoris in dotem accepit non potest interesse consequi num. 18.*
*Dotis debitor constituitur in mora per interpellationem num. 19.*
*Interesse dotis non soluta decursum constante matrimonio disert ab eo quod finito matrimonio prætenditur num. 20.*
*Mortuus debitor tenetur ad interesse num. 21.*
*Interesse moderatum conueniri potest inter creditorem, & debitorem ratione damni emergentis ab initio contractus num. 22.*
*Liberi gaudent priuilegio dotis, quo gaudebat mater circa interesse num. 24.*
*Vir præsumitur remisisse vsuras dotales si diù tacuit neq; à debitore eas exegit num. 25. maximè si dotem rupit nulla facta reseruatione interusuriorum, vbi promissa non sint numer. 26. limitatur vbi super sunt filij num. 30.*
*Distinguitur circa promissionis interesse, vel non num. 31. & 32.*
*Interusuria à dotis dicunt accessoria ad eam iudicis offitio num. 27.*
*Interesse dotale promissum debetur iure actionis n. 28.*
*Alimenta omnia debentur offitio Iudicis exceptis ijs quæ debentur ex testamento num. 29*
*Implicationes faciles sunt in qualibet regione nu. 33. 34.*
*Decretum Senatus, vt interusuria dotis promissa deberentur etiam mortua vxore num. 35.*
*Illustr. Francisci Puteobonelli Regentis mentio nu. 36.*
*Doctoratus lauream quando consequutus est Auctor num. 37.*
*Mora committitur per lapsum diei promissionis nu. 38.*
*Interesse etiam non promissum debetur viro à debitore morosò ratione dotis attentis oneribus matrimonialibus, quæ sustinet num. 39.*
*Interesse huiusmodi non promissum soluto matrimonio minimè deberi arbitratur Auctor nu. 40.*
*Onera matrimonij consistunt in alimentatione vxoris nu. 41. & ea mortua cessat num. 49. 50.*
*Cessante causa cessat effectus num. 42.*
*Filij ali debent tantum à Patre, & in subsidium tantum à matre numer. 43.*
*Interusuria non conuenta debentur tantum eo casu, quo alimenta præstanda sunt num. 44.*
*Interesse dotalia non promissa debentur marito tribus concurrentibus nempè, quod maritus sustineat onera matrimonij num. 45.*
*Viri hæredes instare debent solut. dotis aliter fructus compensare tenentur in sortem num. 46. & 47.*
*Idem procedit in filijs qui mortua matre consequi nequeunt interesse non conuentum num. 48. 50. & 53.*
*Dos datur pro oneribus matrimonialibus portandis num. 51. contra per Romanum ibidem, qui reprobatur num. 52. 53.*
*Dos debetur statim quod maritus sustinet onera matrimonij vbi aliud non fuerit conuentum num. 54. & sic interesse ab eo tempore debetur ibidem, quod etiam procedit si dos remissa fuerit arbitrio tertij num. 55.*
*Promittens aliquid soluere non expresso eo tempore intelligitur de præsenti num. 56.*
*Augumentum dotis, & similia doti æquiparantur num 57. quamuis circa illius interesse varient scribentes, 58. 59. & 60.*
*Vir secundus consequitur etiam vsuras ab hæredibus primi viri ratione dotis non solutæ num. 61.*
*Interesse, quæ de iure præstari debent mulieri, Taxari ea possunt à testatore num. 62.*
*Dotem intra biennium soluere debet extraneus qui eam promisit non expresso tempore num. 63.*
*Mora in dote non comittitur nisi quando fuit promissa marito num. 64.*
*Cessionarius dotis non gaudet eius priuilegio circa interesse num. 66. licet contrar. num. 65.*
*Interesse dotis regulatur iuxtà regionis stilum nu. 67.*
*Vbi deficit præcisa lex siuè statutum taxans interesse num. 68.*

## Interesse dotis an licite percipi possint per maritum mortua vxore, etiā extantibus liberis. Cap. CLXVI.

1 Diximus supra in cap. 109. num. 17. mortua vxore, & extantibus liberis fauore dotis durare priuilegia, quæ militabant viuente vxore, Cum eius respectu omnis nouatio excludatur, ex latè probatis per *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 509. n. 13. & Martium Medicem decis. 66. n. 60 cum seq.*

2 Quemadmodum igitur durantibus dictis priuilegijs, dotis excluditur donatio omnis circa dotem existentibus filijs ob fauorē dotis Ita affirmandum videtur mortua vxore, & existentibus filijs communibus licitè posse maritum percipere interesse dotis; Cum oneribus præteriti matrimonij deseruire dicatur, inter

3 quos liberorum educatio continetur *Socin. sen. cons. 9. num. 13. lib. pr. & Socin. iun. cons. 35. nu. 6. lib. pr. vt diximus supra in citato cap. 109. num. 23. cum sequenti.*

Namq;

Namq; dotis datio ex sui natura inducit quandã
4 tacitam promissionem dandi alimenta vxori,
& filijs *l. dotis fructus ff. de iure dotium*, ergò ex i-
stentibus filijs licite poterit maritus consequi
interesse ratione dotis, sibi debitæ, vt alimen-
5 ta illis parare valeat, quia filij sunt etiam causa
priuilegij dotis, cum, & ipsi sint de oneribus
matrimonij *Bal. in l. pr. num. 3. ff. solut. matrim.*
6 suntq; reliquiæ onerum matrimonij, vt decisũ
fuit per *Rotam decis. 10. vers. ibi vero potest, de
qua apud Galesium tr. de obligat. Cam. Petrum Gre-
gor. Tholosan. tr. de vsuris cap. 12. n. 10. cum sequenti
Caualc. decis. 21. num. 14. & 15. parte 4. per tex.
in l. si cum dotem §. si autem in leuissimo vers. si vero
dotem, & ibi glos. in verbo fa*[illegible]*ilia ff. de iur. dotium*
Et hanc sententiam sequitur *Cumia super Ritibus
Magnæ Cur. cap. 94. nu. 22. ac amplectitur Card.
Tuschus tom. 3. eius concl. in verbo dotis fructibus
conclus. 742. num. 111. cum sequenti, & num. 118.
cuius sententiæ fuit idem Caualc. decis. 26. sub num.
25. vers. hac per mortem, par. 3.*
Contrarium tamen de AEQVITATE verius
est, videlicet post obitum vxoris, non deberi
7 marito aliquod interesse ratione dotis non
solutæ, Cum illud de AEQVITATE cor-
respectiuum ad onera matrimonij tantum sit
permissum *l. dotis fructus ff. de iure dotium, & l.
pro oneribus C. eodem tit.* Quæ onera consideran-
tur tantum respectu vxoris, cui viuenti sub-
ministrantur alimenta per virum; eâ verò
mortua cessat huiusmodi AEQVITAS,
8 onerum matrimonij, obquę interusurium con-
ceditur *Bart. in l. atqui natura §. non tantum ff. de
negotijs gestis, & in l. Insulam §. vsuras ff. solut.
matrim. per tex. in cap. salubriter de vsuris Alex.
cons. 74. num. pr. & secundo lib. 5. Bald. in Rubr.
C. de vsuris vers. 4. Quæro, & in l. fin. §. propterea
& in l. pro oneribus C. de iure dotium Sesse decis.
68. num. 22. & 25. Gabriel. cons. 20. num. 88. lib.
secundo, & copiosissimè Gratian. lib. 3. discept. forens.
cap. 427. num. pr. cum sequenti, & cap. 524. num.
51.* Id quod etiam *antea probauerat in cap. 240.
num. 19. cum sequenti lib. secundo.*
Et si enim fauore dotis debeatur interusurium
ex rationibus supra deductis, Id tamen, vel
per expressam conuentionẽ à principio factã
9 Vel ob moram debitoris tantũ debetur, itaut
sublata præcisa pactione, ab initio facta de sol-
uendis interusurijs pro sustinendis oneribus
matrimonialibus donec dos solueretur, Vel
non constituto in mora debitore illicitum
omnino dicatur huiusmodi interesse, quod
10 solutum extingueret sortem, vt probat *Nauar.
de vsuris in 15. notab. sub num 42. ver. tertio inter
omnes Couaru. lib. 3. var. resol. cap. 4. sub num. 5.
vers. quid si verò constet Honded. cons. 50. num. 41.
lib. pr. & post eos amplè scribit Gratian. cit. cap.
240. num. pr. & 2. cum sequenti Additionator ad
decis. Farin. 85. Rebell. de oblig. iust. par. 2. quæst.
11. num. 12. lib. 6.*
Soluto namq; matrimonio non debentur vsuræ
11 dotis vxori, & quidquid dicto nomine dare-
12 tur vsura esset, quam quis recipere nequit
*cap. super eo de vsuris, & l. 2. §. nauis ff. ad l. Rhod.
de iactu Afflict. decis. 93. & decis. 284. vbi Vrsill.
num. 6. Couaru. lib. 3. var. resol. cap. 1. numer. 3.
vers. hinc etiam*, vbi ex quadam AEQVITATE
permittitur vxori, viduę conueniens interesse,
quando hæredes viri in mora sunt constituti,
*Negusant. de pignor. par. 5. princip. membro quinto
sub num. 1. Lupus de vsuris comment. p. § 4. numer.
84., & abundè scripsimus in superiori libro cap.
64. num. 89. & 93.* Vbi probatur remota mora
hanc conclusionem procedere, etiam si aliun-
dè mulier non haberet alimenta, ita eadem,
quippe fortiori ratione, vsuras non deberi viro
patet mortua vxore, nec constituto debitore
in mora, vel non extante speciali pacto à prin-
13 cipio *Surdus de aliment. tit. p. qu. 42. sub nu. 138.
Giurba ad Stat. Messan. cap. 15. glos. 5. num. 46.
in fine Sesse decis. 68. numer. 26.* correlatiuè,
14 quippè socij dicantur vxor, & maritus *Tira-
quel. in l. si vnquam in præfation. numer. 121. C. de
reuoc. donat. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos.
7. par. pr. num. 60. lib. pr.* Quamuis hanc æqui-
parationem inter maritum, & vxorem respec-
15 tu interesse dotalium reprobat *Vinius decis.
424. num. 2. vers. vxori autem, & Carpan. ad Stat.
43. num. 71. lib. pr. per Galiam ad statut. Alexan-
driæ verbo vxori qu. 4. num. 69.*
Et profecto non modicam pati difficultatem
hanc æquiparationem habetur etiam ex tra-
ditis per *Alex. Trentacinq. lib. 3. var. resol. tit. de
iure dotium resol. 6. sub num. 2. in fin. vers. secundo
est opinio*, Prout aliam addit rationem, *Azor.
lib. 7. instit. moral. cap. 9. litt. F. par. 3. fol. mihi*
557. Videlicet quod maritus onera matrimo-
16 nij sustinere cogitur, & dotem integram si-
mul conseruare, quam etiam approbat *Salon.
de iust. & iure qu. 78. art. 2. controuers. 14. sub nu.
3. vers. primo ex natura contractus in fine*; Vxor
vero id onus non sustinet, sed ad libitum de
17 dote disponere potest, Ideò fructus pignoris
in sortem computare debet; Cum præsertim
vir aliunde consequatur alimenta propria,
conferunt tradita per eundem *Surdum de ali-
mentis tit. pr. qu. 44. num. 43. & per Mariscottum
lib. 2. var. resol. cap. 83. num. 20. cum plur. seq.*
dum inquiunt maritum, qui accipit in dotem
nomen debitoris non posse alimenta, siuè in-
terusuria consequi, dum agit ad dotem, qui
18 sibi imputare debet, si nomen debitoris ac-
cepit.
Requiri interpellationem creditoris dotis, ad
19 hoc vt debitor in mora constituatur, & ad in-
teresse teneatur probat *Cagnol. in l. durabit num.
53. C. de empt. Franch. decis. 489. Surd. de alim.
tit. p. quæst. 218. num. 8. & Gratian. cit. cap. 240.
num. 6. quos sequitur Giurba ad Stat. Mess. cap. 15.
glos. 15. sub num. 39. circa medium.*
Diuersum enim valdè est interesse dotis decursũ
20 constante matrimonio, ab eo quod prætendi-
tur soluto matrimonio, & quod minimè debe-
ri probat *Negusant. de pignor. par. 5. membr. 5.
num.*

num. 16. Vrsil. ad Affl. decis. 284. nu. 5. Roder. de
annuis redd. lib. 3. qu. 8. numer. 19. cum sequenti,
& Sesse decis. 68. num. 25.
Ex qua conclusione potest elici, intererersse, quod
exigebat vir à debitore dotis viuente vxore,
non deberi post eius obitum, Nisi constitutus
esset in mora debitor, aut conuentum ab ini-
21 rio fuerit ratione motæ ad interesse teneretur
etiam pro quocunq; debito, nedum pro dote,
Alex. Trentacinq; lib. 3. var. resol. dicto tit. de iure
dot. resol. 6. in fine quem sequitur Giurba cit. glos. 15.
numer. 40. Sesse decis. 68. numer. 17. & 18. Vbi
22 concludenter probat, posse licite conueniri de
moderato interesse ratione damni emergentis
ob retardatam solutionem debiti ab initio
contractus.
Et si cum filij sint reliquię onerum præteriti ma-
trimonij vt supra fuit probatum ex decis. Rotæ
Rom. 10. de qua apud Gales. de oblig. cameralibus,
Adhuc ipsis viuentibus interesse deberi, &
23 licitum esse videretur, cum magnum sit dis-
crimen quando post mortem vxoris supersunt
communes liberi, vel ij deficereur, Quia ijs
24 deficientibus cessat etiam dotis priuilegium,
& dictum fuit supra, præsertim ex Gratia. discep.
509. num. 13. & Martio Mediceo decis. 66. nu. 62.
Hinc proptera dicitur, quòd licet vsuras, siuè
interusuria dotalia remisisse præsumitur vir,
25 si diù tacuit neq; à debitore ea exegit Osas. plena
decis. 132. Rol. cons. 65. num. 6. lib. 4. & Menoch.
lib. 3. præsumpt. 25. maximè vero quando dotẽ
consequutus est, nulla facta mentione interu-
26 suriorum, Quæ non promissa vlterius peti ne-
queunt in separato iuditio, ex quo debentur
27 accessoriè ad dotem Iudicis offitio, vt probat
Gabriel. cons. 145. lib. 2. post Bal. & Alex. in l. si
marito §. vltimo ff. solut. matrim.; Quamuis pro-
28 missa debeantur iure actionis Surd. de alimentis
tit. p. quæst. 42. numer. 111. Carpan. ad Stat. 43.
numer. 70. lib. pr. Qui Surdus tit. 3. quæst. pr.
per totum scribit alimenta omnia deberi offi-
29 tio Iudicis, exceptis his, quæ debentur ex te-
stamento, vel ex stippulatione, id quod etiam
probat Mariscot. lib. 2. var. resol. cap. 83 & Frauch.
decis. 605. num. 8. quos sequitur Fontanell. de pact.
nuptialibus claus. 6. glo. 2. part. 3. num. 56. lib. 2.
Tamen vbi supersint filij, remissa non censentur,
quia dispositio l. vir. vsuras ff. de donationibus
inter virum, & vxorem, fundata in præsumpta
30 voluntate donandi, Cessat ad filiorum præiu-
ditium l. si vnquam C. de rescind. donat. & ample
probat Lupus in dicta l. curabit sine tr. de vsuris co-
ment. pr. §. 4. sub num. 83. vers. item non censentur
C. de actionibus empti, qui testatur ita iudicatũ
fuisse per Rotam Florentinam, & indistincte
non censeri remissa scribit Facbinens lib. 3. con-
trouers. iur. cap. 103.
Ad huius tamen conclusionis clariorem intelli-
gentiam duos arbitror distinguendos esse ca-
sus; Vel enim vir expræsse ab initio conue-
31 nit, vt donec dos sibi soluatur, certum mo-
deratum interusurium præbeat debitor; Aut
vero nulla facta mentione interusurij; Con-
uentum fuit, vt intra determinatum tempus
promissa dos tradatur viro, vel sub refectio-
ne omnium damnorum, & expensarum, Vt
huiusmodi clausulæ formula inscribere con-
sueuerunt Tabelliones, Vel etiam non expræs-
sa huiusmodi clausula.
Et primo casu interesse deberi, etiam post mortẽ
32 vxoris, ac nullis existentibus etiam filijs di-
cendum est, quemadmodum deberentur cui-
libet alio creditori, ex alio contractu ratione
damni emergentis, vel lucri cessantis satisuo-
torij ob facilitatem emendi redditus siuè cen-
33 sus in regione prout in Hispania attestatur
Conaru. lib. 3. var. resol. cap. p. sub num. 3. & in
34 Italia scribit Vinius all. decis. 424. sub. 19. vers.
sed sic, & Facbin. cap. 7. lib. 11. controuers. iur.
vers. sexto quia, & hanc conclusionem probant Bald.
Nouell. de dote piuil. 3. numer. 3. & 4. Castrens.
cons. 429. num. 4. lib. 2. Affl. dicta decis. 284. num.
4. Ioseph Ludouic. decis. lucens. 21. nu. 37. & 42.
Conaru. cit. cap. pr. sub num. 3. vers. contrarium
tamen verius est Roder. de annuis redd. lib. 3. qu. 8.
num. 19. cum seq; Alex. Trentacinq; lib. 3. variar.
resolut. cit. de iure dot. resolut. 6. num. 2. vers. hæc
quæstio; Sublata distinctione an vir solitus esset
negotiari, & num. 4. & 5. Roder. dicto cap. 8. n.
17. de qua materia, & Ioseph Ludouic. allegat.
decis. 21. num. 40. Lupus de vsuris coment. p. §. 4.
sub num. 90. vers. 4. & in §. 6. per totum Faber. in
eius Codice lib. 4. tit. 24. de vsuris diffin. 4. latissimè
Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 920. num. 20.
cum sequenti, & Vinius decis. 424. sub num. 4. & 6.
35 Quam conclusionem omnino sequuturus erat
Senatus Excellentiss. Mediolani in causa
Comitis Maini, contra Marchionem Pallaui-
cinum anno 1624. Quam prius anno 1619. auo-
cauerat, attenta egregia summa interusurio-
rum deductorum ex capitali tantum aureorũ
sex mille, de qua auocatione actum fuit supra
in cap. 148. n. 35. Nisi ad amicabilem composi-
tionem deueniissent partes, & ratione sortis,
ac interusuriorum decursorum per annos ferè
quinquaginta, & ( sic etiam decursorum post
obitum vxoris, & viri) egregiam summam
soluisset reus conuentus opera, & dexteritate
tunc Præstantissimi Aduocati postea Occula-
rissimi Regij Fisci patroni, deinde Aplissimi
36 Senatotis, & nouissimè Illustriss. Regentis
D. Francisci Puteobonelli, & ita obtinuisse in
propria causa testatur. Caualc. dicta decisione 26.
par. 3. sub num. 25. vers. nec per mortem verbo, &
habui in facto circa interesse conuentum, prout ibi-
dem ita fuisse iudicatum testatur pro Comite
Aurelio Beccaria, à Gratiano acurissimo le-
gũ interpræte, & pro Bellisomijs in alia causa.
Secundo autem casu cum re ipsa commissa dica-
37 tur mora per lapsum diei promissionis l. ma-
38 gnam C. de contrah. & comitt. Stipul. Plottus de in
litem iurando num. 404. post Gratum cons. 56. nu. 3.
& consequenter interesse etiam non conuen-
39 tum debeatur Viro, ob onera matrimonij,
quæ

quæ sustinet Aucbaran. cons. 150. numer. 4. latè
Conaru. dicto cap. pr. sub num. 3. vers. quamobrem
verius censeo, & vers. secundo constat Alex. cons.
221. in fine vers. potest responderi lib. 2. & cons.
141. num. 4. lib. 6, Socin. sen. cons. 176. & 179.,
lib. consil. 88. cons. 103. & cons. 130. lib. 4. Dec.
cons. 119. Castrens. cons. 11. lib. pr. Crau. cons. 189.
sub num. 7. vers. qui nam casu Ioseph Ludouic. cit.
decis. 21. num. 43. Plottus de in litem iurando num.
455. Rimin. iun. 24. num. 21. Viuius decis. 424. n.
p. & num. 6. ac num. 10. Surd. cons. 269. num. 3.,
& 11. Osasc. decis. 152. num. pr. & Menoch. de
arbitr. casu 194. num. 56. Canalc. d. decis. 26. nu.
25. par. 3. Defuncta vxore, & sic matrimonio
40 soluto huiusmodi iterusuria vlterius minimè
deberi opinor; etiamsi filij supersint, cum
onera matrimonij cessent, quæ consistant in
41 alimentatione vxoris, vt post Fortunium, &
Nauarr. tradit Salon. de iustit. & iure quæst. 78.
art. 2. controuers. 13. sub nu. 3. vers. Fortunius loco
cit. par. 2.

Tùm quia cessante causa onerum matrimonialiũ
42 cessat effectus eorum restaurationis, siuè re-
compensationis vul. l. cum cessante de reg. iuris
& in his terminis probat D. Merenda lib. 2. contron.
iur. cap. 38. num. 3. post Salon. de iustitia, & iure
qu. 78. art. 2. controuers. 14. sub num. 2. vers. se-
queretur Fontanell. de pactis nuptial. claus. 5. glos.
8. par. 15. num. 11. & 12. lib. 2.

Tum quia licet filij sint reliquiæ onerum matri-
monij ex supra deductis, non idcirco sequitur
quod ali debeant ex dote materna, Cum ali-
43 menta eis debeantur tantum à patre l. p. §. p.
ff. de iust., & iure, & l. cum non solum §. hoc priui-
leg. C. de eo qui liber Bimius cons. 147. num. 2. &
diximus nos in superiori libro cap. 74. num. 7., ac
in nostris terminis probat Gratian. dicto cap. 427
cum sequenti, & in subsidium tantum teneatur
mater, vt probat Canal. decis. 21. nu. p. cum seq.
& numer. 44. ac 49. qui testatur ita iudicatum
fuisse per Rotam Costa remed. subsid. 65. num. p.
cum seq. plur.

Interusuria vero non conuenta debentur tantũ
44 eo casu, quo alimenta præstanda sunt, vt post
Doct. in dicto cap. salubriter scribit Surd. cit. cons.
269. sub num. 13. & in tr. de alim. tit. pr. qu. 42. à
n. 30. vsq. ad n 40. dum ait quòd tria copulati-
45 uè requiruntur adhoc, vt licita sit hæc exactio
vsurararum dotis promissæ, non conuentis in-
terusurijs, nempè dotis promissio, nuptiæ, &
quòd maritus sustineat onera matrimonij,
Fontanell. vbi supra nu. 12.

Et ita probasse patet Ananiam in d. cap. salubriter
col. 7. vers. quero etiam iuxtà prædicta de vsuris,
dum monet filios, & hæredes viri, vt caute
agant circa fructus perceptos ac traditos viro,
proprietate sibi in vim pignoris, assignata ra-
tione dotis, quos percipere poterat vir donec
dos sibi solueretur, Quia mortuo viro instare
46 debent, quòd pignus vel liberetur, vel adiu-
dicetur insolutum, ad euitandam fructuum
imputationem, & sequitur Surd. cons. 269. sub
num. 27. cuius dictum recenset Gratian. cit. cap.
427. num. 4.; Ecce enim quod nulla considera-
47 tur filiorum ratio respectu interesse dotis
mortua matre, vbi de interesse soluendo ab
initio non fuit conuentum.

Hoc idem probare videtur Ioseph Angles in tr.
super 4. sentent. in qu. de contr. mutui art. 2. difficult.
6. conlus. 2. quem sequitur Vilagut. de vsuris qu.
22. concl. 10. circa medium, qui apertè tradunt,
quod filij, qui dicuntur quid Patris, & succe-
dunt in iuribus omnibus, & sic in iure dotis, si
perseuerent in eodem onere alimentandi ma-
trem, possunt gaudere fructibus pignoris loco
dotis maternæ assignatis Patri; Ipsa vero
matre mortua, nequaquam, sed in sortem eas
48 imputabunt; Cum tunc cesset ratio dicti cap.
Salubriter, quæ consideratur circa onera ma-
trimonialia, quæ vigere dicuntur tantum vi-
49 uente vxore, non ea præmortua, & ad litte-
ram habetur in dicto cap. salubriter de vsuris, &
probat Conaru. d. cap. p. sub n. 3. vers. ex his vero
quidam, Salon. de Iustitia, & iure lib. 6. num. pr.
art. 2. vers. igitur, Trentacinq; lib. 3. var. resolut.
tit. de pignor. §. resol. 2. numer. 13. vers. hæc sexta
Barbosa in l. 5. num. pr. in fin. et nu 2. ff. sol. matr.
Vilagut. de vsuris d. qu. 22. conclus. 10. circa me-
dium cap. et idem Salon. de iust. et iure qu. 78. art
2. controu. 14. sub nu. 3. vers. hanc esse cum vers
seq. Fontanell. de pactis nupt. claus. 5. glos. 8. par
15. num. 38.

Et hanc conclusionem expræssè comprobat eru-
ditissimus D. Merenda, in quem post hæc
scripta incidi lib. 2. contr. iur. cap. 37. num. 26.
50 vbi latè probat interusuria huiusmodi non
deberi viro post mortem vxoris, etiam si su-
persint communes liberi per Tex. in l. vnica §.
tenean C. de rei vxor act. post Ruin. cons. 162. num.
3. lib. 5. & Palat. in cap. per vestras not. 6. §. nu.
4. Qui Merenda contrarium tenentes damnat
præsertim Card Tuscum, & Cumanum supra cita-
tos, Prout ante eum eosdem reprobauit Gratian
cit. cap. 427. n. 27. cum seq.

Cum enim dos detur pro oneribus matrimonia-
51 libus suportandis l. pro oneribus C. de iure dotium
glos. in l. si is qui stich. 57. §. & ibi dos, de iure do-
52 tium Salon. de Iustitia, et iure dicta qu. 78. art. 2.
controuers. 14. sub num. 3. vers. pr. ex natura con-
tractus; Quidquid dicat Roma cons. 517. sub
nu 3. Et pro alimentis liberorum constitutam
dotem l. si is qui §. ibidem ff. de iure dotium quem
reprobat Gratian. cit. cap. 427. nu. 4. & 18. cum
sequenti, & Gabriel. in cons. 20. num. 88. lib. 2.
mortua vxore, nec stante conuentione soluen-
53 di interusurium, cessare dicuntur onera ma-
trimonij, & consequenter etiam omne inte-
resse,

Et prædicta procederent etiam si non fuisset ex-
54 præssum tempus, quando dos solui deberet;
Quia consumato matrimonio, & sic eo ipso
quod vir sustinet onera matrimonij mora cõ-
tracta diceretur, & interesse deberetur, vt post
Abb. in d. cap. salubriter probat Ioseph Ludouic. cit.

*decis. 21. nu. 27. & 48. cum sequenti*, Quod procedere etiam affirmat, hi dos remissa fuisset
55 arbitrio tertij *Canale. decis. 26. sub nu. 25. vers. quia statim quòd maritus par. 3.*

Quando enim quis promittit soluere aliquid,
56 nec exprimitur tempus, intelligitur de præsenti *l. eum qui calendis §. quoties ff. de verb. oblig. Petr. Gregorius de concessione feudi qu. 16. num. 27. par. 8.*

Idem dicendum esset de augumento dotis, &
57 aliorum iurium dotalium, quæ doti parificantur *l. eam C. iure dotium Socin. sen. cons. 23. num. 6. & 7. lib. 3. Carp. ad dict. Stat. 43. numer. 78.*

Quamuis respectu interusuriorum ex augu-
58 mento dotis varient scribentes, Affirmatiuam enim sequitur *Surd. de alimentis tit. p. quæst. 42. num. 75. cum sequenti, quem sequitur Gratian. in addit. ad decis. Marchiæ 213. nu. 3. & 4.* Negatiuã vero probat *Corneus cons. 240. lib. 3. cuius senten-*
59 *tiam amplectitur D. Merenda cit. lib. 2. cap. 39. nu. 12.* Vbi rationes eius opinionis satis vrgentes recenser, quæ mihi arrident.

Et hoc, tàm respectu viri, quàm vxoris in donatione propter nuptias procedere copiose scri-
60 bit idem *D. Merenda pleno cap. 41.* ad quem remittitur lector, ne aliena scripta hic transcribantur.

Quemadmodum conclusio supra firmata fauore viri, cui debentur interusuria dotis, etiamsi non sint promissa data mora debitoris, procedit etiam fauore secundi viri qui ab hæredibus
61 primi viri mortui huiusmodi interesse consequi potest *Bartol. in cons. 128. Gratus in responso. 56. num. 3. Plottus in l. si quando num. 464. quos sequitur Alex. Trentacinq. dicto lib. 3. var. resolut. tit. de iure dotium, resol. 6. n. 6. Lupus cit. coment. p. §. 4. num. 90. de vsuris Surd. de alimentis tit. pr. qu. 45. num. 49.*

Qui auctor eodem numer. 6. vers. resolutio est, tollit eam difficultatem, circa quam Insudarunt scribentes; An scilicet valeat legatum à testatore factum vxori, vt ei soluatur quot annis certa summa, donec eidem restituatur dos; Quia ibidē concludit, quòd in omnibus casibus, in quibus mulieri vsuræ, siuè interesse præstari de iure debent, in his quoq; à Testa-
62 tore taxari possunt *D. Mereada lib. 2. contr. cit. cap. 41. num. 11. & ante eum Menoch. cons. 440. & cons. 441. quos sequitur Lupus de vsuris all. coment. p. §. 4. sub num. 90. in fine.*

Si autem promissor dotis esset extraneus, nec idcirco obligatus de iure dotare, tunc nulla di latione conuenta biennij tempus ad soluendū
63 huiusmodi dotē illū habere, nec interim teneri ad aliquod interesse decidit *Tex. in l. fin. §. præterea C. de iure dotium Cassan. in consuetud. Burg. Rubr. 4. §. 23. vers. sor. i sufficiantem interpell. Ias. in §. fuerat num. 20. instit. de actionibus Bello cons. 23. num. 2. Ruin. cons. 221. num. 3. lib. 5. Rol. cons. 65. num. p. lib. 4. quos sequitur Canale d. decis. 26. sub num. 25. vers. licet videatur vsti exetut. par. 4.* Vbi etiam distinguit hoc procedere, quando dos promissa fuit marito, Quia si vxori tan-
64 tum promissa fuisset, Tunc non committeretur aliqua mora à promittente, etiam fauore mariti, nisi sequuta interpellatione ex *Ruin. cit. cons. 221. lib. pr. Phanuc. de lucro dotis in rub. 37. in fine Cephal. cons. 56. nu. 46. cum seq. Plottus in dicta l. si quando num. 464.* Quod etiam procedere scribit *Surd. cons. 269. num. 9. cum sequenti per totum*, quando istud ius alteri esset
65 cessum, & si eius traditio impugnatur per *Ludouicum all. decis. lucens 21. sub n. 37. & Viuium*
66 *decis. 424. n. 5.* Quorum opinio tutior videtur, & ab alijs passim approbata, præsertim per *Lupum de vsuris, siuè in l. curabit coment. primo §. 4. n. 82. post Nauarr. in confess. manual. sub sept. præcepto cap. 17. numer. 284. quam conclusionem comprobat etiam Rodr. de annuis redd. lib. 3. quæst. 8. num. 19.*

Quod interesse proportionabile regulari debet
67 iuxta morem regionis, cum in aliquibus locis in rationem decem, in aliquibus in rationem octo, aut septem, in alijs in ratione quinque pro centenario, vel ex municipali lege, vel
68 ex consuetudine taxetur, *Ioseph Ludouic. cit. decis. 21. num 34. Viuius all. decis. 424. num. 13. & 14. Canale decis. 35. nu. 23. par. p. & decis. 21. num. 3. par. 4. Sesse decis. 68. numer. 17. Surd. de alimentis tit. pr. cap. 44. num. 34. & Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glo. 8. par. 15. num. 21. & 26. lib. 2.*

## SVMMARIA.

*Maritus tenetur alimentare vxorem etiam si dotem non habuit num. 1.*

*Distinguitur inter indotatã, & eã quæ licet dotata tamen dotem exigere non potest vir ibidem, & nu. 47.*

*Matrimonia contrahuntur affectu non dotibus num. 2.*

*Vxor vidua effecta ali debet etiam ex bonis viri num. 3.*

*Maritus tenetur ad sumptus funeris vxoris nu. 4.*

*Ad viri infamiã redundat si vxor insepulta remaneret num. 5.*

*Vxori indotatæ debetur quarta pars hæreditatis viri, vt ex ea dotetur num. 6.*

*Maritus si dotem exigere non potuit vxorem alimentare non tenetur num. 7. et eam expellere potest num. 8. etiamsi partem dotis exegisset num. 15. contrar. num. 21. cum sequenti declar. num. 31.*

*Vir non cogitur habere vxorem indotatam num. 9.*

*Dos datur, vt inseruiat oneribus matrimonij nu. 10.*

*Matrimonij contractus à traditione perficitur num. 11.*

*Dos non soluta, dos appellari non potest num. 12.*

*Maritus alimentare non tenetur vxorem de suo num. 13. decisio Sac. Concil. Sicil. num. 15.*

*Maritus sine dote vxorem non duxisset num. 14.*

*Vxor in seruitio mariti esse debet ei cooperando nu. 16*

*Alimenta impendere debemus eis, qui nobis inseruiant num. 17. contrar. voluit Vbertus de Bobio, qui reprobatur num. 18.*

*Vxor dimitti tantum potest ex causa fornicationis n. 19.*

*Diuortij inter causas non enumeratur dos non soluta num. 20.*

*Vxoris*

*Vxores amare debent viros suos, & filios prudentes, casta sobria Domus curas habere debent num.* 91.

*Frustra sibi debitum fieri petis, quod alteri debet minimè impendit nu.* 92. *&* 93.

*Vxor non habitans cum marito citra neutrius culpam, alimentanda tantum est à Viro secundum dotis redditus num.* 94. *declaratur num.* 97.

*Matrimonij onera præcipuè consistunt circa vxoris alimentationem num.* 95.

*Dotis fructus, vt plurimum sufficientes non sunt pro alimentis vxoris num.* 96.

*Maritus non potest repetere alimenta præstita vxori, etiamsi dos promissa ei non fuit soluta num.* 98. *maximè vxor erat infirma num.* 100. *contrar. qui viro protestatus est num.* 102.

*Protestatio declarat mentem protestantis n.* 99. *&* 101.

*In claris locus non est coniecturis num.* 102.

*Interpratatio fit in dubijs, non in claris num.* 103.

*Determinata non egent determinatione num.* 104.

*Maritus tenetur ad solutionem æris alieni contracti per vxorem pro eius alimentis num.* 105. *limitatur num.* 114.

*Separatione thori secuta compellitur vir ad restitutionem dotis vxori vna cum eius augumento num.* 106.

*Vxor in quibus casibus possit recuperare dotem viuente viro remissiuè num.* 107. *cum seq. plur.*

*Alimenta vxoris comprahendunt non modo victum, sed etiam vestitum, salaria, & victum Ancillarum, & alia huiusmodi num.* 115.

*Lite pendente super validitate matrimonij interim ali debet vxor num.* 116. *& vbi succumbat vxor non tenetur ad eorum restitutionem num.* 117.

*Alimentorum causa non dicitur dependere in causa matrimonij num.* 118.

*Alimentorum prouisio retrotrahitur ad diem petitionis & dicuntur alimenta præsentis temporis num.* 119.

*Iudicis officio petuntur pendente lite num.* 120.

*Dolus, & diffugia rei eidem patrocinari non debent num.* 121.

*Appellatio nõ datur saltem quo ad effectum deuolutiuũ ab alimentis declaratis num.* 122. 123.

*Quamuis contrar. ei perperã iudicatam fuerit per Senatum Cataloniæ num.* 124. *cum seq. plur.*

*Alimenta præstanda sunt anticipatè num.* 127.

*Alimentorum causa pendente suspenditur causa principalis n.* 127. *contrar. obseruatur n.* 128. *cũ plur. seq.*

## Maritus an teneatur alimentare vxorem si dotem non recepit. Cap. CLXVII.



SEQVENDO præcedentem materiam dotem concernentem 1 Quæritur an vir teneatur alere vxorem, si dotem non recepit de quare copiosissime scribit Romanus pleno cons. 517. Vbi distinguit, quod aut maritus vxorem indotatam duxit, aut dotatam certè, sed illam nunquam potuit exigere.

Et primo casu sibi imputandum est, si indotatam
1 duxit vxorem maritus, qui idcirco eam alimentare tenetur ac maritali affectione tractare §. *quoniam in auth. de nupt. Guido Papa decis.* 439. *num. pr. Andreas Gail. obser.* 87. *num.* 1. *lib.* 2. *Sanchez de matrim. lib.* 9. *de debito coniugal. inspectione* 5. *num.* 8. *Surd. tr. de alimentis tit.* 7. *quæst.* 19 *num. pr. Gratian. decis.* 163. *num.* 27. *quem sequitur Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *par.* 3. *sub num.* 13. *lib.* 2. Non enim dotibus,
2 sed affectu matrimonia contrahuntur *l. fin. C. de repud. tex. in l. pen. ff. vt in possess. legat.* Vbi habetur post mortem etiam viri hanc vxorem
3 viduã ali debere ex bonis viri ad instar filij, & alius *Tex. in l. quòd si nulla ff. de relig. & sumpt. fun.* Vbi habetur, quòd si nulla dos sit, maritus
4 tamen tenetur ad sumptus funeris vxori contribuere, Cum ad infamiam viri redundaret,
5 si vxor insepulta remaneret ita probat *Roman. cit. loco num.* 9. *quem sequuntur Iason. in l. si donaturus §. si quis in ingenuam num.* 4. *ff. condit. ob causam Ferret. cons.* 34. *num.* 7. *&* 17. *Guido Papa decis.* 459.

Hinc prouident Imperatores Theodosius, & Valentinianus *in Auth. præterea C. vnde vir, & vxor,* vt mulier indotata consequi possit quar-
6 tam partem hæreditatis viri ad hoc, vt dotetur ex bonis viri prædefuncti, de qua passim scribentes præsertim *Franch. decis.* 318. *& decis.* 410. *Thoming. decis.* 40. *Barzius decis.* 130. *& decis. seq. & Amatus decis.* 72. *Surd. decis.* 61. *Viuius decis.* 259.

Si vero dotata fuit vxor, sed eam consequi non
7 potuit maritus tunc potest vxori alimenta de-
8 negare, quippè illam etiam repellere posse maritum habetur *in l. fin. C. ad Senatus Consultum Veleian.* Non enim vxorem indotatam habe-
9 re cogitur vir, vt dicit *Tex. in d. l. si donaturus ff. de conditione ob causam Rom. loco cit. vers. & tunc Bald. in l. quod in vxorem circa medium C. negot. gest. Alex. cons.* 56. *num.* 10. *lib.* 4. *Nenizan. in eius Silua nupt. lib. pr. num.* 45. *& per l. vltimam C. ad Veleian probat Fontanell. de pact. nuptialibus claus.* 6. *glos.* 2. *art.* 3. *num.* 16. *&* 19. *lib.* 2. *Surd. de alimentis tit.* 7. *qu.* 17. *num.* 3. *& Sanchez de matrim. lib.* 9. *de debito coniugali disput.* 5. *num.* 2. *&* 4. *Cresent. decis.* 8. *de iudicijs, & ibi additur,*

Cum enim dos detur, vt sustineantur oneribus
10 matrimonij, *pro oneribus &c.* [illegible] *lib.* 10. *controuers.* [illegible] *vers.* [illegible] *quia,* Et non soluta [illegible] oneribus matrimonij cuius contractus [illegible]
11 perficitur *Bal. in l. iurisgen. ff. de pact.* [illegible] dicitur dos [illegible]
12 *Fachin. lib.* 10. *cap.* 24. [illegible] *& cap.* 25. *verb. fundamentum* [illegible] consequenter eam dimittere posse maritus videtur *Sanchez. cit. lib.* 9. *disputat.* 5. [illegible] *Fontanell. alleg. claus.* 6. *glos.* 2. *par.* 3. *num.* 2.

Dos enim marito hoc pacto retinetur contra omnem AEQVITATEM, qui idcirco de
13 suo vxorem alimentare non cogitur vt subijcit *Addit. d. Roman. loco relato* [illegible] *post medium*
14 *vers. non ob ius Diuinum,* & sine dote vxorem nõ duxisset

duxisset vt per *l. ex promissione ff. de act. & obligat. probat D. Merenda lib. 2. controuers. iuris cap. 37. num.* 10.
Idemq; procederet si pars dotis fuisset soluta
quia adhuc denegare posset vir alimenta vxo-
15 ri saltem ad ratam restantis dotis, vt tradit
*Bal. in l. insulam §. vsur. ff. sol. matrim.* vbi dicit
alimenta negari, quando vxor non soluit in-
tegraliter dotem, & ibi *Castrens. num. 2. Surd.*
*de alimentis tit. 7. qu. 17. num. 3. & 4. et 5. cum*
*seq. ac num. 22. Natta cons. 258. in principio.*
Si autem vir non repellit vxorem, sed in eius ser-
16 uitio illa manet ei, cooperãdo, vt debet iuxtà
*l. sicut ff. de oper. libert.* Tunc alimenta eidem
præstare tenetur maritus, ex quo enim perci-
pit commodum seruitij alere eam de AEQVI-
TATE debet, hoc enim AEQVITATE sua-
17 detur, vt nobis seruientibus alimenta impen-
damus *l. in rebus §. possunt ff. commodati, et l. ser-*
*ui §. quasi impensas ff. de aedilitio edicto, et l. sed, et*
*si quid §. sufficienter ff. de vsufruct. Romanus loco cit.*
*et cons. 440. Surd. de alimentis tit. 7. qu. 17. num.*
*37. et tit. 9. qu. 27. nu. 15. Gratian. discept. forens.*
*374. numer. 21. lib. 2. et Fontanell. de pact. nupt.*
*claus. 6. glos. 2. part. 3. num. 11. et sub numer. 27.*
*vers in summa lib. 2.*, quidquid in contrarium
18 voluerit Vbertus de Bobio *in l. in vxorem C. de*
*negot. gestis*, quem reprobat *Surd. num. 39. et 40.*
*cum sequenti.*
Non tamen sic de plano, & sicco pede procedit
conclusio per Romanum firmata, posse scilicet
maritum expellere vxorem, si dos promissa
sibi non fuerit soluta, quandoquidem cum
expulsio & dimissio vxoris, tantum sit permis-
19 sa ex causa fornicationis, vt habetur Math.
cap. 5. neq; hæc inter causas diuortij enume-
20 retur *cap. porro de diuortijs*, Dicendum est illi-
citam esse vxoris expulsionem, vt probat
*Conarr. in epitome ad decretal. secunda parte cap.*
21 *7. num. 2.* vbi ad contraria respondit, & post
eum *Fachin. lib. 3. controuers. vers. iuris cap. 48. per*
*totum Osasc. decis. 132. n. 18. & Sanchez. cit. lib. 9.*
*de debito coniugali disput. 5. num. 17. et Barbosa in*
*tertia parte l. p. num. 55. ff. sol. matrim. et Surd. de*
*alimentis tit. 7. qu. 17. num. 17. cum sequentibus*
*plur.* Vbi ita demum num. 21. scribit priorem
opinionem esse magis communem apud legi-
22 stas, sed hanc posteriorem magis conuenite
fauore animæ cuius saluti consulendum est.
Nihil enim commune habet dos non soluta, cum
expulsione vxoris ob non solutam dotem,
Propterea q; maritus habet iuris remedia effi-
caria ad compellendum ad id obligatum, &
consequenter iustum non videtur, quòd ad re-
medium expulsionis omnino illicitum, vt potè
23 contra pietatis offitium, confugiat *Molin. de*
*ritu nupt. et pact. in matrimonio conuent. lib. 3. qu.*
*42. num. 12.*
Quamquam è contra, vbi non expellatur vxor,
nec vir ei subministret alimenta, dum in pro-
prio habitat domo cum viro, inconueniens
24 valdè, & absurdum videatur, vt consideret
*Fontanell. cit. claus. 6. glos. 2. par. 3. nu. 25. cum*
*seq; plur. lib. 2.* Vbi tandem concludit agere
debere maritum contra debitores dotis, non
autem abstinere à præstatione alimentorum
erga vxorem, id quod esset mali exempli cum
25 mulier eiecta inuitaretur ad delinquendum
Quam mulierem habere actionem ad compellen
dum, sinè compelli faciendum virum ad co-
26 habitandum secum probat Sanchez *tr. de ma-*
*trim. cit. lib. 9. de debito coniugal. disput. 4. per*
*totum*, Idq; effici posse tàm per iudicem secula-
27 rem pecuniarijs pænis, quàm per Ecclesiam
medio censuratum tradit, quem sequitur *Fon-*
*tanell. cit. claus. 6. glos. 2. part. 3. num. 30.*
Quemadmodum his, & alijs fundamentis etiam
cogi potest maritus ad traducendum vxorem
ad propriam domum, etiam non recepta dote
28 sibi promissa, vt late probat *Fontanell. cit. glos.*
*2. part. 3. num. 15. cum. plur. seqq. praesertim num.*
*29. cum sequenti*, matrimonium enim est con-
tractus nominatus in quo propter vnius non
adimplementum, non licet alteri agere ad re-
29 scisionem, sed illum compellere adimplemen-
tum *Molin. dicto lib. 3. cap. 41. num. 33. cum duob.*
*seqq. Sanchez. cit. disput. 5. lib. 9. num. 17. Fon-*
*tanell. ad claus. 6. glos. 2. par. 3. num. 28.* Si enim
negligens fuit maritus in exigenda dote, non
debet huiusmodi negligentia nocere vxori,
30 quàm idcirco tenetur nihilominus alere ma-
ritus, *vt probat Surd. cit. tit. 7. cap. 17. num. 32.*
*cum seq.* Vbi num. 31. etiam scribit non posse
maritum expellere vxorem, si dos fuit ei pro-
missa, sed non soluta à patre, vel fratre, aut ab
31 alijs personis etiam extraneis; Sed solum
quando ipsa mulier dotem promisisset, & nõ
soluet per *Corn. in cons. 145. in hac conclus. col.*
*4. vers. nec refragatur, & vers. praeterea imputatur*
*lib. 2.* Quamuis tutam minimè esse huiusmodi
32 traditionem subijcit ibidem *Surd. numer. 34.*
*cum sequenti.*
Et vxore expulsa, non prohibetur maritus via
iuditiali agere ad consecutionem dotis, quia
33 hæc duo remedia proueniunt ex diuersis cau-
sis, Nempè expulsio procedit ex mora non
soluentis; petitio vero dotis dependet ex
contractu matrimoniali, siuè dotali, vt plenè
probat *Surd. cit. tit. 7. qu. 17. nu. 44. cũ seq. plur.*
Concludit q; hanc sententiam (contraria ex-
34 plosa) esse veriorem, & communiorem, &
num. 47. subijcit vsuras etiam dotales posse
35 petere maritum pro tempore præterito, ante
expulsionem.
Ad quæ alimenta etiam teneretur maritus, si ob
eius culpam. Vt potè ob nimiam sæuitiam eius
seruitium deseruisset vxor, Cum eo casu, sicuti
36 licita esset separatio a viro, ita ad alimenta
maritus teneretur *cap. litteras in fine de restitutio-*
*ne spoliatorum*; Quia sufficit, quod non stet per
vxorem quo minus seruiat viro, adhoc vt ali-
menta percipiat, *arg. l. labeo ff. de contrahend.*
37 *empt. & l. caro ff. de alim. legat.* & si enim possit
maritus leuiter verberare, & discretè corrige-

re vxorem *l. & iudicatam ff. solut. matrimonio*,
38 Non tamen excedere in eo potest modum
*Rol. cons. 27. num. 13. cum quatuor sequentibus lib.*
*2. latè Gratian. lib. 4. discep. forens. cap. 738. num.*
39 *69. cum duobus sequentibus Sanchez de matrimonio*
*lib. 9. disput. 4. num. 22.*
Non enim conuenit coniugi temerè, vel seuerius
quam par sit vxorem verberare, Cum verbera
40 in ingenuis mulieribus aliena sint *Tex. ad lit-*
*teram in l. consensu, & Auth. sed iure merito C. de*
*repud. tradit Petrus Gregrorius lib. 11. sintag. iur.*
41 *cap. 4. nu. 15. lib. pr.* Deum Opt. Max. creasset
mulierem de costa Adæ, adhoc, vt vir magis
diligeret mulierem, & ei inseparabilius inhæ-
reret, cum cognosceret eam, ex se esse pro-
ductam.
Hinc ait D. Thomas *in pr. par. summa quæst. 92, &*
*glos. in cap. mulierem 33. qu. 5.*, quod Deus non
de pede hominis formauit mulierem ne om-
42 nino videretur famula, nec de capite ne vi-
deretur Domina, sed de Costa, vt videretur
collateralis, vt refert *Cassan. in consuetudine Burg.*
*Rubr. 4. dos directis num. 18.* vbi ex Genesi cap.
secundo subieijt, quòd postquam Adam vidit
vxorem Aeuam dixit, hoc est os ex ossibus
meis, & caro ex carne mea, hæc vocabitur vir-
43 go, quia de viro sumpta est, & homo relinquet
patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, &
44 erunt duo in carne vna iuxtà Math. *cap. 19. &*
*ad Ephes. cap. 5.*
Scribit etiam Diuus Paulus ad Colosenses cap.
3., & ad Ephesios cap. 5. viri diligite vxores
45 vestras, sicut, & Christus Ecclesiam, vbi etiam
subiicit, Qui vxorem suam diligit, se ipsum
46 diligit, & vnusquisque vxorem sicut se ipsum
47 diligat vxor autem timeat virum suum, vt ad
Romanos *cap. 7. Cassan. loco rel. num. 18. in fin.*
qui num. 19. tradit, quod magna amicitia esse
debet inter virum, & vxorem cuius amicitiæ
tria sunt fundamēta, scilicet honestas, fructus,
48 & delectatio.
Porro quòd dilectio inter virum, & vxorem de-
bet esse in omni perfectione, & excellentia,
49 quę significatur, per annullum quo vxor à viro
disponsatur de quo *in cap. nostrates, & in cap.*
*fæmina 30. qu. 5.* Qui quidem esse debet Aureus
quia sicut aurum excellit omnia metalla, Ita
amor coniugalis debet habere perpetuitatem
50 vt nunquam finiat nisi per mortem, Cum ro-
51 tunditas annulli finem habere non dicatur;
Et ponitur in quarto digito ex institutione
Ecclesiastica, vt ostendatur, quod ille amor
debet habere præcordialitatem, eo quia iuxtà
52 Philosophos à corde procedit quædam vena,
quæ in quarto digito sinistræ manus apparet,
vt habetur *in dicto cap. fæmina 30. qu. 5. Cassan.*
*cit. rubr. 4. num. 16. & 17.*
Et sicuti antiquitus perfectissimus fuit expertus
53 amor in vxoribus, dum se cum viris mortuis
in rogo comburi patiebantur uxores quippè
uolebant, ne ulterius uiderent, ut inter Indos
nunc etiam obseruari testatur *Cassan. cit. rubr.*
*4. n. 10. Petr. Gregor. all. lib. 11. syntagm. iur. cap.*
*quarto nu. 18 ac nouissimè scribit Petrus Aerodius*
*lib. 8. rerum indic. tit. 5. de venef. cap. pr.*, dum
ex Diodoro narrat, quòd mortuo Cetæo In-
dorum Duce sub Eumenæ, cum duas vxores
54 reliquisset vnam iuniorem, & seniorem
alteram, Inter eas tanta contentio fuit, vtra
cum cadauere viri combureretur, & necesse
fuit litem Iuditio transigi, & dum Iudices de-
cernebant iunior ne vinceretur allegabat, se-
niorem grauidam, id quod senior negabat;
sed ætatis prærogatiua aiebat se vincere opor-
tere, semper etiam in honoribus maiores
minoribus anteferri. Sed cum iudices cogno-
uissent per obstetrices hanc grauidam esse,
iuniorem vincendo cremari debere censue-
runt.
Quarum vxorum dilectio, & perfectus amor erga
viros æque admirabilis fuit in Romanis mu-
lieribus, & in alijs antiqui æui, sulpitia etenim
55 cum à matre Iulia diligentissimè custodiretur
ne lentulum Crustulionem virum suum à triū
viris proscriptum in Siciliam proficesceretur
Nihilominus famulari veste sumpta cum dua-
bus ancillis totidemq; seruis ad eum clandesti-
na fuga peruenit; nec recusauit se ipsam pro-
scribere, vt ei fides sua in coniuge proscripto
constaret, vt refert Valeri. Maximus *lib. 6.*
*cap. 7.*
Erycea verò vxor Phalaridis Tyranni in exilium
56 missi repudiatis Pijthonis nuptijs, magis vi-
rum sequi maluit; Quod resciens Pitho ve-
neno ei mortē propinauit; Et de Hiphicratea
Mithridatis Regis vxore à magno Pompeo
victi auę per efferatas gentes fugientem virum
animo, & corpore infatigabili post Valeri.
Maxim. scribit *Petr. Gregor. cit. lib. 11. cap. 4. n.*
*19.* Qui inquit hoc etiam contigisse, etiamsi
expresse Athenienses prohibuissent, ne exu-
57 lantes viros vxores sequerentur, de quo Aeschi-
nes in exilium missus ad Senatum, & Populum
Atheniensem scripsit his verbis, *mater, me exu-*
*lante vna mecum nauigauit, vna quoque cum vxore,*
*quæ mecum profecta fuit quamuis pater eam prohi-*
*buisset, ac leges foriè cogerent manere, dum mores*
*potius, quam Ciuitatis leges edocta esset.*
Et cum Valerius Messalinus ad designatam sibi
Prouintiam esset iturus aduersatus seuerę Cin-
næ sententiæ est, quæ non probabat uxores co-
58 mitari debere Magistratus in designatas sibi
eunres Prouintias; Nullum honestius leua-
mentum laboris, & angustiarum ratus socie-
tate ipsa uxoris, & quod hic sexus sit natura
59 inualidus, & uix præsente custodia conseruari
possit, periculosiusq; committi suæ custodiæ,
tam diu separarentur per absentiam in modū
dissidij fœdera, ut post *tacitum tradit Petr. Greg.*
*cit. lib. 11. cap. 4. num. 18. & 10.*
Ita hoc tempore debiliorem ualdè amorem quip
pè eius loco odium inexplicabile sæpissimè
uigere in uxoribus aduersus uiros docet ex-
60 perientia, Cum uel eos ab humanis debere
iusserint

iusserint siuè participes tanti sceleris fuerint;
Et nihilominus sicut aliæ impunè euaserunt
quamuis confessæ de adulterio essent, & fortè
etiam conuinctæ de homicidio ( quo pacto
qua ue ratione Deus scit ) Ita aliæ, quæ hoc
tempore detinentur debitas pænas æque eua-
dere sperant; Ad quod pestiferum morbum
arcendum hoc tempore satis usitatum.
Non ab re esset promulgatio illius legis Indorũ
61 idest apud Catheoros qua pro salute marito-
rum cautum erat, uxores, si quid maritis in-
humanitus accidisset, cum ijs uiuas confragra
ri, ita enim fore arbitrati sunt Populi illi, ut ni-
hil unquam aduersus eos moliri uellent uxo-
res, Cum huic legi causam dedisset immanitas
cuiusdam uxoris, quæ uenefica in maritum
fuerat; Et hac lege uti conuenerunt alij po-
puli Indorum, qui cum nullis suplicijs possent
prohibere uxores à ueneficio, & impudicitia,
legẽ illa pro remedio uti statuerunt, Quæ uero
62 ignem recusabat pro impudica haberetur à
nuptijsq; sacrificij, honoribusq; omnibus
abstineret, ut luculenter tradit *Petr. Aerodius*
*cit. lib. 8. rerum iudic. tit. 5. de venef. cap. pr.*
Et licet seueri illius edicti causa fuerat uenefitiũ
( ut diximus) per quod grauius comitti delic-
63 tum, quam gladio proditum est omne aliud
eamen genus occidendi uiros amplexa est lex
64 vt saluti maritorum periculo uxorum consul-
tum remaneret, ut ibidẽ inquit Petr. Aerodius
Quamuis uenefitium crimen in fæmina faci-
65 lius credi, in uiro autem latrocinium scribit
Quintilianus quam refert Petr. Aerodius *cit. tit.*
*5. cap. 2.* qui post medium inquit tempore Q.
Fabij Max. Aedilis. curulis, plures Romæ
66 uenefitio fuisse ab sumptos, & opera cuiusdam
ancillæ deprahensas uiginti matronas, quæ
medicamenta coquebant, ut Clandestinis in-
sidijs uiros suos interficerent inter quas Cor-
nelia, ac Sergia patriciæ geneis, Cum salubria
& esse contenderent Iudex iussit eas experiri
nam eas sic arguere posse an falsum renuncias-
sent, quæ idcirco accepta potione inter-
emptæ statim ambæ remanserunt; & testifica-
tio aliarum correatum, magnus numerus ma-
tronarum indicatus, ex ijsq; captas, & capi-
tali iuditio damnatas fuisse centũ septuagin-
ta testatur Petr. Aerodius in fine d. cap. secun-
di qui seq cap. 3. pariter scribit, Q. Nauio-
nem Matheonem de uenef. quesiuisse, ac ad
68 duo hominum millia damnasse *C. Claud. Pul-*
*chro, & l. portio lucillio Consul.*
Quoniam uerò nonnulli nixi sunt defendere
69 uxoris Parricidas ( Paricidæ enim etiam di-
cuntur, quæ mariti interitus sunt participes
*Bar. in l. pr. ff. ad l. Pompeiam de paricid. Bertazol.*
*cons. 82. num. pr.*) Vel quod de delicto con-
uictæ non dicerentur, Vel sub aliquo alio
mendicato prætexto, meminisse illos oportet
70 adulterio comitem esse Parricidium uiri *l.*
*consensu §. vir quoq; C. de repudijs, & § mitiores in*
*Auth. de nuptijs Porrus in eius fasciculo vers. ho-*
*micidium pag. 619.* Et idcirco eo ipso, quòd
constat homicidam carnale habuisse comer-
cium uxore occisi, tunc etiam urgentissimam
insurgere præsumptionem iuris, & de iure,
71 delictum abijsdem procedere, vt simul adul-
tera, & homicida matrimonium contraherent
Vt de Tarquinio, qui statim ex viuentibus
sublata vxore, & Arunte marito Tulliæ; Tul-
72 liam ipsam in vxorem habuit, loquitur Petr.
Aerodius *cit. tit. 5. cap. 4. circa medium,* Vbi alia
plura narrat exempla, & præsertim quando
quis prædixit aliquod scelus, siue mortem ali-
cuius, quæ euentu fuit confirmata Quia quæ *vi-*
73 *ta* alterius impediuntur, statim morte obue-
niente, si acta sint, retro probant malefitium,
vt scribit Aerodius loco cit. & si hoc casu de
iure Canonico prohibitum sit matrimonium
74 inter occisorem, & adulteram *cap. super hoc de eo*
*qui duxit in matrim. quã polluit per adulter. Porrus*
*in dicto eius Fasciculo §. homicidium pag. 617.*
Hinc elegantissimè tradit Cicero ad Herenium
lib. 4 *maiores nostri, quam impudicam iudicabant,*
*eam veneficij quoq; damnatam existimabant, Quid*
75 *Ita? Quia necesse est eam, quæ addixerit corpus suũ*
*turpissimæ impudicitiæ, timere per multos; Quos?*
*Virum, Parentes, cæterosq; ad quos videt sui dedeco-*
*ris infamiam pertinere, Quid postea? Quos tanto-*
*pere timeat, eos necesse est, vt quoquomodo possit*
*veneno petat, Cur? Quia nulla potest honesta ratio*
*eam retinere, quam magnitudo peccati facit timidam,*
*Intemperantia audacem, Natura muliebris in con-*
*sideratam; quem refert Porr. dicto §. homicid. pag.*
619. Qui auctor in eodem tractatu §. *venefitium*
76 499. *ex Alba cons. 72.* tradit, delicta, incestus,
siuè adulterium, & abortus, ac venefitium
complicatas habere in se causas; Caueant id
77 circo huiusmodi defensores, vt ne Iram Dei
prouocent ob magnum scandalum, quod in
populo remanet, & incidant in ærumnas, &
mala, in quæ incidisse huiusmodi defensorem
78 testatur Porrus in additione ad S. Ambrosium
*cap. 2. vers. nemo eodem fol. 45.* Qui adulteram, &
Parricidam defenderat, vt cum adultero ma-
trimonium contraheret, prout contraxerat.
Pro cuius conclusionis corroboratione facit cõ-
munis ea conclusio, quod delictum præsumi-
tur commissum ab eo, siuè ad eius instan. cui
79 proficit, siuè cui fieri intererat *arg. l. fin. C. de*
*alimentis præstandis Bar. in l. cum seruus ff. de verb.*
*oblig. Rmin. iun. cons. 814. num. 54. Menoch. lib.*
*2. præsumpt. 23. num. 7. Felic. alleg. 36. numer. 9.*
*& 10. par. pr,* Quia præsumptiones in casu in-
certitudinis delinquentis habentur pro liqui-
80 dissimis probationibus, vt tradit *Monticell.*
*regul. crim. 11. n. 14. quem seq. Farin. q. 96. nu. 70.*
Cæterum his naturæ monstris sublatis: Matrimo-
81 nium honestum suauissimum vtile, & delec-
tabile valdè est quia ex eo liberi procreantur,
per quos diuturnitatis nobis memoriam in
82 posum relinquimus *l. liberorum ff. de verb. signifi-*
*cat.* de cuius laudibus amplè *Lucas de penna in*
*cit. l. mulieres num. 16. C. de Incolis lib. 10. Cassan.*
in

*in all. Rubr. 4. de s euntes num. 10. cum ſeq. & Fon-*
*tanell. de pact. nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 3. num.*
*5. cum plur. ſeq. lib. 2.* Vbi teſtatur ſuauiſſimũ, &
iucundiſſimum eſſe habitare Iugales in vnum
83 Oneraq; matrimonij non eſſe adeò grauia, &
inſoportabilia, vt multi exiſtimarunt quando
vxor ſuauiter regitur, & prudens, eſſet, iuxtà
Pronerb. 19. Salomonis vbi dicit *Domus, &*
*diuitiæ dantur à Parentibus à Domino autem proprie*
84 *vxor prudens*, Quæ gratia mihi bis fuit conceſſa
ab Omnipotenti Deo, adeò quod cum Fon-
85 tanell. dicere poſſum, ſuauiſsimum, & iucun-
diſsimum eſſe habitare Iugales in vnum.

Quæ matrimonia adeò publice vtilitati expedire
cognouerunt Romani, vt adiectione hominũ
Imperium augeretur iuxtà *l. fin. ff. de bonis dam-*
86 *nat. & diximus ſupra in cap. 95. num. 15 cum seq.*
Vt multati apud eos ſint ij qui ad ſenectutem
87 cælibes peruenerant Ita ex Valerio Maximo
*lib. 2. cap. 4. ſcribit Lucas de penna in all. l. mulie-*
*res numer. 17. C. de Incolis lib. 10. & ſeq. Caſſan.*
*cit. Rubr. 4. num. 14.* Qui ſubijcit ex Auicena,
nihil melius eſſe pro conſeruatione, & augu-
88 mento Reipublicæ, & Ciuitatis quam matri-
monium, ex quo generatio prouenit, & con-
ſeruatur ſpecies illius, cuius permanentia eſt
ſignum Diuinæ largitionis, Vndè Paulus
Apoſt. *cap. 5. ad Thimoteum ſcripſit, volo autem*
89 *Iuniores nubere filios procreare matres familias*
*eſſe, & ad Corinthios cap. 7. Qui propterea in ma-*
90 *trimonio Virginem ſuam Iungit; benefacit*, & ad
Titum cap. 2. dicit adoleſcentulis, eaſq. hor-
91 tatur Apoſtolus, *Vt viros ſuos ament, filios ſuos*
*diligant prudentes, Caſtas, ſobrias, domus curas ha-*
*bentes, benignas ſubditas eſſe iuris ſuis, vt refert*
*Caſſan. d. rubr. 4. ſub num. 14.*

Et redeundo ad principalem materiam; Quan-
do culpa vxoris (ob ſcilicet non traditam,
promiſſam dotem) eam apud ſe non vult ma-
ritus, vel ob aliam legitimam cauſam; Tunc
92 ad alimenta præſtanda non compellitur mari-
tus ex ſupra deductis; Fruſtra enim ſibi debi-
tum fieri petit, quod alteri debet minimè im-
93 pendit *l. ædiles in fin. ff. de ædil. edicto, & l. Iulia-*
*nus §. offerri, & l. qui euidenter ff. de act. empti*
*Roman. cit. conſ. 517. ſub numer. ſecundo verſ. aut*
*non eſt, & in l. ſi cum dotem §. ſi maritus num. 35. ff.*
*ſol. matr. Gratian. conſ. 57. viſa in fin. lib. pr.*

Quando autem neutrius culpa intercedente ſe-
orſum habitat vxor, & viro non ſeruit, Tunc
94 ſecundum dotis redditus alimentanda eſt *Tex.*
*in l. ſi cum dotem §. ſin autem ff. ſolut. matrim. & ibi*
*Roman. num. 25. ac in cit. conſ. 517. ſub nu. 2. verſ.*
*aut neutrius*; Cum dos detur, adhoc, vt ei in
matrimonialibus oneribus deſeruiat, quę prę-
95 cipuè conſiſtunt circa vxoris alimentationem
*l. ſi is qui §. ibi dos ac l. dotis fructũ ff. de iure dotium*
*l. actio dotis §. fin. cum l. ſequenti ff. pro ſocio, & l.*
*ſi maritus, ac l. ſi filius §. hoc amplius ff. famil. erciſ-*
*cundæ l. pro funeribus C. de iure dotium, & l. dotem*
*filio ff. de Caſtrenſi pecul. Caſtrenſ. conſ. 65. num.*
*3. lib. 2. Gratian. lib. 4. diſcept. forenſ. cap. 738. nu.*
*63.* Et ſi dotis fructus ſufficientes non ſunt, vt
96 plurimum contingit *cap. ſalubriter de vſuris*
*& probat Fontanell. dictæ clauſ. 5. gloſ. 8. par. 15.*
*ſub num. 19.*

Tunc ſi mulier non poteſt ſe aliunde alere, Offitij
97 maritalis eſt ſupplere, vt notat *gloſ. dicta l. ſi cũ*
*dotem §. ſi autem, & ibi ſcrib. ff. ſol. matrimonio, &*
*probatur in l. penult. ff. vt in poſſeſſ. legati, & in d.*
*l. quod ſi nulla ff. de relig. & ſumptibus funerum Ro-*
*man. loco cit. num. 2. in fine Surd. de alimentis tit.*
*pr. qu. 26. Cauale. deciſ. 21. num. 15. par. 4. Fon-*
*tanell. de pact. nuptial. cit. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 3.*
*nu. 14. lib. 2.* Qui Roman. dicto num. 2. conclu-
dit maritum non poſſe repetere alimenta præ-
98 ſtita vxori, etiamſi dos promiſſa ei non fuit ſo-
luta, ſi eius opera, & ſeruitio vſus eſt, omni
tempore matrimonij, quidquid in contrarium
affirmauerint aliquot Doctores. Niſi proteſta-
tionem feciſſet de repetendo alimenta, vt ſu-
bijcit ibidem Roman. num. 3. quamuis hoc
minus verum eſſe affirmat.

Arbitror tamen veram eſſe ipſorum Doctorum
traditionem, vbi præceſsit proteſtatio, quæ
99 dicitur declarare animum proteſtantis, vt
probat *Menoch. conſ. 115. n. 38. & tradere videtur*
*in conſ. 356. num. 3. & 10.* Quia vbi opinio Ro-
mani admitteretur, ſequeretur, quod neq; ad
interuſuria dotalia, quæ loco alimentorum
conſequi poſſe maritum, ob retardatam dotis
ſolutionem latiſsimè probauimus in ſuperiori
cap. agere valeret; quod ſatis falſum eſt, tum
per Textum in d. cap. ſalubriter de vſuris, cum
ex tot DD. auctoritate in ipſo præcedenti ca-
pitulo citatorum, & præſertim hoc idem pro-
bat *Rom. in eodem conſ. 517. num. 4. verſ. ergò præ-*
*ſuppoſita mora, & num. 5.*

Et quod dicit ibidẽ Roman. de alimentis prę ſtitis
100 vxori infirme quorũ repetitio excluditur, Cũ
cenſeantur præſtita ex quadam pietate, & af-
fectione maritali *l. quod in vxorem ff. de negot.*
*geſtis*; Hoc procederet in dubiò vbi maritus
non eſſet contrarium proteſtatus; Secus verò
101 quando mediante proteſtatione conſtat illũ
habuiſſe animum repetendi expenſas alimen-
torum à debitore dotis; Quia in claris locus nõ
eſt præſumptionibus, ſed tantum in dubio *l.*
102 *naturam ff. de iure dotium Menoch. lib. pr. præſump.*
*qu. 8. numer. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambigu.*
*lib. 3. tit. 15. num. 34. & lib. 12. tit. 19. num. 22.*
*Gratian. lib. 5. diſcept. forenſ. cap. 966. num. 23.*
103 Cum interpretatio fiat in dubijs non in claris
*Galin. de verb. ſignific. lib. 5. cap. 4. num. pr. cum*
*ſequenti*, Determinata enim non egent deter-
104 minationem, vt ſubijcit ibidem *Galin. nu. 5.*

Et ſi vxor cui debita alimenta non præſtitit vir,
merces habita fide de prætio emit pro eius
veſtiarijs neceſſarijs, vel aliud ęs alienum con-
traxit; ad illud tenetur vir, ac ſi ipſemet con-
105 traxiſſet *l. legato ff. de alim. & cibar. lega. l. lega-*
*tum ff. de adim. lega. l. verbo victus ff. de verborum*
*ſignific. Alex. in l. ſi vſufr. §. dos legata num. 2. ff.*
*ad l. falcid. Socin. conſ. 161. nu. 4. lib. 2. & Gratian.*
*lib.*

*lib. 4. discept. forens. cap. 750. numer. 8. lib. 4.*
rout quando fit separatio thori ob viri culpam,
viz. ob nimiam seuitiam; Tunc etiam ad re-
stitutionem dotis cum eius augumento com-
106 pelli potest vir, sicut fit quando, ob adulteriũ
fit huiusmodi separatio *Tex. in §. mitiores in fin.
in auth. de nupt. Abb. in cap. pr. num. 2. de donat.
inter virum, & vxorem Thesaur. decis. 130. num. 2.
Lauren. decis. Auenon. 131. nu. 2. & 4. Paris. cons.
54. num. 42. lib. 4. quos sequitur Gratian. cit. cap.
738. num. 64. de qua re amplè Canale. plena decis. 21.
par. 4.* vbi præsertim num. 7. casus omnes tradit
in quibus mulier recuperare potest dotẽ etiã
107 viuente marito, videlicet quando maritus
108 vergit ad inopiam Si est prodigus, si sæuit in
109 vxorem vulnerando, vel percutiendo cum
110 baculo, si bannitur, aut depottatur, si viuit
111 in concubinatu, si tentat venena re vxorem,
112 aut adulterium committit, vel habet morbũ
113 Gallicum, & concurrentibus alijs causis de
quibus in *l. vbi adhuc, & ibi glos. & Bal. C. de iure
dot. latè Mascard. de probat. conclus. 1018. num. 6.*
Et quatenus vxor diuertisset auito fine eius cul-
pa, & in Patris domo alimenta per aliquod
tempus habuisset. Non teneri Tunc virum ad
alimentorum refectionem satis constat; Dum
si eo casu dotem non habuisset vir, Sed interu-
surium sibi solueret quot annis Pater vxoris ra-
tione dotis non traditæ, Adhuc interusurium
ipsum consequeretur maritus, qui eo tempore
114 retinuit domum apertam cum reliqua fami-
lia, in qua poterat mulier ad libitum habitare;
Vnde per maritum non stetit, *Beron. cons. 129.
num. 11. lib. 2. Farinac. decis. 253. numer. 3. lib. 2.*
qui testatur Ita fuisse resolutum per Rotam, &
Ita respondisse affirmat *Fontanell. de pact. nupt.
d. claus. 5. glo. 8. par. 15. num. 13. cum seq. lib. 2.*
Cum maximè onera matrimonialia non restrin-
115 gantur ad alimenta cibaria tantum, sed com-
plectantur uestitum, salaria, & uictum ancilla-
rum, & alia huiusmodi de quibus per Ripam
in *rub. ff. solut. matrim. num. 57. vt subijcit Fontanell.
cit. claus. 5. glos. 8 par. 15. num. 15.*
Et quoniam pendente lite super ualiditate ma-
116 trimonij ali Interim debet uxor, ut post alios
probat *Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 41. nu. 51.*
Ad quorum restitutionem Neq; etiam teneri
mulierem ij ubi in iuditio succumbuisset,
latè probauimus in superiori libro *cap. 72. num.*
117 *32.* Prouisio alimentorum potest fieri per
Iudicem secularem, etiamsi causa principalis
pendeat coram Ecclesiastico; Quia causa ali-
118 mentorum non dicitur dependens à causa
matrimonij, quæ tractatur coram Ecclesiastico
Iudice; Sed diuersa, propterea nihil impedit
quin Iudex laicus causam alimentorum tractet
*Afflt. decis. 152. per totum, & ibi Vrsil. Surd. de
alim. tit. 8. priuil. 10. num. 5.* & ita fuisse decisum
per Senatum Cataloniæ testatur Fontanell. *cita
claus. 6. glos. 2. par. 3. num. 33. lib. 2.*
Quæ prouisio retrotrahitur ad diem petitionis,
& sic locum non obtinet à die declarationis
tantum; Cum alimenta à die petitionis in-
119 cipientia dicantur alimenta præsentis tem-
poris non præteriti, Quidquid in contrarium
affirmauerit *Ferer. in 3. par. obseru. cap. 5. per
totum*, quod in his, quæ iudicis offitio deben-
120 tur, prout communiter sunt, quæ petuntur
pendente lite, non possit fieri condemnatio,
vt soluatur à die petitionis, sed à die condem-
nationis tantum, & quidquid iudicasse Senatũ
Cataloniæ testatur Fontanell. *de pactis nupt. cit.
claus. 6. glos. 2. par. 3. numer. 42. cum seq. & 52.*;
Quia communissima, & verior est contraria
121 conclusio videlicet huiusmodi alimenta de-
beri à die petitionis, Ne dolus, & cauillationes
ac diffugia rei eidem patrocinarentur, dum
procrastinauit expeditionem causæ, & proui-
sionale decretum, vt considerat Fontanell. *loco
relato num. 44.*
Et hanc sententiam amplectitur fere omnis Doc-
torum calculus, inter quos ex recentioribus
hanc sequitur *Verall. decis. 18. num. 20. cum seqq.
par. pr.* Vbi ita iudicasse Rotam Rom. testatur
*Farinac. decis. 260. lib. 2. Rota Rom. diuers. decis. 764
num. 5. par. p. Lancell. de Atent. appell. pend.
limit. 24 num. 8. Marescot. var. resol. lib. pr. cap. 83.
num. 3. in fine Gratian. decis. March. 53. num. 11.
Vincentius de Franch. plena decis. 605. Caball. decis.
10. num. 42. part. 3. Viuius decis. 523. numer. 42.*
qui etiam addit ab alimentis decursis à die
122 motæ litis, non dati appellationem quo ad
effectum saltem suspensiuum, quia censentur
alimenta futura, non præterita, de qua re *Bara.
decis. 69. per totum Io. Aloys. Ricc. in collect. decis.
548. par. 3.* Qui omnes differentias, quæ sunt
inter præterita; & futura alimenta adducit, &
nouissimè *Giurba decis. 4. num. 46. cum seq. qui
alios plures refert.*
Quam difficultatem (vbi difficultas verè in effect
prout non inest) euitare solet Senatus Excell.
Mediol. dũ decernit prouisionales alimentorũ
& expensarum litis in certa summa, non ex-
præsso tempore pro quo conceduntur, & cum
clausula pro nunc tantum, & vt plurimum cum
clausula in causam declarandam à qua non
admitti appellationem neq; restitutionem in
123 integrum, saltem quo ad effectum suspensiuũ
iam plenè probauimus in superiori libro *cap.
72. num. 32. cum seq.* Et si contrarium accidisse
ex quodam causæ fato secundum qualitatem
124 temporum, & litigantium testatur Fontanell.
*cit. num. 52.* iuxta memorabile dictum Franci-
sci à Ponte *in decis. 10. in fine, & Mastrill. decis.
230. sub num. 12. vers. nisi dicamus, & numer. 18.
lib. 3.* sub qua dictione, pro nunc iustam fuisse
sententiam illius Senatus supponebant Sena-
tores Cataloniæ ibidem testatur Fontanell. *sub
cit. num. 52. vers. dicebantur nobis*, & qui Auctor
cum seq. num. 53, quamplures adducit deci-
siones illius Senatus dum censuit prouisiona-
125 les incipere à die tantum concessionis, & in
sequenti num. 54. alia contraria Senatus Con-
sulta emanata ex eodem Senatu, narrat, quibus
cauetur

tinetur prouisionalis incipere à die petitio-
126 nes, non condemnationes.

Anticipatæ autem alimenta prestanda sunt, quia
127 ægre ea feruntur in creditum *l. fin. ff. de liber. agnosc. & l. pr. in fine C. quando dies legati cedit, & probat Franch. decis. 155. num. 3. quem sequitur Fontanell. cit. claus. 6. glos. 2. par. 3. nu. 63.,* qui num. 81. docet, quod pendente causa alimen-
127 torû suspenditur causa principalis per *Abb. in cap. tuam col. p. de ord. cognit. Capucaquens. decis. 22. num. p. & 5. & decis. 48. par. pr. Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 83. nu. 8. & 9.* Quia si esset in potestate rei denegando alimenta; procedere in negotio principali, Vtiq; alimentorum
128 præstatio non seruiret causæ, ob quam præstari debent, quæ est, vt viuere, & litem sustinere posit *Doct. in l. fin. C. de ord. cognit. Verall. dicta decis. 18. num. 5. & 6.* Quamuis hoc minimè obseruari in Catalonia testatur Fontanell. *loco relato num. 82.* Sicuti neq; hoc obseruari
129 vidi in hoc Mediolani Dominio, Cum vtraq; causa agitari soleat nec altera sit impedimen-
130 to alterius *Gail. sing. obseru. 146. lib. primo.*

*SVMMARIA.*

*Minores, & mulieres contrahere non possunt sine debitis solemnitatibus in Statuto Mediolani requisitis nu. 1.*

*Filij famil. contrahere nequeunt sine consensu patris num. 1.*

*Statutum generale comprahendit etiam casum dotis num. 2. & 3. contrar. num. 4. 5. & 7.*

*Dos semper, & vbiq; priuilegiata est num. 6.*

*Statuta nunquam excludunt rationabilem, & bonam interpratationem num. 8.*

*Statutum disponens de pactis, & donationibus non comprahendit donationem ex causa dotis nu. 9.*

*Dos est semper, & vbiq; priuilegiata num. 10. limitatur num. 13. quando scilicet dos est specialiter priuilegiata in illo casu, & num.*

*Statutum fieri non potest in præiuditium matrimonij num. 11.*

*Statutum fieri non potest. quod sit præiuditiale dotis, & consequenter alien., & contractus qui fiunt ex causa dotis num. 12.*

*Opiniones contrariæ reducuntur ad concordiam per distinctiones num. 14. mulieres constituere posse videntur validè dotem etiam omissis solemnitatibus Statuti num. 16. etiam minor esset mulier si vidua effecta num. 17. contrar. opinio Castrens. qui reprobatur nu. 48. & Gratian. num. 50.*

*Dos semel tradita primo viro cum solemnitatibus à minore muliere potest deindè secundo, & tertio viro iterum tradi sine solemnitatibus num. 18.*

*Minor obligatur ai pro augumento dotis vbi non sit excessus versus sororem etiam omissis solemnitatibus statuti num. 19.*

*Filia nupta eximitur à Patria potestate numer. 20. contrar. num. 22.*

*Filia effecta vidua non reincidit in Patriam potestatem num. 21. contrar. num. 22.*

*Filia effecta vidua agere posse videtur ad dotis recuperationem sine Patris consensu num. 23. maximè verò quando abesset Pater, vel esset suspectæ vitæ nu. 24.*

*Dotis causa dicitur Pia num. 25.*

*Patris non est necessarius consensus in contractu filij quando vsusfr. bonorum filij non spectat ad Patrem num. 26.*

*Dos inseruit oneribus matrimonij Idcirco illius vsusfructus non spectat in Patrem num. 27.*

*Mulier etiam minor secundo nubens nulla promissa dote censetur priorem dotem dedisse primo viro num. 28.*

*Dos per actum tacitum constituta vera dos censetur nu. 29. et fit locus eo casu lucro dotis num. 30.*

*Mulieres difficile nubere possunt sine dote num. 31.*

*Matrimonia libera esse debent num. 32.*

*Matrimonia Reipublicæ valdè vtilia sunt num. 33.*

*Matrimonium fuit à Deo Opt. Max. in Terrestri Paradiso institutum num. 34.*

*Dos constitut. dicitur accessoria ad matrimonium num. 35.*

*Mulieres indotatæ malè à viris tractare solent num. 36.*

*Statutum prohibens mulierem alienare bona in præiuditium filiorum primi matrimonij præterquam de certa parte non habet locum quando ipsa mulier in dotem dedisse omnia bona secundo viro numer. 37. limitatur num. 38.*

*Minoris siue filij famil. contractus factus sine solemnitatibus Statuti licet inualidus, validus tamen dicitur ad comodum ipsorum contrahentium num. 39.*

*Minores puberes de iure communi contrahere possunt, et validè obligari num. 40.*

*Filij famil. de iure. communi validè contrahere possunt num. 41.*

*Statuta interpratanda sunt, vt minus corrigant ius commune num. 42. 43.*

*Filia minor validè renuntiare potest bonis paternis absq; alia solemnitate quando Pater congruenter illam dotat num. 44. secus circa alia bona etiam materna num. 45.*

*Filia contrahere validè nequit cum Patre sine Iudicis decreto præterquam in casu dotis num. 46.*

*Filius famil. clericus esse potest In iuditio sine Patris consensu quod ad bona siuè redditus Eccles. et benefitij num. 47.*

*Doctorum opinionem fauore filiorum dicitur continere æquitatem nu. 47. minor contrahit matrimon. sine solemnitatib. statuti, sed non potest constituere dotem num. 48. quod tamen reprobatur num. 49.*

*Patris negligentia in maritandis filijs sibi præiudicat num. 51.*

*Filius se nubens ante ætatem annorum 24. sine Patris consensu ex constitutione Barcinonensi potest exheredari per Patrem num. 52.*

*Nou. Constit. Mediolani in tit. de pænis § matrimonia clandestina declaratur num. 53. 63. 64.*

*Mulier nubens pari non infimo dicitur prudenter agere num. 54.*

*Filia minimè nupta per Patrem ante annum 25. si luxurietur non potest exheredari per Patrem num. 55.*

*Statuta quæ priuant hæreditate filiũ siuè consensu patris vel filiorum nubentẽ non dicuntur disponere circa substantiam matrimonij, sed tantum circa bona numer. 56.*

*Filia*

*Filia nubens sine Patris consensu dicitur vsurpare officium Patris num. 57.*

*Quòd principaliter agitur attendi debet non quod in consequentia venit num. 58.*

*Præmij spe sollecitari quis potest ad contrahendum matrimonium cum aliquo ex tali familia n. 59. & 60.*

*Ad matrimonium quem inuitare sub pæna priuationis prohibitum est n. 61.*

*Decisio Senatus Sabaudiæ in ea materia num. 62.*

*Decisio Senatus Mediolani contra illum qui matrimonium clandestinum contraxit illum condemnando in pænã R.mi septennalis vltra pænã aur. ducent ũ n. 65.*

*Decisio alia Senatus qua ordinauit in contumatiam esse damnandum huiusmodi deliquentem in pænam vitæ & bonorum confiscationem nu. 66.*

*Decisio alia Senatus in ea materia qui ordinauit procedendum esse ad vlteriora contra delinquentem non obstante quod matrimonium esset dissolutum nu. 68.*

*Annus cæptus habetur pro completo in fauorabilibus num. 69.*

*Annus captus habetur pro completo quando tempus appositũ fuit per ablatiuum secus per genitiuum vel accusatiuum quia tunc requiritur quod annus sit completus num. 70. 71.*

*Tempus completum annorum 18. requiritur ad euitandam pænam ob clandestinum matrimonium num. 72.*

*Decisio Curiæ Cremonensis in ea materia n. 73. Cardinalis Camporæ mentio num. 74.*

*Matrimonum nullo modo impediri de iure potest n. 75.*

*Decisio Senatus Mediolani, quod permitteretur contrahi matrimonium etiam intra careeres, sed tamen procedendum contra delinquentes num. 75.*

*Finalis causa Nouar. Constit. quæ num. 76. cum seq;*

*In contractibus non solũ quod, licet sed etiã quod honestũ est consideratur num. 78.*

*Matrimonium malis artibus affectans vltimo supplitio damnatus Romæ num. 79.*

*Fisco siuè querelanti incumbit onus probandi minorem ætatem eius qui matrimonium contraxit numer. 80. cum alioquin maior effectus præsumeretur num. 81.*

*Iudex ex aspectu pronuntiare potest quem esse minorem vel maiorem num. 82.*

*Fiscus siuè querelans probare tenetur Puellam non esse viduam vt procedatur num. 83.*

*Vidua etiam minor contrahere potest matrimonium sine consensu Patris aut propinquorum num. 84.*

## Mulier an possit sine solemnitatibus in contractibus requisitis à Statutis; dotem tradere præsertim secundo Viro.

## Cap. C L X V I I I.



RECEDENTI materiæ conferrè etiam videtur hæc quæ subsequitur quæstio, vtrum ex speciali priuilegio dotis mulieri sine solemnitatibus à Statuto requisitis in contractibus mulierum vel eorum qui sub patris potestate adhùc remanent validè datũ in dotem facere cui sinè Patris consensu nupsit, Cum passim per statuta locorum prouisum sit, ne mulieres possint contrahere sine certa solemnitate; Prout etiam passim disponitur minores non posse contrahere sine solemnitatibus requisitis, vel quod filius familias non possit contrahere sine Patris consensu; De
1 primo casu extat hic Mediolani Statut. 328 lib. pr. De secundo uiget Statutum 34. eodem lib. pr. de vltimo autem extat Statutum 416. eodem lib. pr.

Huius quæstionis resolutio ab eo pendere videtur, an generalis, siuè vniuersalis dispositio Statuti, compræhendat etiam causam, siuè
2 obligationem dotis; Et eam compræhendere responderunt *Dec. cons. 5. et cons. 301. R.m. Sen. cons. 447. num. 16. ac probat Ripa in l. p. num. 5. ff. sol. matrim. Negus. de pignor. et hypoth. par. 8. membro pr. num. 23. Tiraquell. de retr. linager. §. pr. glos. 14 num. 96. et num. 105. Cagnol. in l. pr. num. 16. ff. de regul. iur. Vasquez. de success. progressu §. 30. num. 43. et Rimin. iun. cons. 3. num. 11. ac cons. 31. num. 43.*

Quia generalem, siuè uniuersalem dispositionem omnia continere certum est, & neminem excludere, Cum ea apta sit etiam compræhendere casus, qui alias non compræhenderentur *l.*
3 *Iulianus ff. de legat. 3. l. balista ff. ad Treb. l. fraudẽ ff. de testamentis Decius cons. 23. numer. 4. Rolan. cons. 34. num. 39. lib. 3. Cephal. cons. 58. num. 10. lib. pr. Gabriel. cons. 20. n. 18. et 22. lib. 2. Bursa. cons. 180. num. 26. lib. 2. ac Crauet. cons. 294. nu. 2. et 3. Crott. in repet. l. si constare sub nu. 101. vers. sexto lex ff sol. matrim. et diximus supra in cap. 104. num. 3.*

ÆQVIOR tamen, & verior, ac communior videtur contraria sententia, nempè Statutum generaliter loquens, non continere causam
4 dotis, quæ vbiq; excepta videtur; Nisi id sit expræssum; Ita docet *Salic. in l. vlt. in quarto notabil. C. de iure dotium*, Vbi expræssè scribit, Statutum generaliter disponens non comprehendere causam dotis Contra enim AEQVITATEM naturalem, & iuris regulas esser sub
5 generalitate statuti præiudicare libertati mulierum se nubendi, ac dotes constituendi, vt in his terminis probat *Anchar. cons. 380. Ante determinata sub num. 3. vers. & vt mulier. in contrahendo*, Quem intellectum verum, & consonum AEQVITATI, esse scribit ibidem *Anchar. numer. 3. in fine*, *Quam sententiam sequitur Idem Negusant. in dicta 8. par. membr. pr. num. 23. vers. tamen licet dicta:* qui decium etiam repræhendit, Hanc sententiam sequitur *Bald. cons. 359. col. 2. lib. 3.* dum dixit dotem semper, & vbiq;
6 priuilegiatam esse, & ob id dispositionem generalem *l. bene a zenone C. de quadrien. præscript.* non compræhendere dotem quem sequitur *Iason. in l. p. num. 9. & in l. si constante num. 207. ff. solut. matrim. & in l. filius famil. §. Diui numer. 64. ff. de leg. p. Calcan. cons. 13. num. 4. Socin. sen.*

*cons.*

conf. 46. n. 45. lib. 4. Bal. nouell. tract. de dot. par. 6. priuil. 47. in fine & priuil. 48. Gozad. cõs. 43. n. 12. & cõs. 97. n. 3. Cotta in eius memor. verbo dos habet quas in nostris terminis sequitur Menoch. conf. 242. nu. 5. cum plur. seq. & num. 11. vers. nam respondetur, Rimin. iun. conf. 31. num. 43. & conf. 374. nu. 261. cum seq. plur. Quam sententiam amplectitur Trentacinq; lib. 3. var. resol. tit. de fideiuss. resol. 2. sub num. 4. vers. non recedas, dum inquit in generali dispositione non contineri casum dotis sicut neq. in generali renuntiatione compræ-
7 hendi renuntiationem dotis probat Thesaur. decis. 223. num. 6. & 8.

Hanc conclusionem etiam sequuntur Grammat. Theorema 25. numer. 31. Eugen. cons. 9. numer. 27. & Honded. cons. 18. num. 57. lib. p. Et in terminis d. Statutorum Mediolani probat Carpan. ad Stat. 328. num. 95. par. pr. & in Statuto 416. num. 47. lib. pr. Cum statuta nunquam exclu-
8 dant rationabilem, & bonam interpretationem Decius cons. 64. num. 7. & Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 406. nu. 22. & lib. 4. cap. 692. num. 7. & 11. cum seq. Et ita decisum fuisse per Rotam, admittit Gabriel. cit. conf. 20. sub numer. 39. vers. non obstat, Vbi fuisse declaratum te-
9 stator Statutum Vrbis de pactis, & donationibus non comprehendere donationem ex causa dotis, quamuis conatur ipsemet auctor declarare decisionem procedere in mulieribus maioribus, non minoribus.

Dos est enim semper, & vbiq; præcipua, idest regulariter priuilegiata l. pr. ff. sol. matrim.
10 Quod priuilegium non dicitur sublatum à l. generali, sed requiritur specialis mentio, vel saltem clausula derogatoria l. 3. vbi Bar. & cæteri C. de silentiarijs lib. 10. & tradit. Ias. cons. 157. num. 3. lib. 2. Menoch. cit. conf. 242. sub n. 8.

Præterea sicuti statuentes nihil possunt statuere
11 ad impediendum matrimonium ita neq; etiã impedire posse videntur alienationes, & contractus, qui fiunt causa dotis, sine qua matrimonia non solent contrahi Butr. conf. 35. n. 2. quem sequitur Socin sen. conf. 80. num. 23. lib. 4. & Menoch. cit. conf. 242. num. 10.

Quamuis superiorem conclusionem, dotem scilicet non comprehendi sub generali dispositione Statuti declarat Rimin. iun. conf. 802. num. 17. & cons. 808 num. 69. procedere tantũ
13 quando dos reperitur in speciè priuilegiata in illo casu de quo lex aut Statutum generalo loquitur ex Decio in l. certis annis C. de pact. & in l. ex testamento C. vnde liberi, ac in conf. 301. & cõf. 496. & cõf. 536. n. 8. Rol. à Valle tr. de lucro dotis q. 105. nu. 8. Gabriel. dicto conf. 20. numer. secundo lib. 2. & commun. conclus. tit. de legibus, & constitutionibus conclus. pr. in fine, ac idem Trentacinq; cit. resol. 2. sub num. 4. tit. de fideiussione; Et sic hac distinctione vtramq; opinionem conciliare studet Rimin. vt affirmat num. 71. Cum per distinctiones contrariæ opiniones reducendæ
14 sint ad concordiam per Imol. in cap. super litteris de rescriptis, et dixit ipsemet Rimin. in cons. 26. num. 50.; Prout priuilegiatam esse dotem in
15 hoc casu probat Lamber. de contract. glos. 21. nu. 5. dum inquit quod mulier promittens dotem pro alia muliere, obligatur etiam si in obligatione non interuenissent, solemnitates statutariæ, non obstante Senat. Consul. Velleiano per Tex. in l. promittendo ff. de iure dot.

Qua stante conclusione dicendum est mulierem posse dotem validè constituere, etiam omissis solemnitatibus à statuto requisitis in contrac-
16 tibus mulierum glos. sing. in l. si cum dotem §. si post solutum fin. ff. sol. matrim. & in specie quod minor adulta vidua effecta contrahens matrimonium cum pari possit dare in dotem immobilia, sine decreto iudicis, vel non adhibitis solemnitatibus statuti probar Bal. cons. 200. sub num. 5. vers. sed quod ista interpretatio lib. 3.
17 obi reprobat Bart. contrariam sententiam tenentem, tanquam non veram neque AEQVAM Canalc. tr. de tutore num. 161. maximè
18 si mulier erat vidua; Quia cum semel fuerit tradita dos cum solemnitatibus primo viro, potest secundo, & tertio oiro constitui per mulierem absq; alia solemnitate, ut subijcit Canalc. ex Ruin. cons. 61. lib. 3. Thaua. de lucro dotis glos. 10. num. 27. cum seq. Castrens. cons. 183. num. 6. lib. pr. Et in terminis dicti Statuti Mediolani 328. ibidem Carpan. nu. 95. & num. 101 cum seq. post Lambert. in glos. 21. numer. 2. & 5. lib. 7. Ac tandem hanc eandem sententiam comprobare videtur Menoch. pleno cons. 813. num. 7. qui licet eo in casu, nullam esse obligationem fratris, pro augumento excessiuo
19 dotis sororis supponit, cum ea congruenter esset dotata, Admittere tamen videtur conclusionem, quando non esset dotata soror.

Ad rem facit, quod dicitur de filio, vel filia, quæ per contrarium matrimonij ex dispositione l. 47. Tauri in Regno Castellæ eximitur à patria
20 potestate, & efficitur libera iuxtà Tex. in l. item in potestate, et l. nam Ciuium ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. p. cum seq. C. de patria potestate, & post contractu matrimoniũ est Tex. in l. filia licet C. de collat. ac in l. vxor C. de condit. inser. ac in l. p. § finali ff. de lib. exhib. Quia
21 effecta vidua filia non reincidit in patriam potestatem, sed sui iuris remanet, vt post Gomezium probat Fontanell. de pact. nuptial. clausf. 4. glos. 28. num. 28. lib. p. Quia cum semel sui Iuris effecta sit filia, in eodem permanere potest.

Quemadmodum etiã mulier effecta vidua agere potest ad recuperationem dotis, sine Patris consensu quamuis affirmaretur eum in eius potestatem reincidisse, siuè potius viuente vi-
22 ro in patris potestatem adhuc extare Tex. est in l. si cum dotem §. eo autem tempore ff. sol. matrimonio, & in Auth. quod luctum C. de collat. & post Bart. probat Bald. Nouell. in repetitione l. si constante num. 23. et ibi Ias. num. 189. et Oddonell. nu. 116. cum sequenti ff. sol. matrim. faciunt etiam tradita per Crott. in l. 2. num. 27. ff. eodem tit.; dum ait

23 Mu-

23 Mulierem posse, sinè consensu Patris agere ad
dotis recuperationem, quando, si dos amitte-
retur, Pater filiam dotare denuo non posset,
post scrib. ibidem, & in l. 2. §. quod si in patris ff.
sol. matrim. Et conclusio ipsa præsertim pro-
cederet si pater esset absens, vel suspectæ vitæ
24 vt subijcit Oddonell. loco rel. sub num. 119. circa
medium iuxtà d. l. si cum dotem §. si patri, et §. seq.
ff. sol matrimonio, Tum quia cum dos dicatur
25 pia causa, In eo non exigitur patris consensus
cap. fin. de indic. lib. 6.; Tum quia vbicunque
patri vsusfructus non quæritur, Neq; eius con-
26 sensus est necessarius in contractu filij teste
Barto. post glosam, et Doct. in l. cum non solum §.
necessitate C. de bon. quæ lib. Cum itaq; dotis vsus-
fructus non queratur patri, ex quo dos inser-
27 uit oneribus matrimonij l. vbi adbuc in fine
C. de iure dotium, Igitur neq. eius consensus
esset necessarius, vt probat Oddonell. in d. l. si
constante nu. 117. ff. sol. matrim. Bened. de Plom-
bino in repet. l. post dotem nu. 13. ff. eodem Mastrill.
decis. 13. num. 29. et decis. 52. par. pr.
Insuper sicuti etiam contracto matrimonio per
viduam etiam minorem nulla facta mentio-
ne dotis, censetur mulier tacitè priorem do-
28 tem dedisse secundo viro, vt probat Socin. sen.
cons. 8. num. 7. lib. pr. Alciat. in l. p. num. 15. ff.
de verb. oblig. ac copiosè tradit Carp. ad memor. stat.
328. num. 102. Et luculenter scripsimus in su-
periori lib. cap. 86. num. 2. cum seq. plur. quam
sententiam comprobat Rimin. Iun. cit. cons. 374.
n. 8. cum plur. seq. vbi infinitos alios adducit,
& num. 13. scribit propriam, & veram esse illã
dotem, licet per actum tacitum constitutam
29 Quia nihilominus eo casu locum esse lucro
30 dotis ex AEQVITATE, tradit idem Ri-
min. nu. 16. & 18. ac 20. Ita eo fortius concludi
debet valere huiusmodi traditionem dotis,
expræsse factam à muliere omissa statutorum
solemnitate necessaria in cõtractibus mulierũ.
Difficile enim mulieres nubere possent sine dote
31 l. pr. & ibi scrib. ff. sol. matrim. adeò quod si non
possent dotem constituere sine consensu patris
vel propinquorum, aut alijs adhibitis solem-
nitatibus, esset facultatem restringere in con-
trahen. matrimonijs, quæ libera esse debent l.
32 Titia ff de verb. oblig. & cap. Gemma de sponsalib.
contra dispositionem legis latæ fauore ma-
trimoniorum, & dotium iuxtà d. l. p. ff. sol.
matrim. & l. p. ff. de iure dotium; lex namq; Ciuilis
statuit prudentius augendam esse Republi-
cam, & multis legitimis hominibus frequen-
33 tandam, quod non nisi matrimonio fieri po-
test l. secunda in fine C. de indicta viduit. toll. Id-
circo non est attendenda solemnitas vlla, quæ
matrimonia, impedire vel retardare potest.
Cum matrimonium in Paradiso Terrestri fuerit
34 ab ipso Deo Opt. Max. institutum Prouerb.
19. & habetur in §. hæc omnia in Anth. vt ind. sinè
quoq; suffrag. & copiosè tradit Lucas de Pæna in l.
mulieres, sub num. 17. vers. vndè cum matrimonium
C. de Incolis lib. 10. Propterea non impedire sta-
tuti dispositionem dotis constitutionem, con-
cludit Rimin. cit. cons. 324. num. 40. cum sequenti,
& hanc partem comprobat Lambertenghus
cit. glos. 21. num. 7. dum inquit, quod multo
magis valet contractus, mulieris quando pro
se ipsa dotem promisit, Tum quia dotis con-
35 stitutio esset accessoria ad matrimonium;
quod non prohibetur contrahi per statutum,
Tum quia hæc obligatio, ipsi mulieri esset vti-
36 lis cum alias mulieris indotatæ malè à viris
tractentur, vt experientia docet Ancharan.
d. cons. 380. sub n. 3. vers. breuiter puto, vbi apertè
probat statutũ prohibens mulierem alienare
vel de bonis suis disponere in præiuditium fi-
liorum primi matrimonij, prætęrquam de cer-
ta parte, non habere locum, Quando ipsa mu-
37 lier in dotem bona omnia dedit secundo viro
Quia impediret licentiam contrahendi ma-
trimonium, & esset intellectus iniquus, si sta-
tutum prohiberet se ipsam dotare, quamuis
in muliere minore annis viginti quinque du-
bitare videatur Lambertengh. loco relato nu.
9. Vbi solemnitates non sint adhibitæ; Id quod
38 non videtur mihi tutum attentis iuribus su-
pra expræssis.
Additur vlterius, quod quando contractus fac-
tus per minorem siuè per eum, qui est in Patris
potestate, sine solemnitatibus Statuti, nullus
reputatur. Id intelligitur, vbi factum est in
39 præiuditium contrahentium; Quia ad com-
modum eorundem valere concludit Odofre-
dus in l. cum hi §. transactionem ff. de transact. &
post Angelum. & Imolã in l. secunda ff. de accepti-
lationibus probat Mastrill. decis. 13. num. 9. Par-
lador. lib. p. rerum quotidianarum cap. 12. sub nu.
9. Cancer. lib. 3. variar. resol. cap. 21. num. 24. cum
seq; et Petr. Gregor. lib. 11. sint. iur. cap. 4. n. 24. &
cap. 5. per totum.
Prædicta corroborantur ea ratione, quod iure
communi inspecto minores dummodo sint
puberes contrahere validè possunt, & obli-
40 gari ciuiliter, & naturaliter l. puberes ff. de verb.
oblig. & l. si curatorem babens C. de restit. in integrũ
& vtrobiq; scribit Gomez. variar. resol. tom. secun-
do resol. 14. de restit. minor. prout filij familias
validè etiam contrahere possunt, & obligari
41 ex l. fil. familias 38. ff. de actionibus, & obligatio-
nibus l. tam ex contractu ff. de iudicijs l. quoties ff. de
noxal. act. & l. p. ff. ad Sen. Consul. Macedon. Gomez.
dicto lib. 2. variar. resol. cap. p. de personis, quæ
possunt contrahere num. 2. Faber. in eius C. lib. 4. tit.
20. ad Sen. Consul. Macedon. defin. 3. num. 10. quos
sequitur Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 7.
par. 3. num. 47., & 48. lib. pr. Cum igitur per
statuta correctum dicatur ius commune;
Concludi debet ea esse interpretanda, & de-
claranda, ut minus corrigant ius commune,
42 quam sit possibile iuxta l. si serui C. de noxa-
libus, & cap. cum dilectus de consuetud. Surd. cons. 4.
numer. 49. lib. p. & Rot. Genuens. apud Cartar. 66.
num. 14. et Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 956.
nu. 6. Et sic non compræhendere casum dotis

43 siuè matrimonij, quod adeo fauorabile est
publicæ vtilitati per *d. l. primã ff. solut. matrim.*
Diuersa enim est ratio nuptiarum, & dotis ab
alijs contractibus, hinc dicitur quod renun-
tiatio facta per filiam minorem Patri tem-
pore nuptiarum circa paterna bona attenta
44 dote sibi tradita, valida est, etiam sine decre-
to iudicis, vt affirmat *Mier. tit. de donat. minorũ
20. annis p. p. coll. 6. num. 18. & 19. fol. 135. post
Bal. in l. actum num. 24. C. de collationibus,* Quam-
uis non valeret circa alia bona etiam mater-
45 na; Et nihilominus si in alio casu cum Patre
contraheret, necessaria esset iudicis auctoritas
46 ad actum validandum, vt probat *Ias. in cons.
69. lib. secundo, & tradit. Cancer. lib. 3. variar.
res. cap. pr. de minor. à n. 62. vsq. ad n. 69. ac in
cap. 15. num. 259. cum seqq. plur.*
Prætereà sicuti filius familias clericus esse potest
in iuditio absq; patris consensu quoad bona
siuè redditus Eccles. & beneffitij quod obtinet
*Lupus tr. de donationibus inter virum, et vxorem
§. 42. num. 9. vsq. ad num. 22. Surd. de alim. tit. 4.
quæst. 11. num. 21. in fine quos sequitur Gratian. lib.
3. discept. forens. cap. 576. num. 7.* Ita dicendum
est de filia vidua, quæ dotem tanquam pecu-
lium quasi Castrense habere dicitur.
Deniq; notum est opinionem Doctorum fauore
47 filiorum continere AEQVITATEM, &
humanitatem, vt post alios probat *Rimin. iun.
cons. 333. sub num. 13.* Idcirco, ea sequenda est.
Et ex his minus vera esse videntur ea quæ de-
48 duxit *Crott. in all. l. si conuenire num. 103. in fine ff.
sol. matrim.* Dum concludere videtur, quod
licet mulier minor posit contrahere matri-
monium sine solemnitatibus statuti, Non id-
circo sequitur quod posit sibi dotem consti-
tuere contra *Tex. in l. qui neq. tut. ff. de rebus eorũ
& in l. Titia ff. de iure dotium.* Quia illæ leges
non tractant hoc, Cum prima lex disponat
tantum curatores furiosorum non posse alie-
49 nare bona furiosi sine decreto Iudicis, vt fit
per Curatores minorum, secunda vero iubet
quod restituto minore non restituitur aduer-
sarius eius aduersus rem iam in alium per ma-
iorem reductam, sed eius extimationem, &
sic non video quo pacto auctor ipse alioquin
doctissimus in hoc æquiuocum inciderit,
50 prout in idem lapsum esse comperio *Gratian.
lib. 3. discept. forens. cap. 267. numer. 7. & 9. cum
sequenti.*
Quæ conclusio eo magis procederet, si mu-
lier matrimonium contrahens, vel ad secunda
uota conuolans non solum esset maior, sed
etiam maturæ ætatis, quia tunc duo concurre-
re præsumuntur, Alterum respiciens Patris
negligentiam in ea maritanda, quam magni-
51 faciunt statuentes, In constitutione, enim Bar-
cinoniensi *secunda, & 3. tit. de sponsal. lib. pr.*
cauetur, filium matrimonium contrahentem
sine patris consensu ante annum 24. eius æta-
52 tis, posse exheredari de qua *Fontanell. de pact.
nuptial. claus. 4. glos. 2. num. 10. lib. p.* per no-
stras verò Constit. Mediolani *tit. de pœnis cap.
matrimonia clandestina*, prohibentur matrimo-
nia contrahi cum puellis nubilibus minoris
53 ætatis annorũ decem octo sinè licentia patris
sub pœna aureorum ducentum, ac alia grauio-
ri corporali pœna arbitrio Principis, vel Senat.
& sic post dictam ætatem permissa videntur
huiusmodi matrimonia sine consensu patris,
aut proximiorum facta de qua negligentia
patris verba facit Roder Suarez *lib. 2. de ma-
trimonio num. 9. fol. mihi 148. & in fine & post eum
Fontanell. de pactis nuptial. lib. 2. claus. 6. glos. 3.
par. 5. num. 55.* Alterum autem respiciens ipsi-
54 us mulieris prudentiam, & honestum consiliũ
dum nupsit pari non indigno *Suarez sub cit. nu.
9. ver. ibi*, & si ipsi sint discordes præfertur con-
silium mulieris, & in fine *Fontanell. cit. part. 5.
glos. 3. n. 50. & 54. lib. 2. Cancer. lib. 3. var. resol.
cap. 11. num. 5. post Ripam, & alios in l. pr. ff. sol.
matrim. & Abb. cons. 12. lib. pr.*
In quorum parentum, & fratrum negligentia,
statuit Imperator *in Auth. sed si post C. de inoff.
testam.*; quod si filia post 25. annum etiam lu-
55 xurietur, non incurrit in pœnam exhereda-
tionis.
Statuta verò quibus priuãtur hæreditatę filię, siuè
filij, qui sine patris, vel fratris consensu ma-
trimonia contrahunt, non dicuntur disponere
circa substantiam matrimonij, sed tantum,
56 circa bona temporalia, Quia matrimonium
impugnare quodamodo tantum videretur,
Quoadmodum, illud contrahendi, cum sic
contrahendo, sine patris consensu, filia dice-
57 retur vsurpare offitium Patris *cap. honorantur
32. qu. p. & cap. nostrates 30. qu. pr. de sponsal.
impub. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 2.
numer. 15. & 17. lib. pr. qui seq. numer. 18.*
subijcit, quod idcirco in quadam consequen-
tiam tantum remotum à matrimonio contra-
henti sine solemnitatibus præiudicare statuta
58 dicuntur, & quod principaliter agitur attendi
debet non illud quod in consequentiam remo-
tam venit *l. pr. ff. de auct. tut. Oliban. de iure Fisci
lib. 7. num. 37. cum. seq.*
Ex quo sanè infertur valere dispositionem testa-
toris legantis filię certam summam si nupserit
59 alicui ex tali familia; Cum spe præmij sollici-
tari quis posit ad contrahendum matrimo-
nium, cum aliquo ex tali familia *l. Titio centum
ff. de condit. & demonstrat. Capell. Tolos. decis. 292.
Oldrad. cons. 16. Thema tale est Titius, & latè pro-
bat Misinger. sing. obser. 31. cent. 6. ac Cancer. lib.
3. variar. resol. cap. 7. num. 29. cum plur. seq.* Quia
his casibus, non impeditur libertas matrimo-
nij, immo ad ipsum contrahendum spe lucri
60 quis inuitatur, vt notatur *in l. cum ita 62. ff. de
condit. & demonstrat.*
Quamuis improbatur dispositio, quando inui-
tatur ad matrimonium sub pena priuationis
lucri; itaut sine consensu, vel arbitrio alicuius
61 nubere non possit *d. l. cum ita § si arbitratu ff. de
condit. & demonstr. Bart. in l. pr. numer. 2. ff. de*
his

*bis quæ pænæ nomine Cranet. conſ. pr. per totum*,
*Molin. de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 13. numer. 36.*
*Natta conſ. 355. Monald. conſ. 6. num. 21. cum ſeq.*
*lib. 2. Gamm. decif. 314. num. pr. cum ſeq. Pariſ.*
*conſ. 29. num. 47. lib. 2.* Et ita iudicatum fuiſſe
61 per Senatum Sabaudienſem teſtatur Faber in
eius *Codice lib. 6. Diffin. 18. de condit, quos ſequitur*
*Cancer. cit. cap. 7. nu. 295. cum ſeq.* Vbi nu. 298.
teſtatur ita fuiſſe iudicatum per Senatum Cataloniæ.

Hanc vero pænam aureorum ducentum, & aliam
grauiorem arbitrio Principis, vel Senatus ob
clandeſtinum matrimonium, ſine conſenſu
patris, aut attinentium in eius deffectum contractam,
tam maſculum contrahentem cum
puella nubili minore ætatis annorum 18. &
eos qui dicto contractul interuenerint, vel
ſponſos hoſpitati ſint, Quam fæminam, quæ
cum filio familias minore annis 20. contraxit
63 amplecti expræſſe diſponunt Nou. Conſtit.
Mediolani *in dicto tit. de pænis cap. matrim.*

Quam pænam arbitrariam iuxtà facti, & perſonarum
qualitatem modo grauiorem, modo
64 mitiorem, ſolet declarare Sen. Excellentiſs.
Die enim 14. Nouembris 1613. ad relationem
Egr. Capitanei Iuſtitiæ condemnauit Senatus
65 Hieronymum Tonſum, qui clandeſtinum,
matrimonium contraxerat cum Clara de Gallis,
puella ætatis annorum 14. mediante opera
Præsbyteri Alexandri ipſius, Tonſi fratris, &
Parochi vltra pænam aureorum ducentum ad
Remum per ſeptennium; Ita ut finito remigio,
exularet ab hoc dominio arbitrio Senatus ſub
pæna Remi quinquennalis, quod delictū adeò
graue, & publicæ vtilitati damnoſum reputauit
Senatus, vt die 18. Ianuarij 1614. manda-
66 uerit Prætori Laude, vt contumacem damnaret
in pænam vitæ, & bonorum confiſcationis
equitem Io. Baptiſtam Vignatum, & alios inquiſitos
de clandeſtino matrimonio contracto
cum Hieronyma filia Capitanei Ricardi
Squintani.

Prout die 31. Auguſti 1619. referente Ampliſsi-
67 mo Sen. Vicecomite cenſuit Senatus procedendum
eſſe ad vlteriora contra inquiſitum
68 de huiuſmodi clandeſtino matrimonio non
obſtante quod illud matrimonium fuiſſet diſſolutum,
& mulier adhuc non cognita Monaſterium
ingreſſa eſſet.

An autem ad excluſionem delicti, & pænæ ſufficiat
maſculum attigiſſe annum vigeſimum, &
fæminam annum decimum octauum hæſitatum
fuit aliquando; Cum in fauorabilibus annus
69 cæptus habeatur pro completo. Doctores *in l.*
*3. §. minor. ff. de minor. & l. ſi qua ætate ff. de teſtam.*
*ac in l. ad rem publ. ff. de muner. & honor.* Quamuis
*Bart. in l. ſi cui ff. de leg. p.* diſtinguat, quod
ſi tempus eſt appoſitum per genitiuum, vel
70 accuſatiuum, requiritur quod annus ſit com-
71 pletus ſi verò per ablatiuum ſit appoſitum
tempus, Tunc ſufficit quod annus ſit cæptus,
vt latè explicat *Magon. decis. Florent. 10. n. 24.*

Communis tamen obſeruantia eſt, vt annus cōpletus
requiratur ad euitandam ipſam pænam
72 & ita expræſsè probat Plottus *in l. ſi quando nu.*
*358. per l. cum Prætor ff. de iuditijs, & arg. à contrario
ſenſu l. p. ff. de off. eius*, Et cum caſus ſic
acciddiſſet in Ciuitate Cremonæ, dum Paulus
Zuchus filius familias ætatis annorum 19. &
menſium 11. cum dimidio abſq; Patris conſenſu
ſponſalia contraxiſſet, cum filia Antonij
Calcinę Cauponis, contra quem querellā porrexerat
Pater Zuchi mercator, & qui Antonius
idcirco reus fuerat conſtitutus de delicto ipſo
73 Tandem præſtitis deffenſionibus, & ſtante
etiam Patris remiſſione, me tunc Iudice Prætorio
refferente die 28. Nouembris 1627. fuit
per Curiam cum alijs correis dimiſſus Antonius,
& ordinatum non eſſe vlteriori moleſtia
afficiendū, cum prius relaxatus fuiſſet Zuchus
è carceribus in quibus retentus erat per tres
menſes ad inſtantiam patris.

Sed quia dum detentus remanebat ipſe Zuchus,
inſtabat Eminentiſsimus D. Cardinalis Cam-
74 poreus Epiſcopus Cremonen. apud Curiam,
vt permitteretur exequi matrimonium inter
illum, & Puellam, ſaltem intra carceres, Cum
illud impediri de iure nullo modo poſſet:
Conſultus Senatus Excellentiſſimus reſcripſit
75 die 30. Ianuarij 1627. omnia ea eſſe permittenda
ſine quibus matrimonium liberè contrahi
nō poſset, & ſimul procedendum contra
eos qui Nouis Conſtitutionibus contrauenisſent,
Cum (vt idem Senatus declarauit per
76 aliud reſcriptū emanatum die 17. Decembris
1626.) mens Nouarum Conſtitutionum, & Senatus
eſset ne filij minores ætate per ipſas
Conſtitutiones expræſsa ob illorum facilitatem,
& iuditij imbecillitatem ipſius ætatis
77 propriam ſeducerentur; Non autem impedire
matrimonij libertatem, Non ſolum enim
quod licet in coniunctionibus conſiderandum
78 eſt, ſed etiam quod honeſtum, vt ſcribit Modeſtinus
*I. C. in l. semper 158. ff. de regul. iur.* Vt
conſtituit Xeneſon. in œconomicis, Et cum
quidam Marinus olim Romæ cauſarum def-
79 fenſor temporis Valentiani, & Valentis Hiſpannillæ
malis artibus affectaſset matrimonium
vltimo ſupplicio damnatus eſt, vt ex
Amiano refert Petrus Gregorius *lib. 8. ſintag.*
*iur. cap. pr. num. 24.*

Cæterum incumbit querelanti ſiuè Fiſco probare
80 minorem ætatem eorum, qui matrimonium
contraxerunt, vt inquit *Bal. in l. de ætate num. 12.*
*vers. ſumus expedienti ff. de minoribus*; Alioquin
81 omnia præſumerentur facta tempore licito,
hoc eſt tempore, quo puella eſſet ætatis annorum
decem, & octo completorum *Bart. & cæteri
in l. non ſolum §. sed, vt probari ff. de oper. noui nunciatione
Plottus dicto num. 358. verſ. alioquin*;
Vbi ſubijcit poſse Iudicem ex aſpectu cauſa
82 cognita pronuntiare minorem eſse puellam
annorum 18.

Prout probare etiā teneretur querelans ſiuè Fiſ-

cus Puellā non esse viduam; Cū vidua exclu-
83 datur ab ipso decreto *Nou. Const. 10. Andr. in cap. pr. de homicidijs lib. 6.* Cum qua vidua minore 18. annis posse matrimonium contrahi etiam sine Patris, vel aliorum affinium consensu indubitatum est, vt tradit Plottus *loco cit.*
84 *nu. 260.* Inde igitur differentia clare resultat quam obseruant legislatores inter mulierem viduam, & puellam nubilem, etiam si ambo in patris potestate existerent.

*SVMMARIA.*

*Emptor prædij qui pretium non soluit tenetur ad vsuras num. 1,*

*Emptor prætij tantum partem soluens an lucretur fructus rei emptæ num. 2.*

*Emptor non aequirit fructus prædij empti nisi soluto integro pretio numer. 3. quod procedit de rigore iuris num. 8.*

*Contrarium verius num. 7. et hæc actio non ex æquitate datur, sed officium iudicis super æquitate fundatur num. 9.*

*Emptor partem pretij soluens non acquirit dominium partis prædy emptæ num. 4.*

*Venditor non est in mora dum pretium non fuit sibi solutum, vel saltem oblatum num. 5.*

*Emptor non possidet ante rem sibi traditam num. 6.*

*Emptor locupletari non debet cum iactura venditoris num. 10.*

*Emptor non lucratur fructus quando est factum solum pactum de vendendo nu. 11.*

*Beneficij renuntiatio differt à pacto de renuntiando num. 12.*

*Donatio differt à pacto de donando num. 13.*

*Pecunia soluta in pacto de vendendo nomine vsurarum compensanda venit in pretio num. 14.*

*Pecunia soluta nomine vsurarum in pacto de vendendo præsumitur mutuum num. 15.*

*Pacta insolita induunt præsumptionem fraudis n. 16.*

*Possidens bona fide putans se dominum fructus facit suos num. 17.*

*Non habens titulum habilem ad translationem dominij non potest se dominum credere num. 18.*

*Ratio non valet quod aliquis ratione possessionis facere fructus suos ergò non tenetur ad eorum institutionem num. 19.*

*Mora fit quando quis sit rem non esse suam, et eam detinet num. 20.*

*Quod suum non est scire debet ad alium spectare num. 21.*

*Fructus resistente mala fide præscribi nequeunt n. 22.*

*Iuris error non excusat percipientem fructus mala fide num. 23.*

*Emptor soluens integrum pretium fundi vigore pacti de vendendo fructus de æquitate facit suos num. 24.*

*Venditor gaudere non debet pretio, et re, et fieri locupletiora cum iactura emptoris num. 25.*

*Emptor ex parte sua mediante solutione omnia adimplens fructus consequi debet num. 26.*

*Res vendi promissa periens soluto pretio perit emptoris periculo num. 27.*

## Emptor qui solam partem pretij rei emptæ soluit lucratur tantum Fructus pro rata pretij soluti.

## Cap. CLXIX.

DICTVM fuit supra in cap. 40.
1 per totum libro primo Emptorē prædij, qui pretium non soluit teneri ad vsuras, ex AEQVITATE *l. curabit C. de act. empti,* etiam si de his non fuerit conuentum, modo, venditor dilationem ad soluendum non dedisset emptori sine reseruatione vsurarum; Queritur nunc an si pretij tantū partem soluisset emptor, lucretur fructus rei emptæ, nec idcirco teneatur ad vsuras recom-
2 pensatiuas fructuum de quibus copiosè *Card. Mantic. tr. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 24. num. 8. cum seq. par. pr.*

Et non posse emptorem lucrari fructus prædij
3 empti nisi soluto integro pretio decidere videtur *Text. in l. Julian. §. offerri ff. de actionibus empti*, Vbi Vlpianus scribit, emptorem non posse agere ex empto, nisi totum pretium non partem soluat, aut offerat, quam sententiam sequitur ibidem *Bart. vers. sed quero cuius opinionis fuisse labeonem scribit Iabolenus in l. fin. ff. de fundo dotali.*

Cum enim emptor qui partem tantum pretij sol-
4 uit, non dicatur acquisiuisse Dominium partis predij empti, *Tex. est in l. fistulas §. qui fundum ff. de contrah. empt.* Idcirco neq; fructus dictæ partis lucrari potest ratione Dominij, Neq; etiam
5 ratione moræ, cum venditor non sit in mora Dum pretium sibi non fuit solutum, vel saltem oblatū, Neq; ratione possessionis cum emptor
6 non possideat ante rem sibi traditam *Bald. in l. si traditio in 11. qu. C. de actionibus empti quem sequitur Alex. cons. 121. num. 2. et 4. lib. 4.*

De AEQVITATE tamen fructus percipit
7 emptor ad ratam pretij soluti, vt est apertus *Tex. in all. l. fin. in fine ff. de fundo dotali, & declarat Bar. in cit. §. offerri vers. sed quæro, amplè Decius in cons. 119. num. 2. in fine Alex. cons. 121. num. 2. lib. 4. Natta cons. 384. num. 10. et Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 4. vers. dicitur quinto, quos sequitur Surd. de alim. tit. 7. qu. 17. num. 6. et 7.* Vbi expræsse scribit priorem sententiam procede-
8 re de rigore Iuris, Hanc verò de AEQVITATE, & hoc casu non dari actionem, sed officium Iudicis super AEQVITATE funda-
9 tum tradit *Surd. loco relato num. 8. post Nattam dicto cons. 384. num. 10. et Alex. cit. cons. 121. sub num. 2. lib. 4.* Cuius decisionis rationem esse probat *Alex. in memor. cons. 121. num. 2. vers. sed solum lucratur*; Ne venditor locupletetur cum iactura emptoris quod esset contra AEQVITATEM naturalem; sicut dicitur de emptore, qui locupletari non debet cum iactura

10 tura venditoris per all. l. curabit C. de actionibus
empti.
Si vero facta non sit venditio, sed tantum pactum
de vendendo, Tunc fructus aliquos lucrari
11 non posset emptor; Cum diuersum sit pactum
de vendendo ab ipsa venditione l. p. C. de pactis
pignor. glos. in l. bona fidei ff. de eo quod certo loco
Angel. in cons. 166. incip. ex forma, & serie; Vt
dicitur de beneffitio cuius renuntiatio differt
12 à pacto de renuntiando Clem. p. de renuntiatio-
nibus; Simile dicitur de donatione, quæ differt
13 à pacto de donando Salic. in l. in bona fidei alids
in l. legem C. de pactis, & latissimè tradit addit. ad
Bart. in dicto §. offerri in litt. C. Alex. cons. 121.
num. 3. lib. 4.
Prout si in pacto de vendendo soluta fuisset ali-
qua pecunia nomine arrharum, quæ compen-
sanda erat in pretio idem concludendum esse
14 tradit add. ad. Bartol. in cit. litt. C. Quia præsu-
15 meretur mutuum illud datum nomine arrha-
rum licet sub falso nomine emptionis datum
esse fuerit expressum tanquam contra solitum
glos. in l. si quis sub conditione ff. de conditione instit.
vbi Bald. qui scribit huiusmodi pacta insolita induce-
16 re præsumptionem fraudis, facit glos. in l. cum alle-
gas, & ibi Bal. ff. de vsuris.
Et hanc sententiam sequitur Alex. cons. 121. num.
5. & 6., Dum ait requiri, quod quis possideat,
17 & bona fide possideat putans se Dominum,
adhuc vt ex tali possessione fructus faciat suos
l. qui sit §. in alieno ff. de vsuris, & l. bona fidei ff.
de acquir. rerum Dominio, Quæ sanè qualitas
defficit in eo qui pactum fecit de emendo, &
pecuniam nomine arrharum soluit; Non enim
potest se Dominum credere quia non habet
titulum habilẽ ad translationem Dominij, vt
18 scribit Alex. cit. cons. 121. sub num. 6 lib. 4.
Sicut etiam non sequitur; Aliquis ratione pos-
sessionis facit fructus suos, ergo non tenetur
19 ad eorum restitutionem, vt patet in l. certum
cum ibi not. C. de rei vendic. & in l. ex diuerso ff.
eodem tit. & subijcit ibidem Alex. num. 6. vers. sed
Mart., Faciunt tradita per Rebuff. ad Constit. Regni
tit de fructibus, & illorum restit. art. p. glo. pr. nu.
14. & 39., Dum scribit, moram fieri quando
20 quis scit, rem non esse suam, & nihilominus eã
detinet, nã postquã sua nõ est scire debet ad
21 alium spectare l. fin. C. vnde vi Fachine. lib. pr.
contron. iur. cap. 60. quos seq. Giurba decis. 89. n. 37.
Qui fructus aliquo tempore præscribi nequeunt
22 resistente mala fide cap. fin. cum ibi not. de præ-
scriptionibus, & cap. possessor. de regul. iur. lib. sexto
scribentes in l. sequitur §. si viam ff. de vsucap. &
probat Alex. sæpius cit. cons. 121. num. 12. Maxi-
mè verò quando contractui resistit ius prohi-
23 bens nõ ius tantũ assistit, quia tunc neq; iuris
23 error excusat huiusmodi fructus percipientẽ
vt tradit Alex. cit. cons. 121. in fine lib. 4. Surd.
cons. 243. num. 10. Cephal. cons. 85. numo 12. Card.
Tuscus lit. F. conclus. 503. num. 10. & 21. Petra
de fideicom. quæst. 15. numer. 324. & Rebuff. cit.
glos. pr. num. 31.

Si vero vigore pacti de vendendo futurus emp-
tor soluisset integrum pretium fundi; Tunc
24 de AEQVITATE fructus suos facere hu-
iusmodi emptorem contra hanc Doctrinam
Alexandri probat Socin. in l. si ante nupt. ff. solut.
matrim. & in cons. 170. col. p. vers. secundum prin-
cipale fundam. lib. 2. & resp. Ias. in cons. 117. lib. p.
Curt. Iun. cons. 82. col. secunda, quam sententiam
sequitur Cagnol. in l. 2. qu. 21. C. de pactis inter
empt. & vendit. Paris. cons. 60. lib. p. & cons. 75.
lib. 4. Decius cons. 614. col. pen. ac Ruin. cons. 47.
col. 3. lib. 4. quos refert Natta in Add. ad Alex.
cit. cons. 121. lib. 4.
Ratio est, quia hoc pacto venditor gauderet re,
25 & pretio, sic contra AEQVITATEM
naturalem locupletior fieret cum damno
emptoris, contra dispositionem memoratæ l.
curabit. de actionibus empti; Cum enim futurus
emptor ex parte sua omnia adimpleuerit me-
diante pretij solutione fructus, etiam conse-
26 qui debet per Tex. in d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de
empt. & vend. in tantum vt si res vendi promissa
27 interim periret eiusdem emptoris periculo
periret l. necessario. ff. de peric. & cõmodo rei ven-
dita, ac probat Alex. cons. 119. sub num. 3. vers. nec
cuipiam lib. 4.

## SVMMARIA.

Fratres simul habitando, & ad vnam mensam viuendo, et redditus exigendo, ac communi nomine expendendo contrahere dicuntur societatem vniuersalem num. 1. quod procedit etiam si aliquis ex fratribus esset minor num. 2.

Bona diuersorum fratrum communia pro restitutione dotis vnius ex fratribus sunt hypothecata num. 3.

Fratres socij omnium bonorum tenentur ad dotationem filiæ fratris, et ad æs alienum à fratre contractum etiam si non appareat, pecuniam fuisse conuersam in communem vtilitatem num. 4.

Dos recepta, tàm à patre, quàm à filio dimidia ad vtrũque peruenisse dicitur num. 5.

Dotis pars à fratre habita viuente patre iniquũ videtur post patris obitum fratrem exigere debere num. 6.

Fratres non dicuntur societatem contraxisse post patris obitum num. 7.

Fratres simul habitantes non præsumuntur socij nisi negotiantur num. 8.

Fratres sub patria potestate sicut non possunt expræsse contrahere neque in iuditio esse sine patris consensu num. 9. ita multo magis tacite num. 10.

Pater administrans seu curam habens filij vxorati, et eius bonorum insolidum tenetur pro dote vxoris filij num. 11.

Dos soluta filio præsumitur ad patrem peruenisse num. 12. et filius potiùs ob reuerentiam, quam alia de causa interuenisse num. 13.

Pater, et filius vterque se ipsum administrans, et gubernans pro dimidia ad restitutionem dotis tenetur num. 14.

Pater in dubio præsumitur alere, et gubernare filium num. 15.

*Patris secundum communem contingentiam filiorum bona administrant num. 16.*

*In obscuris, quod verisimilius est inspiciendum nu. 17.*

*Vsusfructus bonorum filij regulariter acquiritur patri num. 18.*

*Id quod est facti non præsumitur, et ab allegante est probandum num. 19.*

*Dotes integræ ex paternis bonis sunt soluendæ non obstante fideicommisso à patre exinde constituto, nu. 20. quod procedit etiam in matre, et filio simul vendentibus, vel dotem recipientibus num. 22.*

*Doctori distinguenti est standum tamquam magis appropinquanti veritati num. 21.*

*Mater interueniens cum patre in contractu siuè dotis receptione magis intercedendi animo pro marito quã efficaciter se obligandi præsumitur num. 23.*

*Fideiussio seruandæ dotis est inualida num. 24.*

*Sententia Magistrat. Extraord. Redd. quod non dicerentur fideiussionem facere fratres viri secum viro obligando versus vxorem post dotem receptam si ex post orta esset causa suscipiendæ obligationis num. 25.*

*Mathæi Bimij Quæstoris mox Senatoris honorifica mentio num. 26.*

*Fideiussor pro solutione dotis indistinctè recipitur num. 27.*

## Dotalis pecunia soluta patri, & filio ad quem eorum peruenisse præsumatur.

## Cap. CLXX.

SEMPRONIVS filius familias cum Patris consensu vxorem duxit certa promissa dote, quæ exinde soluta fuit eisdem patri, & filio per publicum Instrumentum. Defuncto patre, dum alij filij ad bonorũ diuisionem deuenire volebant cum Sempronio fratre, Is dotem vxoris tanquam æs alienum in primis deducere intendebat, Cum satis aperti Iuris sit communia bona fratrum esse hyppothecata pro restitutione dotis vxoris vnius ex fratribus, attenta communione, quippe societate in qua viuebant fratres, cum patre tempore receptionis dotis, ac etiam post patris obitum. Quia simul habitando, & ad vnam mensam viuendo, & reditus exigendo, ac communi nomine expendendo contracta dicitur societas vniuersalis, vt pro-
1 bat *Menoch. cons. 375. num. 6. ac sequitur Hector Felic. tr. de societate cap. 11. per totum, ac amplè scribit Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 547. num. pr. cum seq. qui num. 4. tradit* Hoc idem procedere, etiam si aliquis ex fratribus esset minor
2 post Menoch. *lib. 3. præsumpt. 56. nu. 8. et Felic. tr. de societ. cap. 3. num. 42.*
Qua attenta vniuersali societate, sine dubio hyp
3 pothecata esse bona communia ipsorum fratrum pro dote habetur *in l. si societatem vniuersalem §. p. & l. omne æs alienum, & in l. cum duobus §. per contrarium ff. pro socio Petrus de Vbaldis in tr. de duobus fratribus par. 6. qu. 9. vers. secundo quia Rol. cons. 91. num. 47. lib. 5. & Menoch cons. 325. num. 8. cum quatuor seq.* Vbi amplè probat
4 fratres socios omnium bonorum teneri etiã ad dotationem filiæ fratris, & ad æs alienum à fratre contractum, etiam si non appareat pecuniam fuisse in communem vtilitatem versam.
Opponebant alij fratres, quod cum dos recepta fuisset, tàm à patre, quàm à filio dimidiam saltem ad vtrumq; peruenisse dicendum erat
5 *iuxta l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis Bart. in cons. 124. nu. p. in fine Bal. in l. mater col. 5. vers. sed quæro de rei vendic.*, & in speciè de receptione dotis ab vtroq; facta probant *Bartol. Bald. Salicet. & castri in l. si constante ff. sol. matrimonio Corneus cons. 303. lib. 4. Campeg. de dote in tertia parte qu. 169. Bal. nouell. tr. de dote in 7. parte qu. 38. Tiraquel. de retr. qu. 31. glos. vnica num. 4. Boer decis. 23. num. 10. & Viuius comm. opin. 595. & Osasc. decis. 43. num. p.* & consequenter pro altera tantum dimidia ad patrem peruenta hyppothecatam esse paternam hæreditatem, Inquum enim esse videri, vt eam dotis partem
6 iterum exigeret frater, quam iam recepisse constabat ex allegato instrumento; Negantes omnino societatem vniuersalem eos contraxisse cum fratre post Patris obitum iuxtà *l.*
7 *ex parte §. si fratres, & § si filius ff. famil. ercisc. Bal. in tr. de duobus fratribus q. p. n. 10. & 17. registr. post tract. Bar. eodem tit. vbi nu. 21.* expræssè probat fratres simul habitantes, non præsumi socios
8 si non negotiantur; Qua sub patria potestate sicuti expressè non poterant contrahere nec in
9 iuditio esse sine Patris assensu *l. fin. § necessitate C. de bonis, quæ liberis l. p. §. fin. ff. de auct. tutorum Petr. Gregor. lib. 11. sintag. iur. cap. 4. sub num. 2.*
10 Ita multo minus tacitè *arg. auth. multo magis C. de Sacros. Eccl.*
Distingunt tamen scribentes quando Pater administrabat, seù curam habebat filij, & eius bonorum; Et tunc in solidum illum, & eius
11 bona teneri pro dote vxoris filij tradunt scribentes, Cum tunc præsumatur dotem ad eum solum peruenisse *Crauet. cons. 91. n. 3.* & filium
12 potius interuenisse ob reuerentiam paternam
13 quam alia de causa *arg. Tex. in l. velati ff. de iustitia, & iure Paris. cons. 94. num. 31. lib. pr. quem seq. Port. Imol. cons. 54. num. 46.* si vero vterq; se ipsum administrabat, & gubernabat, &
14 Tunc pro dimidia quilibet teneretur.
In dubio tamen præsumitur pater alere, & gu-
15 bernare filium, & sic dotales pecunias ad ipsum peruenisse de AEQVITATE præsumitur vt probat Cinus *in l. si cũ dotem §. transgrediamur ff. sol. matrim. & sequitur ibidem Cumanus*, dum ait hanc opinionem esse AEQVIOREM Tum quia secundum communem contingentiam Patres filiorum bona administrant, & sic

à

à communiter contingentibus præsumitur
16 dotes Nurrus solus recipere Pater iuxta *l. nam ad ea, & l. ideò vbi glos. ff. de legibus & l. neq; naturales C. de probationibus*; Et in obscuris inspicimus quod verisimilius est, & plerumque
17 fieri solet *cap. inspicimus de regul. iur. in 6. Abb. cons. 82. col. 3. lib. p.* Tum quia regulariter pa-
18 tri acquiritur vsusfructus bonorum filij *l. cum oppertet C. de bonis quæ liberis*, Tum etiam quia quod filius se ipsum gubernar, est quid facti quod non præsumitur, & ab eo allegante pro-
19 bandum *l. p. ff. si quadrupes. pauperiem fecisse dicatur*.

Hanc sententiam sequitur Curtius *sen. cons. 53. Io. Crott. in repet. l. si constante col. secunda in fine ff. sol. matrim. Decius cons. 58. Feder. de Senis cons. 241. Boer. in consuetud. Biturig. de consuetud. Stat. §. 3t. num. 4. cum seq; Bal. & Salicet. in Auth. si qua mulier C. ad trebell. Portius Imol. cit. cons. 54. num. 46. Decian. cons. 49. num. 15. 17. & 28. lib. 2.* Qui scribit magis AEQVAM, & communem esse hanc sententiam, ac in proprijs his terminis probat *Osasc. decis. 43. numer.* 2.. Vbi
20 in fine decisionis testatur Senatum Taurinensem Iudicasse dotes integras esse soluendas ex paternis bonis, etiam non obstante fideicommisso à Patre exinde constituto, & hanc partem amplectitur Alex. Trentacinq; *lib. 3. var. resol. tit. de iure dotium resol. 4. sub n. 7. vers. opinio, & vers. ego non discederem*, Inquiens Cyni opionem veriorem sibi videri, Cum Docto-
21 ri destinguenti sit standum, tanquam magis apropinquanti ueritati, esto quod per distinctiones, & interpretationes congruentes, omnium relorum euitetur amaritudo ex Nenizano *in Silua nuptiali lib. 5. tit. quomodo iudici n. 32.*

Quam conclusionē procedere etiam in matre,
22 & filio simul vendentibus, vel dotem recipientibus, tadunt Portius, & Decianus supra relati, & scribit Boer. *decis. 23. num. 11. & 12. quos refert, & sequitur Trentacinq; cit. resol. 4. in fine*; Si vero simul etiam cum patre interuenisset mater, in contractu, siuè doris receptione; Tunc magis intercedendi animo promisisse matrem pro marito præsumitur, quàm
23 efficaciter se obligare, vt tradit *Oscasc. cit. decis. 43. nu. 7.* & abundè scripsimus *supra in cap. 143.*

Et si contingeret maritum cum fratribus post
24 dotem receptam se obligare pro cautione dotis, Quamuis inualida sit fideiussio seruandæ dotis per *Tex. iul. p. & 2. C. ne fideiussores, vel mandatores dotium dentur*, Quia vt inquit ibi Imperator Iustinianus, si mulier sese suamque dotem credendam Patri mariti. existimauit, fideiussor vel alius intercessor exigi non debet, ne causa perfidiæ in connubio eorum generetur, Tamen non diceretur fideiussionem facere fratres viris, se cum viro obligando versus vxorem post dotem receptam, si ex post aliqua orta esset causa suscipiendæ obligationis, ut defendebam superiori anno pro vxore Darij Serraualensis corā Ill. Magist. Extraord.
25 reddituum contra votum Fisci, & ita tandem obtinui die 2. Octobris 1637. referente
26 Eruditissimo, Questore, nunc Amplissimo Senatore D. Mathæo Bimio in legali scientia unico hærede Doctissimi Io. Petri Bimij Patris E contra vero pro solutione dotis indistinctè
27 fideiussor recipitur, vt elicitur ex eodem *tex. d. l. p. C. ne fideiuss. vel mandator, & habetur ex traditis per Roma singul. 169.* Ex quo patet non leuem extare differentiam inter constitutionē siuè promissionem dotis, & illius restitutionem.

*SVMMARIA*

*Non. Conslit. in tit. de accusat. imponunt pœnam duplicatarum expen. calumniosis delatoribus num. 1.*

*Pœna à iure communi imposita in ciuili Iudicio, contra temerè litigantem num. 3.*

*Pœna à iure communi imposita contra calumniosos accusatores in criminalibus num. 2. 4. & 5.*

*Frustra dubitamus vbi habemus casum legis nu. 6.*

*Iustus dolor excusat accusatorem à pœna num. 7. 8. 10. 12. & 14.*

*Lex generaliter loquens generaliter etiam intelligenda est num. 9.*

*Difficilius est iram continere, quàm miracula facere iuxtà D. Gregor. num. 11.*

*Iustus dolor vix temperari potest num. 13.*

*Iudex in materia pœnali sequi semper debet partem humaniorem, vbi pœna expressa non fuit specialiter num. 15.*

*Iusta causa excusat querelantem a calumnia num. 16.*

*Calumniosus non idcirro uidetur accusator quamvis reus absolutus sit num. 17. ratio num. 25. cum seq.*

*Aristodemi historiam circa imolationem propria filia pro salute patriæ num. 18.*

*Vis illata Puellæ libidinis causa in maximam illius iniuriam redundat num. 19.*

*Sat. Mediolani de Domicello declaratur num. 20. & 21*

*Calumnia accusationis resultat dum contrarium apparet eius quod accusator exposuit num. 22.*

*Ferrantis Dossena Sind. Fiscalis nuntio bonorifica n. 23.*

*Decretum Senatus quo excusatur à pœna calumniæ in quo iusto dolore commotus accusauerat num. 24.*

*Testes vbi corrupti à querelante fuer. is condemnatur in pœnam calumniæ num. 25. secus si tanquam infames non probarunt num. 26.*

*Accusator quia non probauit delictum excusatur à pœna calumniæ si se fundauit super fama publica num. 27.*

*Declaratur vbi in se delictum non esset dic concessum num. 30.*

*Accusat. lz.. non probauit concludenter, sed tantum quoquomodo eximitur à calumnia n. 28. quia sufficit subministrasse aliqua inditia num. 29.*

*Calumnia in animo consistit, & ex dolo oritur num. 31.*

*Temeritas ex stultitia, & inconsultò prouenit nu. 32.*

*Dolosus dicitur qui affirmat id quod ignorat num. 33.*

*Dolosus præsumitur qui mentitur ad eius vtilitatem num. 34.*

*Parentes excusantur à calumnia pro nece filiorum num. 35.*

*Calumniari*

*Calumniari regulariter dicitur qui in criminibus non probat num. 36.*

*Abolitio generalis criminum non prodeſt calumnioſis accuſatoribus num. 37.*

*Vbi ſpecialiter de hoc facto non ſit mentio, vel dicatur non obſtante aliqua lege num. 38.*

*Generalis prouiſio non continet ea qua ſpecialem requirunt expraſſionem num. 39.*

*Abolitio generalis, decretum gratioſum nuncupant in hoc Dominio, exprimere ſolet delicta, qua ab ea excluduntur num. 40.*

*Teſtes falſi ad offenſam excluduntur à beneficio decreti gratioſi num. 41.*

*Calumnioſus tenetur ad damna, & expenſas dupplicatas num. 42.*

*Damna, & expenſa ex quibus condemnatus fuit calumnioſus querelans probantur ſolo iuramento num. 43. in litem.*

*Calumniatoris hæredes tenentur ad huiusmodi damna, & expenſas num. 44. & 45.*

*Iudex diligentiſſimus eſſe debet in perquirenda veritate num. 46. cum ſeq;*

*Accuſatorum temeritas tribus detegitur modis qui ibi exprimuntur num. 48. cum ſeq.*

*Calumniari eſt falſa crimina intendere num. 49.*

*Præuaricari eſt vera crimina abſcondere, vt tradit Martianus l. C. num. 50.*

*Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere num. 51.*

## Calumnioſus accuſator excuſatur non nunquam à pœna, contra calumnioſum accuſatorem impoſita ob iuſtum dolorem.

## Cap. C L XXI.



X Nouis Conſtitutionib. huius Dominij Mediolani *in tit. de accuſationibus, & denuntiationibus cap. ſi quis quempiam libeʒ.* Sancitū condemnari debere in dupli catis
1 tis expenſis eum, qui quemquã calumnioſè detulerit, vel accuſauerit, aut notificauerit, eadem ſententia qua reus abſoluetur vltra pœnas à iure inflictas; Iure autem
2 communi inſpecto in criminali inditio calumnioſus accuſator condemnatur in conſimilem pœnam in quam incurriſſet querelatus, ſi delictum eſſet probatũ *Tex. in l. quisquis C. de ca-*
3 *lumniatoribus* in ciuili vero iuditio in expenſis litis, & alijs damnis, & intereſſe paſsis per reũ conuentum *Tex. eſt in l. non ignoret C. de fruct. & litis expenſis, & in inſt. de pœnis temerè litig. Bar. in l. fin. n. 7. C. de iure iur. propter Calumn.*; Quam-
4 nis Imperator Cõſtantinus *in l. omnes Iudices in C. ſi. de delatoribus lib. 10. et ibi gloſ. vlt.* facultatem dat Iudicibus, vt pœna contra falſos delatores ad linguæ abſciſionem extendatur, & ex communi obſeruantia huiuſmodi falſi delatores tenentur ad reſarciendum damna, &
5 expenſas parti *Rimin. iun. conſ. 303. Farinac. quaſt. 16. num. 8. et 24. Felic. alleg. 134. num. 20.*

Itaque nulla admiſſa excuſatione qui calumnioſè detulit alium hac pœna teneatur, enim fruſtra dubitetur; Vbi habemus eaſdem legis expræſſum *l. Ancilla C. de furtis, et l. illam C. de collationibus, et poſt Corneum conſ. 205. num. 8. lib. 3. pro-*
6 *bauimus in ſuperiori libro cap. 30. num. 16.*

Si tamen calumnioſus delator iuſto aliquo dolore impulſus calumnioſam propoſuit accuſa-
7 tionem; AEQVITATE ſuadente excuſari à calumnia debere iuſtius videtur, Quia hic caſus iuſti doloris licet ſub dicto iure ſcripto in genere contineri videatur, Palam tamen ſcriptis in ijs conprehenſus non dicitur Idcirco in eo amplecti debemus AEQVITATEM, vt ex *Iaſ. in l. Placuit n. 3. ff. de iudiciis, probauimus ſupra lib. p. cap. 4. num. 9. et 11.* Vbi ex Rebuff. & Cueiac. traditur exemplum ab hoc non diſsimile, & pro hac ſententia eſt apertus Textus *in l. mater C. de calumniatoribus* Vbi cautum eſt ob immenſum dolorem excu-
8 ſari matrem à calumnia, quæ aliquem de homicidio filij accuſauit, ſi non probauit, vt declarat ibidem gloſ. magna, & idem habetur *in l. 4. eodem tit.* Vbi filius qui accuſauit aliquem de morte Patris excuſatur à præſumpta calumnia ob immenſum dolorem.

Quamuis enim Nouæ Conſtitutiones generaliter, & abſolutè loquantur, & conſequenter
9 etiam generaliter intelligendæ veniant *vulg. l. de pretio ff. de publ. act. et diximus ſupra lib. pr. cap. 12. num. 3. et cap. 168. n. 3.* Attamen Iuſtus dolor temperare dicitur legis diſpoſitionem eum de eo nulla habita fuerit ratio à legiſlatoribus in condendis Nouis Conſtitutionib. Idcirco in ijs comprehenſum minimè eſſe
10 caſum iuſti doloris dicendum eſt *Tex. in all. l. nuper C. de calumniator & arg. cap. ſi quis iratus 2. q. 3. & tradit Paris. de Puteo tr. de ſind. verbo pœna cap. 6. circa medium vers. Item cauſa iræ, & Boſſius in eius praxi tit. de homicid num. 60.* Vbi ex auctoritate D. Gregorij inquir.

Dificilius eſſe iram continere, quàm miracula
11 facere *Farinac. qu. 91. num. 5. cum ſeq; & num. 5. Bertazol. conſ. 135. litt. B. lib. pr. & conſ. 214. nu. 7. Honded. conſ. 105. num. 47. & Menoc. de arbitr. caſu 319. num. 33. et de præſumpt. lib. 5. præſump. 3. num. 117. ac diximus ſupra in cap. 7. num. 9. et cap. 58. nu. 14. lib. pr.* Quod ſcilicet ob iuſtum
12 dolorem excuſatur quis omnino à pœna ſaltē ordinaria.

Iuſtus enim dolor vix temperari poteſt *Tex. in l.*
13 *ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. de adulterijs, & in l. Gracbus C. eodem tit.* obidq; excuſandus venit, qui ex iuſto dolore motus deli-
14 quit per iura citata, & habetur *in l. quidquid calore ff. de reg. iur. et in d. cap. ſi quis iratus 2. qu. 3. ac probat Cabell. lib. 3. variar. reſol. caſu 288. n. 63.*

*63. Bertaz. cons. crimin. 108. num. 7.* In caſibus
vero à Iure ſpecialiter non expreſsis Iudex
15 debet ſemper inclinare in partem humanioré
& AEQVIOREM, & præ oculis habere
AEQVITATEM vt probat *Abb. in cap. fin.
num. 4. de transactionibus.*

Prout iuſta cauſa excuſat à calumnia, vt decidit
16 Imperator Alex. *in l. 3. C. de calumniatoribus his
sequentibus verbis.*

*Qui non probaſſe crimen, quod intendit pronuntiatur,
ſi calumniæ nō damnetur detrimentum exiſtimationis
non patitur. Non enim ſi reus abſolutus eſt ex eo
ſolo etiam accuſator, qui poteſt iuſtam habuiſſe ve-
17 niendi ad crimen rationem, calumniator credendus
eſt Bertazol. conſ. 214. numer. 7. poſt Boſſ. tit. de
iniur. num. 4.*

Quo iuſto dolore ſtante, cum Meſſenij inter
Grecos oraculo accepiſſent, non prius bello-
rum exitum fore ijs cum Lacedæmonijs, quàm
18 Virginem ex Aepytidarum familia immo-
laſsent; Ariſtodemus Aepytidam filiam deſ-
ponſatam cuidam Meſſenio immolandam ob-
tulit; Adoleſcens ex ſponſu agere inſtituit,
negando eam eſſe vlterius in Patris poteſtate
& cum hoc propoſitum remedium ſibi profi-
cere minimè proſpiceret; Sponſus ad aliud
auxilium confugit, & falſo dixit puellam à ſe
cognitam grauidam eſſe, Quamobrem oracu-
lo non comprædendi; Tunc Ariſtodemus in
tantam iram, & furorem incidit, Vt ſtatim
filiam ſuam occiderit, atq; exciſo vtero, om-
nibus oſtendidit prægnantem non fuiſſe; Hoc
facto parum abfuit, quin, & Ariſtodemus Par-
ricidij, & ſponſus calumniæ, uti homicidij
auctor à Meſſenijs damnaretur; licet ambo
factum excuſabat, ſponſus amore, & miſe-
ricordia, Pater dolore atq; religione, & ita
tandem ambo dimiſsi ſunt cum laude, & ad-
miratione ſumma, vt ex Pauſania refert Petr.
Aerodius lib. 4. rerum iudic. *tit.* 14. *de ſponſal.
cap. p. poſt medium.*

Et cum in facti contingentia non multum abſi-
mile hic contigiſſet, dū quidam Aromatarius
Modoetienſis detuliſſet D. in eius apotheca
puerum de illata vi in E. propriam filiam Vir-
ginem, quod delictum plenè probare nequi-
bar, & ad maximam eius iniuriam redunda-
19 bat per ea quæ probauimus in ſuperiori libro
*cap. 58. num. 22. & ſcribit Farinac. cons. 66. num.*
2. iuſto dolore impulſus eundem D. etiam ac-
cuſaſſet, quòd inſalutato hoſpite, ab eius do-
mo receſsiſset à qua idcirco mobilia, ſiuè mer-
ces non parui valoris furto ſubtraxerat iuxtà
Mediolani Statutum *496. lib.* 2. de Domicello
Cum delictum hoc probatum dicatur, eo ipſo,
20 quod probetur famulum ſine licentia Domini
& ſic furtiuè receſſiſſe, è domo, & quod mobi-
lia, ſiuè res de quibus agitur vlterius in domo
non fuerint reperta, poſt talem diſceſſum, vt
docet *Curt. iun. in repet. l. Admonendi num.* 171.
*ff. de iure iurando*, Quam qualitatem ſolo iura-
21 mento probari per Dominum cauetur in dic-
to Statuto 496., & ibi Carpan. modo que-
rella porrigatur infrà octo dies à tempore re-
ceſſus famuli, & decidit Statutum ipſum;
Cumq. ipſe D. captus fuiſſet ratione primi de-
licti in domo eiuſdem querelantis, & ſic con-
uinceretur querelans de calumnia reſpectu ſe-
22 cundæ accuſationis, quòd falſum apparebat
dictum D. receſiſſe inſalutato hoſpite à domo
heri, votumq; idcirco dediſſet Prætor, ſiuè Ca-
pitaneus Modoetiæ ſuper diſſinit. relatione
dictæ cauſæ, vt Calumnioſus accuſator damna-
retur in expenſis duplicatis ad formam Nou.
Conſtitut. tit. de accuſationibus, & relatio
ipſa diffinitiua perueniſſet ad manus Egr.
Sindici Fiſcalis Ferrantis Doſſenæ occulatiſſi-
23 mi, & verſatiſs. viri; ſumàq; ratione is per-
pendiſset accuſatorem iuſto dolore motum
ob vim Puellæ Virgini illatam pro qua impu-
nè quodammodo occidere potuiſſet D. vim
inferentem, ſi infragranti illum deprædendiſ-
ſet, vt ex Caballo *caſu* 300. *num.* 32. *probauimus
ſupra in cap.* 58. *num.* 22. *lib. pr.* quod delictum
non poterat probare; Secundam accuſatio-
nem propoſuiſſe, vt mediante eius iuramento
puniretur delinquens.

Voti fuit ob iuſtum dolorem, eſſe à calumnia,
& expenſis abſoluendum accuſatorem, quā
ſententiam amplexus eſt Senatus Excellentiſ-
23 ſimus die 21. Martij elapſi anni 1637.
24 referente Ampliſsimo Senatore Alfonſo Mai-
nardo.

An autem calumnioſè accuſaſſe dicatur is qui
delictum tantum probauit per famam, vel ſi
teſtes producti repulſati fuerint, & in hoc caſu
diſtinguendum eſt; Vel enim repulſati fue-
runt vti teſtes corrupti, & ſubornati à quere-
lante, & tunc condemnari debet querelans de
25 calumnia *Tex. in l. p. §. pr. ff. ad Turpill. gloſ. &
ſcribentes in cap. in noſtra de teſtibus Felie. alleg.* 134
*ſub num. 4. verſ. ſecundo quia teſtes*; Aut verò
repulſati ſunt, tamquam infames, vel paupe-
res, aut delinquentes, ſiuè quia alij maiores
numero pro accuſatore depoſuerunt, & tunc
26 non habet locum calumnia, vt probat *Affl. ct.
ad Conſtit. Regni tit. de pæna mulierum iniuſtè con-
querentium verbo peſſima nu. 9. poſt medium vers.
diſtingue ſecundum*; Idem probare videtur *Ber-
tazol. conſ. 391. n. 13. cum plur. ſeq; Faciunt tradita
per Felinum. in cap. 2. col. 3. verſ. in gloſa ſecunda
de calumn. addit ad Bartol. in §. ſi quis litt. A. in
auth. vt litigantes iur.*

Prout etiam de calumnia non teneretur accuſa-
tor, quando ſuper fama publica ſe fundaſſet,
27 ad accuſandum, & ipſam famam probauit
*Bal. in l. fi. ff. de hæred. inſtit. Alber. de Roſa in l.
qui non probaſſe C. de calumniator.* Quia ſtante
delicti diffamatione excuſatur querelans à præ
ſumpta calumnia, vt probat Menoch. *conſ.* 145.
*num.* 24. & 25. Quoquomodo enim probauit
28 accuſator, licet non concludenter, puniri non
poteſt de calumnia, vt ex *Bald. & Anchard.
probat Afflict. in cit. conſt. peſſima ſub num. 9. in
fine,*

fine, & num. 10. vbi iterum citat Bal. in l. cum
quidam §. quod docetur ff. de acquir. hared., Cum
sufficiat accusatorem subministrasse aliqua
29 inditia ad euitandam calumniæ pænam, vt
probat Abb. cons. 78. num. p. lib. p. Socin. cons. 118.
numer. 10. lib. p. addit ad Bertazol. cons. 67. litt. C.
Si tamen quis accusaret alium de facto in se com
misso, de quo non potest prætendere igno-
rantiam, vel quia noctu factum non esset, vel
30 à personato, & similibus, Tunc probatio famę
non excusaret accusantem à calumnia Angel.
in l. matri C. de calumniat. & in addit. ad tr. Angel.
de maleff. verbo necnon ad querelam in 55. col. cum
seq. & in verbo necnon ad denuntiationem col. 26.
vers. quod si statuto cauetur quos sequitur Afflict. all.
n. 10. vers. item allego.
Calumnia verò dicitur, quæ in animo consistit,
31 & ex dolo oritur, vt per fraudem, & subdolam
rationem aduersarius in lite vexetur, quæ dis-
crepat à temeritate, quæ ex stultitia siuè in-
consulto prouenit, & Temerarius dicitur qui
32 facilè nullo adhibito consilio credit Tex. in l.
p. in fin ff. de eo per quem fact. er., & cap. Nullum
30. qu. 5. ac probat Bertazol. all. cons. 67. num. 10.
& 11. lib. pr. Et affirmare quòd quis ignorat
33 dicitur dolosè agere, vt probat Rebuff. in const.
Regni tit. de fructibus, & eorum restitut. art. 5. glo.
p. num. p. Idcirco excusari non potest à dolo,
& calumnia, qui dicit, quod non est, quia do-
34 lus præsumitur in eo, qui mentitur ad sui vti-
litatem Rebuff. cit. glos. pr. num. pr. ac diximus
supra in cap. 142. num. 34. ac in cap. 146. num. 41.
cum plur. seq.
De qua calumnia excusare Patrem siuè matrem
pro nece filiorum, & è contra, atq; etiam ex-
35 traneum hæredem, & tutorem, & alias per-
sonas, quæ ex necessitate offitij accusationem
proposuerunt, etiam si eam nõ probarunt dis-
ponit Tex. in l. 2. & 3. & ibi glos. C. de calumnia-
toribus, etiam si regulariter in criminibus qui
36 non probat, calumniari videatur l. p. C. de adu.
diuers. Iud. glos. in d. l. 2. verbo possunt C. de ca-
lumniatoribus.
Adeò autem exosi reputantur calumniatores, vt
eis minimè prodesse nec publicam, nec pri-
uatam generalem criminum abolitionem sta-
37 tuerint Imperatores Carus, Carinus, & Nu-
merianus in l. fallaciter C. de calumniatoribus,
Nisi fortè dictum expresse sit in abolitione nõ
obstante aliqua lege, vt declarat ibidem glos.
38 in verbo indulgentia per l. si quis ff. de leg. 3. Quia
39 in generali prouisione, non continentur ea
quæ specialem requirunt expræssionem l. alias
nos ff quæ res pign. oblig. post glos. in all. l. fallaciter
verbo subducatur C. de calumniatoribus, & probat
Catel. de indultu qu. 6. in fine. Hector Felicius alleg.
134. sub num. 3. circa medium par. 2.
Quamuis in hoc Dominio fortassis locum non
haberet disposit. dictæ legis, esto quod in
generalibus criminum abolitionibus, quæ
fieri solent per S. R. M. expresse excipiuntur,
40 ea delicta pro quibus locum non habet gene-
ralis abolitio, Quam, decretum gratiosum
nuncupant; Adeo quòd in omnibus alijs
casibus non exceptis, locum haberet abolitio,
inter quos simplex calumnia non continetur,
sed bene excipitur casus falsi testificatus ad
41 offensam in causa capitali, vt habetur in primis
additionibus ad Non. Constit. fol. 84. à ter. & tradit
Catal. dicto tr. de indultu cap. 36. num. 66. & 76.
cum plur. seq.
Sequtaq; declaratione, quem esse calumniosum
cum condemnatione ad reficiendum damna,
& expensas duplicatas parti iuxta disposit. d.
42 constit, & iuxtà etiam dispositionem iuris communis
de qua Rimin. iun. cons. 303. & Farinac. tit. de ac-
cusat. qu. 16. num. 8. & 74. Ad hæc damna, &
43 expensas probandum admittitur iuramentũ
in litem Piot. in l. si quando numer. 720. & 727. C.
vnde vi Hector Felic. Alleg. 134. num. 20. par. 2.
Farinac. qu. 105. num. 41. Ad quæ teneri etiam
44 hæredes calumniatoris interim defuncti pro-
bat Idem Rimin. all. cons. 303. Clar. qu. 51. vers.
vlterius quæro, & Bertazol. cons. 362. Quamuis
Clarus vers. seq; subijciat hæredes teneri tan-
tum pro viribus hæreditarijs quem sequitur
45 Felic. cit. num. 20. vers. & etiam heredes in fine.
Diligentissimus vero esse debet Iudex in perqui-
rendo veritatem contra calumniatorem, vt
46 veritas in lucem prodeat, Tex. in l. pr. ff. ad
Turpill. vbi Martianus I. C. scribit, quod Iudex reo
absoluto de accusatoris incipit consilio quærere, qua
mente ductus ad accusationem processit, & si quidem
eius iustum errorem repererit absoluit eum, si verò
47 in euidenti calumnia eum deprahendit legitimam
pænam ei irrogat.
Ex qua lege etiam habetur accusatorum teme-
48 ritatem tribus modis detegi, & tribus pænis
subijci, aut enim calumniantur, aut præuari-
49 cantur, aut tergiuersantur; Calumniari est
50 falsa crimina intendere, præuaricari vera cri-
mina abscondere tergiuersari in vniuersum
51 ab accusatione desistere, vt ad litteram ex-
plicat cit. Martinus I. C.

## SVMMARIA.

*Exceptio non numeratæ pecuniæ proponi debet intra biennium num. 1. & 4. licet antiquitus intra quinquenium proponi poterat num. 2. secus ex iure canonico num. 5. 6. ac 16.*

*Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmat num. 3.*

*Exceptio nõ numeratæ pecuniæ intra biennium transfert onus probandi in aduersarium num. 7.*

*Post biennium autem comprobare tenetur proponens num. 8. cum habeat præsumptionem contra se n. 21.*

*Pecunia post lapsum biennij à die contractibus præsumitur numerata num. 9.*

*Exceptione nõ numeratæ pecuniæ duobus modis prouidetur reo num. 10. & 11.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ proponitur etiam post biennium non augendo, sed excipiendo nu. 12. & 13.*

*Exceptiones illegitimæ permittendæ non sunt num. 14. & 15.*

Euangelica

*Euangelica denunciatio operatur, vt debitor actu audiatur, quando aliud remedium sibi non competit num. 17.*

*Canonistis magis credendum est, quàm legistis vbi agitur de peccato num. 18.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ siuè rei non traditæ difficilis est probationis num. 20.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ probari non potest post biennium, nisi per confessionem aduersarij, vel nisi probatio coarctata sit loco, & tempore, aut per testes qui præsentes fuerunt num. 22. 23. 24.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ probatur etiam quando post primum instrumentum confessionis receptionis pecuniæ, sequitur alia scriptura in qua fit promissio soluendi num. 25.*

*Exceptio nō numeratæ pecuniæ probari non potest per iuramentum num. 26.*

*Actor cogi potest ad iurandum se pecuniam soluisse num. 27.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ procedit etiam in contractibus dotalibus num. 28. & tunc conceditur maior dilatio ad eam proponendam num. 29.*

*Hæredibus viri conceditur annus, post viri mortem ad proponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ nu. 30. quando matrimonium solutum fuit intra biennium numer. 31. si uero post biennium, hæc exceptio intra tres menses proponi debet num. 31.*

*Iudæi post biennium proponere nequeunt exceptionem non numeratæ pecuniæ num. 32.*

*Exceptionem non numeratæ pecuniæ proponere nequit, qui in instrumentis fassus est se pecuniam, vel rem penes se extare num. 33.*

*Dictio, penes se, declarat verè, & realiter confitentem recepisse rem de qua agitur num. 34.*

*Dictio, penes, longè plus significat, quàm dictio apud num. 35.*

*Testatoris confessio versus creditorem excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ num. 36.*

*Confessio testatoris versus creditorem vt debeatur potius ex causa legati, quàm mutui, quando de debito aliundè non constat num. 37.*

*Soluens partem debiti confessati, non potest pro residuo allegare exceptionem non numeratæ pecuniæ nu. 38.*

*Petens tempus ad soluendum priorem confessionem confirmare dicitur, & non potest exceptionem non numeratæ pecuniæ proponere num. 39.*

*Metus præcedens purgatur per spontaneam solutionem exinde factam num. 40.*

*Obligat. in forma Cameræ non potest proponere exceptionem non numeratæ pecuniæ num. 41. absolutio à iuramento operatur, vt quis habeatos apertum ad exceptionem proponendam num 42.*

*Renuntiare potest cum iuramento exceptioni non numeratæ pecuniæ num. 43. 45. 46. licet possit renuntians probare intra biennium peccuniam non fuisse solutā num. 40. contrarium num. 50. & 51.*

*Dolum comittit qui petit pecuniam, quam verè non numeravit num. 48.*

*Delinquendi occasio non potest conuentionem pacisci num. 49.*

*Ciuilis ratio ciuilia iura corrumpere potest numer. 52. cum seq;*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ proponi non potest apud Hispanos, & Gallos etiam intra biennium num. 54.*

*Quamuis non impediatur debitor in illius probatione num. 55.*

*Lex Ciuilis alia lege, vel consuetudine abrogari non potest num. 56.*

*Numullarius opponere nequit exceptionem non numeratæ pecuniæ num. 57.*

*Promittens soluere pro alio regulariter non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ nu. 58.*

*Negans promissionem, siuè scripturam à se factam non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ num. 59.*

*Negans promissionem siuè scripturam in duplum concondemnandus est num. 60.*

## Exceptio nō numeratæ pecuniæ potest etiam opponi post bienij lapsum. Cap. C L XXII.



CAVIT Imperator Iustinianus *in l. in contractibus C. de non num. pecu.*
1 exceptionem hanc proponi debere intra bienium continuum,
alias vlterius non audiatur,
cum antiquitus quinquenij tempus daretur ad proponendam exceptionem
2 pecuniæ non numeratæ, Vel rei non traditæ,
vt exponit ibidem tex. ad litteram, & tradunt
ibidem scribentes omnes; Et sic per hunc Textum præclusa dicitur omnis via proponendi
huiusmodi exceptionem post lapsum bienniū
Negatiua enim magis negat, quā affirmatiua af
3 firmat, vt inquit *glo. in cap. cū dilectus de consuet. & in l. hoc genus. & ibi scrib. de condit. & demonstr.* Idcirco cum Imperator omninò deneget hoc beneffitium post lapsum biennij, nullo modo affirmandum videtur, posse illud militare
4 post biennium, vt copiosè probat *Card. Mantic. tr. de tacit. & ambig. lib.* 18. *tit. 2. per totum*, Vbi amplissimè decem allegat fundamenta quib. probat non posse post biennium deduci hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ apud ipsum auctorē videri possunt.

Et hanc partem sustinet Albericus *in l. si ex cautione n. 2. C. de non numer. pecun.* Qui testatur se vidisse ita Communiter seruari *Io. Faber. in instit. de lit. oblig. num. 6. vers. quæritur octauo, Rimin. iun. cons. 272. num. p. cum seq. Emanuel. Costa in l. si ex cautione in vlt. fallent. Duaren. in tit. de non numer. pecun. cap. 4. col. 2. Petr. Duenas in Reg. 261. numer. 2.*

Attamen de AEQVITATE Iuris canonici,
5 auditur etiam post biennium volens probare pecuniam non fuisse numeratam, vt scribit *Dyn. in regula locupletari de reg. iur. in 6. Iud. Roma in l. diuortio ff. de verb. oblig. & in cons. 44. incip. ex supra narrato col. pr. & 2. Felin in cap. si cautio col. 19. vers. modo fallit. p. vlt. sub numer. 49. de fide instrumentorum*, & post multos alios ibi citatos

expresse

expresse probat *Marsil. singul.* 463. Vbi plures adducit casus in quibus de AEQVITATE
6 multa permittuntur, quæ iuris rigore prohibita sunt.

Quam sententiam amplectitur Paulus *Castrens. in consil.* 233. *num.* 3. *vers. secus in confess. lib.* 2. *Socin sen. in l.* 2. §. *vlt. num.* 8 *ff. de except. & in cons.* 68 *n.* 4. *lib.* 4. *Ias. in l.* 3. § *Iurari num.* 8. *vers. sed tu caue, et in l. manif. stè num.* 6. *de iure iur. Claud. de Seisell. in l. si stipulatus* §. *Chrisogonus num.* 14. *vers. nec obstat ff. de verb. oblig. Dec. in l. iure naturali num.* 5. *ff. de reg. iur. Suarez in eius Thesauro Recept. sentent. verbo exceptio de non numera. pecu. n.* 172. Vbi testatur hanc sententiam esse AEQVIOREM Iustiorem, & Veriorem.

Et hæc tantum inest defferentia inter proponentem exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel rei traditæ intra biennium, & proponentem post biennium, Vt primo casu, cum habeat præsumptionem pro se, per solam oppositionem,
7 transferat onus probandi in aduersarium;
8 Secundo autem loco teneatur ipse probare nō fuisse numeratam pecuniam, siue rem non traditam, *l. cum de indebito* §. *vlt. ff. de probationib. et l. optimā C. de contrahend. stipu. Marsil. in all. singul* 463. *et amplè probat Card. Mant. de tacit. et ambig. dictio lib.* 18. *tit.* 2. *num.* 16. *et* 20. *ac* 24. Vbi scribit pecuniam post biennium præsumi numeratam,
9 quæ per lucem probationis excludi tantum potest; Et quamuis multas adducat rationes, & fundamenta pro contraria sententia *à n. p. vsq. ad numer.* 17. *præsertim sub all. num.* 10. *vers. neq; id durum*; Tamen duobus modis reo esse promissum supponit; Primò scilicet dum intra bien-
10 nium actione condictitia agere valet *l. si quasi ff. de non numer. pecun.* Secundò, dum intra id
11 tempus querellam potest proponere, & postea in perpetuum excipere *d. l. in contract.* §. *vlt. ff. eodem tit.*; Et num. 17. cum seq. plur. concludit per viam exceptionis posse etiam post bienniū
12 hanc proponi exceptionem, non autem agendo; Et deniq; hanc secundam sententiam. vti veriorem, & AEQVITATI magis consonam amplectitur à num. 17. usque ad finem, dum
13 ad contraria respondet, & ea tollit.

Cuius conclusionis præcipua ea videtur ratio, quia illicitæ exactiones neq; à legibus, neq;
14 à Iudicibus permittendæ sunt *l. illicitas ff. de offitio Præsidis*, Quę tamen permitterentur, si nō fuisset numerata pecunia, & reus hoc non
15 posset probare post lapsum biennij, hanc sententiam comprobat *Salicet. in l. si ex cautione nu.* 19. *vers. quinto confirmatur C. de non numer. pecu.* Quam sententiam AEQVIOREM esse dicit *Hostiens. in cap. vlt. de solutionibus.*

Quando enim quis confessus est se pecuniam accepisse, quam realiter non accepit, ex AEQVITATE canonica admittendus est quo-
16 cunque tempore ad id probandum, vt scribit *Ant. de Butr. in d. cap. vlt. num.* 4. *vers. hanc opinionem de solutionibus*, Cum per denuntiationē
17 Euangelicam audiri debeat, vbi aliud remedium sibi non competeret, quia agitur de
18 peccato, & in hac materia magis credendum est Canonistis, quam Legistis ut notatur *in cap vltim. de præscript. & in cap. possessor. de reg. iur. lib.* 6.

Benè verum est difficilem esse contrariam probationē, nempè pecuniam non fuisse numeratam, siue rem non traditam, dum quis in in-
20 strumento fassus est eam recepisse; Cum lapso biennio præsumptio iuris resultet contra
21 negantem recepisse pecuniam *l. asseueratio C. eodem tit. de non numer. pecun.* Et probari non posset post biennium huiusmodi exceptio nisi
22 per confessionem ipsius actoris, *cap. p. de confess. lib.* 6. vel nisi probatio sit coarctata loco, &
23 tempore *cap. tertio loco de probat. & l. optima ff. de contrab. stipul. Mantica loco rell. sub numer.* 24.

Aut probetur per testes, qui fuerunt præsen-
24 tes, quando fuit actum, vt prius fieret instrumentum, & postea numeratio, & consequenter confessio facta sit sub spe futuræ numerationis *Salycet. in l. si ex cautione num.* 21. *vers sed tunc dubitari potest cit. tit. de non numer. pecun. quem sequitur Mant. loco rell. num.* 40. *vers. item subiungit*, qui vers. præterea, scribit posse etiā probari, quando post instrumentum confessionis receptionis pecuniæ, sequitur aliud instrumentum, siuè scriptura in quā promittit
25 soluere dictū debitum, vel illius partem, quia tunc dicitur manifestè apparere primum instrumentū fuisse factum sub spe futuræ numerationis.

Et sic constat, non posse per iuramentū creditori à debitore deferendum probari exceptionem
26 illam, resistente præsertim ipso *Tex. in cit. l. in contract.* §. *ille videlicet C. de non numer. pecunia*, Quamuis ex offitio Iudicis cogi posse actorē
27 ad iurandam probat *Card. Mant. d. tit.* 2. *nu.* 25. *per tex. in cap. cum clamor. & ibi not. de testibus.*

Hanc principalem conclusionem, etiam procedere in contractibus dotalibus probat idem
28 *Tex. in alleg. l. in contractibus* §. *sed quoniam in fine & §. in omni enim C. de non numer. pecu.* Quam-
29 uis fauore dotis amplior dilatio ad proponendum hanc exceptionem concessa sit per per eundem Imperatorem *in l. in dotibus, & Auth. sequenti C. de dote cauta non numer.* in quibus cauerur his sequen. verbis.

*In dotibus quas datas esse dotalibus Instrumentis conscribi moris est, cum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantum subsecuta sit, liceat non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere non solum marito contra vxorem, vel eius hæredibus, morte mulieris, vel repudio dissoluto matrimonio; Sed etiam hæredibus mariti, cuius morte dissolutum est matrimonium; Socero etiam, vel eius hæredibus si cum filio suo dotē suscepisse dotalibus instrumentis scriptum sit; Omni deniq; personæ quam dotem suscipere vna cum marito conscribitur, & eius similiter hæredibus; Ita*
30 *tamen, vt intra annum tantum continuum à morte mariti, vel mulieris, vel missione repudij computandum, ea licentia detur, & sequitur auth.*

Quòd

*Quòd locum habet si intra biennium soluatur matrimonium, si autem vltra biennium, vsq. ad decimum an-*
31 *num extendatur, & ipsi marito, & haeredi eius intra tres menses querella permittitur, sed si decennium transiuerit, omnino querela denegatur, permissa restitutione in integrum praefinita, & specialiter si minor aetas interuenerit.*

Ex quibus sanè apertè habetur, quòd si matrimonium intra bienniũ dissoluatur, potest maritus siue eius haeredes infra annum à die dissoluti matrimonij proponere hanc exceptionem, si vero vsq; ad annos decem durasset matrimonium, tunc intra tres menses post dissolutum matrimonium proponi exceptio deberet; *latè Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. num. 7. & 10. Plottus cons. 168. nu. 41. inter cons. vlt. vol. lib. p.*

Abhoc tamen beneffitio ex AEQVITATE canonica concesso, vt etiam post biennium proponi possit exceptio non numeratae pecuniae
32 excluduntur Iudaei, qui extra gremium Ecclesiae censentur, vt post *Rol. cons. 35. num. 38. lib. 2. & Rimin. iun. d. cons. 272. nu. 23. probat Card. Mant. cit. tit. 2. num. 38. in fine.*

Prout ab eodem hoc beneffitio etiam excluditur is, qui in Instrumento, siuè in chirographo
33 confessus est pecuniam, vel rem paenes se habere, quia tunc cum dictio paenes se, declaret
34 quòd iam verè recepit, & penitus habeat pecuniam, vel rẽ; exceptionem nõ numeratae pecuniae proponere nequit, vt probat *Roman. singul. 636. & sequitur Rebuff. in l. Paenes te 63. vers. vnde si quis ff. de verb. signif. quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 737. num. 8. & 9.* Quia longè plus continet dictio paenes, quã
35 dictio apud; Cum paenes se rem is habere videatur, qui Dominium, vel ius in re habet *l. alio ff. de alim. & cibar. lega., & per d. Textum in l. Panes te ibidem probat Rebuff. in principio.*

Quae exceptio pariter excluditur, quando quis in
36 vltima voluntate confessus est, se pecuniam alicui debere *glos. in l. pr. C. de fals. caus. adiect. lega., & ibi Bald. num. 4. in fine, & in l. vlt. num. 6. C. de non numer. pecun. Socin. in d. l. in contract. nu. 8. C. eodem*; Quia confessio haec non potest dici facta sub spe futurae numerationis, vt post *Fellinum in cap. si cautio nu. 42. de fide instr. probat Card. Mantic. de tacit. lib. 18. tit. 6. & 19.* Maximè si ea facta sit cũ iuramento, Quamuis sublato iuramento, Vt legatum potiùs, quàm ex causa
37 mutui deberi hanc pecuniam scribit. *Felin. loco citato num. 61. & sequitur Mantica alle. numer. 19. vers. vnde Abbas in fine.*

Excluditur vlterius ab hoc benefitio exceptionis non numeratae, ille qui soluit partem debiti confessati; Quia tunc pro residuo non potest
38 allegare exceptionem non numeratae pecuniae *Tex. in l. cum fidem C. de non numer. pecun. & ibi scrib. ac latè probat Cassan. cons. 27. nu. 11. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 524. n. 40.* Quod etiam procederet si post primam confessionem, seù obligationem petijsset debitor tempus ad soluendum, quia tunc priorem confessionem confirmare diceretur, ac simul purgare omnẽ suspitionem non numeratae pecuniae, siuè rei
39 non traditae *Ias. in l. pr. col. p. C. de iuris, & facti ignorantia, quem sequitur Cassan. loco cit. num. 10.* Vt dicitur de metu praecedenti, qui purgatus videtur per spontaneam solutionem postea
40 factam, & perseuerantia metum eximat *Tex. in l. sed Iulianus §. fi. ff. ad Sen. Cons. Macedon. Cassan. cit cons. 27. num. 10. in fine, & latè probauimus in superiore libro pleno cap. 19.*

Deniq; excluditur insuper ab eodem beneffitio exceptionis non numeratae pecuniae is qui se
41 obligauit in forma Camerae; Quia tunc probare debet etiam intra biennium hanc exceptionem, & quòd absolutus fuerit à iuramẽto, vt decisum fuisse per Rotam testatur Moodanus *decis. 31. 79. & 80. & Caesar de Graffis decis. 3. nu. 1. cum seq. de fideiuss. quos sequitur Card. Mant. cit. tit. 4. num. 8.*; Quia absolutio à iuramento ef-
42 ficitur tantum, vt os aperiatur excipienti ad probandum, non autem illum liberat ab onere probandi pecuniam sibi non fuisse numeratam, vel rem traditam, vt optimè perpendit *Mantic. citato tit. 4. lib. 18. sub num. 7. vers. Quia absolutio.*

An autem huiusmodi exceptioni non numeratae pecuniae possit validè renuntiari, & facta cum iuramento impediat agentem ad eam proponendum variant scribentes. Quamvis commu-
43 nis conclusio est, validam esse renuntiationem ad effectum, vt is renuntians huiusmodi exceptioni, etiam intra biennium probare te-
44 neatur non fuisse numeratam pecuniam, nedũ post lapsum biennij *Bart. in l. fin. C. de non numer. pecun. & copiosè probat post alios Card. Mant. cit. lib. 18. tit. 3. & 4. per totum, quàm sententiam sequitur Morot. cons. 88. num. 12. Emanuel Costa in d. l. si ex cautione numer. 3. lim. p. C. eodem tit. & Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 880. num. 30.* praesertim quando renuntiatio facta fuit ex
45 interuallo, nõ in eodem contractu, vt explicat *Gratian. loco cit, & tradit Mantic. dicto tr. de tacit. & ambig. lib. 11. cap. 20. num. 11. par. p.* Quid-
46 quid in contrarium affirmauerit *Alciatus in cap. cum contingat de officio, & potestate iudicis deleg. per Costam reprobatus, & Serafin. de priuil. iur. priuil. 60. post num. 11. vers. conclusio sit quem reprobat Morot. cit. cons. 88. sub numer. 13. in fine*
47 *videlicet ante vers. secundo errauit.*

Et haec sententia eo magis verior, & tutior videtur, quia qui petit pecuniam ex causa mutui, vel aliter, quam non numerauit dicitur dolũ
48 committere *l. 2. §. circa ff. de doli mali exceptio*, Ideò ne relinquatur occasio delinquendi, quod nulla conuentione fieri potest *l. si vnus §.*
49 *illud ff. de pact. & l. illud §. p: ff. de tributar. act.*

Admittitur quis ad probandum exceptionem
50 hanc non obstante quacunq; renuntiatione *Card. Mant. d. lib. 18. cap. 3. num. pr. cum seq.*

Si tamen renunciatio huiusmodi exceptionis nõ numeratae pecuniae facta fuit post biennium,

Tunc cùm facta sit post longum interuallum, & post elapsum benefitium biennij à lege dati
51 nullo modo potest opponi, neq; etiam probari, ne super vacua omnino reddatur renuntiatio *glos. in d. l. si ex cautione C. de non numerata pecun. ac probat Card. Mantic. cit. lib. 18. tit. 4. num. 9. par. 2. & lib. 11. tit. 20. num. 11. lib. pr.*

Et si per Statutum, aut consuetudinem non possit opponi huiusmodi exceptio, nulli dubium
52 est, vtrumq; valere, & per ea derogari dispositioni d. l. in contractibus, Cum ciuilis ratio ciuilia iura possit corrumpere *l. de quibus in fi.*
53 *ff. de legibus, & §. naturalia instit. de iure naturali gent. & ciuili, & l. omnes populi ff. de iust. et iure Salicet. in dicta l. si ex cautione num. 26. C. de non numer. pecu. quem sequitur Card. Mantic. cit. tit. 6. n. 20. lib. 18.* Qui n. 22 subijcit, neq; apud Gallos
54 neq; apud Hispanos opponi posse huiusmodi exceptionem intra biennium ad effectum, vt per illius oppositionem intra dictum tempus, teneatur creditor probare numerationem, Quamuis quotiescunq; exceptionem ipsam probare voluerit, non impediatur debitor ex
55 *Boer. in consuetud. Bituricensi tit. de iurisdictione cap. 8. & Couaru. in cap. Quamuis par. pr. §. 3. n. 10. vers. illud tamen;* Cum lex ciuilis, vel alia lege, vel consuetudine abrogetur *l. de quibus,*
56 *ff. de legibus, et d. §. sed naturalia instit. de iure natural.*

Additur etiam non posse hanc exceptionem op-
57 ponere numulariũ, qui confessus est se mutuo pecuniã accepisse, & proprio nomine promisit soluere, ob scilicet fidem publicam *Bald. in l. frustra C. de non numer. pecu. et Ias. in l. singularia num. 39. ff si certum pet. Mantic. cit. tit. 6. n. 36. et 37.* Quamuis regulariter, qui pro alio constituit se soluturum tueri se non potest ex-
58 ceptione non numeratæ pecuniæ, vt scribit *Felin. in d. cap. si cautio num. 34. de fide instr. & sequitur Mantic. dicto num. 37.*

A quo beneffitio excluditur etiam qui negauit promissionem, siuè scripturam à se factam, &
59 sic de mendacio conuictus sit pro quo, non solum prohibetur proponere exceptionem nõ
60 numeratæ pecuniæ, sed etiam in duplum condemnari debet *l. contra qui propriam C. de non numer. pecu. Mantica cit. tit. 6. num. 33. lib. 18.*

## SVMMARIA.

*Rescindens iuditium concernit rescisionem contractus, siuè actus num. 1. et 2.*

*Rescindens remedium ponit contrahentem in eo statu in quo erat ante contract. num. 3.*

*Resciforium iudicium est quando rescisio contractu, vel actu agitur ad rei restitutionem num. 4. et 5.*

*Rescindens, et resciforium iuditium vnum post aliud proponi debet num 6. decisio Senatus Triuopolitanus num. 8. contrar. verius num. 11.*

*Rescissoria actio non nascitur nisi post obtentam restitutionem aduersus contr. num. 7. ratio exponitur nu. 9.*

*Cumulatio iuditiorum non admittitur, vbi sententia lata in vno iuditio ponit except. in alio num. 10.*

*Hæreditatis petitio simul proponi potest cum querella inofficiosi num. 12. læsionis causa datur actio contra emptorem, et etiam eum ad quem peruenit res vendita num. 13.*

*Cumulatio remedij rescindentis, et rescissorij conceditur sub tacita conditione dummodo veniat concedenda restitutio num. 14. et 15.*

*Libellus in iuditio rescindentis, et rescissorij quomodo debeat concipi num. 16.*

*Rescissoria actio in quibus locum obtinere possit rem issiuè num. 17.*

*Rescissorium remedium locum tantum habere in realib. voluerunt multi num. 18.*

*Agere inuitus nemo compellitur num. 19. limitatur in remedio rescindente, et rescissorio num. 20.*

*Litium fini fauendum est num. 21.*

*Reo licere debet quando actori permittitur num. 22.*

*Ordo iuditij non est præposterandus num. 23.*

*Rescissoria actio alia datiua, alia natiua num. 24.*

## Iuditia siuè remedia rescindens, & rescisorium, an simul possint cumulari.

## Cap. C L XXIII.

DIFFERT valdè iuditium rescindens à resessorio, Cum primum concernat rescisionem contractus dolo vel metu facti, vel alias inique, aut cum læsione
1 alterius ex contrahentibus concepti *l. quod si minor §. restitutio ff. de minoribus Bart. iul. ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. ex quibus causis maior,* Et quod vocatur ipsamet restitutio in integrum petita, & concessa, quia
2 rescindit contractum, sententiam, præscriptionem, vel alium quemcunque præiuditialem actum, & reponit eum qui læsus est in eo statu
3 in quo erat ante illam læsionem, vt probat *Odd. de restitut. in integrum quæst. 33. artic. pr. num. 8.*

Rescissorium verò est per quod rescisso contrac-
4 tu, vel actu agitur ad rei restitutionem *§. rursus instit. de actionibus,* & sic ipsa actio iam renata, & resuscitata per remotionem prædicti obstaculi cuius actionis vigore, læsus porest recuperare rem suam, sicut porerat antequam ob-
5 staculum illud incidisset *Odd. cit. num. 18.* id-
6 circo vnum post aliud proponi debet, non autẽ simul, exempli gratia, si minor vendidit rem, in qua fuit læsus, primo petit rescindi venditionem probata læsione, & hoc erit iuditium rescindens; Postea verò annullato contractu petit rem sibi restitui *toto tit. ff. de rei vendicat.* Et sic patet separarim, & vnum post aliud proponi debere huiusmodi iuditia; Cum resci-
7 soria actio non nascitur, nisi post obtentam restitutionẽ, & sic post remedium rescindens, *Scrib. omnes in dicto §. Rursus instit. de actionibus*

Odd.

*Odd. de restit. in integr. q. 21. nu. 3. cum plur. seq. & quæst. 33. num. 24.*

Et hanc partem tenere videtur *glos. in all. l. ab hostibus §. sed quod simpliciter, verbo restitutionis post medium ff. ex quibus caus. maio.* Quam opinionem bis sequutam fuisse Curiam Parla-
8 menti Gratianopolitani testatur *Guido Papa decis. 143. num pr.* videlicet non potuisse cumulari rei vendicationem, cum restitutione in integrum in eodem iudicio.

Cuius sententiæ ea esse videtur ratio, quia antequam restitutio in integrum obtineatur, nullū
9 habet effectum, vel spiritum actio pristina *glos. in l. in honorariis verbo redditur ff. de actionibus, & obligationibus, & in l. si ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. ex quibus caus. maior. Bar. & cæteri in l. fin. C. eodem tit. Ias. in §. rursus instit. de actionibus quos sequitur Odd. cit. qu. 33. art. 2. nu. 22. & 24.* ergò præcedere debet remedium rescindens, antequam proponatur iuditium rescissorium.

Additur vlterius, quod vbi sententia lata in vno
10 iuditio parit exceptionem rei iudicatæ in altero, ibi cumulatio non admittitur *l. fundum, & l. fundi ff. de exceptionibus, & ibi Bar. & cæteri*; Sed sententia in iuditio rescindente parit exceptionem rei iudicatæ in iuditio rescissorio *Aret. in all. §. rursus num. 18. instit. de actionibus Odd. cit. qu. 33. art. 5. num. 38.* Ergo cumulari nequeunt hæc bina iudicia.

De AEQVITATE tamen cumulantur simul iuditia rescindens, & rescissorium ad euitan-
11 dum circuitus *l. cum fundus §. rerum ff. si cert. pet. & l. Dominus ff. de condic. indeb. vt probat Dynus in l. quod tempore C. de restitut. minor in primo membro distinctionis,* Quam sententiam vti AEQVITATI magis consonam amplectitur Guido Papæ *cit. decis. 143. sub num. pr. vers. crederem tamen,* Vbi adhoc etiam citat *Specul. tit. de restit. in integrum §. pr. vers. sed non quid in eodem libello.* Quamuis minimè reperij speculatorem de hac re eo loco loquentem.

Prout reprobata contraria sententia, hanc communem esse opinionem testatur Papiensis in eius *pract. tit. de forma libelli super petitione restit. in integrum vers. ad dimittendum per notata in §. Rursus instit. de actionibus,* vbi etiam subijcit hoc idem obseruari in petitione hæreditatis quæ
12 simul, & consecutiuè proponi potest, cum querela inofficiosi testamenti, & *not. in l. de inofficioso ff. de inoff. testam.*

Hanc conclusionem amplectitur etiam Rebuff. *ad Constit. Regn. tit. de restitutione in præfat. num. 34. & art. 2. glos. 5. num. 11.* Vbi ex AEQVITATE posse duo hæc iuditia cumulari scribit & ita in Regno Franciæ seruari testatur, quod etiam confirmat *in tit. de rescissione contr. art. vnico glos. 2. num. 14.* & ibi etiam scribit hodie non dari iuditium rescindens ex Gomezio *in cit. §. Rursus col. 3. instit. de actionibus.*

Tradit vlterius auctor ipse *in tit. de restit. in præfatione num. 34.* quod quando res vendita cum læsione venditoris peruenit ad tertium, in Ga-
13 lia impetrantur litteræ contra vtrumq; videlicet contra primum emptorem, vt veniat ad videndum rescindi contractum venditionis, contra secundum autem emptorem idest rem detinentem, siuè possessorem, vt rescissa venditione restituat rem, & sic vno iuditio, rescindens, & rescissorium cumulatur contra primū emptorem, & tertium pro qua praxi allegat *tex. in l. in causa la p. §. p. in fin ff. de minoribus ibi & puto tutius* aduersus vtrumq; *& in l. minor. ff. de euict.*

Et hanc eandem sequitur conclusionem, vti veriorem, & AEQVIOREM, & magis receptam *Odd. all. qu. 33. art. 5. num. 7. & sub num. 38. cum seq; in fine,* inquiens illam cumulatio-
14 nem intelligi conditionalem, videlicet dummodo veniat concedenda restitutio, Quo casu si ita specificè libellus conceptus fuisset Doctores omnes consentiunt, quòd cumulatio admittatur, vt subijcit ibidem Odd. qui etiam tradit per hanc rationem tolli obiectum *l. fun-*
15 *di ff. de except.* Cum obtento in vno tanquam necessario præambulo, obtineatur & in altero, in quo alias nisi hoc præambulo præuio obtineri non posset, Prout ante Odd. eandem amplexus est sententiam Maurit. *tr. de restit. in integrum pleno cap. 9. præsertim num. 4. et 9. verbo solet enim*; Vbi inquit in libello scribi debere
16 Peto primo me restitui, & restitutione concessa in eo statu in quo ante contractum eram reponi, & plenius num. 12.

In quibus vero locum habeat rescissoria actio,
17 late, scribit Petr. de Bellapertica *in repet. l. fin. num. 17. cum seq. plur. C. quibus ex causis maior. in integrum restit.* Vbi licet primo loco tradat rescissoriam habere tantum locum in realibus;
18 Tandem deindè ampliat conclusionem ipsam vti ibi videre est, cum non expediat eius dicta referre.

An autem possit actor cogi ad rei instantiam,
19 cumulare vtrumq; remedium rescindens, & rescissorium, Negatiuè respondendum videtur, Cum quis inuitus agere non compellatur *l. p. C. de restit. in integrum*; Contraria tamen
20 sententia AEQVIOR est ad properandum
21 finem litibus cui fini fauendum omnino est *glos. in l. non est nouum ff. de act. empti Bal. in l. quo tempore C. eodem tit.* Quia sicuti actor ad euitandum circuitus potest cumulare vtrumq; remedium iuribus supra deductis; Ita licere debet reo cogere actorem ad vtrumq; proponendum, cum possit dicere hodie constat,
22 hodie agatur, & simul prætendere se frustatoriè vexari iuditio rescindente si fortè nullum ius competeret actori in iuditio rescisorio, propter quod intentatur iuditium rescindens *Odd. cit. qu. 33. art. 6. per totum.*

Ex his patet non posse præposterari ordinem
23 iuditij proponendo prius remedium rescisorium, antequam proponatur rescindens si
24 agitur de rescisoria actione datiua non de natiua, Nisi natiua intentaretur vtiliter de

qua m ateria copiosſimè *Mantic. in cit. tr. de vesti. in inte grum pleno cap. 10. & Odd. cit. quaest. 33. art. 2. num. 23. cum plur. seq;*

*SVMMARIA.*

*In dubijs quaestionibus contra Fiscum est pronuntiandum num. 1.*
*Fiscum vt vocare solebat Imperator Traianus nu. 2.*
*Fisci causa mali nunquam est nisi sub bono Principe n. 3.*
*Princeps Fiscalibus lucris inhians maximam rei publ. calamitatem infert, & eur num. 4.*
*Calumniae Fiscales magna calumniantium poena animaduertendae sunt num. 5.*
*Delationes admittendae, vt veritas inquiratur diligentissimè num. 6.*
*De Aequitate in dubio fauore Fisci iudicandum est in causa onerosa secus autem in lucratina n. 7. 24. & 29.*
*Fisci instrumentum in dubio prius quàm priuati praesumendum num. 8.*
*Fiscus, & dos qua ad ius hypothecae pari innuntur priuilegio num. 9.*
*Dos in tacita hypotheca praefertur anterior. creditoribus tacitam pariter habentibus nu. 10.*
*Duobus instrumentis celebratis eadem die altero cum hora expressione, altero sine, possessor etiam sine hora anterior censetur, secus si non possideat num. 11.*
*Instrumentis duabus eodem tempore factis praualet eaq; est plenior num. 12.*
*Creditor prior tempore, quod potior sit in hypotheca, quo ad bona atquisita, & acquirenda, fallit Fisci fauore in bonis post contractum acquisitis num. 13.*
*Fiscus in bonis post contractum obligationem acquisitis praefertur anterioribus creditoribus num. 14.*
*Ratio num. 15. & 16. limit. num. 19. 20. 21. & 22.*
*Priuilegiatus praeferri debet non priuilegiato num. 16.*
*Fiscus in pari causa potior num. 17.*
*Fisci fauore non inspicitur orda tacite, vel expressa conuentionis, sed acquisitionis num. 18.*
*Creditor anterior ex causa tutelae praefertur Fisco etiam in acquisitis post contractum num. 20. ampl. in creditore ex causa dotis num. 21.*
*Re post obligationem acquisita ex pecunia mutnantis, qui eam sibi specialiter obligauit, cessat Fisci Priuilegium num. 22.*
*Probationibus paribus pro Fisco etiam si sit actor pronuntiandum in causa onerosa nu. 23.*
*Paribus existentibus probationibus regulariter reus est absoluendus num. 25. limit. in Fisco ratione causae onerosae vt nu. 23.*
*Duobus instrumentis celebratis eodem die, & hora in dubio fauore Fisci pronuntiandum dict. prioritate num. 27. etiam in praeiuditium possidentis n. 28. 29.*
*Non constito de anterioritate instrumentorum ob incertitudinem alterum alteri praeualere non debet nu. 30. limit. fauore Fisci, dotis, & Ecclesiae quorum instrumentum praefertur priuatis num. 31.*
*In dubio pro Fisco, dote vel Ecclesia iudicandum est nu. 32. praesertim cum agitur de damno vitando ab Eccl. num. 34.*
*Responsum Auctoris de hac materia num. 33.*
*Bona Ecclesiae dicuntur patrimonium Christi nu. 35.*
*Quando agitur inter duos priuilegiatos ne vterq; vitietur in dubio praesumitur pro actu benigniore nu. 36.*
*Fiscus quibus casibus praeferatur anterioribus creditoribus etiam expressam hypotecam habentibus nu. 37. vsq; ad finem.*
*Tributum vnde dictum num. 39.*
*Fodrum, quod coronarium munus ab Alc. dicitur quid sit num. 40. 41. 42. & 43. quod Henrico Saxoni, & Ludouico Bauaro Imperatoribus praestitum fuit à Ciuitate Mediolani num. 43.*
*Historiaq; narratur num. 44. 45. & 46.*

## In dubio contra Fiscum pronuntiandum est in causis lucratiuis, secus in onerosis.

## Cap. CLXXIV.

MODESTINVS I.C. *in l. non puto ff. de iure Fisci*, respondit in dubijs quaestionibus contra Fiscum esse pronuntiandum, quod
1 singulare esse animaduerrit *Mathesil. notab. 77.* Propterea Fiscū
fiuem esse dicere solebat Traianus, vt refert
2 Aurelius Victor, ex quo Plinius in Panegirico ad Traianum, idem expressit, inquiens, Quae
3 praecipua tua gloria est, saepius vincitur Fiscus Cuius mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.
Princeps namq; qui Fiscalibus lucris, inhiat maximam infert Reipublicae calamitatem,
4 Cum falsis delationibus frequentius quam oporteat ansam praebens, vanosq; delatores minimè coercens eos ad nequitias impellat, vt ait *Couarr. lib. p. var. resol. cap. 16. in Princip.*
5 qui subijcit Fiscales calumnias esse magna calumniantium poena animaduertendas, etiam si delationes quandoq; Principibus vtiles fuerint, & ideò cautè audiendae, vt veritas dili-
6 gentissimè inquiratur *l. p. ff. ad Turpill. & l. famosi ff. ad l. Iul. maiest. l. si non defendatur ff. de poenis ac l. fin. C. de abolition. Felic. all. 85. num. 7. par. pr. & alleg. 134. num. 3. par. 2.*
De AEQVITATE tamen in dubio fauore
7 Fisci iudicandum est, vbi agitur de causa onerosa, secus si de causa lucratiua; Quia in causa onerosa fauore Fisci, contra priuatum in dubio pronuntiandum esse disponit *Tex. in l. p. C. de iure Fisci lib. 10. et ibi Lucas de Pena Rebuff. et alij, ae Salicet. in l. si debitor C. de priuil. Fisci, et latè probat Conar. cit. cap. 16. num. 1. qui vers. sed et si Fiscus ex Baldo in l. debitor C. de priuileg. Fisci* scribit, quòd si Fiscus agit ex causa onerosa
8 aduersus priuatum rem eandem petentem iure hypothecae titulo itidem oneroso; Praesumendum est in dubio prius instrumentum Fisci factum, quàm priuati.
Hanc eandem sententiam sequitur *Card. Mantic. tr. de tacit. et ambig. lib. 11. tit. 25. num. 20. et 22.* dum inquit, quod Fiscus, & dos quoad ius hypo-

hypothecæ pari iuuatur priuilegio *glos. communiter recepta in l. dotis C. de iure dotium, et in l. p. C. de Priuil. Fisci Couar. cit. cap. 16. num. 5.* Et sicut dos in tacita hypotheca præfertur anterioribus creditoribus, qui similiter tacitam habent hypothecã *l. assiduis C. qui potior in pignor. habeantur*; Ita etiam Fiscus, vt subijcit *Mant. loco rel. num. 3. et 20.*

Qui auctor scribit *in tit. 22. sub num. 13. vers. sed Dei lib. 11.* quod si duo instrumenta celebrata sunt eadem die, & in vno expressa est hora; in alio non si is qui habet instrumentum sine
11 horæ expressione possidet, non debet priuari eius possessione, & censetur anterior, si autem non possidet, anterior censetur qui instrumentum habet cum expressione horæ, ex *Socin. sen. cons. 67. nu. 4. cum seq. lib. 3. et Alciat. cons. 40. num. 16. et 17. lib. 5. quibus Addo Polid. Ripa singul. obseru. 2, n. 3. cum seq. plur. et Ludou. decis. 473. num. 13. cum seq;*

Quod etiam procedit, quando binæ inuestituræ
12 eodem tempore factæ apparent, Quia præualet ea, quæ est plenior, vt probat *Bal. in cap. p. col. 5. qui sit inuestit. quem sequitur Alciat. præsumpt. 43. num. 6.*

Hinc dicitur, quòd licet creditor prior tempore sit etiam potior in hypotheca, nõ solum quoad
13 bona acquisita, sed etiam acquirenda *l. hac edictali §. omnibus, et ibi Bal. vers. in textu ibi habentur ff. de secund. nupt.* Attamen fauore Fisci contrariũ verius est in bonis post contractam obligationem acquisitis, in quibus Fiscus po-
14 sterior in hypotheca præfertur anterioribus creditoribus *Tex. est expressus in l. si is qui ff. de iure Fisci Card. Mantic. loco cit. num. 5. et 6. cum seq; post Bart. in d. l. si is qui num. p. vers. item dico qui etiam adducit l. p. C. rem alienam gerentibus Negusan. de pignor. et hypothec. par. 5. membro 2. num. 42.*

Eam adducit rationem Mantica, quòd scilicet, cum natiuitas hypothecæ respectu bonorum
15 post obligationem versus Fiscum acquisitorũ in idem tempus concurrat; Priuilegiatus ta-
16 men (vt Fiscus) debet præferri non priuilegiato *Bald. cons. 189. num. 2. lib. 3.* Quo enim ad ea bona Fiscus, & priuatus videntur esse pares,
17 Sed in pari causa Fiscus potior intelligitur *l. p. C. de iure Fisci lib. 10.* Et sic fauore Fisci non inspicitur ordo tacitæ, vel expressæ conuen-
18 tionis, sed acquisitionis *Mantica relato loco num. 9.*

Limitatur verò conclusio ipsa quando anterior creditor non solum tacitã habet hypothecam, sed etiam expressam ratione temporis; Namq;
19 tunc ipse præferri debet Fisco, veluti si esset
20 creditor ex causa tutelæ *l. vlt. iuxta glos. ff. qui potior in pignore habeantur, et glo. in d. l. si is qui ff. de iure Fisci*

Idem dicendum est, si Fiscus cum dote contendat, Quia duplex habet Priuilegium Dos, ta-
21 citæ scilicet hypothecæ, & prælationis in ipsa tacita hypotheca *Socin. sen. in l. fin. numer. 15. cum seq; ff. sol. matr. Couaru. all. cap. 16. lib. p. var. resol. num. 6. Card. Mantic. d. lib. 11. tit. 25. num. 11. et numer. 25. Amator Roderiquez tr. de priuil. credit. tit. de priuil. Fisci par. p. art. p. sub nu. 2. vers. secundo id eo fundamento fol. mihi 21.*

Prout neque locum haberet Fisci Priuilegium si res post obligationem acquisita esset, ex pe-
22 cunia, quàm quis mutuò dederit ipsi debitori eamq; sibi spetialiter obligauerit *l. licet B. qui potior in pignore habeantur Bal. de Bartolinis in l. p. num. 139. ff. sol. matr. Card. Mantic. cit. loco num. 12. cum seq;*

Et in tantum vera est principalis conclusio supra firmata, vt si pares sint probationes; Pro Fis-
23 co etiam si sit actor pronuntiandum est, & sic in dubio Fisci fauore, vbi agitur de causa one-
24 rosa *l. p. C. de iure Fisci lib. 10. specul. de test. §. postquam Couaru. all. cap. 16. num. 3.* Quamuis
25 regulariter paribus existentibus probationibus reus esset absoluendus *cap. vlt. de re iud. Card. Mantic. cit. loco num. 21.* Quia vbi agitur
26 de causa lucratiua contra eum in dubio esset pronuntiandum *dict. l. non puto ff. de iure Fisci Roderiquez dict. tit. de priuil. cred. art. 2. num. 4. par. pr.*

Itaq; si instrumenta duo celebrata fuerunt eodẽ die, & hora, & ignoretur quod eorum fuerit primo loco celebratum, in dubio fauore Fisci pronuntiandum est, priori slz. loco fuisse ce-
27 lebratum instrumentum obligationis eius debitoris *Couar. cit. cap. 16. num. 6. vers. prior tamen sententia Card. Mantic. sæpius citato tit. 25. nu. 17. et nu. 21.* qui licet nu. 23. limitare videatur non procedere assumptum, quando priuatus
28 possidet *arg. cap. si à sede de præbendis lib. 6. Ias. in l. p. num. 7. ff. sol. matr.* Nihilominus seq nu. 24. concludit absolutè procedere conclusio-
29 nem etiam in præiuditium possidentis post Herculanum *in cit. l. p. n. 5. vers. vnum præterea ff. sol. matrim.*

Et si enim non constito de anterioritate instrumentorum ob incertitudinem alterum in-
30 strumentum alteri preualere non deberet *l. p. §. p. ff. de bonorum possess. secundum tabul;* Tamen secus dicendum est fauore Fisci, aut dotis, vel Eccl., quia præferri debent priuatis personis
31 *Coua. cit. cap. 16. sub n. 2. ver. ita nota,* & in dubio
32 pro ijs iudicandum est *cap. fin. de re iudic. l. sunt personæ ff. de relig. et sumpt. funerum Gratian. lib. p. discep. for, c. 88. n. 6. & c. 131. n. 2. Menoch. con. 845. num. 72.* & ita respondi superioribus mensibus fauore Monasterij S. Vlderici huius Ciuitatis
33 à quo empta fuerat pars Domus, super qua eodem die fuerat constitutus census, & emptus à priuata persona, neq; apparebat quis ex contractibus esset anterior. Quia in dubio pro Ecclesia pronuntiandum esse habetur *in dicto cap. fin. de re iud. et in l. sunt personæ ff. de relig. et sumpt. fun. glo. in cap. sciant de elect. lib. 6.*

Præsertim quando agitur de damno euitando,
34 vt subijcit *Menoch. cit. cons. 845. n. 72.* Cum bona
35 Ecclesiæ dicantur Patrimonium Christi *cap. ex*

*eis de elect. lib. 6. idem Menoch. conf. 223. num. 4.* Et
quando agitur inter duos priuilegiatos ne ex
incertitudine potioritatis temporis vterque
vitietur, In dubio præsumitur pro benigniore,
36 vt doeet *Bar. in l. p. §. primo ff. de bon. possess. secun-
dum tabul. et in l. edicto in fin. C. de edicto Diui Add.
tol. quem sequitur Alciat. tr. de præsumption. reg. 3.
præsumpt. 43.*

In aliquibus tamen casibus specialibus præfer-
tur Fiscus anterioribus creditoribus expressã
37 hypothecam etiam habentibus, videlicet pro
tributis, Cum eo casu cuilibet creditori ante-
ponatur Fiscus *l. p. & ibi Bal. nu. 11. C. si propt.
38 publ. pens.* Idem pro collectis *Rol. cons. 79. nu.
p. cum seq. lib. 4. Roderiquez. cit. tr. de priuil. cred.
p. pr. art. 5. num. 14.* qui num. 19. scribit ex Va-
rone tributum dictum fuisse, eo quia à popnlo
39 impetrata pecunia ipsa erat, & tributiua idest
per singulas tribus exigebatur, quod etiã pro-
cederet in eo onere, quod fodrum nuncupant
& quod antiquum vectigal esse, in hoc Domi-
40 nio Mediolani, scribit Tristanus Calcus in
eius Histor. *lib. 9. fol. 180. vers. vectigal antiquũ
lit. C.* quòd coronarium munus esse tradit
*Alciat. in fragmentis de formula Rom. Imperij fol.
41 mihi 352. col. 2. in fine nouissimè impressis post Hi-
stor, Puteani de Irruptionibus barbarorum.* vbi in-
quit Germanica lingua vocari hoc onus fodriũ
42 quod soluebatur arbitratu Decurionum hu-
ius Mediolani Ciuitatis ex præsenti faculta-
te pro Cæsaris, & eius exercitus necessitate,
dum ille aduentabat in Italiam, & quod Hen-
rico Saxoni, & Ludouico Bauero Imperatorib.
43 ad quinquaginta aureorum millia præstitum
fuerat.

Quamuis Henrico Septimo in summa centum
mille aureorum persolutum fuisse testatur idẽ
44 Calcus Histor. *lib. 20. fol. 449. litt. B.* qui hæc
notatu digna subijciens inqui, quòd *Pernen-
to Imperatore ad Ciuitatem hanc Mediolanensem de
munere rogati Decuriones conticuere primum, lon-
gumq; silentium tennere; Demum in Guglielmum
Pusterleum coniecti oculi sunt, qui opibus potens,
moribus integer, procul omni ambitione viuebat;
hunc rogant, vt palam diceret ipse quid pecuniarum
donandum Regi censeret, Neminem ab eius sententia
dissessurum; Tunc Pusterleum absq; præfatione,
Quinquaginta inquit millia aureorum dari censeo,
Assensere continuo omnes; Sed Matheus Viceco-
mes subiunxit nunquid Reginam indotatam relinque-
mus, huic decem millia ascribo, Guido Turrianus hoc
ferre nequiens, & conquestus de ea, voce prorupit,
ex consilio identidem murmurans, Quin potiùs cen-
tum millia donemus, quando in exhausta Ciuitate,
nemo publici commodi rationem habet, hæc quamquã
45 per Iram dicta forent; Tamen quia maior sũma erat,
eã Regius Scriba excepit, & in acta retulit: visa est hæc
summa multitudini pergrauis, quæ diuturnis bellis,
& ciuillibus discordijs exhausta, ope potiùs iuuare se,
quam inexpectato tributo premi Aequum censebat;
Itaq; ob murmurare totis vicis, & cum lacrymis
plena iniuriarum verba iactari; deniq; de coniura-
tione pleriq; timere; Ac primo mercatores, deindè
Iurisconsulti Cæsarem adire, rogareq;, vt inopis tur-
bæ commiseretur, neq; permitteret vt aduentus eius
qui lætitiam afferre deberet, luctuosus cuiquam, aut
inuisus haberi posset; multa quidem his similia viri
prudentes adduxere. Sed surdis auribus fabulam,
vt aiunt decantabant, perseuerante Rege in ea, quæ
semel scripta summa erat; redarguentibusq; eos Fisci
Procuratoribus, quasi ingratos, & parum memores
beneficij Cæsarei, qui patriam ciuili dissensione agi-
tatam ad quietem restituerat, & sic delecti sunt Pe-
46 riti rei pecuniariæ viri, qui centum millia, quàm
primum exigerent, vt exacta inconcusse fuerunt.*

## SVMMARIA.

*Emphiteuta tenetur indicare bona emphiteutica nu. 1.*
*Præsertim successor particularis n. 2. idq; sibi vendicat locũ in successore particulari non antè vniuersali.*
*Emphiteuta eo ipso quod non indicat bona, omnia per eum detenta censentur emphiteotica, præsertim si ea possidet in certa regione de qua in inuestitura fit mentio num. 3. contrarium de Aquitate num. 4. & 8.*
*Instrumentis antiquis indubitata lux veritatis assistit num. 5.*
*Coniecturarum melior est probatio quantitatis pretij ad indagandam emphiteusim num. 6.*
*Ecclesia propter incertitudinem loci, & quotæ agendo succumbit in probando emphiteusim num. 7.*
*Iustius est proportionabiliter vincere, quàm in totum succumbere num. 8.*
*Assignationi emphiteutæ tot bonorum in eo Territorio ex quibus percipi possit solita pensio acquiescere debet Dominus directi num. 9. ratio num. 10. & 11.*
*Emphiteuta in ius alteriùs succedens non tenetur bona emphiteutica demonstrare, & cur num. 12. 13.*
*Emphiteuta tenetur ostendere Domino instrumentum inuestituræ emphiteuticæ, aliter expelli potest num. 14. nisi successisset in factum alterius, vt hæres, & cur num. 16. et paratus esset iurare se non habere nec habuisse instrumentum num. 17.*
*Reus instrumentum edere tenetur ad fundandam Eccles. vel Fisci intentionem num. 15.*
*Iuramento hæredis se non habere nec habuisse instrumentum inuestituræ antiquæ standum est num. 18.*
*Canonem soluens vel pensionem potest petere à Domino vt sibi ostendatur causa, et res, ob quas pensionem soluere tenetur num. 19.*
*In iuditio petitorio, et in emphiteusi recenti, non autem antiqua num. 20. declaratur num. 22.*
*Domino neganti proprietatem electam ab emphiteuta licet deteriorem emphiteuticam esse incumbit onus probandi aliam esse num. 21.*
*Emphiteusis perpetua præsumitur num. 23.*
*Præscriptio emphiteusis fauore Eccles. vel alterius Domini contra eũ qui per decenniũ soluit, procedit n. 24.*
*Decennali solutione pensionis probata cogi potest soluens ad soluendum etiam in futurum num. 25.*
*Præscriptio procedit, tàm fauore Domini, quod soluentis num. 26.*
*Correlatiuorum eadem est natura, et probatio num. 27.*
Respectu *soluentis ad præsumendum contractum emphiteoticum*

*phiteotieum decennium sufficit, respectu tertij triennium requiritur n. 28. et 29.*
*Solutio 30. Annorum facta Domino pro re emphiteutica sufficiens probatio è Dominij etiã in rei vendicatione intentata contra tertium num. 30.*

## Bona omnia emphiteutæ, an præsumantur emphiteotica si illa non indicat emphiteuta.

## Cap. C L XXV.

EMPHITEVTA cum de iure teneatur indicare bona emphi-
1 teotica, vt probat *specul. de locato par. 3. §. nunc aliquam qu. 60. quem sequitur Crau. cons. 203. num. 12. et Cephal. cons. 508. n. 4. et 12. Cauaic. decis. 30. num. 132. par. 2. et Magon. decis. Florent. 2. nu. 9. cum seq;* Quod verum esse in successore
2 particulari probat Natta *cons. 3. num. 11.* licet contrarium in vniuersali obseruari, scribit Ibidem Auctor ipse, scilicet eo ipso, quod non indicat bona, censentur omnia bona per eum
3 detenta esse emphiteotica, præsertim si ea possidet in certa contrata, siuè regione de qua mentio facta erat in inuestitura, vt probat *Iason. in l. 2. num. 173. C. de iure emphit. Purpur. cons. 146. num. 3. lib. p. Cephal. cons. 508. num. 7. Socin. sen. cons. 167. num. 20. lib. pr. Rolan. cons. 66. num. 5. lib. 3. Decian. cons. 119. nu. 3. lib. pr. Natta cons. 3. n. 8. Magon. decis. florent. 2. num. 10. et 35. quos sequitur Marius Antonin. resol. 30. num. 9. lib. pr. var. resolut.*

De AEQVITATE tamen contrarium sequi
4 debemus, quia nimis rigorosa, & nimis nociua esset præsumptio amplectens omnia bona, quando emphiteotica præcisè docere nesciret emphiteuta, & eo casu ad coniecturas, & ad verisimilitudinos recurrendum est, vt dignoscantur, quæ sint bona emphiteusi supposita, vt consuluit *Bal, cons. 109. ad sciendum lib. 4.* vbi tradit quod ad congnoscendum, quę & quantæ sint res emphiteoticæ Recurrendum est ad Instrumenta antiqua, quibus omnino standũ est; Quoniam illis indubitata lux veritatis
5 assistit, & defficientibus instrumentis, & confusis terminis recurrendum est in emphiteusi antiqua ad testes antiquos, si qui sunt, & ad publicam famam cuius contrarij memoria nõ existat, nam tanta fama pro veritate habetur Et deficiente tali fama, recuritur ad coniecturas, inter quas melior est probatio quantitatis pretij ex qua Iudex moueri debet, Cum
6 non sit verisimile, nec tolerabile, rem valoris bis mille aureorum venditam fuisse pro quadringentis, sed proportionabiliter tantum debet esse in re, quantum designat mensura pretij conuenti, vel quantitas pensionis, quæ soluitur, & nisi sic diceretur Ecclesia propter
7 incertitudinem loci, & quotæ agendo succumberet, & iustius est proportionabiliter vince-
8 re, quam in totum succumbere, vt inquit ibidẽ Bald.

Hanc sententiam sequitur Pacian. *cons. 155. num. 12. vers. nec isto casu cum num. seq; ac num. 21.*, qui testatur priorem opinionem procedere de rigore iuris, hanc autem posteriorem esse AEQVIOREM, & veriorem; Quam etiã comprobat idem *Marius Antoninus var. resol. eodem lib. p. resol. 106. numer. 29. cum seq.* dum concludit, quòd quando emphiteuta paratus est (ad tollendas lites) assignare Domino directo tot bona in eo territorio, ex quibus
9 posset percipi solita pensio, etiam in maiori quantitate arbitrio boni viri iuxta dicta per *Bald. in l. in testamentis ff. de condit. & demonstat. quem sequitur Afflic. decis. 23. nu. 7.* Aquiescere debet Dominus directi huiusmodi assignationi; Quia in similibus casibus prodesse dicitur
10 assignatio eidem Dominó directi *Natta cons. 2. numer. 6. Magon. decis. floren. 2. numer. 10.* Præsertim si electio, & designatio emphiteutæ sit verisimilis, & pensioni correspondeat, iuxtà
11 Ecclesiæ consuetudinem in eodem loco obseruatam, vt scribit *Pacian. cit. cons. 155. num. 26.*

Et eo maximè procedit conclusio, quando agitur cum emphiteuta qui in ius alterius successit, quia tunc cum iustam ignorantiæ causam
16 habere dicatur, non tenetur bona emphiteotica demonstrare, vt est hæres, qui successit in ius alterius *l. si de meis §. fin ff. de arbitr. specul. in tit. de emphiteusi §. nunc aliqua qu. 60. numer. 76.* Vbi probat quid ita demum emphiteuta cogitur fundum emphiteoticum designare, si
13 ipse sciat, ergò si non scit, prout est hæres, non tenetur, *Pileus in qu. 130. latè Natta dicto cons. 3. num. 11. vers. potest etiam adduci, & cons. 360. num. 10. vers. & tanto magis Bello cons. 9. num. 10. Magon. ali. decis. Florent. 2. num. 9. & probat. Pacian. cit. cons. 155. num. 12. ac sequitur Antonius allegata resol. 106. num. 29.*

Teneturq; etiam emphiteuta ostendere Domino instrumentum inuestituræ emphiteoticæ,
14 aliter expelli potest à Domino directi, vt *specul. in dicto tit. de emphiteusi §. nunc aliqua questio. 141. num. 108. Angel. in l. ait prætor §. p. ff. de edendo Ias. in l. 2. quæst. 15. sub n. 4. C. de iure emphit. Gramat. cons. 9. Valasc. de iure emphit. qu. 8. num. 2. quos sequitur Pacian. de probat. cap. 7. num. 86. vers. pro quibus lib. p. & cit. cons. 155. num. 28. & 39.* vbi scribit quod quando copiam probandi iura sua aliter habere non potest actor tunc suadente AEQVITATE, reus qui dicta instrumen-
15 ta habet, tenetur ea edere ad fundandam Ecclesiæ, vel Fisci intentionem, de qua materia fuit superius actum in cap, 149.

Nisi tamen successisset emphiteuta in factam alterius, vt hæres, qui dicitur habere iustam causam ignorandi, ea quæ facta fuerunt à defun-
16 cto, vt diximus, & notat *Albericus in l. si certis annis num. 10. vers. item quæritur C. de pact. Natta cons. 3. num. 9. & cons. 309. num. 11. vers. quod cum*

*probatur*

*probatur Pacian.cit.cons.155.num.29. tr. de probationibus lib.p.cap.61.num.30.vers. caterum, & nu.*
43. Et pararus esset hæres iurare se non habe-
17 re, nec habuisse instrumentum, cum agatur de
antiqua inuestitura, quia eius iuramento stan-
18 dum esset vt post *Bart. & Baldum affirmat Natta in eodem cons. 3. num. 6, et sequitur Pacian. cit. cons. 155. num. 31.*

Quæ facultas Domino spectans, competit etiam
19 soluenti Canonē, siuè pensionem; Qui potest
petere à Domino, vt sibi ostendat causam, & res
ob quas soluere pensionem teneatur *Tex. in cap peruenit extra de censibus, specul. dicto tr. de emphit. §. nunc aliqua nu. 80. qu. 36. Natta cons. 360. numer. 10. vers. ad quod facit, quos seq. Pacian. cit. cons. 155. num. pr. in fin. cum seq. et num. 25.* Vbi subdit hoc
20 in iuditio petitorio posse deduce re emphiteu
tam, & in emphiteusi de recenti non in antiqua
Prout etiam scribit nu. 9. quòd si emphiteuta
eligit certam proprietatem licet deteriorem,
ubi Dominus negauerit illam esse emphiteoti-
21 cam quam prætendit, tunc Domino incumbit
onus probandi aliam esse ex *Natta cit. cons. 3. num. 5.*

Quæ tamen principalis conclusio locum tantum
obtinet, quando emphiteuta se fundat in con-
cessione, & in inuestitura emphiteutica. Quia
22 Tunc si non ostendit concessionem præsumi-
tur emphiteusis finita; Secus uerò ubi emphi-
teuta se fundat in præscriptione non in con-
cessione; Namq; eo casu non potest expelli
23 cum emphiteusis præsumatur perpetua, ut tra-
dit *Sociu. sen. cons. 50. nu. 4. vers. secundo principaliter placet, lib. 4. quem sequitur Pacian. cons. 154. nu. 12. et 13.* Et præscriptio hæc perficitur cursu an-
norum decem, ut scilicet præsumatur præce-
dere inuestituram *Ant. de Butr. in cap. peruenit col. 23. vers. potes ergò dicere extra de censibus Bald. in l. p. numer. 15. vers. pone quidam soluit Eccl. C. de fideicommiß.*

Quamuis hoc tantum procedere fauore Ecclesiæ
uel alterius Domini contra eum, qui per de-
24 cennium soluit pensionem Ecclesiæ scribit
ibidem Bal. Quia probata continua decennali
solutione pensionis, cogi poterit soluens etiā
25 in futurum ad soluendum *Castrens. in l. sicut §. sed si queratur sub num. 9. vers. et per prædicta patet ff. si seruitus vindic. Alex. cons. 8. in Princip. lib. 7., et Ias. in l. 2. numer. 185. siuè 195. vers. quarto quero nunquid C. de iure emphit.*

Contrarium tamen verius esse probat Pacianus
sæpius citato *cons. 154. num. 3, cum seq;* nempè
procedere præsciptionem, tàm fauore Domi-
26 ni, quàm soluentis; Quia correlatiuorum
eadem est natura, & probatio, vt expresse
hoc argumento vsus est *Salic. in l. in rem verso nu. 12. vers. quæro sextò ff. de vsuris,* qui Pacianus
*sub num. 10. vers. in hac itaq;* distinguendo has
28 contrarias conciliat opiniones, Dum inquit
aut loquimur respectu soluentis, & tunc ad
præsumendum contractum emphiteoticum,
ritè, & solemniter fuisse formatum sufficiunt
decem anni iuxtà Baldi, & Saliceti opinionem
29 Aut loquimur respectu tertij, & tunc requi-
runtur triginta anni iuxta Iasonis opinionem
qui allegat *Roman. con. 127. Posito quod Dominus,*
vbi vult, quod solutio per triginta annos facta
30 Domino pro re emphiteotica sit probatio
sufficiens ad probandum Dominium, etiam in
rei vendicatione intentata contra tertium
*Alex. cit. cons. 8. lib. 7. & Pacian. cit. nu. 10.*

## SVMMARIA.

*Colonus, siuè conductor finita locatione non tenetur denuo reconducere num. 1. contrar. nu. 2. cum seq. plur.*

*Dominus ex aliqua necessitate patest conductorem, seu Inquilinum pendente locatione de Aequitate expellere n. 2. & contra conductor deserere locationem n. 3.*

*Conductor cogitur perseuerare in locatione finita rei Fiscalis, vbi maximos percepit fructus nec reperitur conductor qui in futurum tantam pensionem soluere velit num. 4. contrar. verius de Aequitate num. 5.*

*Ampl. de iure in quolibet conductore rei priuata num. 6, & 7.*

*Nemo inuitus cogitur perseuerare in locatione finita, facta debita tempore denuntia locatori num. 5.*

*Conductor cogitur perseuerare in locatione finita quando ex nimia fructuum perceptione, agrum siuè bona debilitasset num. 8.*

*Fideiussor non tenetur ex secunda locatione tacitè prorogata, seù renouata etiam ex consequentia prima n. 9.*

*Nouatio dicitur facta per continuationem in conductione num. 10.*

*Fideiussoris obligatio non potest extendi in futurum neq. de vna causa in aliam, nec quando mutatur Index res locus vel actio num. 11.*

*Fideiussio est stricti Iuris, nec recipit extensionem nu. 12. etiam si facta sit protestatio in contractu citra praiuditium fideiussionis num. 13. limitatur multis modis remissiuè num. 14.*

*Conductor cogitur perseuerare in locatione finita quando in ea continuauit, vel minimè denuntiauit locatori num. 15.*

*Denuntiatio saltem fieri debet in fine vltimi anni n. 16*

*Conductor si vult recedere debet denuntiare num. 17, & si non resistit cum potuit tenetur ex locato in id, quod interest locatoris num. 18.*

*Locatio non censetur renouata nisi conductor perseuerat in locatione, & locator sciens id passus est n. 19.*

*Taciturnitate vtriusq; partis reconductio resultat num. 20. saltem eo anno quo tacuerunt nu. 21. quod in vno quoq; anno deinceps obseruandum num. 22.*

*Qui ad certum tempus conducit finito quoq; tempore colonus est num. 23.*

*Statuta Mediolani cauetur respectu bonorum extra Ciuitatem denuntiationem fieri debere Calendis Maij, intra verò Calendis Augusti num. 24.*

*Statuto Bononia cauetur denuntiationes fieri debere per trimestre ante finem locationis ne relocatio locum habeat num. 25.*

*Locatio transit ad haredes, & successores n. 26.*

*Denuntiatio tempore à lege vel statuto prascripta an semper requiratur num. 27.*

*Venditor*

*Venditor qui dicit non teneri de euictione non auditur tanquam sua non intersit, si nihil rationi consonum alleget contra ius euincentis num. 28.*

*Conductor ob ommissam denuntiationem non tenetur ad damna, & interesse locatori, quando per eam nulla pronisio fieri potuisset num. 29.*

*Conductor qui conduct. renuntiare nequit ob aduentum exercitus excusatur num. 30.*

*Conductio renouata dicitur, quando conductor mortuus est in re conducta per tempus plusquam modicum arbitrio boni viri num. 31. & 32. declaratur num. 33.*

*Restitutionis beneff. competit minori, vel Ecclesiæ quando debito tempore non denuntiauit Domino finem locationis num. 34.*

*Locatio, siuè conductio non adimpletur tacendo quando locator non præstitit id quod præstare tenebatur n. 35.*

*Conductio non dicitur renouata quando facta fuit circa operas quia scilicet Dominus fundi dicitur potius conductor, & præstans operas locator num. 36. & 37.*

*Medicus qui ante tempus recedit, non consequitur salarium per retroacto tempore num. 40. limitatur fauore religionis in quam intrauit medicus num. 41.*

*Medicorum Priuilegia num. 42.*

*Medici liberiusq; cæteri homines viuunt cum impunè occidant sæpe alios nu. 43.*

*Aduocati aliquando, & ipsi impunè occidunt clientes num. 44.*

*Officia necessaria, vt Prætorarum, & similium non censentur renouata tacitè num. 45. 46.*

*Fructus semel tantum in anno regulariter colliguntur ex prædijs rusticis num. 48.*

*Conductio renouata diuersimodè censetur diuersis temporibus si diuersimodè fructus colliguntur num. 49. 50. 51. & 52.*

*Conductio in prædijs Vrbanis renouata censetur, vt habitauit conductor num. 53.*

*Conductio non censetur tacitè renouata in rebus mobilibus, vel se mouentibus num. 54.*

*Furtum committunt qui rem mobilem, vel se mouentem tenet post tempus conuentum num 55. 56.*

*Furtum comiteit qui iumentũ aliorsum duxit, quam quo vtendo acceperat num. 56. & 57.*

*Conductor qui non soluit pensionem non potest ex renouata conductione locato re inuito agere num. 58.*

*Contrar. volente locatore num. 59.*

*Statutum Mediolani in cap. 389. lib. p. quod conductor non possit recedere à re conducta non satisfacto ocatore num. 60. & 61.*

*Statutum Papiæ 78. in Ciuilibus de eadem materia n. 62*

*Locator probare dicitur eius creditum contra conductor per exhibitionem instrumenti locationis n. 63. 64.*

*Debitum, & creditum sunt correlatiua num. 64.*

*Conductio renouata tacitè continet easdem obligationes Camerales de quibus in prima conductione n. 65. & 66*

*Conductio tacitè renouata intelligitur tantum de prima non autem multiplicat. num. 67.*

*Conductio renouata non censetur quando in primo instrumento appositum fuit pactum expressum, quòd non intelligatur finito tempore facta relocatio num. 68.*

*Hypotheca in tacita reconductione nõ præfertur expressæ hypothecæ cum alijs contracta num. 69. nisi creditor esset priuilegiatus vt Fiscus num. 70. & 71.*

*Creditor magis priuileg. præfertur ei qui est minus priuilegiatus num. 72.*

*Conductor tacitæ reconductionis beneffitio non potest vti si conduxit à muliere ommissis solemnitatibus Statuti nu. 73. & 75.*

*Solemnitatates interuenisse non præsumuntur in contractibus, si de eis apertè non constat num. 74.*

*Modicum tempus excusat conductorem qui post tempus denuntiauit num. 76.*

*Decretum Senatus in ea materia num. 77.*

## Conductor an tentatur finita locatione perseuerare in locatione, & è contra an locator aliquando pariter teneatur permittere perseuerantiam conductoris.

### Cap. CLXXVI.



CVM frequentissimè de locato, &
conducto agatur in foro, dum audiuntur
lites inter locatorem, &
conductorem, tàm ratione debitæ
pensionis, & damnorum datorum
in re locata, quam ratione finitæ
vel non finitæ locationis ommittendum non
est, an aliquis detur casus, in quo conductor
non obstante, quòd finita sit locatio conuenta
teneatur in ea perseuerare cum regulariter
Colonus, siuè conductor finita locatione non
1 teneatur denuo reconducere *l. inuitos C. locat*;
Sicuti enim Dominus ex aliqua necessitate
potest conductorem, seù inquilinum pendente
locatione de ÆQVITATE expellere
*l. qui insulam ff. locati, & l. 3. C. locati*, Ita eadem
AEQVITATE, colonus, vel inquilinus,
siuè locator, poterit ex necessaria causa coloniam,
siuè locationem adhuc non finitam de-
3 serere, vt probat *glos. in l. si in lege §. si domus
verbo statim, post medium ff. locati Rolan. cons. 69.
num. 23. cum seq; lib. 4.*

Cogitur itaq; primo loco conductor perseuerare
in finita locatione, si in ea à Fisco habita,
4 maximos percepit fructus, nec reperitur aliquis
conductor, qui pro futuro tantam pensionem
soluere velit *Tex. est in l. cotem §. fin. ff. de
publ. & vectigal.*

Quamuis de AEQVITATE contrarium verius
videatur, cum nemo inuitus cogi debeat per-
5 seuerare in locatione finita quando debito
tempore denunciauit locatori *Tex. est in l. 3. §.
Cum quinquennium ff. de iure Fisci, & explicat glos.
in dicta l. Cotem §. fin. verbo compelluntur*, Vbi
priorem dispositionem de rigore iuris hanc
verò de AEQVITATE procedere concludit
*Caroc. de locato, & conducto par. 7. concl. 4. nu. 12.
& par. 3. tit. de renouat. locationis ad l. inuitus. qu.
p. num. 4. vbi vers. ampliatur* hæc, concludit hoc
etiam procedere in quolibet conductore, etiã
6 rei priuatæ *ex Castrens. in l. si merces § vis maior.
ff locati.*

*ff. locati Borgn. decis 46. num. 322. par. 5.* Et omni
casu ex speciali consideratione ob maximos
fructusquos perceperat cõductor ex re con-
ducta teneri illũ perseuerare in locatione, vbi
7 alius non compareat conducto tradit ibidem
glosator.

Secundo loco cogitur etiam conductor perseue-
8 rare in locatione finita, quando ex nimia fru-
ctuum perceptione, agrum siuè bona debili-
tasset *glo. in l. si cum hermes C. locati, & notat Bart.
in d. l. Cotem §. pr. nu. 2. ff. de publicanis, ac probat
Caroc. dicto tit. de renouatione locationis par. 3. ad
l. inuitus C. locat. qu. pr. numer. 2. & 3. fol. mihi*
156.

Si tamen perseuerauit conductor in locatione in
qua fideiussorem habebat, non idcirco dicitur
ipsum fidejussorem teneri in secunda locatio-
ne tacitè prorogata, siuè renouata, etiam ex
9 consequentia primæ *Tex. ad litteram in d. l. si cũ
hermes C. locati, & ibi scrib. omnes Bart. in d. l. item
quer'tur num. 3. ff. locati*, qui tradit hoc proce-
dere, quamuis fideiussor sciat, ac patiatur con-
ductorẽ remanere adhuc in conductione, quia
10 dicitur facta nouatio per continuationem in
conductione *Alex. cons. 72. in fine lib. 6. Gratian.
lib. 9. discept. forens. cap. 66. num. 6.* Neq; fide-
iussoris obligatio extendi potest in futurum,
11 neq; trahi de vna causa in aliam, nec quando
mutatur Iudex, siuè res, aut locus, vel actio
*l. non à Iudice 64. §. si quis alio vbi glos. verbo iudi-
cio ff. de iudic.* Cum sit stricti Iuris fideiussio,
12 neq; recipiat extensionem *l. Blanditius C. de fide-
iuss. & l. in pignore ff. eod. tit. Natta cons. 202. nu.
5. Thes. decis. 202. num. p. Rol. cons. 58. num. 18.
l. b p. Anchar. qu. 15. num. 13. cum seq. lib. 2. Surd.
cons. 212. num. 2. latè Henric. de fideiuss. cap. 20.
§. 26. num. 29. cum plur. seq. fol. 464. & cap. 24.
num. 35. cum seq, Caroc. de locato par. 3. tit. de re-
nouatione locationis qu. 22. nu. 7. cum seq; fol. 161 et
plena qu. 23. eodem fol. quos sequitur Gratian. lib.
5. discept. forens. cap. 966. num. 3. & 4.* qui mate-
riam ipsam examinat etiam *in cap. 962. num. p.
cum seq. plur. & num. 31. ac num. 47.* Vbi etiam
concludit extinctionem obligationis fideius-
soris esse sequutam etiam si facta sit protesta-
13 tio in dicto contractu citra præiuditium fide-
iussionis.

Quam tamen conclusionem multis modis limi-
tat *Caroc. cit. qu. 23. nu. 5. cum seq. tit. de renouat.
14 contr.* ad quem remittitur lector ne eius dicta
hic transcribantur.

Cogitur insuper perseuerare conductor in loca-
tione finita, quando, vel continuauit in eadem
15 vel minimè denuntiauit locatori, se vlterius
nolle perseuerare, quòd fieri debere saltem in
16 fine vltimi anni decidit *Tex. in l. Item queritur
§. qui impleto, & §. exercitu, vbi scrib. omnes ff.
locati Ias. in l. si quis nec causam §. rei pignor. num.
5. ff. si certum petatur, & probat Boss. tit. de remis-
sione mercedis num. 51.* Vbi scribit quod conduc-
17 tor si vult recedere debet denuntiare Domi-
no, alias non videtur sibi succursum, & duo
velle textum illum tradit Boss. Primo scilicet
quod si non denuntiauit teneatur conductor
ex locato, secundo si ipse non resistit cum po-
18 tuit similiter teneatur ex locato, & in id quòd
interest locatoris vt docet *Bart. in l. si vero §.
Item cum quidam col. p. vers. tertio casu ff locati*
(quamuis hanc conclusionem impugnat *Alex.
cons. 17. sub num. 14. lib. 4.*, dum supponit lo-
cationem non censeri renouata, nisi conduc-
19 tor perseuerauerit in locatione, ac locator
sciens id passus est) Bossium sequitur etiam
*Caroc. d. tr. de locat. & conduct. par. 3. declaratio-
ne 12, num. p. & declarat. 16. fol. mihi 166. Cephal.
cons. 475. num. 42. lib. 4. Carpan. ad Statut. Mediol.
398. num. 96. lib. 2.* Quia taciturnitate vtriusq.
20 partis, reconduxisse videtur colonus, siuè
conductor, vt apertis verbis respondit Vlpia-
21 nus saltem in ipso anno, quo tacuerunt, dum
videntur eandem locationem renouasse; Id
22 quod deinceps in vnoquoq; anno obseruandũ
est, eo enim ipso quòd tacuerunt, consensisse
videntur.

Hoc idem cauetur in seq; *l. qui ad certum tempus ff.
eodem tit.* Vbi idem Vlpianus inquit, quòd qui
ad certum tempus conducit finito quoq; tem-
23 pore colonus est, & Statuto Mediolani in dic-
to cap. 298. lib. 2. cauetur huiusmodi denun-
24 tiationes ad finem locationi imponendum
transmittendas esse in calendis Maij res-
pectu bonorum extra Ciuitatem sitorum, res-
pectu verò aliorum intra Ciuitatem existentiũ
in Calendis mensis Augusti, Statuto verò Bo-
noniæ cauetur, vt huiusmodi denuntiationes
25 fiant per trimestre ante finẽ locationis, adhoc
ne relocatio locum habeat, vt testatur *Alex.
cons. 17. num. 13. cum seq; & numer. 17. lib. 4. de
quibus statutis scribit Gozadin. in repet. l. 2. num.
163. C. de pactis inter empt. & vendit. ac Caroc. cit.
par. 3. tit. de renuntiat. locat. declarat. 8.*

Quę conclusio procedit etiam in hęredibus con-
ductoris siuè locatoris, Cum locatio transeat
26 etiam ad hæredes, & successores *l. viam verita-
tis C. locati Gomez tr. contractuum cap. 3. locati
num. 7.*

Quando autem locator ex necessaria causa con-
ductorem expellere intendit locatione adhuc
durante, vt posse iam supra probauimus, uel
è contra; An requiratur denunciatio tempore
à lege, vel Statuto præscripto, & Bossius *rela-
to num. 52. vers. secundo* casu putat non requiri
27 denunciationem, nisi ostendatur per locato-
rem, vel conductorem, quòd sua intererat ex
Imola *in cap. fin. de emptione, & venditione*, quan-
do scilicet venditor dicit non teneri de euic-
tione, quia sibi facta non fuit denuntiatio.;
28 Cum, si nihil rationi consentaneum alleget
contra ius illius, qui euincit, non auditur
tanquam sua non intersit, quem refert, & seq.
*Alex. in l. de pupillo §. morte col. penult. ff. de operis
noui nuntiatione*, & ita limitari dictum Textum
in §. exercitu ex parte conductoris scribit
Boss. *in fine cit. numer. 53.*, vt licet ipsi non de-
nuntiauerit

nunciauerit, si tamen ob hoc nulla verisimili-
29 ter potuisset fieri prouisio à locatore, non teneatur ad damna, & interesse.

Prout idem tex. prouidet etiam idemnitati conductoris si ille ob impetum exercitus renunciare nequiuit videlicet si milites ex improui-
30 so superuenerint, vt declarat ibidem Boss. loco relato.

Adhoc autem, vt reconductio censeatur facta, quando ea fundatur super eo, quod conductor moratus est conductore in reconducta post finitam locationem requiritur, quod moratus sit conductor in reconducta per tempus plus-
31 quam modicum arbitrio boni viri; Quia ob hoc modicū tempus, non censeretur inducta reconductio tacitè *l. ab hostibus §. sed quid simpli-*
32 *citer ff. ex quibus causis maiores Caroc. de locat. & conductoris. de renouat. locationis num. 22. Carp. ad citatum Statutum 398. num. 116.* Quod tamen limitatur, vbi remanserit conductor in prædio conducto, etiam per modicum tempus, eo
33 tempore quo culturæ agri erat aliquid operandum, Quia tunc renouata dicitur conductio vt docet Bart. *in cit. §. qui impleto num. 12. ff. locati Caroc. cit. tit. de renouat. locat. declarat. 21. fol. mihi 166.*

Sed si locator erat minor, vel Ecclesia, aut persona Priuilegiata, ob talem omissam denuntiationem opportuno tempore non factam com-
34 peteret benefitium restitutionis in integrum
34 *cap. p. de in integr. restitut. & l. minor. 25. annis ff. de minoribus ac probat Alex. cit. cons. 17. numer. 17. lib. p.*

Renouata autem non dicitur conductio, quando ex parte locatoris requirebatur aliud, quā consensus, quia debebat certas res præstare conductori nec eas præstitit; Namq; tunc locator non dicitur adimplere contractum ta-
35 cendo, ita probat *Bart. in dicta l. item queritur §. qui impleto nu. 41. ff. si cert. petatur Caroc. dicto titulo de locat. declarat. 4. num. 2. & 3. fol. mihi 165.*

Quemadmodum renouata neq; dicitur locatio, quando facta fuit circa operas itaut Dominus fundi sine alterius rei potius dicatur conduc-
36 tor, & qui laborat est locator; Namq; si finito tempore ipse locator operarum remaner in fundo ad eius custodiam, non videtur ipsum Dominum reconduxisse huiusmodi operas, cum sola patientia non impleat contractum ex parte Domini, & sic non actione locati, sed
37 actione negotiorum gestorum vel alia actione conueniri poterit Dominus pro mercede eidē debita post lapsum temporis expressæ cōductionis, vt probat *Bart. in all. §. qui impleto num. 5. Caroc. de locat. & conducto par. 2. tit. de Medico cap. 7. n. 3. fol. 123. à ter.* Vbi exactè pertractat materiam pertinentem ad Medici reconduc-
38 tionem, quem, si ab vniuersitate, siuè Communitate conductus fuerat, non censeri reconductum nisi accedente consensu consilij, etiam si priuatis ægrotis post dictum tempus curam
39 adhibuisset; Quamuis de AEQVITATE sibi detur actio ex *l. si me, & Titium ff. si cert. & tradit ibidem Carco. num. 4.* Et in fine quæst. num. 11. scribit, quod è contra, si Medicus, cum quo fuit conuentum salarium pro certo tempore, si ante tempus recedat, non posset consequi
40 salarium pro rata temporis, quod in totum ei denegari concludit *ex Bal. in l. eadem C. locati* etiamsi fauore religionis contrarium fuisse
41 decretum pro quodam medico qui ante finitū tempus conuentum Religionem ingressus fuerat tradit *Caroc. num. 12.* Quorum medicorum Priuilegia multa esse scribit idem Caroc.
42 *dicto tit. Qu. p. num. 4. cum seq.*

Qui n. 4. fol. 121. à tergo narrat ex Pontano, Mercurium à Charonte interrogatum, quod genus hominum viueret liberius (inquit)
43 medici viuunt, vt quibus permissum est hominem impunè occidere, & insuper mercedem recipere, ex quo Stobæus sermone 100.
44 scribit soli medico, & aduocato occidere licet impunè.

Idem procedere tradit *Bart. in num. 8. cum seq;* in offitijs necessarijs, vt in tutelis Prætoribus
45 Castelanis, & similibus, quia renouatum non dicitur officium ipsum licet quis in eo remaneat post finitum tempus *l. pr. §. p. vers. qua re si quis finita ff. de eo qui pro tutor,* Cum offitia ipsa solo consensu non renouentur, sed publi-
46 ca auctoritate id fieri tantum potest, ut explicat ibidem *Bart. sub numer. 9. latè Caroc. dicto tr. de locat. p. 3. ad l. Inuitus C. locati qu. p. fol. mihi 156. & qu. 7. de renouat. locat. num. 4. fol. 158. cum qu. seq.*

Cæterum licet satis aperta sit dispositio memorati tex. in dicto §. qui impleto, Nempè reconductionem censeri factam pro vno anno,
47 quando sola patientia contrahentium inducitur, Cum regulariter ex prædijs rusticis
48 semel in anno colligantur fructus *glos. in all. §. qui impleto litt. C prope finem, & ibi Bart. num. 10.* Attamen si fructus rei diuersimodè colliguntur, Diuerso iure etiam vel breuiori, vel lon-
49 giori tempore facta censetur reconductio; Enim vero si agatur de prædio rustico, vt de nemore in quo non percipitur fructus, nisi de quinquennio, in quinquennium reconductio
50 facta censetur per quinquennium; Si vero bis in anno percipiuntur fructus ex prædio; Tunc
51 in sex menses videtur renouata conductio, vt post *glos. probat ibidem Bart. num. 10. Caroc. dicto tit. de renouat. locat. plena declarat. p.* Vbi num. 7. inquit tacitum consensum in locatione, &
52 conductione alterari, & diminui iuxtà qualitatem subiecti cui adijcitur.

Si verò agitur de prædiis Vrbanis quorum fructus in qualiber anni parte percipiuntur vniformiter, vt sunt Domus pensiones; Tunc
53 prout habitauit reconduxisse quis videtur *glo in verbo prout quisq; litt. C. in d. §. qui impleto, & sequitur Bart. cit. num. 10. Caroc. alleg. declarat. p. num. 8.*

Et

Et hæc tacita reconductio minimè etiam proce-
54 dit in rebus mobilibus, quia finito tempore,
si conductor rem conductam tenet, furtum
55 committit, nisi credat Dominum permissurũ
*l. inter eos §. rectè, & l. qui re comodata ff. de furtis*
*glo. in all. §. qui impleto litt. C. in fi. & ibi Bar. n. 1 t. in*
*fin.* Hinc dicitur de furto teneri eũ, qui Equum
56 cõduxit pro certo itinere, vel tẽpore, & eo vsus
est ad aliud iter, & post conuentũ tempus reti-
nuit *l. qui fundum ff. de condict. furtiua l. si vt certo*
*§. primo vbi glos. ff. comodati de qua mora abundè*
*Clar. in §. furtum vers. Item excusatur, & Menoch.*
*de arbitr. casu 298. per totum,* vbi ex Gellio scri-
bit Brutum solitum dicere furti damnatum
esse, qui iumentum aliorsum duxerat, quàm
57 quo vtendo acceperat; Item qui longius pro-
duxerat quàm, quem in locum petierat, *Caroc.*
*dicto tit. de renouat. locat. declaratione 6. per totum*
*fol. 165. & nouiss. Tortus ad Statutum Ticinense 3.*
*in crimin. num. 45. fol. 229.*
Præterea si conductor ex parte sua nõ impleuisset
pacta, & conuentiones initas, Vel non soluis-
set debitam pensionem, sicuti neq; possit re-
58 nouationem locationis allegare contradicen-
te locatore, ita pari ratione, volente locatore
tenetur perseuerare in conductione donec
59 adimpleat promissa *Alex. cons. 76. num. 6. & 7.*
*& 10. lib. 5. Gozadini in repet. l. secunda qu. 31.*
*num. 56. cum seq. plur. C. de pact. inter empt. &*
*vend. Crau. cons. 87. num. 3. quos sequitur Caroc.*
*dicto tit. de renouat. locat. declar. 4. fol. 265.*
Qua stante ratione expressè cautum fuit per
Statutum Mediolani *in cap. 389. lib p. vbi Carp.*
*litt. O cum seq; litt. nu. 386. cum plur. seq;* Quod
60 conductor non posit recedere è re conducta
nisi satisfacto prius locatore, tàm pro pen-
sionibus debitis, quàm pro adiutorio, & simi-
libus vbi Carp. num. 388. scribit requiri rea-
61 lem satisfactionem non impropriam velnti
per satisdationem de qua re *Ottasch. decis. 18.*
*num. 5.*
Idem cauetur per Statutum Papiæ 78. in ciuilib.
dum disponitur posse Dominum, siuè locatorẽ
62 cogere colonum, seu conductorẽ, qui debitum
non soluit, & sine eius consensu recessit, ad
redeundum, & habitandum super bonis loca-
toris, si Ita ipsi placuerit, quousq; debitum
soluerit conductor, & vt aliquis illum super
eius bonis retineat, teneatur ipse ad solutio-
nem debiti præcedente præcepto iudicis, vt
ibi notat Tortus *num. 6. & 7.* qui num. 5. scri-
bit, sufficere quod locator probet debitum
63 conductoris per exhibitionem instrumenti
locationis; Cum successiuè apparere dicatur
de debito ipsius conductoris, eo quia debitum
64 & creditum sunt correlatiua quorum natura
est vt vno cognito, & probato, aliud admitti
necesse est *Euerard. in sua Topica loco à vi correla-*
*tiuorum.*
Vtrum autem omnia pacta, & obligationes, etiã
Camerales, de quibus in priori inuestitura, re-
petitæ censeantur in tacita reconductione la-
tè examinat *Caroc. in all. par. 3. tit. de renouat.*
65 *locationis qu. 26. cum quatuor sequentibus,* Vbi
contineri non concludit *post Ias. in cons.*
*49. col. fin. lib. 3. & Gales. de obligat. Ca-*
*meralibus par. 3. quæst. 5. numer. 18. in fine;*
Quamuis conditiones omnes, & qualitates, ac
circonstantias in prima locatione appositas re
66 peritas esse in relocatione concludit in *qu. 30.*
*num. p. et num. 8. cum seq; post Baldum in l. fecun-*
*stante vers. sed pone C. de donat. ante nupt. Decius*
*cons. 407. num. 8. vers. confirmatur ista conclusio*
*& cons. 460. num. 16. Curcius iun. cons. p. col. 2. in*
*fin. vers. ponderandum, & Gabr. tit. de dilat. concl.*
*2. num. 7.*
Aduertendum est vlterius, quod relocatio taci-
ta non potest multiplicari, sed intelligitur
tacitè contracta post primam locationem non
67 vlterius *l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signifi-*
*catione Alex. ff. de verb. signific. Alex. cons. 26. lib.*
*3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. in fine*
*Caroc. cit. quæst. 30. numer. 13. ac declaratione 15.*
*eodem tit. fol. 166.*
Prout neq; etiam renouata censeretur si in pri-
mo instrumento inuestituræ appositum fuisset
expressum pactum, quòd finito tempore con-
68 uento in ipsa locatione, non intelligatur facta
reconductio, etiam nulla alia transmissa de-
nunciatione *Caroc. cit. quæst. 30. sub dicto numer.*
*30. post Ruin. cons. 78. & cons. 197. numer. 22.*
*lib. pr.*
Vbi verò locus fit renouationi locationis per ta-
citum consensum de quo supra, & sic subintrat
tacita hypotheca, sub qua expressè facta fuerat
obligatio in prima inuestitura locationis;
Tunc si conductor durante tacita conductione
æs alienum contraxit, & bona pro eo expressè
obligauit, siuè hypothecauit Creditor hic po-
sterior conductoris, qui expressam habet hy-
69 pothecam præfertur anteriori creditori ratio-
ne relocationis habenti tacitam hypothecam
*glo. in l. 2. §. spontè verbo priuilegium ff. de pri-*
*uileg. creditorum, & probat Caroc. cit. tit. de reno-*
*uat. locationis, declaratione 12. Amator Rodriquez*
*tr. de priuileg. credit. par. p. de priuilegijs num. 6.*
*cum seq; et par. 2. ar. 4. num. 9. ac part. pr. art. 5.*
*sub num. 17. vers. et ait hoc nullo,* Nisi fortè cre-
ditor ex causa tacitæ relocationis esset priui-
70 legiatus, vt Fiscus; Quia eo casu etiam ra-
tione tacitæ hypothecæ præferendus est cre-
ditori minimè priuilegiato habenti expressã
vt consideratur fauore dotis iuxtà *l. assiduis C.*
71 *qui potiores in pignore habeantur Card. Mantic. de*
*tacit. et ambig. lib. 11. tit. 25. n. 3. et 20.* de qua mate-
ria egimus supra in cap. 174. & creditor magis
priuilegiatus præfertur semper minus priuile-
giato *arg. l. verũ §. fi. ff. de minor. Cyn. et alij in auth.*
*quas actiones C. de Sacros. Eccl. Rodriquez in all. tr.*
*de priuileg. cred. par. pr. art. pr. sub numer. 2. vers.*
*secundo ad eos.*
Neq; beneficio dictæ tacitæ reconductionis, vti
posset conductor, si bona à muliere conduxis-
73 set, non seruatis solemnitatibus Statuti, quo
cauetur

cauetur mulietes non posse contrahere sine
consensu proximorum, aut decreto Iudicis,
vel simili solemnitate exteinseca; Namq; cum
non appaceat extrinsece intetuenisse huius-
modi solemnitates, quæ minimè præsumuntue
nisi de ijs apertè constat *l. sciendum ff. de verb.*
74 *oblig.* sicuti actus legitimè factus non dicitur,
Ita nullo modo potest conductor super illo se
fundare ad inducendam tacitam reconductio
75 nem *Parpal. in l. si quis nec causa §. si res pignoris num. 2. ff. si cert. petatur Auchar. qu. famil. 42. num. 5. par. p. Francisc. Marcus decis. 539. num. 4. & 5. par. p. Marius Anguis. cons. 71. nu. 11. cum seq; par. p. Borgn. Decis. 44. num. 86. quos sequitur Caroc. all. cit. de renouat. locationis qu. 9. num. pr. & 3. fol. mihi 159.*

Et licet absolutum sit censeri renouatam locationem, si locator siuè conductor non denunciauit opportuno tempore à lege municipali Statuto; Tamen, vbi denunciatio facta fuit
intra modicum tempus ex AEQVITATE
76 dispensare solet Sen. Excell. Mediolani contea Statuti dispositionem videlicet tenere huiusmodi denuntiationem, & validam esse non obstante, quod facta fuerit post lapsum termini a Statuto præfixi, & præsertim hoc cen-
77 suit die 8. Augusti 1572. fauore D. Anselmi Carpani contra D. Alexandrum Carcanum, vt refert Carpanus ad memoratum Statutum 398. *num. 94. lib. 2.*

### *SVMMARIA.*

*Mulier tenetur ad solutionem pensionis domus, quàm conduxerat vir pro tempore quo illam inhabitauit num. 1. contrar. verius num. 2.*

*In dubio iure familiaritatis inhabitasse vxorem domum quàm conduxerat vir præsumitur num. 3.*

*Mulier iure familiaritatis inhabitasse censetur domum, quæ erat propria viri num. 4. maximè si esset tutrix filiorum num. 5.*

*Mulier qua domum conduxit omissis solemnitatibus non tenetur ad pensionem numer. 6. & 7. contrar. verius num. 8.*

*Habitatio continetur sub nomine alimentorum num. 9. & debetur ei cui alimenta sunt præstanda nu. 10.*

*Mulier obligatur pro alimentis receptis habita fide pretij num. 11.*

*Auctoris iuditium circa pensionem domus debitam per mulierem viuente separate à viro num. 12.*

*Inuecta, & illata in domo hypothecata sunt pro illius pensione num. 13.*

*Mulier recipiendo etiam omissis solemnitatibus Statuti efficaciter obligatur num. 14.*

*Filius famil. inducens domum obligatur etiam non interuenerit Patris consensus numer. 15. idem ratione vectigalium num. 16.*

*Minor adultus tenetur ad pensionem domus, quàm conduxit etiam omissis solemnitatibus num. 17.*

*Transactio minoris super alimentis valet num. 18.*

*Alienatio minoris non seruatis solemnitatibus non valet etiam si tendat ad eius vtilitatem num. 19.*

*Alimentorum causa dicitur continere vitam hominis num. 20.*

*Minoris contractus sine solemnitatibus valet, quando concernat eius alimenta, vel modicam continet summam num. 21. 22.*

*Modica summa, quæ sit pendet à Iudicis arbitrio numer. 23. & 24.*

*Mulier, & minor possunt alienare pecuniam sine solemnitatibus num. 25.*

*Minor mercator efficaciter obligatur etiam non adhibitis solemnitatibus num. 26.*

## Vxor an teneatur ad pensionem domus per maritum conductę, quando post eius obitum in ea habitauit. Cap. CLXXVII.

MORTVO marito si vxor inhabitauit domum à viro conductam, tenetur soluere pensionem pro tempore, quo ipsa inhabitauit Iudicis officio *Bart. in l. in*
1 *summo §. pen. ff. de condit. indebit. & probat Bal. in l. contractus C. locati, quos sequitur Caroc. tr. de locato, & conducto par. 2. tit. de matre qu. p. num. p. fol. mihi 32.*

De AEQVITATE tamen contrarium verius
est, Nempè, ex conductione mariti non teneri
2 vxorem *Tex. est in l. contractus C. locati*, Quia
iure familiaritatis inhabitasse præsumitur
vxor cum hæredibus viri si postea ipsa non
conduxit *Ias. in §. actionum numer. 166. instit. de*
3 *action.* Et in dubio iure familiaritatis ipsam
vxorem inhabitasse præsumi debere docet
Caroc. *loco relato num. 2. in fine.*

Vbi autem domus per vxorem inhabitata esset
propria viri defuncti non conducta, Tunc iure
familiaritatis ipsam inhabitasse omnino cen-
4 setur; nec idcirco teneri ad pensionem Caroc.
*loco cit. num. 2.* Maximè verò si esset tutrix filio-
rum quia eo casu, etiam si domus esset con-
ducta habitando cum ijs non tenetur ad ali-
quam pensionem vxor pro qua tenentur filij
5 hæredes viri *Bal. in l. pupillus ff. de tutel. & ration. distrah. quem sequitur Caroc. relato loco in fine.*

Quid dicendum de vxore se orsum habitata à
viro, & domum conducente non seruatis so-
lemnitatibus statuti de contractibus mulierũ
An teneatur ad pensionem vxor; Et licet pri-
ma facie inefficaciter se obligasse videatur,
6 & consequenter non teneri ipsam ad pensionẽ
cum nulla sit obligatio facta non seruata statu-
7 ti solemnitate *l. emptorem C. locati Doct. in l. Dinos §. hoc sermone ff. de verb. signific. & in puncto Caroc. dict. part. 2. tit. de locatione nulla num. pr. & 2. fol. mihi 77. à ter.*

Nihilominus contrariũ de AEQVITATE, est cõ-
cludendũ nempè illã teneri ad pensionem pro-
8 missã, quandoquidem cũ habitatio sit necessa-
ria, vti necessaria sunt alimenta, quæ habita-

tio continetur sub nomine alimentorum
tanquam species sub genere glos. in cap. Episco-
pus 10. quæst. 2. & l. legatis ac l. fin. ff. de alim. &
cibar. legatis Surd. de alim. tit. 2. qu. 3. numer. 5.
Cum ea debeatur ei cui alimenta præstanda
10 sunt l. legatis ff. de alim. & cibar. legat. l. verbo
victus ff. de verb. signific. glos. in l. cum hi §. qui
transigit ff. de transactionibus, & latè probat Surd.
de alim. tit. 4. qu. 4. nu. pr. Gratian. lib. 4. discept.
forens. cap. 610. num. 2. & 3. Sicuti obligatur
mulier recipiendo alimenta habita fide pretij
Ita pro pensione domus illam efficaciter obli-
11 gari dicendum est iuxtà l. 2. vers. aquisitum ff.
ad l. Rhod. de iact. ad rem Carpan. ad statut. 254.
num. 11. Vbi expresè scribit teneri mulierē ad
pensionem domus per ipsam inhabitatæ vel
mortuo viro, vel eo viuo per ipsam conductæ,
faciunt etiam tradita per eundem Surdum de
alim. tit. 8. priuileg. 48. num. 5. & 6. ac cons. 420.
num. pr. De qua materia latè actum fuit in su-
periori libro cap. 38. per totum, & de qua
plenè Thesaur. qu. famil. 53. num. 76. lib. 4. &
in addit. ad decis. 223. litt. C. Costa remed. subsid.
12. illat. per Grama. decis. 86. & decis. 367.
Et ita respondi superioribus diebus fauore Io.
12 Pauli Contini qui sublocauerat partem do-
mus cuidam mulieri seorsum à viro habitanti
nulla adhibita solemnitate à statuto requisita
scilicet illam teneri ad conuentam pensionem
& omnia inuecta, & illata esse hypothecata
13 pro ipsa pensione iuxta l. solutum ff. de pignorat.
act. & ibi Bart. & Castrens. & expresse probat Caroc
cit. tr. de locato par. 5. qu. 8. num. 31. fol. mihi 231.
à ter. Cum enim mulier recipiendo etiam non
seruatis solemnitatibus statuti efficaciter obli
14 getur glos. in l. verbo locupletior C. de integr. re-
stitut. minor. Lamberteng. ad stat. de contract.
mul. glos. 24. num. 5. Gratian. lib. 3. discept. forens.
cap. 576. num. 16. & 27. & lib. 5. cap. 879. num. 9.
Fortius obligari dicitur, dum domum pro
necessaria habitatione conduxit, quia eo casu
recepisse dicitur idquod necessarium sibi erat
pro eius victu, & alimentis.
Idem dicitur de filio familias conducente do-
15 mum, quia licet conduxit sine Patris consen-
su; Nihilominus tenetur ad pensionem etiam
16 ratione vectigalium, si ea conduxisset l. 3. vers.
Iulianus ff. ad Macedon. & latè probat. Caroc. cit. tr.
de filio famil. quæst. 2. numer. pr. & 2. fol. mihi
132. à ter.
Prout idem procedit in minore adulto, qui do-
mum conduxerit non seruatis solemnitatibus
17 sine quibus minor non potest validè obligari
Quia si domum suo gradui condecentem con-
duxit minor, & idcirco egisse videatur, vt
quilibet diligens Pater familias; Tunc effi-
caciter obligatus dicitur, ac bona in domo
inuecta pro pensione domus hypothecata sunt
vt probat Petrus de Bellapertica in l. certi iuris, &
ibi Sichard. num. 11. C. locati Ias. in l. item quia nu.
20. ff. de pactis Doctores præsertim Bellonus
nu. 31. & Gomez nu. 25. in §. item Seruiana instit.
de action. quos sequitur Caroc. dicta part. 5. qu. 8.
num. 4. cum seq. plur. et num. 24. Quidquid in
contrarium tradiderint alij per ipsum relati
num 10. & 11. cum seq. inter quos plenè ex-
cusso articulo scribit Simoncell. de decretis lib.
2. tit. 5. inspect. 2. casu 2. sub n. 12. dum distin-
guit de inuectis, qui seruando seruari non pos-
sunt, vel posunt, quia vt supra dictum fuit,
quando egit vti diligens pater familias, &
necessaria est habitatio semper tenetur ad
pensionem minor.
Facit etiam pro hac sententia Tex. in l. cum hi §.
eam transactionem ff. de transact. Vbi Vlpianus
18 decidit valere transactionem super alimentis
factam per minorem sine iudicis decreto, quia
meliorem suam facere dicitur conditionem;
Et sic non obstare certum est communem con-
clusionem de qua Simoncell. dicto tr. de decretis
lib. 3. tit. 8. inspect. 17. num. 125. dum inquit
magis veram, & cōmuniorem esse eorum opi-
19 nionem, qui probarunt alienationem à mino-
re factam sine decreto non valere, etiamsi res-
piciat minoris vtilitatem præsertim ex Rimin.
Iun. cons. 5. num. 90. Gabr. cons. 56. sub num. 47.
Bursa. cons. 82. num. 21. lib. p. et Menoch. de arbit.
casu 171. n. 60. cum plur. seq; et Remed. 3. adipisc.
num. 80. propè finem, quam sententiam post eos
comprobat Gratian. lib. 5. discept. forens. pleno
cap. 975.
Quia eam limitari patet quando agitur de ali-
20 mentis ipsius minoris, cum agi dicatur de ho-
minis vita Bart. in tr. de alimentis num. 127. in
fine, et num. 128.
Quam conclusionem eque limitari duobus in ca-
sibus expresè probat Gratian. cit. lib. 5. discept.
forens. cap. 879. num. 4. cum seq; et nu. 19. vide-
licet quando minor in effectu recepit pecu-
21 nias mutuatas, quamuis solemnitates à statu-
tis requisitæ adhibitæ non fuerint in contrac-
tu mutui, & quando agitur de modica summa
22 pro qua non requiritur solemnitas à statuto
requisita ex Romano singul. 334. nu. p. et Martil.
singul. 276. num. 2. iuxtà l. Senatus §. Marcellus ff.
de legatis primo Rodoan. de rebus Eccl. non alien.
rub. 12. numer. 9. & latissimè Leo plena decis. Va-
lent. 113.
Et licet à Iudicis arbitrio pendeat, quid sit mo-
23 dica summa Menoch. de arbitr. casu 145. num. 4.
Gratian. cap. 876. num. 20. summam tamen au-
reorum quinquaginta modicam esse summā,
24 eo in casu concludit Gratian. citato cap. 879.
p. et num. 20.
Additur deniq; posse mulieres, & minores alie-
25 nare pecuniam absq; solemnitatibus statuti,
tanquam sit de his, que seruando seruari non
possint Bart. in l. p. §. fuit quæsitum num. 3. et ibi
Castens. nu. 5. ff. ad Trebell. Tiraquel. de retr. linger.
§. p. glos. 7. num. 105. Surd. decis. 287. num. 13.
quos sequitur Gratian. cap. 856. numer. 31. et 33.
Quare eo fortius dicendum est posse vtrumq;
se validè obligare pro pensione domus quam
inhabitarunt.

Quand

Quaudo vero minor est mercator, eo casu nulla
26 cadit dubitatio, quin efficaciter obligatus sit
pro pensione domus, & quin inuecta, & illata
hypothecata remaneant pro eadem pensione
vt post alios pobat *Caroc. d. tr. de locat. et conducto par. 5. qu. 8. num. 22. fol. mihi 232.*

*SVMMARIA.*

*Vis publica quando comittatur num. 1.*

*Vis publica etiam, sine armis comittitur nu. 2. contrar. num. 3.*

*Vis publica comittitur per eum qui stans cum telo in publico fuerit num. 4.*

*Vis publica comittitur etiam per vnum armatum n. 5. contrar. quod vis priuata tunc dicitur n. 6. et 7.*

*Decretum Senatus Taurinensis in ea materia num. 8.*

## Solus insultans alium non coactis hominibus, an teneatur de vi publica, Maximè si id sequutum fuit in loco priuato, non in publica via.

## Cap. CLXXVIII.



IS publica non solum comittitur
quando coactis armatis quis
alium in publico insultat loco,
sed etiam quotiescunq; ius, &
1 bonum publicum publicè, ac à
publicis hominibus principaliter offenduntur, quod vt plurimum cum armis
fieri solet, quamuis sinè armis etiam comittatur *l. p. et penul. ff. ad l. Iul. de vi publ.* Idq; magis coactis hominibus armatis succedit, Alias
legi Iuliæ de vi priuatæ locus esset *l. hac lege ff. ad l. Iul. de vi priu. et l. si criminis cum l. seq. C. eodem tit.*

Quòd autem vis publica sine armis etiam comit-
2 tatur, satis apertè constat, dum ea pæna, tenetur Raptor, Strupator, Incendiarius, Offensor publici ædefficij, in quibus delictis neque
arma accedunt, neq. armorum vsus necessarius
est *l. fin. ff. eodem tit. de qua re Menoch. de arbitr. pleno casu 394. post Nattā cons. 240. numer. 10. et quos seq. Thesaur. decis. 35. num. 2. et 3.*

Sequitur ergò, quòd qui solus armatus alium
insultauit, & vulnerauit de vi publica teneatur, cum attendatur effectus vulneris, ac si homines conuocasset, & sine armis delictum
commisisset Iur. supra deductis, & hanc
partem tenet Gramar. *pleno cons. 43* Vbi ita
iudicatum fuisse testatur post Iserniam *ad constitut. de illicita portatione armorum lib. pr. tit. 10. glos. pr. vers. sed si damnum, et vers. multoquoque magis et post Afflict. in eadem constit. glos. fin. col. penul.*

Hanc sententiam sequitur *Clarus qu. 83. vers. vim publicam*, Vbi distinguit inter vim publicam,
3 & priuatam, Cum illa committatur cum armis, hæc autem sine armis, & concludit de vi
publica teneri, etiam eum, qui solus, sine hominum cætu insultauit, quam approbare videtur *Gomez. lib. 3. var. resolut. cap. 4. in principia.*

Et hanc partē tenentes præsertim se fundant in
*Tex. l. 3. §. eadem ff. de vi publica*, ibi EADEM
LEGE, TENETVR, QVI PVBES CVM
TELO IN PVBLICO FVERIT.
4 Namq; si stans in publico cum telo punitur
hac lege, quanto magis eadem tenebitur, qui
vulnerauerit, etiam si solus esset. Textus enim
5 loquitur sub singulari sermone cum telo, non
in plurali cum telis, & sic vnicum insultantem
compræhendit, facit *d. l. 3. § pratera, et §. sed, et qui incendio cum gladio, aut telo ff. eodem*; Prout
expressè id disponere videtur. *Tex. in l. 2. §. sed et si vnus ff. vi bonorum raptorum, Menoch. cit. l. codē 394. num. 4. cum seq; plur.*

De AEQVITATE autem, quòd eo casu vis priuata dicatur non publica probauit in speciè
6 *Bart. in d. l. si criminis C. eodem tit. ad l. Iul. de vi publ.*
Pro qua stat apertus *Tex. in l. qui dolo §. hac lege ff. eodem tit.* Vbi Vlpianus inquit. HAC LEGE TENETVR, ET QVI CONVOCATIS HOMINIBVS VIM FECERIT, & sic
non si solus insultauit.

Quam sententiam amplectitur etiam idem *Gramat sibi contrarius in voto 15. num. 10. et decis. 17. quem sequitur Baiard. ad Clarum cit. qu. 83. num. 15*
& disputata questione ad partes eandem conclusionem sequitur *Thesaur. cit. decis. 35. num. 6.*
7 *cum seq plur.* Vbi priorem opinionem de rigore iuris procedere affirmat *num. 4. et sub num. 7. vers. caeterum de rigore iuris.* Qui auctor ibidem
eriam testatur Ita Censuisse Senatum Pede-
8 montanum, inclinando in miriorem partem,
Cum prior opinio sit nimis rigorosa.

*SVMMARIA.*

*Confrontatio cum reo vtilis ad euitandam repetitionem testium num. 1.*

*Confrontatio in reo illum magis vrget num. 2.*

*Confrontatio testis cum reo vtrum necessaria sit num. 3.*

*Repetitio testium dicitur remedium ordinarium num. 4.*

*Ordinario subsistente remedio non recuritur ad extraor. num. 5.*

*Repetitio testium necessaria est in criminibus, et fieri debet citato reo num. 6. si ille praseus est num. 7.*

*Repetitio testium non fit quando reus condemnatus in contumatiam admittitur ad nouas deffensiones num. 8. 92. 93.*

*Confrontatio fieri debet vbi id petat reus numer. 9. sed cautè id agendum num. 10. ne processus inuoluatur num. 11.*

*Confrontatio euitanda est inter eos quibus reuerentia debetur num. 11. et 12.*

*Confrontatio vtilior est quam repetitio num. 13.*

*Exemplum affertur ab auetore num. 13.*

*Decretum Senatus coutra reum in confrontatione granatum per pupillum annorum nouem num. 14.*

*Confrontatio, et repetitio fieri debent cum omnibus illis*

qualitatibus quæ requirerentur vbi testes nunquam examinati essent num. 16.

Confrontandi sunt testes singuli separatim cum reo nu. 17. contra Iodochi sententiam nu. 18.

Testis qui cognouit reum de visu, & de nomine necessario non est confrontandus num. 19. secus si de visu tantum num. 20.

Confrontatio fieri debet inter testem, & reum quando reus negat idquod affirmauit testis num. 21. & 22. quamuis illius omissio processum non vitiat dicto nu. 22. & 23.

Confrontatio nō est facienda quando reus fatetur idquod testatur testis num. 24.

Confrontatio fieri debet postquam reus examinatus negat num. 25. ad euitandum circuitus num. 27.

Lis contestata dicitur in criminalibus per solam rei responsionem num. 26.

Confrontatio testis cum reo omittitur quando iminere potest testi vitæ periculum ob rei potentiam nu. 28.

Testium nomina aliquando minimè publicantur quando illis iminet periculum vitæ ob rei potentiam nu. 29.

Decretum Senatus in ea materia num. 30.

Testes vbi ob mortem non possint repeti legendum est eorum examen reo ad illum vrgendum num. 29.

Eminentissimi Cardinalis Albornotij Gubernatoris Status Mediolani mentio num. 31.

Aloysij Belcredij Senatoris mentio honorif. num. 32.

Testes coguntur ad confrontationem cessantibus causis legitimis vitæ periculum concernentibus num. 33.

Testes compelli possunt ad peribendum testimonium num. 34.

Testes citatus ad repetendum si contumax est mulctatur mox citatur sub pæna falsi num. 35.

Decretum Senatus Excellentissimi in ea materia n. 36.

Testis qui mulctam passus est si citatus sub pæna falsi comparet euitat mulctæ solutionem num. 37.

Vulneratus carceratur, ac etiam torturæ subijcitur, vt delinguentes detegat num. 38.

Auctoris obseruantia in ea materia num. 39.

Decretum Senatus in ea materia num. 40.

Io. Baptistæ Vicecomitis Senatoris mentio honorif. n. 40

Accusator po est custodiri in carcere ne corumpatur, aut aufugiat num. 41.

Hæredes interfecti cogi possunt ad tegendum delinguentes num. 42.

Cremonensis Curiæ ordinatio in ea materia num. 43.

Testi legitur primum examen quando repetitur nu. 44.

Quamuis hoc à Iudicis arbitrio pendet num. 45. etiam contrarium protestaretur reus num. 46. 47. & 48.

Repetitio testium non est necessaria quando reus protestatus est se eos habere pro repetitis num. 49.

Protestatio habendi testes pro repetitis esse debet libera, & clara num. 50. cum seq;

Protestatio habendi testes pro repetitis potest reuocari re integra num. 52.

Regula quod semel placuit non procedit in his quæ sunt publice iuris num. 53.

Repetitio testium non est necessaria quando reus fassus est delictum num. 54. & 55. licet cautior esset num. 56.

Decretum Senatus in ea materia num. 57. & 59.

Ludouici Turconi Senatoris mentio honorif. num. 58.

Repetitio testium non est necessaria in crimine læsæ Maiestatis Assasinij, & alijs grauissimis delictis nu. 60.

Testes non repetiti citata parte, & non faciant indicium faciunt tamen aliquando argumentum numer. 61. et præsumptionem num. 92.

Inquisitio potest formari contra reum absentem ex depositionibus testium examinatorum sine citatione num. 62.

Repetitio testium necessaria non videtur quando illi sunt omni exceptione maiores num. 63.

Repetitio testium necessaria non est si eorum dictis stare conuenissent partes num. 64. contrar. voluit Marsil. num. 65.

Repetitio testium pro facta habetur quando illi mortui sunt num. 66. maximè si reus fuit citatus, vel inquisitus ante eorum mortem num. 67.

Testes siuè correi ad mortem damnati habentur pro repetitis, et confrontatis quo ad eos nominarunt ex ordine Senatus Excellentissimi num. 68.

Hoc etiam procedit in Curia Ecclesiastica etiam si testes examinati essent à seculari Iudice num. 69.

Quod obseruatur in fora Archiepiscopali Mediolanensi num. 71. contrar. num. 74. declar. nu. 75. 76. et 77

Confessio facta coram Iudice incompetente facit indicium ad torturam num. 70.

Citatio rei ad videndū examinari, vel repeti testes tolli potest per consuetudinem in qua deffensio non consistit num. 72. contrar. num. 168.

Innouare semper periculosum est ex Aristotile num. 73.

Melius est, vt parua potius aliqua mala sint, quam inducantur, quæ apparent tantum bona num. 73.

Socijs Criminis etiam non repetitis dictum sufficit ad inquirendum num. 78.

Absentia testis an excuset eius repetitionem, vt mors num. 79.

Et videtur esse supersedendū in causa relaxato reo sub fideiussione num. 80. contrar. sequ. in Regno Neapolitano, vbi omittitur, repetitio num. 81.

Repetitio testium omissa quando examinentur post factā monitionem generalem reo num. 82. 85. 87.

Monitio generalis fit reo loco citationis num. 83.

Decretum Senatus, quod monitio generalis sufficiat pro citatione quoad testes postea examinatos n. 87. 89.

Acusator potest nouos testes producere in causa Criminali post productionem capitulorum rei ad deffensam num. 88.

Repetitio testium fit vlterius non citato reo vbi processit generalis monitio si ita stilus viget num. 90.

Rei occulati esse debent quando fit annotatio in processu per Notarium, quod fuit consignatus cum monitione generali, et protestari se velle citari ad quoscunque actus num. 91.

Repetitio fieri non debet, quando stilus Curiæ resistit num. 94.

Impensa pro repetitione testiū, quæ fit extra Ciuitatem licet spectaret ad Fiscum num. 95.

Contrar. verius est quod spectet ad reum id petentem num. 96. obseruantia Auctoris num. 98. obseruantia Romanæ Curiæ num. 100.

Actor fundare debet eius intentionem num. 96.

Expensis rei omnia onera, et suffragia Iustitiæ fieri debent si soluendum est aliter expensis actoris, aut deniq. Fisci num. 98.

In

*In expensis prædictis exigendis obseruari debet obseruantia regionis num. 99.*

*A Iudicis arbitrio pendet cuius expensis fieri debeat repetitio nu. 101.*

*Testis qui variat in repetitione circa substantialia, nec reddit sufficientem causam variationis; Tunc potest vti subornationis suspectus torqueri num. 102.*

*Subornatio testis clam fieri solet ideò coniecturis probatur num. 103.*

*Auctoris obseruantia in ea materia num. 104.*

*Plutarchi sententia notanda pro Iudicibus; quòd si male vexeris Dijs displicebis si bene hominibus nu. 105.*

*Iustitia, siuè Reipublica administratio inimicitias, & diffidia affere num. 106.*

*Repetitio testiũ fieri etiam quando procedatur sola facti veritate inspecta num. 107.*

*Citatio non potest omitti etiam per principem nu. 108.*

*Citatio omitti non potest etiam si causa esset commissa, vt delegatus procederet secundum eius conscientiam num. 109. & procedatur manu Regia num. 110.*

*Repetitio testium fieri debet per ipsummet Iudicem vbi legitimè impeditus non sit num. 111. quia tunc potest alteri delegari num. 112.*

*Testes tenentur personaliter comparere num. 113.*

*Auth. apud eloquentiss. locum non habet in quolibet Principe, tàm Ecclesiastico, quàm temporali n. 114.*

*Persona Egregiæ examinandæ sunt in eorum domibus num. 115.*

*Sed hoc declar. procedere in ciuilibus causis non in criminalibus num. 116.*

*Testes in criminalibus examinari debent coram Iudice, vbi testes non sint impediti num. 117.*

*Quia tunc ad eos accedit Iudex num. 118.*

## Confrontatio inter reum, & testes quando fieri debeat.

### Cap. CLXXIX.



COnfrontationis vsus utilis valdè
est in processuum Criminalium
instructione; cum ex ea duo sequantur
commoda Fisco, & Reipublicæ
alterum scilicet, dum
1 illa succedit loco repetitionis
testium, si testis iurauit coram reo sine qua repetitione
processus, siuè testium dicta nihil
releuant, vt abundè docet *Clar. q. 45. vers. sed in
proposito post Bartol. in extrauag. ad reprimendum
verbosugim, & de forma confrontationis*, Hoc idē
tradunt *Cartar. in eius pract. lib. 3. cap. 3. numer.
28. Bertaz. cons. 70. numer. 30. lib. 2. inter consil.
crim. diuers. Bursa. cons. 192. num. 35. lib. 2. Baiard.
ad Clarum cit. qu. 45. nu. 63. cum seq. plur. Caball.
casu 269. num. 15. & 17. cent. 3. & Farin. quæst.
72. num. 139. Ricc. in eius praxi for. Eccl. decis. 444.*
Alterum est quia huiusmodi confrontatio, &
prioris depositionis confirmatio magis reum
2 vrget, latè Cartar. in eius pract. *d. lib. 3. cap. 9.
nu. 83. & 89. quem sequitur Ambros. in eius pract.
lib. 2. cap. 9. & ibi Porrus num. 6. fol. mihi 200.*

Queritur igitur, an de iure necessaria sit testium
confrontatio cum reo; Et de iure necessariam
non esse probat *Clar. cit. quæst. 45. vers. sed in
proposito verbo, & licet de iure non sit necessaria*
3 *Ambros. in eius pract. lib. 2. cap. 9. nu. 20.* qui n.
sequenti inquit confrontationem, esse remedium
extraordinarium, & subsidiarum idcirco
4 cum per testium repetitionem quòd dicitur
remedium ordinarium consulatur vali-
5 ditati processus; Ad extraordinarium deueniri
non debet *Bart. in l. edictum ff de question.
Crauet. cons. 287. n. 2. quis sequitur Idem Ambros.
cit. cap. 9. num. 21. lib. 2.* E contra verò neces-
6 saria est testium repetitio reo citato alias nullus
esset processus nec releuarent depositiones
testium in eo examinatorum sine citatione rei,
vt copiosè tradit Bossius *de indit. ante tort. num.
128. Clar. cit. vers. sed in proposito, et sequitur
Ambros. all. cap. 9. num. 5. lib. 2. Scac. de iudic.
ciuil. & crimin. lib. p. cap. 86. num. 54. vers. si de
iure* quòd tamen intelligitur quando reus esset
7 præsens, non si contumax, vt declarat *Caball.
lib. 2. resol. crimin. casu 169. num. 22. cent. 3.* Quæ
contumacia etiam consideratur quamuis ex
post reus condemnatus admissus est ad nouas
difensiones, quia nihilominus tunc non fit re-
8 petitio, vel confruntatio *Caball. casu 101. num.
36. cum seq; et dicto casu 269. in fine post Clarum d.
qu. 45. vers. cæterum; et ibi Baiard. num. 14.*
De ÆQVITATE tamen confrontatio fieri de-
9 bet reo eam petente, vt scribit Porrus in eius
fasciculo *§. repetitio testis vers. confrontatio fol.
mihi 419.* Vbi admonet Iudices, ut caueant ne
lateat anguis in herba; inferens, vt quando
10 rei huiusmodi petunt confrontationem, dolosè
id agere, vt plurimum videntur ad tollendas
testium depositiones; qui forrassis, vel
subornati, vel territi priorem depositionem ex
sincera veritate factam reuocaturi sunt, vel
confirmare eam non audebunt in conspectu
rei, vel saltem vacillabant. Hoc idem in uerè
videtur *Clar. in qu. 53. vers. quartus est casus,* Vbi
in fine monet. Iudices, ut se abstineant ab huiusmodi
confrontatione, & repetitione quas
instantib. rei petuntur; Quia sæpenumero processus
inuoluuntur, ac destruuntur magnamq;
præbent occasionem subornationibus, & falsitatibus
testium *Baiard. ad quæst. 49. sub nu. 35.
propè fine.*
Hinc tradunt scribentes confrontationem non
solere fieri quando subest aliqua ratio, ex qua
timor subornationis resultaret; Videlicet si
11 facienda esset per seruum cum Domino, per
filium cum Patre, Vassallum cum Domino,
Timidum cum Potente, & per similes, quibus
12 reuerentia debetur; vt copiosè tradit *Cartar.
cit. lib. 3. cap. 9. num. 97. Ambros. all. cap. 9. num.
7. ac num. 15. et ibi Porrus;* Iudex idcirco circunspectus
valdè in hoc esse debet, ut cognoscat,
an confrontatio cum potentiori Iustitiæ
proficere posit, nec ne ex testium constantia,
& robore, qui intrepidè, & animosè deposue-

rint, quia cum vtilior ſit confrontatio, quàm
13 repetitio, ex quo per eam facilius diſponitur
reus ad fatendam veritatem, poſt quam vidit
delictum detectum, vt explicat Franc. *Pegna*
*ad director. inquiſ. par. 3. coment. 23. fol. 467. col.*
*2. in fine, quem refert, & ſeq. Farinac. cit. quæſt. 72.*
*num. 139. verſ. addo.*

Et ita ſæpe obſeruaui ego præſertim in quadam
ardua cauſa, & grauiſsimo delicto, Dum paulo
poſt adeptam lauream Doctoratus munua
Vicarij Carezani anno 1613. obitbam Namq;
cum vnus ex delinquentibus captus, de viſu
grauaretur ex depoſitione cuiuſdam Pupilli,
14 ætatis annorum nouem Cuſtodis pecudum,
qui dum in abſcondita vale pecudes cuſtodie-
bat vidiſſe teſtaretur delinquentes imaniſs.
homicid. comittentes in eo ſiluestri loco in
quo repertum fuerat cadauer; & alij pecudũ
cuſtodes id etiam affirmabant, videlicet ipsũ
pupillum teſtem eo tempore fuiſſe in eodem
loco, in quo cadauer repertũ fuit qui pupillus
conſtanter, & intrepide omnes delicti circon-
ſtantias, vt narrauerat conuincentes reum
delictum negantẽ ad confrontationem deue-
nire decreui, non obſtante imbecili ætate te-
ſtis, qui ad rei præſentiam, exacte adeò factum
iterum explicauit cum omnibus circonſtan-
tijs ſæpeque replicauit negante reo, vt vix du-
bitari poſſet rem ita ſe non habere eueniſq; id
quod ſe conſulere ſolere reis ſcribit Porrus ad
Ambroſinum *in cit. cap. 9. ad num. 6.* nempè, vt
caueant ne magis grauati remaneant, dum
teſtis in confrontatione priorem dictum con-
firment, qua præſertim ſtante confrontatione
15 fuit reus ipſe tanquam multum grauatus per
Senatum Excellentiſsimum ad remum quin-
quenalem damnatus.

Quæ confrontatio, & repetitio fieri debet cum
omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur
16 vbi teſtes confrontandi, ſiuè repetendi nun-
quam examinati fuiſſent *Honded. conſ. 101. num.*
*30. lib. p. Cartar. dicto lib. 3. cap. 3. nu. 28.* Itant
ſi primum dictum in tormentis fuit ſequutum
aut aliter in tormentis confirmatum, vel ob
infamiam, id etiam fieri debere in repetitione
ſcribit *Clar. in eadem qu. 45. verſ. caterum ſi reus,*
*quem ſequntur omnes præſertim Farinac. quæſt. 43.*
*num. 137. & Scaccia cit. cap. 86. numer. 56. in fine*
*Ambroſ. in cap. 2. num 17. lib. 3. Porrus in cap. p.*
*num. 29. verſ. octauo quod ſi*, Maximè verò, ſi
teſtis eſſet ſocius criminis *Boſs. de indic. & con-*
*ſider. ante torturam numer. 251. Cartar. in dict. eius*
*pract. lib. 4. cap. 2. num. 14. quem ſequitur Ambr.*
*cit. cap. 9. num. 11. & 12. in fine, & Scacc. cit. cap.*
17 *86. num. 56. lib. p.* Singuliq; ſeparatim con-
frontandi ſunt teſtes, cum reo, Non autem
ſimul *Cartar. cit. lib. 3. cap. pr. nu. 93. quem ſequitur*
*Ambros. alleg. cap. 9. num. 15. Scaccia dicto cap. 86.*
*num. 60. lib. p.* Quamuis aliter voluiſſe Iodo-
cum in eius pract. teſtatur ibidem Porrus *ad*
*Ambroſ. ad cap. 9. num. 6. propè finem*, Quam Io-
18 doci practicam minimè ſeruari in hoc Do-
minio Mediolani teſtatur.

Diſtinguendi tamen ſunt plures caſus in hac
confrontationis materia; Aut enim agitur de
ea facienda ad petitionem rei, & illam de
AEQVITATE, minimè denegandam eſſe
tradit Portus in eius faſciculo *cit. §. confrontatio*
*pagina 419.* aut agitur de confrontatione ex
offitio facienda, & tunc iterum diſtinguendum
eſt videlicet aut agitur de iure, aut de conſue-
tudine.

Si de iure rurſus ſub diſtinguitur, aut ſlz. teſtis
cognoſcit reum de viſu, & de nomine; Aut
19 tantum de viſu, ſi de viſu, & de nomine, tunc
neceſſaria non eſt confrontatio, quia contra-
rium non reperitur in iure cautum *Clarus cit.*
*qu. 45. vers. ſed in propoſito, & Cartar. dicto lib. 3.*
*cap. p. nu. 89.* Si de viſu tantum, tunc neceſſaria
20 omnino eſt, ſed non in forma confrontationis
ſed recognitionis, vt fit de recognitione
banniti *Foler. in eius pract. crimin. verbo capia*
*informationes numer. 46. & in verbo ſi comparens*
*ante numer. 2. Marſil. in eius pract. in princip.*
*num. 18. ac copioſè tradit Scacc. dictarum diſtinc-*
*tionum auctor. d. tr. de iudic. ciuil. & Crimin. cap.*
*86. ſub num. 53. ac in cap. 97. num. 164. cum ſeq.*
*lib. pr.*

Si de conſuetudine rurſus diſtinguendum eſt,
aut ſcilicet teſtis confrontandus, eſt teſtis de
viſu qui aliquid deponit, quod de directo
contrariatur ei quod reus affirmauit in eius
examine, aut non eſt talis; Si primo caſu Se-
natus Excellentiſs. Mediolani cenſuit paſsim
eam confrontationem omnino fieri, vt teſtatur
21 *Scaccia loco relato verſ. ſi primo caſu*, qui tamen
auctor ſubijcit illã non eſſe de ſubſtantia Ita vt
illa omiſſa proceſſus adhuc teneat ex Claro, &
22 Cartar. ſupra citatis, quamuis hortatur Iudi-
ces ne illam omittant, Cum ſit valdè vtilis, &
efficax non ſolum ad conuincendum reum,
ſed etiam ad euitandam repetitionem, quæ
alias reo citato facienda eſt vt ſupra concluſũ
23 fuit ac tradit *Scaccia loco rellato verſ. verum con-*
*ſulo*; Aut verò teſtes non depoſuerunt quid-
quam de directo contrarium dicto rei, & tunc
neceſſariam minimè eſſe confrontationem
24 concludit Scaccia *in fine dicto num. 53.* Et ſic
habemus confrontationem eſſe faciendam
poſtquam Reus examinatus negauit delictum
25 vt poſt Antonium Columbanum, & alios re-
citatos, ac poſt *Boſs. tit. de indic. ante torturam*
*num. 128. probat Scaccia cit. cap. 86. num. 54. verſ.*
*ſi de iure cum ſeq; verſiculo, Baiard. ad Clarum d. qu.*
*num. 44. & 57.* Quia lis dicitur conteſtata per
26 ſolam reſponſionem Rei interrogati à Iudice
ſuper delicto *Marſil. in eius pract. §. intelligenter*
*à n. 62. vſque ad num. 67.* & ſic neceſſario non
poſt reatum, ideſt poſtquam fuit reus con-
ſtitutus de delicto, vt aliqui putant, & vi-
di obſeruari in hoc Dominio ex decretis Se-
natus Excellentiſsimi, præſertim quia vbi im-
putatus de delicto poſt examen proteſtatus eſt
vt repetantur teſtes, & id fiat antequam ad
actum

actum reatos deueniatur nô concurrir aliqua
ex causis ob quas tradunr scribentes hanc so-
lemnitatem fieri debere post litem contestatã
Quarum prima est ad euitandum circuitum, &
superfluitatem in quam incideremus, si rens
delictum fateretur, quia frustra examinaren-
tur, iterum testes; secunda est quia testes, qui
recipiuntur lite non contestata examinantur
parte non citata, idcirco licet iterum sint exa
minandi post contestatam litem, quæ fit per
27 rei negationem non refert, vt id fiat post ne-
gatum delictum *Scaccia dicto cap. 86. sub num. 54*
*vers. nam respondeo.*

Omittitnr præterea huiusmodi confrontatio te-
28 stis cnm reo quando ipsi Testi potest immi-
nere periculum ob potentiam rei, & eo casu
abstinendum etiam esset à publicatione no-
minis illius testis, vt considerat, & ita aliquan-
28 do seruatum fuisse testatur Clar. *qu. 49. vers.*
*habetq; locum, & post eum probat Scapius tr de iure*
*non scripto lib. 5. cap. 41. nu. 3. & Cartar. d. cap. p.*
*num. 10. Hos sequitur Scaccia cit. num. 53. vers.*
*Immo quando testes, & cap. 87. num.* 18. Qui auc-
tor tradit quod eo casu, vel quando testes re-
petendi, mortui sunt, aut absentes, Reus esser
29 omnino vrgendus, saltem lectione depositio-
nis huiusmodi testium, vt etiam tradit idem
*Auctor in eodem cap. 86. num. 67.*

Et secundam hanc formam, vidi sæpius hunc Se-
natum Excellentissimũ Mediolani, vel Excel-
leotissimum Gubernatorẽ in causis grauibus,
præsertim in quibus agitur de actibus Tyrra-
nicis, qui per potenres ad debiliorum dam-
num comitti solent; Vt vel omittatur publi-
catio nominum ipsorum testium, vel ij dentur
30 in saluaguardiam reis; Quod aliquando etiã
obseruatur cum delatoribus grauissimorum
criminum; Prout superiori anno 1635. die 6.
31 Octobris mandauit Eminentissimus Cardi-
nalis Albornozius tunc huius Dominij mode-
32 rator, Amplissimo Senatori Aloysio Belcre-
dio, viro humanissimo, & in grauioribus rebus
gerendis versatissimo, vt suppresso nomine
delatoris tanti delicti, viriliter procederet
contra Io. Dominicum Cagnonom, & alios
rusticos, qui fraudata annona ab hoc Domi-
nio illã detuleranr ad Impræsarium D. Ducis
Parmæ eo tempore, quo adhoc Dominium
inuadendum vti Gallorũ confæderatus exer-
citum parabat in finibus Dominij; Et quæ
causa attentis impedimentis eiusdem Am-
plissimi Senatoris fuir ex post mihi delega-
ta, qui idcirco perfectionem processui dedi,
& eo publicato suppresso nomine delatoris
præstitisq; per eos defensionib. diffinitiuam
relationem transmisi Suæ Excellentiæ, quæ
adhuc decisa non fuit.

Cessantibus vero aliquibus ex narratis causis,
ob quas confrontatio fieri non debet, Cogi-
33 tur etiam inuitus testis ad huiusmodi con-
frontationem *Cartar. in d. eius pract. lib. 3. cap.*
*p. num. 93.* Sicut enim testis compelli potest ad
34 perhibendum Testimonium *l. si quando, & ibi*
*glo. & Bar. C. de testibus, et l. 3. §. lege ff. eodem, &*
*probat Andreas Gail. lib. p. sing. obseru. 100. tit. de*
*testibus ad perhibendum testimonium cogendis, quos*
*sequitur Ambr. in eius pract. lib. pr. cap. 2. numer.*
*30. et 31. et in cap. 3. num. p. cum seq; plur. et ibi*
*Porrus*, Ita ad confrontandum cogendus est
*Scaccia sæpius citato cap. 86. num. 58. Baiard. ad Clar.*
*qu. 45. num. 62. Felic. Alleg. 93. nu.* 10. Et si testis
citatus ad repetendum non comparet mulcta-
35 tur mox iterum citarur sub pæna falsi, & con-
tumax in eam pænam damnatur, ut Censuir
36 Senatus Excellentissimus die 9. Aprilis 1588.
ad relatiooem Prætoris Castelatij de fratribus
Scalibobus decernendo vlterius, quòd si dic-
ti fratres iam mulctati, & citati sub pæna falsi
comparuissent, & in primo dicto persisterent,
tunc minimè molestarentur amplius, ratione
37 mulctæ. Quod decretum magnam continet
ÆQVITATEM ad euitandum mulctæ solu-
tionem, & notatu dignum videtur.

Quippè ipsemet vulneratus cogitur ad propa-
landum delinquentem, si recusat id facere as-
38 serendo se non cognouisse, vt probar *Ambros.*
*in eius pract. lib. pr. cap. p. num 30. & 31. vbi alle-*
*gat Clarum quæst. 5. in principio*, Quamuis Clarus
de hoc; verbum non faciar, & subijcit ibidem
Ambros. ad hunc finem carcerari etiam vulne-
ratum, aut torturę subijci posse, vt delinquens
dettegatur, & ita aliquando obseruaui ego in
delictis grauiorib. præserrim anno 1631. mense
39 Nouembris, dum Præturã Pontremuli exer-
cebam de quodã Michaele Angelo Chrapetta
ad mortem grauissimè apostante percusso cũ
brachij fractura à nonnullis personatis de
mandato cuiusdam potenris viri; Qui sic
coactus delinquentes tandem patefecit, vt
extraiuditialiter alijs iã manifestauerat, sicuti
ex processu constabat; Quam deliberationẽ
approbauit Senatus Excellentissimus mense
40 Ianuarij subsequentis referente Amplissimo
Senatore Vicecomite; Decernendo etiam, vt
tormentis cogi posset uulneratus ad manife-
standos delinquentes.

Quemadmodum, etiam posse accusatorem, cu-
41 stodiri in carcere ne corumpatur, aut aufu-
giat est *Tex. in l. fin. C. de accusationibus, & tradit*
*Bartol. Valmacus inter cons. crimin. diuers. cons. 69*
42 *sub num. 26. lib. p.* Cogi possunt etiam hæredes
interfecti ad detegendum delinquentes, ne
illi occultentur, ut in facti contingentia, or-
dinauit Curia Cremonę, me tunc Iudice referẽ-
43 te mense Iulij 1627. in causa præmeditati ho-
micidij, de quo impotatus erar quidam uir
potens; Cum enim domum propriam deser-
uisser uxor, & filij interfecti, & extra domi-
nium territi à delinqnentibus aufugissent, ne
examinarentur, citati omnes fuerunt præcep-
tis pænalibus, qui tandem comparuerunt, &
rem toram explanarunt.

Et eo casu repetitionis, & confrontationis, legis
44 plerumque solet testi primum examen antea
factum

factum id quod ab arbitrio Iudicis pendere
scribit *Menoch. de arbitr. casu 109. sub num. 12. &*
45 *tradit Cartar. cap. 2. sub num. 86. vers. sed Iacobus lib*
*3. quos sequitur Scaccia cit. cap. 86. num. 48 vers. cæ-*
*terum, & num. 55. præsertim in fine*, ubi conclu-
sionem hanc procedere tradit, etiamsi reus
46 protestaretur non legi debere priorem depo-
sitionem testibus, sed denuo eos interrogari
nulla habita ratione prioris depositionis
quippè, etiam appellasset à Decreto Iudicis
47 persistentis, ut primum examen testis eidem
48 legéretur de qua re contrarium statuit Grama.
*decis. 34. num. 41. & Cartar. cit. cap. 2. numer. 86. ac*
*Triuis. decis. 46. num. 5. & 6. lib. pr.* Quia adhuc à
Iudicis arbitrio hoc pendere concludit Scaccia
*in fine dicto nu m. 55.*

Pluribus uerò in casibus necessaria non est testiũ
49 repetitio, Et primo quando reus facit prote-
stationem de habendo testes pro repetitis, &
confrontatis, salvo iure opponendi circa eo-
rum personas, & dicta, quàm passim facere
consueuerunt *Gabriel. cons. 178. nu. 18. & 19. vers.*
*secundo quia lib. p. Vulpell. cons. crimin. 32. n. pr. &*
*num. 6. Capicc. decis. 74. Baiard. ad Clarum quæst. 45.*
*num. 25. Farinac. qu. 72. num. 149. & num. 151.*

Sed renuntiatio hæc debet esse clara, & per uerba
50 affirmatiua, & de præsenti, Itaut non sufficiat
si reus petendo Inditiorum copiam dixerit
pro celeriori expeditione causæ, se esse para-
tum habere testes pro repetitis, & confronta-
tis, ac legitimè examinatis, quia sunt uerba
51 respicientia tempus futurum, & habent uim
oblationis non facti, unde non dicit habuisse
testes pro legitimè examinatis, sed obtulit se
habiturum ut post Gabriel. *dicto cons. 178. sub*
*num. 14. cum seq. vers. demum, & Honded. cons. 101.*
*num. 33. vers. p. quia latè tradit Farinac. d. qu. 72. nu.*
*255. vers. sublimito quinto, ac diffusissimè scribit Ca-*
*ball. casu 269 num. 21. cent. 3. resol. crimin.*

Quam protestationem à reo factam de habendo
testes pro repetitis, & confrontatis posse illũ
52 reuocare re tamen integra concludunt omnes
præsertim Gabriel. *cit. cons. 178. lib. pr. Add. ad*
*Bertazol. cons. 91. litt. D. lib. p. Baiard. ad cit. qu. 45.*
*num. 27. Farin. all. qu. 72. num. 149. & numer. 155. ac*
*156. Honded. cons. 101. num. 33. in fine lib. pr.* Quia
in his, quæ sunt publici Iuris, non procedit re-
53 gula; quod semel placuit *Gabriel. d. cons. 178. nu.*
*18. lib. p. & egregie tradit Porrus ad Ambros. cit. cap.*
*p. num. 29. vers. sexto quod, & si.*

Secundo necessaria non est huiusmodi repetitio,
quando reus fassus est delictum, Quia tunc
54 assignantur defensiones reo absq; solemnita-
te repetitionis, & ex ipsa confessione condem-
55 natio sequi debet *Cartar. in eius praxi lib. 4. cap.*
*2 num. 29. Clar. in all. quæst. 45. vers. cæterum si reus*,
quamuis ad maiorem cautellam opportuna
56 esset, etiam hoc casu testium repetitio, siuè
protestatio rei de eis habendis pro legitimè
examinatis, Namq; quotiescunq; confessio rei
ex aliquo capite annullaretur stante huiusmo-
di repetitione, adhuc sustineretur probatio
resultans ex testium depositionibus, quæ om-
nino caderet non facta repetitione, vel prote-
statione, vt animaduertit Baiard. *ad Clarum lo-*
*co cit. num. 42.* Et hac stante cautella allucinati
aliquando fuerunt nonnulli, qui putarunt ne-
cessariam esse testium repetitionem, etiamsi
reus fassus esset delictum; Id quod contingit
superiori anno 1634. die 2. Augusti, dum unus
ex Egr. Fiscalibus sanè Vir eruditus, & uersu-
tus obiectum huiusmodi excitauit super diffi-
57 nitiua relatione cuiusdam Ghisij furis confes-
si, & detenti in Prætorijs Carceribus Papiæ,
cuius uotum non ruminato negotio fuit domi
approbatum, & expeditum per Sen. Excell.
58 sic datæ litteræ de hac re amplissimo Senato-
ri Ludouico Turcono Prætori Papiæ, qui mihi
tunc Iudici, illa statim tradidit ego uero absq;
mora responsionem compilaui, in qua allega-
ta fundamenta fuerunt expressa quibus huius-
modi solemnitas omitti poterat, & si etiam
eo in casu ad abundantem cautelam fuerat re-
cepta protestatio a reo habendi testes pro re-
petitis, & confrontatis &c. qua stante respon-
sione, censuit Sen. Excell. die 22. Augusti Ghi-
59 sium furis esse suspendendum, & sic non
obstare obiectum excitatum.

Tertio loco repetitio huiusmodi necessaria non
60 est in crimine læse Maiestatis, assasinij, & alijs
grauioribus delictis, in quibus ob criminum
grauitatem testes probant etiam non repetiti
parte citata *Felin. in cap. frequenter in princip. vt*
*lite non contestata, Gramat. cons. 40 num. 7. Capic.*
*decis. 255. Mascard. de probationibus conclus. 137. n.*
*2. Carer. in eius pract. tr. de homicid. & assasin. §.*
*circa tertium num. 30. Placa in Epitome delict. cap.*
*19. numer. 17. Granatus ad Vestrium in eius pract.*
*verbo si confitebitur num. 41. cum seq.* Vbi num. 45.
inquit, quod licet testes recepti parte non ci-
tata regulariter in omnibus delictis non fa-
ciant inditium tamen faciunt aliquando ar-
61 gumentum, & præsumptionem post *Gramat.*
*decis. 34. num. 33. & decis. 11. num. 13. Hanc conclus.*
*sequitur Baiard. ad d. qu. 45. num. 19. & 20. Gabriel.*
*tit. de malefic. conclus. p. num. 21. Hector Felic. alleg.*
*3. num. 19.* vbi hanc esse ueriorem, & commu-
niorem opinionem, testatur, & late sequi-
tur *Giurba cons. 60. numer. 7. cum seq. vbi reprobat*
*Farinac. qu. 72. num. 124. cum seq.* Quam conclu-
sionem nec etiam negat *Honded. cit. cons. 101.*
*num. 13.*

Idcirco super his depositionibus testium factis
62 sine citatione partis, ex quibus præsumptio
resultat, formari potest inquisitio contra reũ
absentem, qui in contumatiam damnatur in
pœnam ordinariam *Clar. in cit. qu. 45. vers. cæterũ*
*verbo in hoc autem proposito.*

Quartò, necessaria non videtur testium repetitio,
63 quando ij sunt omni exceptione maiores, &
eorum dictis de necessitate standum esset,
quibus aliquid opponi non posset, ut post
*Butr. in cap. veniens il p. col. 2. de testibus, & Bart.*
*in l. Theopompus vers. item quæro quando aliquis ff.*
de

de dote præl. docet Marsil. in l.p. §. fi. col. 5. vers.
et facit ff. de quest. ac tradit Vinius com. opin. iu verbo
testes non possunt examinari num. 7. Qui idem
procedere affirmat iu opin. 942. num. 3. Si partes
64 dicto testis stare conuenissent Socin. reg. 406.
testium depositiones, et late probat Baiard. ad Clarin.
eis. qu. 45. num. 28. Quamuis contrarium ue-
65 rius esse uoluerit Marsil. singul. 242. quando testis
et cons. 64. numer. 41. lib. p. Rebuff. tr. de inquis. seu
causa comiss. art. 20. num. 18.
Quintò, repetitio omittitur quippe pro facta ha-
66 betur, quando testes mortui sunt Tex est in l.
fin. C. de testibus, et ibi Castrens. Io. Mill. in eius
pract. num. 17. fol. 84. Maximè quando reus fuit
67 citatus, siuè inquisitus ante testium mortem,
& comparere distulit itaut interim mortui sint
testes; Quia tunc sine difficultate habentur
pro repetitis, & confrontatis, vt explicat Ba-
iard. ad memoratam qu. 45. num. 22. cum seq. Etsi in
68 hoc Dominio soleat Sen. Excell. in condem-
nationibus capitalibus reorum mandare ut ij
habeantur pro repetitis, & confrontatis, quo
ad eos quos nominarunt, qui stilus fundamen-
tum habet à decreto eiusdem Senatus edito
die 6. Maij 1595. ad relationem Egr. Fiscalis
Fernei, quo mandauit in causa Io. Antonij
Compostani redeundum esse ad consuetudi-
nem antiquam, vt condemnari habeantur pro
repetitis, & confrontatis ratione illorum,
quos in examinibus grauauerant.
Quo casu etiam examinati à Iudice seculari in
69 præiudicium Clerici, nec reperiti à Iudice
Ecclesiastico ob eorum mortem de AEQVI-
TATE eos probare coram Iudice Eccle-
siastico tradit Ludouis. decis. 434. numer. 5. &
18. faciunt tradita per Nattam cons. 537. numer.
15. quem sequitur Baiard. ad d. quæst. 45. num. 32. in
quæst. 49. sub nu. 35. circa medium per textum in d. l.
70 fin. C. de accusat. quia confessio facta coram
Iudice etiam incompetente facit etiam indi-
tium ad torturam Boss. de indic. num. 15. Clar. in
q. 21. ver. sed hic quæro, & ver. hæc tamen conclusio
Gramat. decis. 34. num. 237. quos refert Card. Tuscus
cons. 315. verbo socius num. 530. dum concludunt
dictum socij criminis, etiam non reperiti af-
ficere socium Conferunt tradita per Giurbam
dicto cons. 50. n. 7. & Hect. Feliciū Alleg. 3. n. 19. cum
seq. par. pr. Bursat. cons. 7. num. 11. lib. pr. Gomez tit.
de delictis cap. pr. num. 37. Farinac. cons. 55. num. 37.
Præsertim verò quando stilus, siuè consuetudo
71 talis vigeret, & viget in Foro Archiepiscopali
Mediolani, de quo stilo attestatio Actuarij
mihi exhibita fuit in quadam ardua causa de-
tentionis Nobilis Sacerdotis à Sua Sanctitate
delegata Illustriss. Episcopo Ticinensi, qui vt
maturius causam definiret, Votum quinque
Iuris Consultorum exquisiuit, inter quos vnus
ipse fuit, & qui Reuerendissimus Episcopus
tandem mense Iulij 1636. ipsum Sacerdotem
detentum supra quinquennium, & reum con-
stitutū de pluribus delictis capitalibus relega-
uit in Alma Vrbe per triennium, habita etiam
ratione diuturnæ detentionis, etiamsi suppo-
neret Sacerdos quod ob omissam repetitionē
testium iam mortuorum post eius detentionē
nullum legitimum contra ipsum militaret in-
ditium.
Consuetudine. n. tolli potest citatio, in qua nō cō-
72 sistit deffensio, vt inquit Alex. cons. 63. num. 10.
vers. & statutum vel stilus lib. p. Gramat. decis. 34.
num. 32. Bossius tit. de opposit. contra testes num. 35.
vers. & valet statutum, et tit. de indic. ante torturā
num. 128. vers. non sufficeret Honded. cons. 101. num.
20. post Angel. cons. 367. num. 10. vers. sed quia re-
nocetur, Vbi inquit non sapere iniquitatem
stare testibus parte non citata examinatis, cū
possit reus opponere contra eorū personas, &
dicta Caball. casu 269. num. 12. cent. 3.
Vt enim inquit Aristotel. lib. 11. polit. cap. 6. Rebus
73 in omnibus semper periculosum est innouare, sæpe
perniciosum, et melius esse vt in legibus, et Magistra-
tibus tolerentur quædam, quàm tollantur, Cum me-
73 lius sit vt parua potius aliqua mala sint, quam indu-
cantur, quæ apparent tantum bona; valere etiam
leges, quæ diù fuerunt; Vi & vigore spoliari
quoties murantur, vt inquit Puteanus lib. 4.
Histor. insubrum fol. 199.
Et licet multi alij Doctores contrariū voluerunt
nempè testem à Iudice Seculari examinatum,
74 nec repetitum à Iudice Ecclesiastico non affi-
cere Clericum imputatum, nec dici legitimum
inditium eius depositionem, vt scribit Natta
dicto cons. 394. Honded. cons. 101. lib. pr. et Farinac.
qu. 72. num. 137. Id tamen intelligendum est in
duobus casibus, nempè quando agitur de tra-
75 dendo Iudici Seculari capitaliter puniendum
ipsum Clericum; Quia tunc probatio debet
carere omni deffectu; Secus autem si de pœna
76 extraord. tantum agitur, vt distinguit Clar. in
quæst. 21. vers. hanc tamen verbo, et ideò videmus,
quam sententiam sequitur Caball. lib. p. resol. crim.
casu 81. num. 7. et 8. cum seq.
Alter casus est quando non agitur de simplici
77 teste, sed de socio criminis, & simul in crimi-
nibus exceptis in quibus socius potest de iure
interrogari de complicibus, vt in assassinio,
& mandatario exemplificat Farin. qu. 43. num.
65. et qu. 44. num. 16. Peguerra plena decis. 5. Decian.
lib. 9. cap. 30. lib. 2. quia eo casu sicuti dictum
testis simplicis non repetiti à Iudice Ecclesia-
stico non releuat, ita dictum socij criminis,
78 etiam non repetiti sufficit, ad inquirendum,
& ad torturam, vt subijcit Farinac. cit. qu. 43. nu.
130. qui num. 76. inquit posse tunc Iudicem de-
uenire ad condemnationem extraordinariā.
An autem absentes excusari debeant à repetitione
itaut, ea omissa ritè publicari possit proces-
sus, & iusta sit causa non repetendi absentia
sicuti consideratur ob mortem testium; Va-
riant scribentes, & excusari à repetitione ad
79 instar mortui tradit Scaccia rel. cap. 86. sub nu.
53. in fin. de qua re latè agit Baiard. ad Clar. qu. 49.
pleno num. 36. cum sequenti; qui in fine conclu-
dit, quod si repetitio fieri nequit ob absentiam
testium

testium ad fraudes euitandas, Cum dedita
80 opera possint se testes absentare, vt reo morã gerant; Sed ne interim reus in carceribus marcescat, ille posset relaxari sub fideiussione de se consignando toties quoties, Quia eo pacto, & Fisco, & Reo sucurritur, ac consultum remanebit, Quam vis contrarium seruari
81 in Regno Neapolitano, vbi ommissa repetitione expediuntur processus, scribit *Gram. decis. 28. num. 6. quem sequitur Baiard. ibidem num. 37.*
Sextò, necessaria non videtur repetitio testium
82 si facta fuerit monitio generalis reo, quia per monitionem generalem factam reo in fine eius constitui repetitio suppleri censetur Cum illa monitio fiat loco citationis, vt reus ad
83 omnia acta citatus dicatur *Bald. in l. si accusatoribus numer. 4. C. de accusat. Alex. in Apostil. ad Bart. in l. 15. qui reus sub n. 4. ff. de public. iud. Clar. all. q. 45; vers. facta autem repetitione verbo poteritq. Iudex.*
Et licet hanc conclusionem reprobat Vulpel. *consil.*
84 *93. num. 3. post Feder. de Senis cons. 161. & cons. 189. quos sequitur Baiard. ad eadem qu. 45. num. 14. vers. nec sufficeret,* Distinguendo tamen con-
85 ciliari possunt hæ contrariæ sententiæ; Vel n. agitur de testibus ante monitionem generalem examinatis, & ad eos nullo modo posse porrigi vim dictæ generalis monitionis, exinde subsequtæ arbitror, cum ea non retrotrahatur, & eo casu procederet sententia Vul-
86 pell., & Baiard.; Vel agitur de testibus examinatis post factam ipsam generalem monitionem, & tunc veram esse sententiam Clari, & aliorum constat, Cum nullo modo negari possit mõnitum non fuisse reum ad quoscunq; actus in causa exinde factos *Porrus ad Ambros. in cap. pr. ad num. 29. vers. quinto consuetudinem, verbo cuius licentia loco fol. 251.* Et ita censuit Senatus Excellentissimus die 6. Aprilis 1590.
87 fauore Elisei Magorij actoris. qui post publicationem processus factam instante Brambilla reo notabilis furti, & post productionem capitulorum ad deffensam nouos testes produxerat actor quòd facere posse non est hæsitan-
88 dum iuxtà doctrinam *Nattæ in cons. 359. & sententiam Clari qu. 61. vers. sed quæro quem sequitur Ambros. cap. pr. numer. 55. lib. pr. & ibi Porrus fol. 255.* vbi ita censuisse Senatum fauore Com. Raynaldi Abduę testatur quos testes Brambilla repeti instabat; Nam sequendo votum Curiæ Prætoriæ huius Ciuitatis, declarauit Senatus non esse locum repetitioni, stante genera-
89 li monitione facta reo, cuius monitionis effectus se extendit vsq; ad sententiam inclusiuè
Quæ repetitio idcirco post memoratam generalem monitionem fit etiam, siuè alia rei citatio-
90 ne vbi ita stilus illius fori ita vigeat, vt habetur ex traditis per Baiardum *ad cit. qu. 45. n. 20*
Proptereà occulati esse debent rei, quando in fine examinis per Notarium fit annotatio in processu per huiusmodi verba, & fuit consi-
91 gnatus cum monitione generali, quam quotidie notarij adnotare solent; Vt expresse protestetur reus, se velle citare ad quoscunq; actus; Non autem acquiescere dictæ clausulæ, ne inanis postea reddatur omnis exlcamatio rei, vt de quodam Iacobo Balduino detento, in carceribus Arcis Portæ Iouis testatur Porrus *ad d. cap. p. num. 29. vers. quinto consuetudinem fol. 252.*
Septimò, repetito nullo modo fieri debet quando reus in contumatiam damnatus postea ad no-
92 uas deffensiones admissus est, vt supra dictum fuit; Quia stante eius contumacia, dum fuit citatus mediante inquisitione, testes illi habentur pro legitimè examinatis in odium eius
93 contumatiæ, vt diximus supra nu. 8. ita docet Clar. *in cit. qu. 45. vers. cæteri verbo in hoc autem proposito, & ibi Baiard. num. 19. qui num.* 20. inquit quod licet dictum testis non repetitum parte citata non faciat inditium, tamen facit argumentum, & præsumptionem ex *Gram. decis. 11. num. 13. & decis. 34. num. 33. vt supra affirmauimus num. 61. cum seq.*
Vltimo omittitur etiam repetitio, & proceditur ad torturam circa reum, quando stilus ita
94 se habet *Alex. cons. 65. lib. pr. Gramat. dicta decis. 34. num. 37. circa finem quos sequitur Baiard. ad d. qu. 45. num. 24.* Vt in Regno Neapolitano obseruari testatur *Foler. in verbo detur copia capitulorum num. 5. Baiard. loco cit. num. 41. & 43. ad quæst. 49.*
Et quia sæpe testes repetendi, habitant extra Ciuitatem, siuè locum Iudicij, & opportunum existimatur ad eos accedere debere Iudicem, pro facienda repetione; Præsertim vbi inter eos adesset aliquis morbo impeditus, vel senex aut mulier nobilis, & sic cum non leui expensa, id perfici possit, queritur quis teneatur ad huiusmodi expensas, an scilicet Actor, siuè Fiscus, an verò Reus qui repetitionem petit, dũ nõ vult habere testes pro legitimè examina
95 tis, & licet ad Fiscum spectare hanc impensam voluerint nonnulli cum tanquam actor teneatur fundare eius intentionem mediante testiũ
96 repetitione parte citata, vt tradit Ambros. *d. lib. 3. cap. 2. num. 5. cum seq. & ibi Porrus ad n. 4. & ad num. 20.*
Verior tamen est contraria sententia, nempè teneri reum ad huiusmodi expensas, vt copiosè
97 docet Riccius *in eius praxi fori Eccles. decis.* 441. *fol.* 517. & ita obseruaui anno ni fallor 1618.
98 in causa fratrum de Fregosijs oriundorum è loco Turbinaghi mihi à Sen. Excellentissimo delegata, dum detenti in Reg. Officio Capitanei Iustitiæ protestarentur se nolle habere testes pro repetitis, & confrontatis qui examinati fuerant in illo oppido namq; ad eorum expensam facta fuit repetitio, quia omnia onera, & suffragia Iustitiæ expensis carcerati si in culpa est, fieri debent, si soluendo reperiatur, alioquin expensis prosequentis accusationem, & deniq; Fisci *Boer. decis. 203. relat. per Asin. in eius praxi §. 32. cap. 2. Baiard. ad d. qu. 45. num.*

*num. 50. & post eos tradit Porrus ad d. cap. 2. num.*
10. & hanc partem sequi videtur idem *Ambros.*
*loco cit. num. 11. cum seq.* Vbi num. 13 inquit hoc
in casu esse obseruandam consuetudinem lo-
ci, secundum quam fortassis ordinauit Curia
99 Pretoria Mediolani anno 1613. in causa fal si-
tatum minutarum de quibus erat imputatus
Notarius Albertacius, & hoc patrocinante pro
actore eodem Porro, & sic contra conclus. per
eum firmatam *ad num. 4. cap. 2. lib. 3.*

Prout dum vocati fuissent testes iam examinati
in Regno Neapolitano ad Vrbem pro eorum
repetitione, eo quia suberat suspitio de illorũ
fide, coactos fuisse inquisitos subministrare
100 expensas ipsis testibus testatur Ambros. *in*
*all. cap. p. num. 15. in fine lib. 3.* qui inquit hoc
101 pendere à Iudicis arbitrio iuxta *Cassador. deci.*
*3. de dilationibus num. 3. & Boer. de litteris remis-*
*sorias cap. 3. num. 49.*

Et si testis vocatus pro repetitione variat a primo
dicto circa substantialia, quod primum dictũ
erat valdè circumstantiatum à verisimilibus
circunstantijs, nec reddit testis rationem
concludentem suæ reuocationis, siuè variatio-
nis, tunc vti subornationis suspectiss. potest
102 torqueri, & interrogari, vt dicat à quo fue-
rit subornatus, vt probat *Rol. cons. 73. num. 33.*
*lib. p. & Mascard. de probationibus concl. 134. num.*
*8. quos sequitur Ambros. in dicta eius pract. lib. pr.*
*cap. 4. num. 7. & 8. & ibi Torrus qui allegat etiam*
*Vulpell. cons. 103. num. 17.* quàm conclusionem
limitare videtur Clarus *in qu. 23. vers. pr. verbo*
103 *sed vbi testis*, Cum enim subornatio testis
clam fieri soleat, & consequenter difficilis
sit probationis, coniecturis etiam probari tra-
dit *Masca. concl. 1341.* Et hanc practicam aliquã-
do obseruaui contra huiusmodi testes de su-
bornatione, & corruptione suspectissimos,
104 qui veritatẽ exindè fassi sunt; Quamuis hoc
valdè egrè tulerint rei principales, & eorum
dissensores, sed de his non curaui, Cum opti-
mè meminerim notabilis sententiæ Plutarchi
105 in Apoph. dum inquit, *si enim malè rexeris, Dijs*
*displicebis, si benè hominibus*; Quia Reipu-
blicæ administratio inimicitias, & dissidia affert
106 vt inquit Simonides apud Plutarcum in Po-
litica, vt refert Abbas Sgualdus in eius Aristo-
cratia lib. 3. fol. 170.

Cæterum repetitio testium fieri debet in alijs
casibus, etiam quod procedatur sola facti ve-
107 ritate inspecta, vel essemus in casibus in
quibus proceditur argumentis, & præsump-
tionibus, vt in *decis. Pedemont. 19. num. 19.* Et
vbi causa committatur omni iuris solemnita-
te omissa, quia citatio nec posset omitti, etiam
108 per Principem secundũ *Abb. in cons. 46. lib. 2.*
*Gram decis. 103. num. 233.* Et etiam ubi causa
commissa esset, ut delegatus procederet secun
109 dum eius conscientiam *Simon Prett. cons. 202.*
110 *num. 7.* Et etiam si procedatur manu Regia
*Bart. in l. fil. famil. n. 4. ff. de donat. add. ad Bertaz.*
*cons. 4. lit. B, & latè scribit Baiard. ad tit. qu. 45.*
*num. 35. de qua re cumulatissimè Scaccia dicto lib. p.*
*de Iudic. ciuil. & crimin. cap. 51. num. 30. cum seq.*

Et hæc repetitio fieri debet per ipsummet Iudi-
111 cem, nisi fuerit legitimè impeditus *Foler. in*
*verbo repetantur testes nu. 4. quem sequitur Baiard.*
*cit. loco num. 39.*

Quamuis possit etiam ex causa alteri delegari
testium repetitio ex consuetudine, ut post
112 Carauitam *ritu 157. num. 11. & alios probat*
*Clar. qu. 26. vers. sed quæro in fine, & dict. qu. 43.*
*vers. cæterum circa medium*, de iure tamen omissa
consuetudine, contrarium uerius est, cum te-
113 stes teneantur personaliter comparere coram
Iudice ad testificandum *Tex. est in auth. apud*
*eloquentiss. C. de fide instrumentorum Viuius lib.*
*com. opin. fol. 265. vers. testium examinationem*,
cuius authenticę dispositionem minimè locum
114 habere in quolibet Principe, tàm Ecclesia-
stico, quam temporali probat *Clar. cit. qu. 26.*
*vers. vnum scias.*

Per quem Tex. limitatus dicitur alius *Tex. in l. ad*
115 *Egregias C. de iureiurando*, quo cauetur perso-
nas egregias esse examinandas in earum do-
mibus, quia ille non habet locum in causis cri-
minalibus, Cum etiam personæ egregiæ de-
beant venire ad deponendum coram iudice si
ita ei videbitur, & in ciuilibus tantum causis
116 procedit dispositio d. l. ad egregias *Clar. in*
*all. qu. 26. vers. & aduerte*; In criminibus ete-
117 nim causis testes coram Iudice examinari de-
bent, nisi fortè iusto impedimento ad eum
accedere non possent, ut infirmi mulieres
honestæ, & similes; Quia eo casu ad eas ac-
118 cedere debet Iudex ipse, vel mittere Notariũ
*Carauita super ritu 155. num. 2. cum seq. quem seq.*
*Clar. cit. qu. 26. vers. & aduerte in fin.*

*SVMMARIA.*

*Dominus rei furto subtracta recuperare potest etiam non soluto pretio num. 1.*

*Furis bona hypothecata non videntur versus Dominum qui furtum passus est num. 2. contrarium verius n. 5.*

*Furtiua conditio datur contra furem num. 3. & 4.*

*Heres furis tenetur pro viribus hereditarijs versus damnum passos num. 6.*

*Bona hypothecata dicuntur pro liberatione animæ, & pro male ablatis num. 7.*

*Anima præfertur rebus cunctis num. 8.*

*Peccatum non remittitur nisi restituatur malè ablatum num. 9.*

*Hypotheca in quibus casibus contrahitur num. 10.*

*Furti nomine venit crimen expilatæ hæreditatis num. 11. contrar. obseruatur num. 12. & 15.*

*Expilatæ hæreditatis crimen comprehenditur sub statuto furti, & sub consuetudine num. 14.*

*Expilator hæreditatis extraordinaria pæna tenetur non furti num. 15. 24. & 25.*

*Expilatæ hæreditatis crimen committitur ante illius aditionem num. 16.*

*Expilatoris bona hypothecata dicuntur versus damnum passum num. 17.*

Legum

## Bona furis, & eius hæredum, an tacitè hypothecata sint versus damnum, siuè furtum passum.

## Cap. CLXXX.

ET si tem furto sibi substractam recuperare posſit Dominus à
1 quocunq; etiam si is illam emisset, non etiam pretio restituto per tex. *in l. inciuile C. de furtis, & ser. corruptis*; Non tamen agere posse videtur Dominus contra bona furis actione hypothecaria, cum in iure cautum non sit bona furis, vel alterius delinquentis esse
2 expreſsè, aut tacite hypothecata pro male ablatis; Sed contra furem, vel eius hæredes datur tantum conditio furtiua, quæ est rei per-
3 secutoria *l. si pro fure §. p. ff. de cond. furtiua*, & hoc etiam si res furtiua non extaret; Quia datur actio ad æstimationē illius, *vt in l. in re furtiua*
4 *eodem tit. tex. glos. & Angel. de Aret. in §. fin. instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur.*

Et hanc partem probaſse Camillum Plaucium in quodam eius consilio tradit Baiard. *in §. furtum sub num. 36.* licet non exprimat in quo sit registratum consilium ipsum, quòd propterea, nec vidi, nec inueni.

Nihilominus de AEQVITATE tacitè hypothecata dicuntur bona furis pro restitutione
5 ualoris rerum furto subtractarum, quando nō reperiuntur, ita probat Bald., & Salicer. *in l. furti C. de furtis,* Saltem de ÆQVITATE canonica; Quia facto vel non facto inuentario,
6 tenetur hæres furis vsq; ad vires hæreditarias *cap. quicunq; de Vsuris lib. 6.*

Ratio est quia bona sunt tacitè obligata pro ma-
7 le ablatis, & pro liberatorie animæ *Cap. de Parochiano extra de sepulc. viol. facit l. sancimus C. de Sacros. Eccles.* Vbi anima præfertur rebus cunc-
8 tis; Cum peccatum non remittatur, nisi resti-
9 tuatur malè ablatum *cap. peccatum de reg. iur. lib. 6.*

Hanc conclusionem sequitur Negusant. *tr. de pignor. & hypoth. par. 2. princip. membro 4. numer. 124. vers. nonus casus est*, Vbi expreſſe tenet de ÆQVITATE bona furis, & eius hæredum esse tacitè hypothecata pro restitutione valoris rei furto subtractæ, enumerando ibi omnes
10 casus in quibus hypotheca tacitè contrahitur inter quos hic noster in bonis furis exprimitur & hanc sententiam amplectitur *Baiard. ad Clarum in dicto §. furti num. 36.* Vbi saltem ex AEQVITATE iuris canonici hoc procedere, & ipse affirmat.

Sub quo nomine furti contineri etiam crimen expilatæ hæreditatis habetur ex traditis per
11 Bosſium *in tit. de furtis num. 13.* Vbi inquit quod scilicet expilatio hæreditatis non comprenditur in statuto loquente de furtis, vt tenet etiā *Menoch. de arbitr. casu 300. per totum*; Tamen testatur Bosſius, quod quando erat aduocatus
12 nunquam fuit super hoc auditus, licet allegaret diuersitatem terminorum, cum Iudicis nō curent huiusmodi subtilitates postquam maius sit delictum expilatio hæreditatis, Sicut etiam eſset si tractaretur, an rapina comprehendatur in statuto de furto loquente.

Crimen etiam expilatæ hæreditatis dicitur fur-
13 tum largo modo eo quod apellatur furtum magis improbum, ad differentiam furti simplicis, & rapina improbiſsima, vt subijcit idē Bosſius ac tradit *Cassan. ad consuetud. Burgundiæ §. 5. vers. nunquid fol. 151.* ubi inquit nedum crimen expilatæ hæreditatis comprahendi

sub

sub statuto furti, sed etiam sub consuetudine,
14 & hoc etiam tenet *Bald. in l. de his C. de furtis bos sequitur Baiard. in dicto §. furtum num. 30. per totum*, Vbi Bossij, & Cassanei sententiam comendat, & approbat.

Et licet re vera expilatæ hæreditatis crimen nō sit verè furtum nec pæna furti teneatur expilator, sed extraordinaria, cum non conueniat
14 diffinitio furti, quæ est contrectatio rei alienæ *l. pr. ff. de furtis*, & tamen crimen expilatæ hæreditatis committitur ante eius aditionem, & sic eo tempore, quo nullus extat illius rei
16 Dominus, Vnde verè à furto differt *Tex. in l. 2. ff. de crim. expil. hæreditatis*, quòd idcirco punitur Iudicis arbitrio *l. p. ff. eodem tit. vt reprobato Baldo, & Saliceto tradit Rimin. in add. ad Salicetum in l. vlt. C. de crim. expil. hæredit. & sequitur Menoch. cit. casu 300. de arbitr. Vincent. de Franch. decis. 315. num. 10. Bursa. cons. 112. in primo dubio lib. p.* Prout hanc eandem sententiam comprobat *Petr. Gregor. lib. 37. sintag. iur. cap. 8. nu. 2. & 3. part. 3.*

Attamen quatenus verior esset sententia eorum, quod scilicet ratione expilatæ hæreditatis pæna furti non veniat imponenda, sed extraordinaria, Non idcirco sequitur, quòd bona eius, qui expilationem commisit non remaneant tacitè hypothecata versus eos ad quorum damnum, & præiuditium resultat expilatio, vt hypothecata remanent bona furis versus damnum passum; Namque respectu resartionis damnorum, eadem militat ratio in expilatione hæreditatis, quæ militat in furto
17 & vbi eadem militat ratio, eadem etiam procedit legis dispositio *vulg. l. ob 45. C. de prædijs minorum glos. in l. pr. C. de condict. indeb. Marius Salomon. in repet. Rubr. ff. de iust. & iure sub num. 20. Peregr. de fideicom. art. 42. sub num. 87.* Cum
18 legum dispositiones trahantur de similibus ad similia, vt latè scripsimus in superiori libro *cap. p. num. 33. cum seq. & cap. 4. num. 2.*

Additur prætereà quod ratio quare statutum loquens de pæna furti locum non habet in expilatore, neque etiam in crimine, peculatus quamuis magis graue sit delictum furti, ea est, Quia (omisso etiam, quod ex maioritate rationis in pænalibus fieri non potest extensio
19 *l. cum quidam ff. de liber. & posthum. l. si vero §. de viro ff. sol. matrim.*) Grauior pæna imponitur pro furto, quam pro expilatione hæreditatis, siuè peculatus, ob frequentiam furtorū nō ob
20 grauitatē delicti, vt post Iserniam tradit *Sebastianus de Neapol. in cap. Regni adhoc, & sequitur Franch. all. decis. 315. num. 8. cum seq.* In pænis enim irrogandis sæpe non attenditur
21 grauitas delicti, sed frequentia delictorum in eo genere ad quæ coercenda grauior imponitur pæna, Et certissimum est frequentius committi furta, quam crimen peculatus, siuè expilatæ hæreditatis, Idcirco maior pæna pro furto per statuta imposita est, quæ locum non habet in crimine peculatus, siuè expilatæ hæreditatis, vt concludit *Franch. cit. nu. 9. cum seq.*

Quæ criminalis actio exerceri nequit contra vxorem, quæ defuncto marito aliquid ex eius hæreditate subtraxit cum in reuerentiam præce-
22 dentis matrimonij conueniri non possit actione expilatæ hæreditatis *l. vxor., & l. 3. ff. de crimin. expil. hæred. l. quamuis C. de furtis*, Sed actione ad exhibendum, vel hæreditatis petitionem *l. contra mirum §. fin. ff. eodem tit. de crim. expil. hæred. vt probat Petr. Gregor. tit. lib. 37. cap. 8. num. 3.* qui inquit cæteras personas qui-
23 bus reuerentia ea non defertur, rectè conueniri *d. l. 2. & 3. C. de crim. expil. hæred.* Vbi aliud remedium non detur, cum hoc sit subsidiarium loco deficientis actionis *l. fin. C. eodem tit.* Et crimen expilatæ hæreditate succedat loco actionis furti, vt extra ordinem puniatur ar-
24 bitrio Iudicis pro modo admissi *l. pr. & l. Diuus, ac l. 3. ff. eodem tit. ac scribit Petr. Gregor. cit. cap. 8. num. 4.*

Ex AEQVITATE vero Prætoris opus fuit cauerì contra expilatores hæreditatis *in l. pr. ff. si quis testam. liber esse iussus fuerit*, Cum agere ciuili iure non posset quando hæreditati furtum fiebat, illam expectando quæ pro domina habetur vt scribit *Petr. Gregor. all. cap. 8. n. p.*

Si autem fur detentus est nullo modo relaxari debet, nisi furto restituto, si de illo plenè constat; Vel facta solutione etiam, quod ciuiliter
27 actum non fuerit ad furti restitutionem Alias vbi Iudex per negligentiam, non fecerit restituere furtum parti, tenebitur ipse insolidū
28 *Bald. in l. quod euitandi in fin. C. de condic. ob turpem causam, & cons. 497. lib. 2. Capel. Tholos. in decis. 22. & ibi Add. Boss. tit. de furtis nu. 49 quos sequitur Baiard. in d. §. furtum numer. 31. cum seq.*
29 Et etiam si damnum passus, non petierit talem restitutionem *Cassan. cons. 40. numer. 2. in fin. & super consuetudine Burgund. rub. p. § 5 num. 2 fol. 163. quem sequitur Baiard. loco relato num. 34. vbi seq. num.* scribit huiusmodi condemnationem fieri debere in eodem iuditio instituto, & sententia etiam quod condemnetur fur ad mor-
30 tem alias Iudex teneretur de proprio *Viuius in eius com. opin. 347. lib. p.*

Qui Baiard. *num. 33. & Crauett. cons. 53.* inquit,
32 idem esse obseruandum in diffamatione indebita, cum diffamatores dicantur fures hono-
33 ris, & bonæ famæ, & ideo dimitti non debent nisi prius facta restitutione honoris, & famæ per honorabilem emendam siuè æstimationē iniuriæ ex quo homo valdè læsus reputatur iuxta *Prouerb. in cap. 15. num. 30.* Et sicut lux
34 oculorum lætificat animam sic fama bona impinguat ossa, & grauissima reputatur famæ offensio.

Hinc inquit Cicero contra Salustium, *Sæpè grauius est deffendere eos qui aliena vitia apertè dixerunt,*
35 *quàm qui alia grauiora delicta comisserunt*; & Diuus Bernard. in Cantica *Sermone 5.* ait, *leuis*
36 *quidem sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat; leuiter transit, sed grauiter vrit, leuiter*

*animum penetrat, sed non leuiter exit, leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur, facilè volat, & ideò facilè charitatem violat*, Sicuti etiam
37 D. Gregorius *lib. 15. Moralium sic loquitur nihil acnius nihilq; violentius amaris asperisq; sermonib. quorum vulnera tanto defficilius curantur, quanto facilius proferuntur*. Qui idcirco palinodiam decantate, & famę restitutionem facere coguntur antequam carceres exeant, vt probat etiam D. Thomas *in secunda secundæ qu. 62. art. 2.*
38 vbi Caiet. Salon, & cæteri ac tradit Molina *de iust. & iure tom. 5. disput. 41. summa Siluestrina in verbo contumalia qu. 4.*

Et ita censuit Sen. Excell. die 11. Septembris proximè præteriti 1637. referente Amplissimo
39 Senatote Carolo Antonio Magistr io Viro hu-
40 manissimo super telatione transmissa per Prætorem Laudæ, dum iussit, quod D. antequam carceres exiret decantaret Palinodiam coram ipso Prætore, & ad præsentiam honestorum virorum, eo qnia pro eius deffensione in iuditio criminali quędam capitula produxerat carpenti a existimationem cuiusdam mulierculæ, ac si falsum deduxisset D. maximè stantibus probationibus per ipsam mulierculam factis, quod erat familiæ honestæ, & morum approbatorum ex quibus videbatur minus vera ea quæ in alijs capitulis continebantur, Quamuis veritas facti uere in contrarium esset attenta vilitate mulieris (vt mihi fuit à grauissimis viris affirmatum) & stante veritate deductorum ad propriam deffensionem eiusdem D. quamuis minimè probatorum; Et sic eo casu, licet defuerit probatio, nō tamen defuit veritas

Quando autem Statutum, siuè lex disponit, quod furtum committens valoris, puta decem aureorum suspendatur; Si duo, vel plures furto subtraherent huiusmodi quantitatem, & eam inter se diuiderent, omnes pæna statuti tenerentur, etiamsi pars cuiuslibet eorum non ascenderet ad summam de qua in lege, vel statuto, quia omnes tenentur in solidum: Isernia *in tit. de pace tenen. §. si quis quinq;*
41 *solidos col. fin. per Tex. in l. pr. C. de condit. furt. quem refert, & sequ. 10. Ant. Niger in cap. 10. incipi. ad hoc num. 60. sub rubr. de furt. Baiard. in all. §. furtum num 38.*

Per quam conclusionem declarata videtur dispositio Nouarum Constitutionum *tit. de Pænis*
42 *§. si quis fecerit robariam lib. 4.* Vbi imposita est pæna furcarum his qui robariam fecerint pecuniæ, vel rei valoris excedentis dimidiam vnius aurei extra Ciuitatem, vel burgos, Villas uè, & Caspinas, vel domos habitatas, Si verò fuerit minoris quantitatis puniatur abitrio Iudicis in ęre, uel in persona, considerata qualitate personarum, & delicti; Nam comissa huiusmodi robaria excedente dimium aurei à pluribus etiam si pars vnicuiq; contingens nō excederet asses uiginti, & etiam minus; Nihilominus omnes tenerentur ordinaria pæna
43 mortis, cum omnes teneantur insolidum per *Tex. in l. p. C. de condit. furt.* Et ita memini censuisse Sen. Excell. anno 1612. de quodam nihi-
44 co, qui cum alijs pluribus robariam aureorum duorum, uel circa ad stratam comisserat in Olitores Derthonenses, dum illi reuertebantur ab oppido Nouarum ex quibus pecunijs asses triginta peruenerant ad ipsum reum, Quia furcis fuit suspensus; Prout suspensus eque fuit anno 1615. quidam eius socius nuncupatus Balosinus in contumatiam damnatus ratione eiusdem delicti, mox captus lapso tempore obtinendi beneficium nouarum deffensionum.

Eademq; pæna furti teneri, eum qui bona proiecta in Mari tempore tempestatis accepit, siue
45 in Mare, siuè in littore fluctibus expulsa, est *Tex. in §. fin. instit. de rerum diuis.* Quemadmodum eadem pæna tenetur, qui bona cadentia
46 è Rheda, siuè curru, aut Sarcina capit *Menoch. de arbitr. casu 297. quem sequitur Baiard. in cit. §. furtum num. 40.* qui sequenti numero subijcit; De furto etiam teneri cum, qui ratione odij uel inimicitiæ, aut iniuriæ causa ianuam domus effregerit, siuè aperuerit, ex qua furtum
47 factum deinde fuerit, si competiebat furtum ibi posse de facili comitti *Bart. in l. si furti §. ope ff. de furtis Alex. conf. 103. subnum. 9. lib. pr.* qui
48 enim causam delicto siue damno præbuit ad illius emendationem tenetur *Tex. est ad litterā in l. videamus 12. §. inter conductorem ff. locati*, iuxtà regulam, qui causam damni dat, damnū
49 dedisse uidetur, de qua *in l. is damnum dat 130. ff. de reg. iur. & ibi Cagnol. Menoch. conf. 1188. nu. 15. & conf. 1194. num. 33.*

## *SVMMARIA.*

*Maior restituitur in integrum quando læsus fuit, sine propria culpa num. 1.*

*Ommittens inuentarium dicitur læsus ex propria culpa num. 2.*

*Minor non conficiens inuentarium restituitur n. 3.*

*Specialitas in vno casu præsuponit contrarium de iure communi in causa consimili num. 4.*

*Negligentia impedit restitutionem maiori nu. 5.*

*Maior restituitur etiam pro omissione inuentarij n. 6.*

*Defectus solemnitatis de rigore introductæ reddit actum nullum num. 7.*

*Rusticis, & alijs ex iusta causa iura subueniunt per restitutionem in integrum num. 8. & 9.*

*Haredi eius qui inuentar. non confecit subuenitur per restitutionem in integrum nu. 10.*

*Sed eo casu probanda est vera, & integra existentia bonorum hæreditariorum vlz. in genere num. 11. & 12*

*Vel quòd in hæreditate ad sunt lites num. 13.*

*Inuentarij beneficium grande est num. 14.*

*Inuentarium confici debet iuxtà stilum, siuè consuetudinem loci num. 15.*

*Confessio creditorum, siuè legatariorum non esse in hæreditate nisi talia prodest valdè hæredi num. 16.*

*Testator vbi iussit legata solui de bonis suis, vlterius non tenetur hæres etiam si inuentar. non confecisset modo*

*constet*

constet de bonis hæreditarijs num. 17.

*Legato facto, vt soluatur annua pensio ex fructibus eius bonorum, Tunc datur actio solum contra percipientē fructus numer. 18. si verò fruct. non sunt sufficientes non sint sufficientes non tenetur hæres soluere legatū num. 19. secus adiecta non fuit qualitas ipsa nu. 21.*

*Hypotheca non competit legat. super bonis quando ex fructibus tantum debetur legatum num. 20.*

*Hæres probare tenetur eo casu fructus non fuisse sufficientes num. 22. in inuentarij confectione citandi sunt omnes creditores hæreditarij cum legatarijs num. 23.*

*Vel saltem illi qui certi sunt num. 24.*

*Hæredis scientia de contentis in testamento arguatur quando is fuit præsens testamento num. 25.*

*Creditores, & legatarij citati ad videndum confici inuentarium non possunt se fundare super eius nullitate eo quia alij non fuerint citati num. 26. & 27.*

*Inuentarij beneficium diuidi potest num. 28.*

*Omissio scienter facta in inuentario de aliquibus rebus hæreditarijs illud nullum reddit num. 29. & 31.*

*Omissio in inuentario præsumitur ignoranter facta si res omissa esset tenui valoris num. 30.*

*Inuentaria ab hæredibus alia à tutoribus etiam in gratiam fideicommissariorum fiunt num. 32.*

*Inuentar. in gratiam fideicommissarij fieri debet etiam si testator illud remisisset num. 33.*

## Maiori annis 25. vtrum concedatur, restitutio in integrum ob non confectum inuentarium.

## Cap. CLXXXI.

MAIOR adhoc, vt restituatur in integrum ex clausa generali, si qua mihi iusta causa requiritur, quòd læsus sit sine propria culpa, & absq; facto suo, vt respondit Calistratus *in l. item hi, & Vlpianus in l. & qui*
1 *data opera ff. quibus causis maiores*, Quando antè maior ommisit confectionem inuentarij dicitur læsus ex propria culpa, & proprio facto,
2 Ergò restitutionis beneficium consequi non debet; Prout ita expresse probat *Guid. Papa decis. 473. num. 4. quem sequitur Galdas de restit. in integr. vlt. in l. si curatorem verbo læsus nu. 5. vers. & proinde maioribus C. de restitut. in integrum, & Costa tr. de facti scient. & ignor. distinct. 37. num. 12. cent. p. Mauritius de in integr. rest. cap. 130. num. 6. vers. in quam sententiam.*

Minori etenim negligenti, vel omittenti facere inuentarium intra tempus iuris subuenitur iu-
3 re speciali §. *Pupillus in Auth. de hæredit. & falc.* Ergò de iure communi maiori denegatur beneficium restitutionis; Cum specialitas in vno casu præsuponat contrarium de iure com-
4 muni in causa consimili *l. pr. in fin. ff. ad municipalem.*

Maximè verò, quia negligentia impedit maiori
5 beneficium restitutionis in integrum *l. non enim, & l. sciendum ac l. ab hostibus §. fin. ff. ex quibus causis maiores.*

De AEQVITATE tamen verior est contraria sententia, nempè restitutionem dari, quæ con-
6 cedi etiam maiori pro omissa confectione inuentarij, Quando iusta causa ab eo allegatur *Innocent. in cap. constitutus propè finem in verbo vtroq; de in integrum restitut. quem sequitur Aufrer. in addit. ad Capel. Tolosanam decis. 55. numer. 7. Alex. in l. iuris ignorant. num. 6. vers. & pari ratione, & ibi Curtius in Addit. verbo rigorem litt. C C. qui admitti*, Vbi licet deffectus solemnitatis
7 de rigore introductæ reddat actum nullum, Attamen in his neglectis, & omissis, iura de facili subueniunt, tum rusticis, tùm alijs per-
8 sonis ex iusta causa per restitutionem in integrum *l. si quis id quod ff. de iurisd. omn. iud. & l. 2 ff. de in ius vocando ac probat Ancbar. cons. 393. num. 4.*

Hanc sententiam comprobat Rebuff, ad Constit Regni *tit. de restitut. & releuam art. p. glo. p. nu. 33.* Vbi ex causa sucurri vidisse etiam maioribus testatur, & *Odd. tr. de restit. in integrum qu. 89. art. 7. num. 53. cum seq. quos sequitur Gratian. lib. 4. discept. forens. pleno cap. 656. maximè num. 7. & 23.* Vbi amplè assumptum hoc probat, & num. 7. in fine exemplum tradit, quandó huiusmodi inuentarij confectio omissa fuit per maiorem pauperem, aut absentem, siue egro-
9 tum, Vel à similibus impedimentis occupatū, aut veresimiliter minimè instructus esse, posset hæres de ære alieno hæreditario, quòd occultum ei latens erat, vt probat idem Maurit. *de restit. in integrum tit. cap. 130. sub num. 6. in fine*, qui tradit ijs casibus satis rationabilem causā militare, vt restitutio concedenda veniat *Costa tr. de facti scient. & ignor. distinct. 32. num. 12., & 14. 15. cent. pr.*

Quam conclusionem idem etiam obtinere in
10 hærede ipsius non conficientis inuentarium, quem per in integrum restitutionem audiri debere stante iusta causa, vel ex persona defuncti, vel ex persona ipsius hæredis probat Castrens. *in cons. 398. circa medium vers. tertio ex quo dicto lib. 2. arg. l. Pantonius, & ibi Bartol. ff. de acquir. hæred. quod etiam approbauit Card. Tuscus conclus. 289. num. 79 lib. 7. & sequitur Gratian. cit. cap. 656. num. 9. & 10.*

Eo tamen casu liquidò probari debet vera, &
11 integra existentia bonorum hæreditariorum, eorumq; valor, & estimatio, & quod æs alienum detectum fuisse tractu temporis magnum esse quod in totum ferè absorbet valorem hæreditatis, Itaut nihil supersit de bonis hæreditarijs, & cessare omnē dolum, vt expresse probat *Gratian. cit. cap. 656. num. 12.*

Huiusmodi verò probatio scilicet hæreditatem esse damnosam, & idcirco læsum esse eum, qui illam adiuit fieri debere tradit Odd. *cit. quæst.*
12 *89. art. 7. num. 59. cum seq. præsertim num. 61.* in genere quod in hæreditate ipsa non adessent nisi tot, & æs alienum esse tantum, ex quo appareat, quod maius est æs alienum, quàm

valor hæreditatis; Non autem solum probare
quòd in hæreditate est generale æs alienum,
iuxta traditionem *Bart. in l. p. in fine C. si minor.*
*ab hæred. se abstin.* Vel quod in hęreditate adsunt
13 lites, & negoria implicita, vt voluit *Bero. de*
*quo Odd. cit. nu. 60.* quam conclusionem etiam
comprobat idem *Odd. qu. 36. art. 6.*
Sicuti autem inuentarij beneffitium grande est
14 cum illo mediante hæres non teneatur, nisi
pro uiribus hæreditarijs *l. fin. §. in computatione*
*C. de iure delib., & l. p. & ibi glos. C. commun. de*
*legatis*; In cuius confectione sufficit obser-
uantia formæ per consuetudinem loci non ab-
15 rogatę ex quo multæ iuris solemnitates ab au-
la recesserunt *Castrens. cons. 326. lib. pr. Crauet.*
*in cons. progenero num. 476. cum seq; Monded. cons.*
*53. lib. p. Rota Roman. decis. 72. part. 2. in nouiss.*
*quos sequitur Costa all. distinct. 37. num. 6. cum seq;*
*cent. p. ac tradit Cancer. lib. 3. var. resol. tit. de in-*
*uent. cap. 2. num. 36. cum seq.*
Ita quando ex confessione creditorum, vel le-
16 gatariorum, aut aliundè constat non esse plus
in hæreditate, tunc hæres non tenetur vltra
vires hæreditarias, etiam non confecto inuen-
tario, aut ex omissione, aut ex prohibitione
legis municipalis *Crassus in §. inuentarium quæst.*
*21. in fine quem sequitur Gratian. alleg. cap. 696.*
*num. 14.*
Id quod procedere etiam docet *Bald. in l. pr. C. de*
*his, qui pænæ nomine*, Quando testator iussit sol-
17 uere legata de bonis suis *Corneus cons. 180. num.*
*num. 9. lib. 4. & latiss. Surd. tr. de alim. tit. 8. priu.*
*13. num. 3. vsq; ad num. 6. quos sequitur Gratian.*
*sæpius cit. cap. 656. num. 18.*
Quæ conclusio adeò vera est, ut si testator lega-
uerit annuã pensionem soluendam ex fructib.
18 eius bonorum; Tunc datur actio solum con-
tra cum qui fructus percepit *Crau. cons. 19. nu.*
*16. Ias. cons. 95. in fin. lib. pr. Natta cons. 323. n. 5.*
In tantum vt si fructus non sint sufficientes
ad solutionem legati annui non tenetur hęres
de suo, quod notatu dignum est *l. si debitor §.*
19 *verisimile ff. de contrahen emptione l. cum certus ff.*
*de trit. vin. & oleo legat. & l. de diuisione ff. solut.*
*matrim. & expresse probat Benintend. decis. 64. nu.*
*p. & sequitur Surd. decis. 18. num. 8. & 9.* Esto
quod pro huiusmodi annuo legato de fructib.
bonorum testatoris, non competit hypotheca
20 super bonis, quia eius natura id non patitur
*Bart. in l. p. num. pr. C. communia de legat. ac pro-*
*bat Surd. loco cit. num. 9. & 10. quorum sententiam*
*amplectitur Gratian. cit. cap. 626. num. 21.* Qui
sequitur n. 22. declarare ea non habere locum
21 quando testator simpliciter legasset, nõ adiec-
ta qualitate de bonis suis, vel hæreditarijs per
*Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 13. numer. 6. & 7.*
Quod verò fructus non fuerint sufficientes ad
22 solutionem annui legati probare tenetur hę-
res, siuè ille qui fructus percepit, vel percipere
potuit tanquam fundamentum eius intentio-
nis *Bartol. in l. in illa stipulatione si calendis ff. de*
*verbor. oblig. ac tradit Benintend. cit. decis. 64. n. 2.*

Et cum inter alias necessarias solemnitates ad
validè conficiendum inuentarium requiratur
citatio omnium creditorum, & legatariorum
23 *l. si quis intra C. de bonis proscript. glos. in l. fin.*
*verbo quantitatem C. de iure delib.* Vel saltem eo-
24 rum qui certi sunt *Rol. cons. 71. num. 14. lib. p.*
*quem sequitur Carpan. ad Statut. Mediolani 272. n.*
*32. lib. p. Beretta cons. 57. num. 5. cum seq.*
Si ea omissa fuit scienter de aliquot legatarijs,
vel creditoribus, quæ scientia arguitur, quan-
do hęres fuit præsens testamẽto, Vel saltem si-
mul habitabat cum testatore, quia tunc præsu-
mitur scire contenta in testamento, ac etiam
25 scire nomina eius creditorum, & legatariorũ
*Bal. cons. 392. num. p. lib. p. Crau. cons. 193. num.*
*7. vers. quinimmò, quos sequitur Gratian. lib. 3.*
*discept. forens. cap. 468. num. 79.* Et sic ob huius-
modi omissionem resultaret nullitas inuen-
tarij.
Tunc in nullitate huiusmodi non possent se fun-
26 dare alijs citati, quia eorum respectu validum
esset inuentarium vt docet *Bart. in cons. 194.*
*maritus col. fin. lib. pr. & sequitur Bal. in cons. 265.*
*lib. 5. & in l. vlt. §. cum igitur col. 4. & ibi Castrens.*
*col. 8. C. de iure delib. Crau. cons. 225. num. 6. in fin.*
*Surd. cons. 181. num. 26. Rol. de inuent. §. si aliquis,*
*& Gratian. lib. 4. cap. 798. sub n. 7. ver. nec subsistit*;
Iuxtà regulam quod vtile per inutile non vi-
tiatur; Nec idcirco possunt citati ad viden-
dum confici inuentarium allegare illius nulli-
tatem ob non citatos alios legatarios, vel cre-
27 ditores hæreditarios vt post *Bal. probat Surdus*
*cons. p. num. 87. & cons. 181. num. 26. Crau. cons.*
*225. num. 6. vers. ex præmissis Phaunt. de inuent.*
*diuers. par. 3. n. 26. Gratian. lib. 3. cap. 495. nu. 13.*
Ratio præcipua est, quod beneffitium inuen-
tarij diuidi potest, & prodest hæredi quoad
28 vnam personam, vel nouam rem, non quoad
aliam, ut ait idem Gratian. *lib. 4. cap. 553. n. 13.*
Et si in inuentario aliquid omissum fuisset scien-
ter, illud minimè ualere certum est; Secus
29 uerò si ignoranter, Quæ sanè omissio ignoran-
ter facta præsumitur, quando res omissa esset
tenui ualoris, aut parui momenti, Si enim esset
30 magni ualoris, tunc scienter, & dolosè omis-
sam eam fuisse præsumitur, ut post *Rol. tr. de*
*de inuentar. qu. 8. num. 4. par. 4. probat Thesaur.*
*qu. famil. 10. num. 26. & 28. vers. dolus autem lib.*
*p.* Vbi materiam inuentarij plenè examinat;
Quam conclusionem admittere uidetur *Gratia.*
*cap. 532. num. 13. lib. 3.* dum scribit, quod
omissio per ignorantiam facta in inuentario
de aliqua re non annullat illud, secus uerò do-
31 losa omissio ac sequitur *Cancer. cit. cap. 2. num.*
*54. lib. 3. var. resol.*
Quæ omnia procedunt, tam in inuentario facto
ab hærede, quam in inuentario tutoris, uel
usufructuarij, ac etiam in eo ad quod tenetur
32 hæres in gratiam fideicommissarij, & ad illius
postulationem, ut subijcit *Costa cit. distinct. 37.*
*num. 25. de facti scientia, & ignor. post Aicia. cons.*
*30. lib. 9. Laderch. cons. 57. num. 12. cum seq. &*
*Morof.*

*Moros. cons. 31. num. 16. cum duobus seq.* etiam si
premissa esset per testatorem confectio inuen-
33 tarij, modo fideicommissarius peteret eius
expensis illud fieri *Intrigal. de subslit. cent. 3. qu. 73. num. 107. cum seq. quem sequitur Costa loco rel. 227. in fine.*

*SVMMARIA.*

*Hæres qui dolosè omissit res in inuentario furti pœna non tenetur num. 1. At benefitium inuentarij amittitur num. 5. 6. et 7.*

*Duplici pœna quis affici non debet num. 2. et 8.*

*Cautela ad euitandum beneffitium Inuentarij ob omissionem rerum, protestando, vt omissæ describuntur num. 3. casus improbatur num. 4.*

*Decisio Sen. Taurinensis, quod omissio dolosa in inuentarium priuat illius beneffitio num. 9.*

*Dolosa omissio in inuentario præsumitur quando omissa res, est magni valoris num. 11.*

*Hæres tenetur ad requisitionem creditorum hæreditariorum edere eis copiam inuentarij proprijs sumptibus num. 12.*

*Decisio Sen. Taurin. in ea materia num. 13.*

*Mulier vxor defuncti legataria omnium mobilium excusatur à pœna amissionis beneffcij inuentarij, si aliqua in eo describenda omissit num. 14.*

*Ratio est quia probabiliter potuit putare se non teneri ad inuentarij confectionem num. 15.*

*Conditio hæredis, et vxoris defuncti legatarij in conficiendo inuentario imparis est num. 16.*

*Vxor legatar. omnium mobilium ob omissionem in inuentar. factam non punitur in duplum nu. 17. sed contra eam iur. in litem num. 18.*

*Iuramentum in litem competit contra quoscunq; qui inuentarium conficere tenentur num. 19.*

*Inuentarium solemne conficere tantum debent hæredes num. 21.*

*Inuentar. non faciens de repertis in domo in quam quis de facto intrauit præsumitur omnia occupasse n. 22.*

## Pœna ob omissionem alicuius rei scienter, siuè dolosè factam in inuentario quæ sit. Cap. CLXXXII.

SEquendo propositam materiam
inuentarij, Queritur qua pœna te-
neatur is, qui scienter, & dolosè
quidquam in inuentario omissit,
& Iustinianus in l. p. §. licentia C.
de iure delib. in duplum tantum
1 teneri hæredem versus creditores, siuè lega-
tarios statuit ergo non ex hoc amittit beneffi-
tium inuentarij, ne duplici pœna afficiatur
contra dispositionem ipsius Textus, & contra
2 disposit. *l. Sanctio in fine ff. de pœnis, et l. Senatus ff. de accusationibus.*

Et hanc sententia sequuntur Odofredus *in dicto §. licentia C. de iure delib. vbi Fulgos. et Salicet. Castr. Ias. Corn. Alex. et cæteri, Hos sequitur Alex. de Neuo cons. 38. nu. 17. Porcellinus de inuent. cap. 3. n. 6. Bello cons. 30. num. 6. Portius Imolens. cons. 50. n. 7. cui subscripserunt Mantica Torniell. Rugerius, et Cattarus Rol. de inuent. par. 4. vtil. 3 §. quod si hæres vers. quid dicendum, et Monticula de inuent. nu. 154. Canalea de tut. et curat. num. 20. Decian. cons. 49. nu. 56. lib. 2.*

Prout amplissimè eandem comprobat Menoch. *cons. 471. num. 38. cum plur. seq.* qui triginta tres
proponit Doctores eã tenentes, & viginti tres
contrarium deffendentes *Turretus cons. 47. nu. 40. cum seq. lib. p. Honded. cons. 34. numer. p. cum seq. lib. p. Surd. decis. 222. num. 9.* qui cautelam dat ad
3 euitandum deffectum omissionis, Vt scilicet
protestetur nolle, vt non apponenda apposita
sint, & omissa describantur si ad eius scientiã
deuenerint, de qua cautela Thesa. Iun. *qu. famil 10. num. 6. lib. pr. quam sententiam seq. etiam Costa dicto tr. de facti scientia, et ignor. de finct. 37. nu. 22.*
4 *cum seq. cent. pr.* licet cautelam nequaquam suf-
fragari putat, & quam latissimè comprobat
Bursa, *cons. 325. nu. 115. lib. 3. ac Gamma decis. 122 vbi Add. Florent. Diaz.*

Verior tamen, & AEQVIOR, ac communior contraria videtur sententia.

Nempè ratione dolosæ omissionis in inuentario
5 factæ cadere hæredem à beneffitio inuentarij,
& de proprio teneri, si ita creditoribus hære-
ditarijs, aut legatarijs placuerit *Tex. est in eadem l. fin. § sin autem dubius, & §. & si præfatam. C de iure delib.* in quibus apertè disponitur, quòd si hæres legitimum fecerit inuentarium cum debitis solemnitatibus habeat hæreditatem, sinè eius bonorum periculo, & vtatur beneffitio legis falcidiæ aduersus legatarios, Nec teneatur erga hæreditarios creditores, nisi in quantum vires hæreditariæ patiantur; Ergò à contrario sensu, si hæres non descripsit omnia bona in inuentario, sed circa aliqua malignatus est ea occultando non est dignus beneffitio legis, vt probat *Natta cons. 214. num. 13. & Rol. de inuent. par. 3. §. requiritur.*

Hoc idem probare videtur *Tex. in §. Sancimus in Auth. de hæred. & falcid.* Vbi Iustinianus Imperator mandat inuentarium fieri secundum legis formam, & si non fiat, priuat hæredem benefitijs, quæ illi concessit, Quæ forma dicitur contempta si in inuentario nõ fuerunt omnia descripta per malignitatem, aut fraudem.

Quam sententiam probat *Bart. in l. rescriptum ff. de his quibus, vt indign. Bal. in d. l. vlt. §. licentia C. de iur. delib. & in cons. 219. num. 4. lib. pr. cons. 243. nu. 6. lib. 5. Abb. cons. 73. lib. 2. Guido Pap. cons. 42. Io. Crottus cons. 201. nu. 23. Natta cons. 574. num. 16. Cephal. cons. 314. num. 24. cons. 506. num. 14. & cons. 702. numer. 16. Crau. cons. 348. num. 46. Rumin. inn. cons. 417. num. 124. et idem Menoch. cons. 89. num. 146. ac amplissimè comprobat acutiss. Facbin. lib. 4. contrcounerf. iuris pleno cap. 37. vers. verum istis,* Vbi etiam ad contraria

reſponder præſertim ad Menoch. *cit. conſ.* 471.
Prout eandem amplectitur *Cancer. lib. pr. var.
reſol. cap. 9. num. 11. et confirmat lib. 3. cap. 2. num. 51
cum ſeq. poſt Caual. com. contra com. qu. 731. num. 4.*
6 Ex quibus conſtat magis communem eſſe hanc
poſteriorem ſententiam, & maiores eſſe Do-
toreseam defendentes, quam ij quos pro con-
traria opinione adduxit Menoch. *dicto conſ.* 471
*num.* 37.

Et licet ad conciliandas contrarias ipſas con-
cluſiones adducit *Fach. vers. cæterum poſt mediũ*
hæredẽ priuari ex cauſa de qua agitur cõmodo
inuentarij; Niſi legatarij, & creditores ele-
gerint aliam viam nempè demonſtrandi, ac
probandi alia eſſe in hæreditate bona præter
deſcripta in inuentario adhoc, vt ex eis ſibi
ſatisfiat, neq; doloſè illa hæres lucrifaciat,
Quia tunc electa illa via ex rebus celatis cre-
ditoribus, & legatarijs ſatisfiet, & pœna du-
7 pli hæres mulctetur, & ſic primam ſententiam
procedere annuentibus legatarijs, & creditori
bus hęreditarijs, ſecundum animum ipſis con-
tradicentibus.

Tamen AEQVVM etiameſt, ne duplici pęna
afficiatur hęres, qui doloſè omiſsit in inuen-
8 tario aliqua deſcribere itaut volentibus lega-
tarijs, vel creditoribus hęreditariis, benefitio
inuentarii priuandus eſt hæres; Ipſis verò an-
nuetibus ad duplum tantum teneatur, & in re-
liquis gaudeat beneffitio inuentarij hęres ipſe
vt concludere videtur Fachin. *cit. cap. 37. vers.
nec abſurdum.*

Hanc concluſionem diffuſiſsimè etiam compro-
bat Theſaur. *cit. qu. famil.* 10 *num.* 27. Vbi infi-
nitos in eam adducit ſententiam, & ita iudi-
9 caſſe Senatum Taurinenſem teſtatur num. 28.
declarando nullius effectus eſſe inuentarium
10 ex eo, quòd hæres doloſè omiſerat deſcribere
in eo decem Iugera Terræ, quæ erant in hęre-
ditate; Quia cum res eſſet magni valoris do-
11 loſam omiſsionem fuiſſe pręſumebatur.

Qui auctor ſub num. 30. ad effectum cognoſcendi
num omnia in inuentario fuerint deſcripta
inquit teneri hęredem edere creditoribus
hæreditarijs ad eorum requiſitionem inuen-
tarium ipſum, & illud exhibere etiam ſuis
12 ſumptibus, earatione quia, quæ litigans edere
tenetur, ſuis ſumptibus edi debent Maximè ſi
tales creditores, ſiuè legatarij eſſent ex deſcen
dentibus teſtatoris, qui ius prætenderent in
hęreditate pro ſuceeſsione, vel legitimę ſup-
lemento, ut probat *Sola ad Decreta Sabaud. ver-
bo inuentaria gloſ. vnica par. pr. num.* 26. qui teſta-
13 tur ita iudicaſſe Senatũ Taurinenſem, quam-
uis in alijs caſibus ſufficere communicationẽ
vel copiam inuentarij vſq; ad ſignum crucis,
vt poſteà cenſuit idem Senatus Taurinen. vt
teſtatur Theſaur. *cit. qu.* 10. *num. 30. in fine.*

A qua tamen pæna amiſsionis benefitij inuenta-
rii excuſari mulierem legatariam omnium
14 mobilium in domo exiſtentium, quæ aliqua
omiſsiſſet tradit Gamma *decis.* 122. *num.* 2. ca
ratione, quod probabiliter putare potuit
mulier ſe non teneri ad ſcribendum ea bona
ſua, & idcirco tàm ignorantia iuris, quàm
quælibet cauſa illam à pæna excuſare debet
15 iuxtà *gloſ. in l. pr. C. vbi cauſ. ſtatu. & l. igitur de
liberali cauſa, quàm ſententiam ſeq. ibidem Addit.*
16 *Floren. Diaz.*, Qui etiam addit parem non eſſe
conditionem hæredis, & vxoris legatariæ in
conficiendo inuentarium, cum *l. fin. C. de iure
delib.* loquatur de hærede non autem de vxore
legataria, quæ ob omiſsionem in inuentario
factam non obligarur in ſolidum nec punitur
17 in duplum ut hæres ex Molina *lib. p. de primog.
cap. 28. num. 7. cum ſeq. plur.* Sed contra eam
Iuratur in litẽ ob dolum male confecti inuen-
18 tarij *Rimin. iun. cons.* 53. *Menoch. de arbitr. caſu*
108. *numer.* 29. *Rol. conſ.* 49. *lib. pr. Plottus tr. de in
litem iur.* §. 4. *num.* 8. *per totum Caſſan. in conſuet.
Burgund. rubr.* 4. §. 21. *num.* 4. *quos ſequitur Diaz.
Add. ad d. Decis.* 122.

Quod iuramentum competit contra quoſcunq;
qui inuentarium conficere tenentur ſaltem
19 ſimplex non ſolemne, vt ſunt omnes ij, qui
rationem reddere deberent *l. Orphanotrophos, et
l. nulli C. de epiſcopis, et Cler.*, Cum inuentarium
ſit caput omnium rationum, vt notatur in iu-
20 ribus prædictis, & docet *Bott. decis.* 61. *num.* 6.
*Garzia de melior. et expenſis cap.* 11. *num.* 64. *Mo-
lina de primog. hiſp. lib. pr. cap.* 28. *numer.* 3. *et
Cancer. cit. lib.* 3. *var. reſol. cap.* 2. *num. p.* 2. *et* 3.
qui ſeq. num. tradit ad ſolemne inuentarium,
teneri tantum hæredes, & tutores, ac etiam
21 alios, qui publicam adminiſtrationem quo-
dammodo habent non cæteri adminiſtratores
priuati.

Et ſi quis ratione ſucceſsionis, vel aliter domum
de facto, vel ex abrupto ingrediatur, & non
conficiat inuentarium ſaltem ſimplex de his
mobilibus, quæ in domo inuenerat præſumi-
22 tur cõtra eũ, quod bona omnia ibi aſſeruata
occupauerit, & ſic eſſet de preda ſollicitus *l. cũ
Dominus* 58 *ff. locati, et conducti Caſtrenſ. cons.* 302.
*num.* 5. *in fin. lib. p. et probat Cancer. cit. cap.* 2. *nu.*
15. Contra quem occupatorem idcirco datur
iuramentum in litem ex iuribus ſuper de-
ductis.

*SVMMARIA.*

*Aſcendens non ſuccedit in emphiteuſi ſicut deſcendens
num. 1. et 4. contrar. verius num. 5.*

*Verba vbi non conueniunt, locum neq; habet diſpoſitio
num. 2.*

*Aſcendens in feudis non ſuccedit deſcendentibus nu. 3.*

*Relinquere parentibus non minus pium eſt, quam de-
ſcendentibus num. 6.*

*Legitima debetur, tàm aſcendentibus ſicut deſcendenti-
bus num. 7.*

*Leges ita ſcribi non poſſunt, vt omnes caſus ibi exprimi
valeant, et in ijs comprehendantur num. 8.*

*Omnia non poſſunt, nec debent ſcripto comprehendi n. 9.*

*Leges dilatandæ ſunt ex rationis identitate num. 10.*

Aſcen-

## Ascendentes, an ita succedant in emphiteusi sicut descendentes.

### Cap. CLXXXIII.



IN concussa est obseruantia in omni ferè regione, Ciuitate, & loco, vt inuestituræ emphiteoticæ, tam Ecclesiasticæ, quam seculares concedantur, & accipiantur pro se, & descendentibus, & sic descendentium fauore; Hinc non raro euenit, vt defuncto possessore rei Emphiteoticæ sine filijs, plures ad eam concurrant, tàm scilicet descendentes quã ascendentes queritur, an succesio in huius modi emphiteusi etiã deferatur ascendentib.

Et negatiuè respondendum videtur, quia cum
1 emphiteusis accepta sit pro se, & descendenti-
bus eueniente casu exclusi dicantur ascenden-
tes. Vbi enim verba inuestituræ non conue-
niunt, ibi etiam locum habere non potest eius
2 dispositio iuxtà *l. quod constitutum ff. de testam.
militis l. item autem in princip. ff. de administr. tut. l.
4 §. toties, & ibi Bart. in fine ac cæteri ff. de damno
infecto tex. in cap. indemnitatibus §. sed cum eas de
electione lib. 6. & probat Ias. cons. 50. nu. 2. lib. pr.
et cons. 42. num. 6. lib. 3.*

Quam sententiam sequuntur Castren. in *l. ex facto in fin. ff ad Trebel. Alex. in l. quod dicitur ff. de verb. abug. Clar. in §. emphiteusis, qu. 32.* Qui omnes concludunt descendentes tantum comprehendi in inuestitura.

Sicuti enim in feudis, nec pater filio succedit *cap.
3 p. de natu. succesi. feud. Afft. in cap. p. §. naturalis
vers. in glosa num. 18 si de feud. fuerit controuers. et
probat Card. Mantic. in de tacit. et ambig. libro 23.
tit. 10. num. p. p. 2.* ita affirmandum est in emphi-
4 teusi, Cum argumentum feudo ad emphiteu-
sim optimè procedat iuxtà Euerardum in To-
pica *loc. 29 fol. 223.*

De AEQVITATE tamen contrarium verius
est, nempè, tàm ad ascendentes, quàm ad de-
5 scendentes spectare emphiteusim *Tex. est in §.
emphiteusis in Auth. de non alien.* Non enim mi-
6 nus pium est parentibus relinquere, quàm de-
scendentibus *l. nam, et si parentibus ff. de inoff. test.*
Idcirco, tàm ascendentes, quàm descendentes succedere possunt, in emphiteusi, vt ex AEQVITATE procedere, concludit Imola *in cons. 28. col. 2. quem sequitur Ruinus cons. 151. num. 18. lib. p. Mandos. in Apostil. ad Roma. cons. 22. cit. nu 6. vers. quinimò, quem sequitur Rimin. iun. cons. 461. num. 48. et 49.*

Neq; nouum est ascendentes posse concurrere
cum descendentibus in succesione præmor-
tui descendentis, qui decesit nullis relictis
filijs, Cum de iure debeatur eo casu legitima
ascendentibus sicut descendentibus *Tex. est in
7 l. p. et l. fin. ff. de bon. damnatorum, et l. de bonis l. de-
portatus, ac l. fin. C. eodem, ac Auth. bona damnatorũ
et l. fin. C. de bon. proscriptorum Beretta cons. 52. num
3. cum seq. et late probaui in superiori libro cap. 96.
num. 34. et 35. post additorem ad Carpan. in cap. omnium num. 719. litt. B vers. non debetur tit. de panis*

Cum Itaq; ascendentes ita succedunt descenden. præmortuis, sine filijs, sicut descendentes In emphiteusi etiam succedere posse ascendentes dicendum est, Cuius rei exemplum considerari potest, ex casu formato per Rimin; *in all. cons. 461.* Prout ad rem conferunt tradita per Menoch. *cons. 577. num. 1. et 5. cum seq.*

Et si verò regulariter res in emphiteusim accepi
solent pro se & descendentibus; Id fit quia
post primum inuestitum ad descendentes pro-
uenire solet emphiteusis, sed non idcò sequitur
quòd descendentes ipsius primi inuestiti, qui
dicuntur ascendentes vltimi descendentis
morientis non sint exuocatis, licet ascendens
sit; Ad instar legum, quæ ita præscribi non
8 possunt, vt omnes casus, qui quandoq. accide-
rint in ijs comprehendantur, Cum sufficiat
leges eos continere qui vt plurimum accidunt
9 Quia omnia nec possunt, nec valent, scripto
comprehendi, vt post Conanum, & Peguerrã
dixi in superiori lib. *cap. 4. num.* 2. Quæ leges
dilatandæ sunt ex rationis identitate de simi-
libus ad similia, & ad ea, quę similitudinem
10 iuris continent, vt post Conanum, & D. Tho-
mam affirmaui in *cap. p. num. 33. et num. 35. eodem
lib. pr.*

#### SVMMARIA.

*Hæres minus grauatus præsumitur, quàm fieri potest num. 1.*

*Legata regulariter stricte interpratanda sunt num. 2.*

*Legatum annuum factum in perpetuum restringitur ad centum annos num. 3. et 5. etiam si factum esset Ecclesiæ numer. 4. contrar. verius numer. 9. et 11. ac etiam fauore aliarum personarum n. 18. et 19.*

*Legatum annuum, et legatum vsusfruct. æquiparatur num. 6.*

*Homo præsumitur viuere vsq. ad centum annos num. 7.*

*Perpetuum illud dicimus, quod durat centum annis num. 8.*

*Quippe vltra centum annos num. 20. et 21. legatum annuum perpetuum præscribi non potest num. 10.*

*Legatum factum de fructibus certi fundi habetur, ac si legatus fuisset illius vsusfruct. num. 12.*

*Legatum vsusfructus spirat spatio centum annorum num. 13.*

*Legatum annuum impositum hæreditatis nominatæ extinguitur in persona primorum hæredis nu. 14. et 16.*

*Testamenti verba non sunt amplianda num. 15.*

*In dubio pro Ecclesia iudicandum est nu. 17.*

*Infinitas euitanda est num. 22.*

*Nisi verba sint apta ad eam inducendam num. 23.*

*Perpetuum dictio regulari debet secundum subiectam materiam num. 24.*

*Centum annorum spatio animæ liberantur à Purgatorio tradit Simon de Prettis num. 25. et 26.*

*Quod tamen reprobatur num. 27. 28. et 29.*

*Mortuus qui surrexit horrenda, narrauit de flammis*

Inferni

*Inferni, & frigoribus numer. 30.*
*Oratio nostra in sinu nostro conuertetur num. 31.*
*Suffragia prosunt alijs existentibus in Purgatorio si damnatus est ille pro quo fiunt num. 32.*
*Legatum annuum perpetuum factum Ecclesiæ si ea distructa fuit adhuc durat, & debetur Ecclesiæ Romanæ num. 33.*
*Ecclesia Romana Dominum repræsentat num. 34.*
*Legatum Ecclef. factum præsumitur factum contemplatione Christi num. 35.*
*Ecclesia omnes ab Ecclesia Romana emanarunt num. 36.*
*Legatum annuum factum contemplatione seruitutis, quæ fit Ecclesiæ ea cessante cessat legatum num. 37.*
*Legatum factum dignitatis illud debetur etiam mutata persona num. 38.*
*Legatum alimentorum debetur, tam à primo, quam à secundo hærede viuente legatario num. 39.*
*In legatorum interpratatione consideranda sunt verba testatoris, an illa demonstrat., an vera restrictionis causa expressa sint num. 40.*
*Legatum annuum factum Ciuitati ea destructa finitū legatum censetur num. 41.*
*Perpetuum dictio respectu Ciuitatis, vel Oppidi dicitur donec ea durat num. 42.*
*Defficiente onere præstandi auxilium debet etiam defficere comodum exonere inductum num. 43.*

## Lagatum annuum Ecclesiæ relictum, an extinctum, & finitum dicitur longissimo cursu annorum centum. Cap. CLXXXIV.

CERTA conclusio in iure est, vt
hæres minus grauatus præsuma-
1 tur, quàm fieri potest *Tex. in l. cum*
*qui ita in princip. de verb. obligat. l.*
*si quis testament. 82. & ibi Iaf. ff. de*
*legat. p. l. meuia ff. de legat. 2. Alex.*
*in l. stipulatio ista §. in stipulationibus ff. de verb.*
*oblig. Card. Mantic. tr. de coniect. vlt. volunt. lib. 7.*
*tit. pr. num. 27. & lib. 9. tit. 9. num. 28. Gratian.*
*lib. p. discept. forens. cap. 70. num. 2.* & in specie,
2 quod legatum debeat regulariter strictè interpretari
*est Tex. in l. vnum ex familia §. si rem ff. de*
*leg. 2. & in l. nummis 73. ff de lega. 3. Dec. in l. in*
*testamentis ff. de reg. iur. Crau. cons. 86. num. 7. &*
*Natta cons. 420. num. 27. quos sequitur Gratian. cit.*
*cap. 70. numer. 3.* Hinc decidit Bal. *in l. annua §.*
*Titium ff. de annuis legatis*, quòd legatum annuū
3 factum in perpetuum restringi debet ad cen-
tum annos tantum, Quam decisionem proce-
dere etiam si legatum factum esset Ecclesiæ,
4 probat *Bartol. in l. si vsufructus municipibus prope*
*finem ff. de vsufr. legato*, & Ita se consuluisse, &
obtinuisse scribit *Alex. in l. 2. col. pr. propè finem*
*ff. sol. matrim. et cons. 60. lib. p. ac cons. 86. eodem*
*lib. pr.*
Hanc conclusionem sequitur *Lancel. Dec. in d. l. 2.*
*in principio ff. sol. matrim. post Annan. cons. 39. et*
*amplectitur Cotta in eius memoriali verbo perpetuum*
*vers. proinde*, Vbi tradit in practica non esse
recedendum ab opinione Bartoli confirmata
per Alex. Prout eandem sententiam sequitur
Cephal. *cons. 268 num. 25. Turettus cons. 26. num.*
*6. Surd. cons. 123. nu. 16. et tr. de alimen. tit. 5. qu. 6.*
*num. 16. cum duobus seqq.* Vbi probat, quòd si-
cut legatum, continens perpetuam præstatio-
5 nem, si relinquatur Ciuitati, siuè Communita-
ti finitur cursu centum annorum per *l. penult.*
*et ibi glos. ff. de annui lega. Tex. est etiam cum glos.*
*in l. si vsufruct. municipibus ff. de vsufr. leg.* Cum
legatum annuum, & legatū vsusfructus æqui-
6 parentur *l. et in singulis l. 2. ff. de annuis lega.*
Homoq; præsumatur viuere vsq; ad centum
7 annos, Ita ius Ciuitatis durat centum annis
secundum Bal. *in d. l. an vsusfructus ff. de vsufr.*
*Alex. dict. cons. 60. circa medium lib. p.* quemadmo-
dum perpetuum illud dicimus, quod durat
8 centum annos; vt probat *Bald. in cons. 126. lib. 5.*
De AEQVITATE, tamen verior, & commu-
nior est contraria sententia, nempè fauore
Ecclesiæ annuum legatum durare adhùc post
9 centum annos, & consequenter minimè posse
10 præscribi etiam longissimo tempore centum
annorum, vt exponit *glos. in cap. possessores 16.*
*q. p. et glo. in cap. Tua in fin. de his quæ fiunt à Prela.*
*sine consensu capituli, et Tex. in l. annuam, ac in l. pe-*
*nult. ff. de annuis legatis*, Quam cōclusionem ex-
presse probant Doctores *in l. in analibus C. de le-*
*gatis Barbat. cons. 20. lib. 4.* qui contra Alex. res-
pondit in eodem facti speciè de qua in *all. con.*
*60. lib. p. Ias. in d. l. 2. in princip. ff. sol. matrim. et in*
*d. l. in annalibus circa medium C. de legatis, ac in l.*
*videamus § deferrè col. 2. ff. de in litem iur. Socin. in*
*l. 3. § fin. num. 6. vers. et ex his ergò ff ad l. falcidiam.*
Et hanc conclusionem sequitur Didacus *lib. 3.*
*variar. resol cap. 9. num. 10.* Vbi latè hanc partem
deffendit, attestando post Albericum, quòd
11 de consuetudine ita seruatur *Ruger. in dicta l.*
*si vsusfructus ff. de vsufr. Viuius in eius commun. opi.*
*verbo legatum Pancirol. cons. 135. Rimin. iun. cons. 19.*
*lib. 2. Simon. de Prettis de interpratat. vlt. volunt.*
*lib. 4. cap. fin. num. 12. fol. 476. ample Iacobus Ve-*
*net. tr. de annuis præstationibus par. 2. q. 38. registr.*
*in tom. 6. par. 2. tract. diuers. fol. 256. num. 3.* Vbi
hanc conclusionem veriorem esse tradit, nisi
aliud sentijsse testatorem appareret, quam ta-
men dupliciter limitat.
Et primo quando legatum factum esset de fructi-
12 bus annuis alicuius certi fundi, quia hoc le-
gatum perindè accipiendum est ac si vsusfruc-
tus fundi fuisset legatus per *Tex. in l. cum Ita*
*legatum in fin. ff. de vsufr. legato*, Sicut ergò ex-
pirat legatum vsusfructus spacio centum an-
norum ne inutilis reddatur proprietas *Tex. est*
13 *in l. si vsusfr. ff de vsufr. legato, et l. 3. §. ne tamen ff.*
*de vsufr.* Ita etiam expirare videtur istud le-
gatum eodem spatio, vt probat Venet. locō
rel. num. 4.
Secundò, limitatur quando testator imposuisset
onus perpetuum infrascriptis hæred. nam
tunc propter illud verbum infrascriptis onus
extin-

14 extingueretur in persona priorum hæredum,
& sic ad illud non tenerentur hæredum hære-
des arg. *l. cum filio impuberi iuncta l. quo liberis §.
bas verba ff. de vulg. et pupil.* Vbi per ista verba
quisquis mihi hæres erit filio meo impuberi
hæres esto non admittitur hæres hæredis, quia
15 non est scriptum in testamento; quod requi-
ritur, vt probat Io. Crottus *in repet. l. 2. n. 3. ff.
sol. matrim. quem sequitur Venet. d. q. 38. in fine.*
Hanc vero principalem sententiam sequitur etiã
*Muta ad consuetud. Panormit. cap. 76. num. 59.* vbi
testatur ita practicari Copiosè Peregr. *de fidei-
commiss. art. 30. num. 11.* qui testatur ita seruari in
foro Patauino, ac loculentissimè *Gratian. decis.
Rote Marchia 22. num. 4. et lib. p. discept. forens. cap.
131. n. p. cum seq.* Qui num. 4. expræssè tradit le-
gatum dici restrictum ad primos hæredes
16 quando iussit legatum solui per infrascriptos
hæredes, & ibi apertè probat Gratian. hanc
opinionem esse AEQVIOREM tanquam
magis fauorabilem Ecclesiæ pro qua in dubio
17 est iudicandum Bal. *cap. in præsentia col. pen. de
probationibus Tiraq. tr. de Pia causa priuil. 98. in fine.
et probat ibidem Gratian. num. 2. et in cap. 88. nu. 6.
lib. p. ac in citata decis. 22. num. 5.*
Quinimò eandem conclusionem procedere etiã
in legatis annuis factis personis priuatis, quo-
rum tempus, & vigor durare etiam post centũ
18 annos decidit *Tex. in l. Annalibus C. de legatis*
Etiamsi in ijs non ita plena, & ampla fiat inter-
pretatio sicut in legato facto *Ecclesia l. heredi-
19 tatem ff. ad l. falcid.* præsertim si legatum ipsum
factum fuisset cum dictione perpetuum, quia
20 tunc illud absolutè durare post centum annos
probat Dilectus *de arte testandi tom. 6. de legat.
caut. 17. Foler. de censibus sub num. 76. vers. census
enim dici solet Panci rol. cons. 195. Tiraquel. de priu.
Piæ causæ tit. priuil. 90. quos sequitur Gratian. all.
decis. 22. num. 7. et 8.* Cum magna sit differentia
21 inter spatium centum annorum, & perpetuum,
quod intelligi debet in infinitũ secundum pro-
prietatem dicti verbi *Alber. in eius dictionario
verbo perpetuo Rimin. Iun. cons. 219. nu. 32 Gratian.
cit. cap. 131. num. 14.* Quia licet infinitas sit eui-
22 tanda *cap. cum in multis de rescript. lib. 6.* Tamen
tolleratur vbi verba sunt apta ad illam indu-
23 cendam *Beron. cons. 155. lib. p. et Gratian. all. decis.
22. num. 10.* Et si dictio perpetuum regulari de-
24 beat secundum subiectam materiam, vt con-
cludit *glos. sing. in cap. ta enim in verbo perpetuum
20. qu. 2. Corn. cons. 59. col. p. vers. & verbum lib. 2.
et tradit Costa in d. memorial. verbo perpetuum.*
Nihil penitus releuare si legatum factum fuit
expressa causa, vt eius Anima liberetur à Pur-
gatorio, quòd idcirco spatio centum annorum
25 finiri tradit Simon de Prettis *de interpretat.
vlt. volunt. lib. 4. cap. fin. num. 12. fol. 476. post
Acoltum cons. 91. nu. 23. registr. inter consil. diuers.
vlt. volunt. lib. 2.* ea ratione quod tanto tempo-
re præsumatur liberata anima testatoris à pæ-
26 nis Purgatorij, vt tradit Sotus *super 4. sentent.
distinct. 19. qu. 3. art. 3.* qui decem, aut viginti
tantum annis in purgatorio animas detineri
scribit Martinus Riualdus in *Candelabro aureo
tit. 10. de purgat. num. 16.* Quoniam tuta minimè
est huiusmodi opinio tanquam incertissima;
27 Quippe expresse ea reprobatur per Card. Bel-
larmin. *controu. tom. pr. de Purgatorio lib. 2. cap.
9. vers. præter hos errores*, Prout eandem Sotti
opinionem reprobat Enriquez *in summa lib. 7.
de indulgent. cap. 16. §.* Qui tradit Sotum temere
28 loqui contra morem Ecclesiæ, quæ erat pro
certa anima vltra ducentum annos subdens,
quod quidam insignis Prædicator fuit in S.
Officio Inquisitionis detentus, & conatus se
retractare, eo quod retraheret viros à missis
offerendis, quodq; aliquot Sancti Patres si-
gnificant quarundam animarum pœnas vsq; ad
29 diem Iudicij duraturas, vt etiam latè docet
*Diana par. 4. resolu. moral. tr. 8. resol. 10. in fin.*
Inter quos Beda *lib. 3 Histor. Eccl. c. 13. post medium*
refert de quodam, qui mortuus resurrexerat,
& narrabat horrenda de flammis feruentibus
30 & frigoribus rigidis, & de Valle, in qua casti-
gandæ sunt animæ illorum, qui differentes
confiteri peccata, & emendare scelera sua,
in ipso tandem mortis articulo ad penitentiã
confugiunt, qui tamen quia confessionem, &
pœnitentiam in morte habuerunt, in die Iudi-
cij ad Regnum Cælorum peruenient, vt latè
scribit *Gratian. cit. decis. 22. num. 13. cum plur. seq.*
Vbi multa alia tradit de hac materia, & præ-
sertim quia obseruetur circa anniuersaria ce-
lebranda in Capella Summi Pontific.
Qui auctor tandem *num. 19. vers. ex prædictis* con-
cludit, AEQVIVS esse, vt præstetur legatum
etiam post centum annos, quamuis sit factum
per defunctum pro eius anima, Quia vbi te-
statoris anima vlterius non indigeret his suf-
fragijs, ea tamen minimè amittuntur, quia
oratio nostra in sinu nostro conuertetur, &
31 huiusmodi suffragia proderunt alijs existenti-
32 in purgatorio; non autem damnatis *summa
Angel. in verbo suffragia in fine Nauar. de Iubil. &
indulg. notab. 12. num. 46. vers, ad secundum.*
Si verò factum esset annuum legatum vni Eccle-
siæ, quæ deindè fuit destructa, an legatum ip-
sum extinctum æque censeatur; Et licet in hac
33 questione variant scribentes; Communis
tamen est opinio Doctorum illud legatum
adhuc durare non obstante destructione Ec-
clesiæ, siuè Monasterij, Quia pro eo capit Ec-
clesia Romana, quæ Deum repræsentat *Bal. in l.
34 hæreditas in vlt. qu. ff. de hæred. instit. Bar. in l. fin. nu.
22. vers. quæro quid sit ff. de colleg. illic Felin. in cap.
cum dilecta in vlt. col. de rescript. Alex. in l. heredi-
tatum in vlt. not. ff. ad l. Falcid. quos sequitur Cotta
in d. eius memor. verbo absenti post mediũ, & verbo
perpetuum vers. proindè singuli pariter post medium
Surd. de alim. tit. 5. qu. 6. num. 24. vers. videtur ta-
men Gratian. sæpius all. cap. 13. num. 15. Peregr. de
fideicom. ar. 11. num. 64.* quia superest Christus
35 cuius contemplatione præsumitur factum le-
gatum, & remanet Ecclesia Romana à qua cæ-
tere

tere Eccleſię emanaruat vt poſt Felinum idem
36 probat *Gratian. num.* 16. *&* 21. Vbi diſtinguit
inter legatum alimentorum, & legatum annum certæ ſummę, vel rei, Quia primo caſu
cum huiuſmodi legatum factum cenſeatur
contemplatione eorum qui Eccleſię inſeruiunt
deſtructa Eccl. & ſic ceſſante ſeruitute ceſſat
37 relictum, vt probat in terminis *Surd. de alim.*
*tit.* 5. *qu.* 6. *num.* 25. Secundò, autem caſu legatum
debetur ſemper Eccleſiæ Romanæ, vbi deſtructa ſit Eccleſia, cui factum fuit legatum.
Quemadmodum legatum annuum factum dignitati non perſonæ, vt puto, Prætori ſiuè Præſidi, aut Præpoſito, adhuc illud duraret, muta-
38 ta perſona in ipſa dignitate, & ſic in perſona
ſucceſſoris, vbi ſe non reſtrinxerit Teſtator
ad inſtitutos hæredes probat idem Gratian.
*cit. cap.* 131. *num.* 4. *cum ſeq. poſt Surdum de alim.*
*tit.* 5. *qu.* 6. *num.* 26. *&* 27. *at tit.* 9. *qu.* 13. Qui
tamen Gratianus *num.* 7. declarat concluſionem videlicet legatum alimentorum eſſe perpetuum durante vita legatarij, quamuis ſim-
39 pliciter fuerit relictum, & illud eſſe præſtandum, tam à primo, quàm à ſecundo hærede
modo viuat legatarius, & hoc fauore alimentorum *ex Bart. in l. mela in princip. ff. de alim. & cib.*
*legatis Iaſon. in d. l. p. in fin. verſ. in ſecunda parte C.*
*de legatis.*
Et tunc bene conſideranda ſunt verba teſtatoris
41 (viuente ſcilicet legatario) an dum fecit
mentionem de legato ſoluendo per infraſcriptos eius hæredes, & verba protulerit cauſa de-
40 monſtrationis, an verò reſtrictionis cauſa, vt
concludit Corneus *conſ.* 69. *lib.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 12. *num.* 70. *verſ. ſecundo ſublimita, Surd.*
*d. tit.* 5. *qu.* 6. *num.* 26. *tr. de alimentis quos ſequitur*
*Gratian. cap.* 104. *& all. cap.* 131. *num.* 10. *cum ſeq.*
Et vbi legatum annuum factum eſſet Ciuitati, ea
51 deſtructa, extinctum dicitur legatum *Ripa in l.*
2. *num.* 4. *verſ. benefateor ff. ſol. matrim. Menoch.*
*conſ.* 106. *num.* 98. Quia perpetuum reſpectu
42 Ciuitatis dicitur donec ea durat, Barbatia
*conſ.* 20. *col.* 4. *Roma conſ.* 417. Vbi inquit quod
promiſsio cenſus facta Ciuitati, vel Oppido
illis dirutis cenſetur reſoluta, Cū ceſſet cauſa
defenſionis ob quam videntur promittentes
43 illam feciſſe, vnde defficiente onere pręſtandi
auxilium debet etiam deficere commodum ex
onere inductum *l. cuius ff. de annuis legatis l. qui*
*sub prætextu C. de Sacroſ. Eccl. Iaſ. in l. p. num.* 61.
*verſ. vltimo adde ff. de offitio eius, & hanc ſententiā*
*ſeqitur Surd. de alim. tit.* 5. *qu.* 6. *num.* 21. *cum ſeq.*

## *SVMMARIA.*

*Melius eſt non ſoluere quã ſolutum repetere num.* 1.
*Fideiuſſor ſoluens non oppoſitis exceptionibus, quæ ſibi competunt non habet mandati actionem num.* 2.
*Quod tamen procedit ſi fideiuſſor edoctus eſt de facto ex quo oriatur exceptio nu.* 3.
*Fideiuſſor non tenetur proponere exceptiones non reſpicientes factam, quæ dicuntur de Apicibus iuris num.* 4.
*Exceptiones omnes competentes principali regulariter competunt etiam fideiuſſor num.* 5.
*Promiſſum ſub ſpe futuræ numerationis tacitam habet conditionem ſi pecunia fuerit numerata num.* 6.
*Fideiuſſor opponere debet exceptionem non numeratæ pecuniæ ſi ea principali competit num.* 7.
*Fideiuſſori competit exceptio diſſolutæ obligationis ſi principali competit num.* 8.
*Fideiuſſori competit exceptio compenſationis, quæ competebat principali num.* 9.
*Exceptio compenſationis opponi poteſt in ſecunda inſtantia, & poſt latam vltimam ſententiam nu.* 10.
*Fideiuſſor opponere poteſt exceptiones competentes principali etiam inuito ipſo principali nu.* 11. *&* 12.
*Fideiuſſor opponere poteſt exceptionem nouationis ſi ea competebat principali num.* 13.
*Fideiuſſori non competit exceptione declinatoria, quæ principali competebat num.* 14.
*Fideiuſſori non competunt exceptio perſonales, quæ principali competebant num.* 15. *&* 16.
*Perſonalis exceptio dicitur minor ætas Clericatus ceſſionis beneficium ac mutatio Status nu.* 17.
*Fideiuſſores accipiantur ad finem, vt ſi principalis non ſit idoneus fideiuſſor teneatur num.* 18.
*Fideiuſſori minoris qui fuit læſus ſui facilitate non competit exceptio, quæ minori debetur num.* 19.
*Fideiuſſori competit exceptio excuſsionis principalis vel cedendarum actionum num.* 20. *niſi principaliter ſe obligaſſet num.* 53. *cum ſeq. &* 76. *& vbi principalis eſſet abſens numer.* 22. *vel habitaret in aliqua Arce num.* 23.
*Exceptio excuſſionis dicitur exceptio ordinis num.* 21.
*Exceptio excuſsionis dicitur de apicibus iuris num.* 24. *reſpectu ordinis, ſiuè poſterationis nu.* 32. *contrar. quoad preiudicium, eàm fideiuſs. quàm poſſeſs. n.* 33.
*Exceptio excuſſionis ad inuenta fuit ad rigorem iuris conſeruandum num.* 25. *contrar. num.* 37.
*Exceptio excuſſionis reicitur in caſibus in quibus proceditur ſummariè de plano nu.* 26. *contrar. verius n.* 28. *contra num.* 34.
*Excuſſionis exceptio nõ admittitur inter mercatores n.* 27
*Excuſſionis exceptio non admittitur ab arbitratore nu.* 21. *&* 30 *contrar. verius num.* 36. *&* 38.
*Principalis de æquitate prius conueniri debet num.* 31.
*Exceptio excuſſionis opponenda per modum intereſſe non per modum proteſtationis num.* 35.
*Ius Canonicum reicit apices iuris ciuilis num.* 39.
*Exceptio excuſſionis fortius opponi poteſt à tertio poſſeſſore num.* 40. *&* 41.
*Excuſſionis exceptio opponi poteſt per tertium poſſeſſorem etiam contra mulierem agentem hypothecaria actione per eius dotibus num.* 42.
*In dotis cauſa proceditur de bono, & æquo num.* 43.
*Excuſſionis exceptio quæ competit tertijs poſſeſſoribus continere dicitur Equitatem num.* 44.
*Excuſſionis exceptio duplex num.* 45.
*Promittens aliquem ſeruare indemnem conueniri non poteſt niſi excuſſo principali debitore num.* 46. *etiam non obſtante renuntiat. beneffitij de fideiuſſoribus num.* 47. *contra num.* 48.
*Exceptio, quæ competit ex legis beneffitio opponi debet ante litem conteſtatam num.* 49. *ſi competit ex conuentione*

*nentione, quia quandocunq; opponi potest num. 50.*

*Fideiussor indemnitatis dicitur ille qui promisit soluere quanto minus principalis soluisset num. 51.*

*Fideiussor indemnitatis non tenetur nisi in subsidium num. 52.*

*Fideiussor qui principaliter se obligauit dicitur excessisse metam fideiussoris indemnitatis num. 54.*

*Fideiussor principaliter obligatus dicitur alter reus cum principali debitore cum sint ambo aequaliter obligati num. 55.*

*Fideiussor principaliter obligatus conuenitur vti principalis non vt fideiussor num. 56.*

*Verba in contractibus esse non debent otiosa num. 57.*

*Fideiussor etiam principaliter obligatus non tenetur ante excussionem quando promissio non esset, nec de presente sed habens tractum in futurum, & ad summam determinatam secus si ad summam certam numer. 58. & 59.*

*Fideiussor indemnitatis obligationi nō dicitur subesse, vbi conditio non est purificata numer. 60. etiamsi iurata esset promissio num. 63.*

*Fideiussor sub conditione non dicitur intercedere per modum conditionis, sed per modum causa num. 61.*

*Negatiuus sermo non finitur in primo actu nec intelligitur de actu primo num. 62.*

*Iuramentum intelligi debet secundum naturam actus super quo interponitur num. 64.*

*Iuramentum recepit omnes conditiones à iure subintellectas num. 65.*

*Fideiussor qui renuntiauit beneficio excussionis non potest eum opponere num. 66.*

*Exceptio excussionis dicitur dilatoria, quae non impedit quin creditor possit experiri, sed suspendi donec debitor principalis excutitur num. 68.*

*Exceptio proposita ante contestatam litem potest probari post contestationem num. 69.*

*Exceptio excussionis clare proponi debet non sub inuolucro verborum num. 70*

*Iudex procedens ad vlteriora dicitur tacitè exceptionem propositam reijcere num. 71. cum seq.*

*Iudicis tacita pronuntiatio sufficit si pendente iuditio probetur debitorem principalem non esse soluendo num. 73.*

*Excussiones exceptio vbi opposita non fuit in causa principali opponi neq; potest in causa appellationis n. 74.*

*Fideiussores in Dominio Mediolani passim vti principales obligantur num. 75.*

*Fideiussor principaliter obligatus licet non possit excussionis exceptionem opponere non tamen impeditur interim agere valeant contra confideiussorem eque obligatam num. 77. & 78.*

*Nummularij, et argentarij opponere nō possunt exceptionē excussionis num. 79.*

*Filius obligatus per Patre non potest opponere exceptionem excussionis num. 80.*

*Fideiussor in 16. alijs casibus opponere nequit beneficium cussionis num. 81.*

*Excussionis exceptio non admittitur in saluiano interdicto num. 82.*

*Excussio omittitur quando obligatio fuit suscepta in forma Camerae num. 83.*

*Fideiussores etiam praestantur ratione offi ij num 84.*

*Offitiales tenentur de omnib. contractibus, siuè maleficijs contractis tempore offi ij num. 85.*

*Fideiussores officialium non tenentur ad debita quae contraxerunt offitiales durante officio num. 86. nisi fideiussio in omnem casum esset concepta num. 87. vt in Catalonia num, 88.*

*Fideiussores offitial. non tenentur ad paenam corporalem num. 89. sed tantum pro paena pecuniaria n. 90.*

*Offitiales qui tenētur per eius familia intelligitur ciuiliter tantum num. 91. & sic pro pena pecuniaria tan ū num. 92.*

*Excussionis exceptionem opponere offitialis qui tenetur pro eius familia num. 93.*

*Offitiales perpetuus quandocunq; potest sindicari, secus biennalis n. 94. nisi Principis auctoritate nu. 95.*

*Fideiussor pro offitiale non tenetur quando ante tempus sindicatur num. 96. sed contra ibidem, & num. 99.*

*Iudicis mutatio non mutat iuditium num. 97.*

*Fideiussores differentia coram vno Iudice, an teneatur coram alio num. 98. & 99.*

*Fideiussor per offitiale tenetur etiam si Iudicis nomen coram quo obligatus est fuisse expressum num. 100.*

## Excussionis exceptio deducta per fideiussorem, vt scilicet priùs excuciatur principalis, an sit admittenda in casibus in quibus proceditur de plano, & sola facti veritate inspecta vel de AEQVITATE.

## Cap. CLXXXV.

FIDEIVSSORIBVS multae competunt exceptiones, ne ad soluendum creditoribus cogantur, cum eorum magis intersit non soluere, quàm solutum repetere *arg. l. 3. ff. de compensationibus Aret. in l. si cui legetur §.*
1 *si Titio num. 5. in 3. notab. ff. de legat. pr.* Quippè
fideiussor soluens non oppositis exceptionib.
2 quae sibi competunt ex persona sua vel principalis debitoris aduersus eum non habet mandati actionem *l. si fideiussor. ff. mandati Alba cons. 82. in fine lib. p.* Quod tamen procedit si fideius-
3 sor sciat factum ex quo exceptio nascitur, & illud possit probare *d. l. si fideiussor vers. non tractabitur Alex. cons. 57. num. p. lib. p.*
Prout exceptiones non respicientes factum, quae
4 dicuntur de apicibus iuris proponere non tenetur fideiussor *d. l. si fideiussor §. quaedam ff. mandati Bal. in l. si pro ea num. 13. vers. venio* ad secundam partem C. eodem tit.
Exceptiones autem omnes competentes principali regulariter competunt etiam fideiussori
5 *l. 2 §. p. & l. omnes ff. de exceptionibus, & l. deffensiones C. eodem tit. ac l. si quis postquam iuncta l. vbicunq; ff. de fideius. Sylvester Aldobrand. cons. 75. num. 37. Gratian. lib. 4. discept. forens. cap. 799. num. 53.* Quae regula locum praesertim habet si exceptio, rei cohereat, vel causae, sicuti est ex-
ceptio

ceptio non numeratæ pecuniæ, Quia cautio
promissa sub spe futuræ numerationis, tacitā
habet conditionem, si pecunia fuerit numera-
6 ta *l. vlt. de non numer. pecun.* Idcirco si principa-
lis potest se tueri hac exceptione, quod pecu-
nia non sit numerata, fideiussor quasi ex defec-
7 tu tacitæ conditionis defenditur *l. tam manda-
tori, & ibi Bal. num. 3. de non numer. pecun.*

Cui fideiussori idcirco competit exceptio disso-
lutæ obligationis ipso iure, vel ope exceptio-
8 nis, quæ principali competebat *l. ex persona ff.
de fideiuss. l. exceptiones, quæ §. rei autem coheren-
tis ff. de exceptionibus, & l. p. §. exceptiones ff.
quarum rerum actio non datur Bald. in d. l. tam
mandatori sub numer. 4. vers. quandoq. reus de non
numer. pecun.*, Sicuti eidem etiam competit
exceptio compensationis, quæ competebat
9 principali, Cum qui compensat videatur sol-
uere *l. si debitor ff qui potior in pignore habeat, &
late probat Card. Mantic. tr. de tacit. & ambig. lib.
16. tit. 15. num. 9. cum plur. seq.* qui numer. 12.
scribit exceptionem hanc posse opponi etiam
in secunda instantia, & etiam post latam vlti-
10 mam sententiam, dum illius petitur execu-
tio post *Affl. decis. 121. num. 3. & Paris. cons.
121. num. 18. lib. p.* Prout num. 14. tradit idem
Card. Mantic. regulam ipsam locum habere
etiam inuito ipso principali debitore per *l. fide-
11 iussori. & l si stipulatus esset ff. de fideiuss. Paris. cit.
cons. 121. num. 9. & 10. lib. p.* Et etiamsi ipse
principalis, ea exceptione vti minimè posset
ex aliquo accidenti, vt puta si esset excommu-
12 nicatus, vt explicat *Paris. cit. cons. 121. numer.
10. in fin.*

Qui fideiussor opponere etiam potest exceptionē
nouationis si principalis post susceptam obli-
13 gationem à fideiussore nouauit obligatio-
nem sine interuentu fideiussoris, quia tunc ip-
so iure prior obligatio dicitur extincta *§. præ-
terea instit. quibus mod. tollitur obligatio Rota decis.
pr. in antiquis tit. de deposito*, & sic extra, ea quæ
competunt principali, vt prorogando termi-
num debitori ad soluendum sine fideiussoris
interuentu, vt probat *Specul. in tit. de fideiussio-
nibus §. pr. vers. illud autem*, Præsertim si interim
principalis effectus est pauper siuè deterioris
conditionis *Felin. in cap. de causis num. 6. de offitio
deleg.* Quamuis conclusionem ipsam reprobat
Alex. Trentacinq; *lib. 3. var. resol. tit. de fideius-
soribus resol. p. num. 3. præsertim vers. secundo de-
claratur post medium.*

E contra vero declinatoria exceptio fori, quæ
competit principali, Minimè competit fide-
iussori *Tex. est in l. sed & si restituatur §. pr. ff. de
14 Iudic. & l. si reus ff. iudic. solui Roma singul. 627.,
& Affl. decis. 206. num. 2.* Non enim procedit
regula ipsa in exceptionibus personalibus,
15 quæ coherent personæ principalis debitoris
*Bald. in d. l. tam mandatori num. 2. ff. de non numer.
pecun.* Quia exceptiones quæ sunt inseparabi-
16 les à persona debitoris, Non possunt prodesse
fideiussori *l. vbicunq; ff. de fideiuss. & scribit Bal.
in all. l. tam mandatori num p.* Vt est priuilegium
Clericatus, & minoris ætatis, beneficium
17 cessionis bonorum, Vel mutatio status, vt
inquit Mantic. *cit. tit. 15. num. 19. & 20. cum
seq; ac num. 26.* Ad hunc enim finem accipiun-
tur fideiussores, vt si principalis debitor non
sit idoneus facultatibus à fideiussore conse-
18 qui posit creditor, idquod sibi debetur *l. fi-
deiussor, & l. stipulatus esses ff. de fideiussionibus, &
§. vlt. instit. de reput. Silua cons. 24. num. pr.*

Quamuis etiam vbi principalis esset minor, si
læsus ille fuisset sui facilitate non compete-
19 ret illud beneficium restitutionis fideiussori,
Si verò læsus fuisset ob dolum creditoris, tunc
etiam fideiussori prodesset restitutio *l. p. & 2.
& ibi Bart. Bal. & alij ff. de fideiuss. maior.*

An autem fideiussori competat exceptio excus-
sionis principalis, antequam ille molestari pos-
sit, Vel cedendarum actionum, Affirmatiuè
20 respondet Vlpianus *in l. nisi, & ibi glos. et Bart.
ff. de pactis, & probat Card. Mantic. d. tit. 15. num.
24.* Vbi inquit ex AEQVITATE, suffragari
fideiussori huiusmodi exceptio excussionis.

Exceptio enim huiusmodi dicitur exceptio ordi-
nis ab Imperatore inducta, ne fideiussor, qui
21 alienam suscepit obligationem posit prius
conueniri quam cognoscatur, an principalis
debitor sit idoneus facultatibus, & quatenus
posit debitum proprium soluere *§ si quis igitur
in Auth. de fideiuss. ex quo sumitur Auth. præsente
22 eodem tit.* Vbi tamen reus principalis sit pre-
sens, Quia eo absente potest validè conueniri
fideiussor non facta excussione principalis *§.
non solum in dict. Auth. de fidei uss. Rimin. iun.
cons. 402. num. 16. post Alex. cons. 84 num. 8. lib. 3.*

Idem intelligitur, si principalis absens verè non
esset, sed habitaret in aliqua arce, Itaut diffi-
23 cile conueniri posit *Bald. in l. 2. ff qui satisdare
cogantur Felin. in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ numer.
110. de constit. Gratus cons. 87. num. 24. lib. pr. quos
sequitur Card. Mant. dicto lib. 16. tit. 16. n. 2. de tacit.
& ambig. par. 2.*

Quæ exceptio cum dicatur de apicibus iuris dic-
24 ta *l. fideiussor §. quædam, & ibi Bart. ff. mandati idem
Bar. in l. pr. in fine ff. de condit. indeb. & in l. cum quis
in fin. C. de iuris, & facti ignor.* Vbi scribit hanc
exceptionem fuisse adinuentam ad rigorem
25 iuris conseruandum, quia non tendit ad peri-
mendam obligationē, & excludendā actionē
sed ad effectum vt alius prius conueniatur, vi-
detur dicendum eam esse reicendam in casib.
26 in quibus proceditur summarie de plano, sine
strepitu, & figura Iudicij, vel de AEQVITA-
TE *l. si mancipium §. pr. & ibi glo. ff. de empt. & ibi
Bal. in apostil. Alex. cons. 114. num 9. lib. 6. Roma
cons. 416. num. 4. in fine & cons. 430. in fin. Socin.
sen. cons. 24. num. 48. lib. p. Dec. cons. 27. numer. 8.
vers. secundo respondetur*, Ex quo scribit Boet.
*decis. 221. num. 15.* hanc exceptionem non ad-
27 mitti inter mercatores, Cum in eorum Curia
procedatur de AEQVITATE, vt probauimus
superiori lib. *cap. 6. num. 12.*

Contrarium

Contrarium tamen de AEQVITATE verius
est exceptionem scilicet excussionis posse
etiam opponi in iuditio summario in quo
28 proceditur sola facti veritate inspecta, & de
plano sine strepitu, & figura iudicij, Namque
verior est opinio, quòd exceptio hæc magis
procedit ex AEQVITATE, quam de rigore
iuris vt colligitur ex *l. Moschis ibi AEQVVM*
*putauit ff. de iure Fisci, & apertè sentit Bal. in l. vlt.*
*§. sed, et si quis num. 5. ff. commun. de legatis*, dum
inquit ordinē excussionis, non esse omittendū
29 ab arbitratore (licet ille procedat secundum
AEQVITATEM.) Quia hic non est ordo ip-
30 sius arbitratoris, sed partium, vt confirmat
*Corn. cons. 218. num. p. & cons. 55. num. 28. lib.*
*3. Io. Crottus in repet. l. si constante num. 100. vers.*
*secundo quærit Bart. ff. sol. matrim. & in l. pr. §. si*
*quis simpliciter in secunda lect. num. pr. et 2. ff. de*
*verb. oblig. quod etiam tradit Purpur. cons. 462.*
*num. 36. cum sequ.*

ÆQVVM est enim tueri fideiussorem, qui alie-
nam suscepit obligationem, Cum maximè nō
agatur de præiuditio creditoris, & AEQVI-
TAS magis suggerit, vt debitor principalis
qui comodum percepit prius conueniatur, si
31 sit soluendo, quam fideiussor *l. Sancimus C. de*
*fideiuss. Alciat. cons. 5. num. 9. lib.* 8. Quod ab
Imperatore Iustiniano suggerente AEQVI-
TATE constitutum est *in d. §. si quis igitur in*
*auth. de fideiuss. & in dicto Auth. præsente C. eo-*
*dem*, & Ita obseruati per Senatum Taurinensē
testatur Osasc. *decis. 2. in fine ac sequitur Card.*
*Mantic. cit. tit. 16. sub num. 4. vers. sed et si æquius*
*post principium, et num.* 7. Qui seq. num. 5. tra-
dit exceptionem ipsam dici posse de apicibus
32 iuris respectu ordinis, siuè pro posterationis,
sed quod præiuditium, tàm fideiussoris, quàm
possessoris, non potest dici de apicibus iuris
33 cum ex AEQVITATE concessa sit per *d. l.*
*moschis ff. de iure Fisci* idcirco per clausulam so-
la facti veritate inspecta, cùm similibus licet
34 posset dici reiectam esse solemnitatē discus-
sionis, Non tamen intelligitur sublata discus-
sio ipsa, quæ nititur AEQVITATE, vt probat
Castrens. *cons. 327. num. 3. vers. concludo lib. 2.*
qui loquitur de fideiussore, & ideò exceptio
hæc excussionis opponi debet per modum
35 interesse, non per modum præposterationis
ordinis, vt post alios eleganter tradit *Crau.*
*cons. 263. num. pr. vers. ad hanc difficultatem*, &
ità obseruari in Ducatu Sabaudiæ in causis in
quibus proceditur sola facti veritate inspecta
testatur *Georg. Natta in repet. clement. sæpè col.*
*88. vers. et prædicta faciunt de verb. signif. et se-*
*quitur Purpur. all. cons. 462. num. 36. cum sequenti,*
*et Crau. citato cons. 263. sub num. 6. vers. non ob-*
*stat auctoritas*, qui respondet ad contrariam
partem tenentes, & num. 3. subijcit conclusio-
nem ipsam etiam procedere in causis coram
36 arbitratore pendentibus etiam si ille ex bono
& AEQVO cognoscat.

Hanc sententiam amplectitur Claudius de Seise-
*la in repet. d. l. si constante num. 56. cum seq. ff. de*
*soluto matrim. et in l. exitus in fin. ff. de acquir. pos-*
*seß. ac in l. decem num. 11. et 12. ff. de verb. oblig.*
qui tradit hanc exceptionem ordinis, non esse
de rigore iuris, sed de AEQVITATE, &
37 quamuis esset de apicibus iuris, adhuc tamen
38 posse eā opponi scribit quia à iure pontificio
admittitur *cap. 2 cum gl. de fideiuß.* à quo apices
39 iuris ciuilis reiciuntur *cap. dilecti de Iudic. vt*
*subijcit idem Claud. in all. l. si constante num.* 58. *et*
*copiosissimè scribit Card. Mantic. citato tit. 16. num.*
*5. cum plur. seq.*

Eo fortius autem opponi posse constat hanc
exceptionem excussionis à tertio possessore
40 aduersus creditorem, qui agit hypothecaria
iuxtà *Auth. hoc si debitor C. de pignor.* de qua ma-
teria expressè actum fuit supra pleno *cap.* 114.
Quia exceptio hęc à tertio possessore deduc-
41 ta longè maiorem continet AEQVITATEM
Cum possessor conueniatur, qui nullo iure est
obligatus, & ius suum tuetur de qua exceptio-
ne propriè loquitur allegata *l. Moschis ff. de iure*
*Fisci*, quæ quidem est maximè fauorabilis *l. vi-*
*deamus generatim §. si actionem ff. de vsuris*, de
qua exceptione loquitur *Bal. in d. l. vlt. §. sed si*
*quis num. 5. ff. commun. de legatis, et Corneus alleg.*
*cons. 45. num. 28. lib. 3.* Qui scribit hanc exceptio-
nem non solum respicere ordinis præpostera-
tionem, Sed etiam quod possessor non possit
conueniri, neq; re sua priuari, si debitor prin-
cipalis sit soluendo *Card. Mantic. all. tit. 16. num.*
*4. post princip. et vers sed, et si AEQVIVS Alex.*
*Trentacinq; lib. 2. var. resol. tit. de exceptionibus reso.*
*4. num. 10. cum seq. plur.*

Hinc tradunt scribentes exceptionem hanc pos-
se opponi etiam contra mulierem agentem
42 hypothecaria actione pro eius dote aduersus
tertios possessores bonorum mariti; licet
enim in causa dotis procedatur de bono, &
AEQVO *l. iure succursum ff. de iure dotium, et*
43 *diximus in superiori lib. all cap. 6. n. 16.* Attamen
huiusmodi exceptio, quæ competit bonorum
44 possessoribus Continet etiam AEQVITA-
TEM *Bart. et in d. l. p. § si quis simpliciter num. 2. et*
*3. ff. de verb. oblig.* qui testatur hanc esse commu-
nem Doctorum sententiam aduersus Baldum
Nouellum *tr. de dote par. 8. priuil. vlt. contrarium*
*tenentem quem sequitur Card. Mantic. all. tit. 16 sub*
*num. 4. vers. vndè hæc.*

Duplicem verò esse exceptionem excussionis
scribit *Card. Mantic. numer.* 8. Alteram scilicet
45 esse, quæ oritur ex verbis promissoris, seù
tenore conuentionis; Alteram autem indu-
ci ex dispositione legis; Si quis enim promit-
tit aliquem seruare indemnem, ex verbis pro-
missionis concipitur non posse eum conueni-
ri, nisi prius debitor principalis excuciatur
46 *l. vlt. ff. si certum petatur Bald. in cap. ex rescripto*
*num. 2. vers. Item quia de iure iur.* Quod adeò ve-
rum est, vt quamvis renunciet benefitio de fi-
deiussoribus, Non tamen excussio omitti pos-
47 sit quia in hac renuntiatione non continetur

l. pr. C. de conuenlendis Fisci debitoribus, et ibi Bar.
ae in l. quaero ff. locati, et Bal. in l. p. C. de reuoc. ijs, quæ
in fraud. cred. et sequitur Roma cons. 21. num. 2.
et cons. 241. num. 6. Alex. cons. 32. num. pr. cum
seq; lib. 4. et cons. 29. num. 22. lib. 7. Rimin. sen.
cons. 448 num. 14. cum seq; et num. 23.

Altera verò exceptio, quæ a lege conceditur, vt
in d. §. si quis igitur in Auth. de fideiuss. et in d. auth.
præsente C. eodem, locum non habet si facta fuit
48 renunciatio beneficcio de fideiussoribus, vt
tradit Card. Mantic. sæpius citato tit. 16. sub num.
8. vers. altera vero, & sic valdè inter se differunt
huiusmodi excepriones.

Prout etiam differunt, quod exceptio, quæ ex
legis beneffitio competit, opponi debet ante
49 litem contestatam Specul. in tit. de excep. §.
dico vers. quid de exceptione Gail. lib. 2. obseru. 27.
num. 3. Quamuis contrarium affirmauit Ias. in
all. l. decem n. 10. Cuius sententiam AEQVIO-
REM esse admittit Gail. num. 3. & quem sequi-
tur Calcan. cons. 29. num. 9. et Port. lib. pr. comm.
opin. conclus. 41. num. 13. Si verò exceptio com-
50 petit ex tenore conuentionis, quandocunq;
opponi potest, vt notat Bart. in d. l. p. C. de con-
uen. Fisci debitor. lib. 10. & tradit Bald. in cap. ex
rescript. num. 2. de iure iur. quos seq. Card. Mantic.
cit. tit. 16. num. 8. in fine.

Fideiussor autem indemnitatis, dicitur ille, qui
51 promisit soluere quanto minus principalis
soluisset, vel illud tantum quod defficeret ex
bonis principalis, vt explicat Vrsil. ad Afflict.
decis. 318. num. 1. & 2. & ante eum Castrens. cons.
239. num. 1. lib. 2. ac nouissimè Card. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. par. 2. Qui fideiuf-
sor indemnitatis non tenetur, nisi in subsidiū,
52 vt post Castrens. probat Ias. in l. decem stipulatus
num. 10. ff. de verb. obligat. Ant. Faber in eius Codi-
ce Fabriano lib 8. tit. 28. definit. 46. et amplè Ben in-
tend. decis. 81. num. 13. cum seq.

Si tamen principaliter, & insolidum se obligasset
huiusmodi fideiussor indemnitatis, tunc etiā
illum teneri non facta excussione videretur,
Quia eo casu, tàm de AEQVITATE, quam
de rigore iuris conueniri potest, non excusso
53 principali, vt probat Marsil. in rubr. de fideiussio-
nibus num. 65. et 70. quem sequitur Gail. obseruat.
28. num. 2. lib. 2. Qui num. 6. scribit Marsilij
opinionem AEQVIOREM, & communiorem
54 esse, Cū eius obligatio excesserit meram fide-
iussoris indemnitatis, & vti principalis se
obligasset vt scribit Carpan. ad Statut. Mediol.
189. num. 85. lib. pr. Dicunturq; tunc duo rei
eiusdem obligationis principalis, & fideiussor
suntq; ambo æqualiter obligati §. fideiussore in
55 Auth. de fideiussoribus verbo fideiussorem vers. idē
dico de constituente, Et vti principalis conueni-
56 tur, non vti fideiussor, absq; alia distinctione
Cum in contractibus, verba esse non debeant
57 otiosa l. si stipulatus ff. de vsuris, at probat Gail.
dicto lib. 2. obseru. 28. num. 6. Franc. decis. 400.
num. 2. Bimius cons. 170. num. 13. & cons. 276. nu.
2. & 7. & cons 329. num. 1. cum plur. seq.

Maximè verò quando obligatio huiusmodi se
referret ad certum debitum siuè quantitatem
Quia tunc, cum obligatio certa esset, conue-
niri posset fideiussor non excusso Principali;
Prout minimè tenetur omissa excussione,
58 quando promissio non esset pura nec de præ-
senti, sed haberet tractum in futurum, & ad
summam indetermiram, & eueniente casu;
Quia tunc etiam obligatus insolidum, cùm
principali molestari non posset eo non excus-
59 so, & antequam de summa certa debiti con-
staret, vt considerat Ias. in citata l. decem numer.
19. ff. de verb. oblig. Quia non purificata condi-
tione, vel liquidata summa non dicitur subes-
60 se obligationem Tex. in all. l. decem ff. de verb.
oblig. et ibi Ias. num. 16. etiamsi Bald. in l. pr. C. de
conuen. Fisci debitor. lib. 10. Vbi tradit quod
fideiussor sub conditione statim ex ea obli-
gatur; quamuis suspendatur illius executio
Quia verè non intercedit per modum condi-
61 tionis, sed per modum causæ Alex. cons. 25.
num. 26. lib. 7. per tex. in l. eum eorum C. de sentent.
Dum Auctor ipse optimis rationibus nu. seq.
docet illam esse natam, licet illius exercitium
ante excussionem impeditur.

Et eo fortius quando verba promissoris sunt ne-
gatiua viz. quidquid ab ipso principali debi-
tore exigere non poterit creditor, Quia ser-
62 mo negatiuus non finitur in primo actu, nec
intelligitur de secundo actu glo. in l. hoc genus ff.
de condit. & demonstr. et ibi Bart. et Castrens. Pro-
ut est Tex. num. 102. in l. sic si stipulatus sum ff. de
verb. oblig. et probat Ias. loco citato num. 21. et 22.

Et quamuis limitant nonnulli conclusionem nō
procedere, quando huiusmodi promissio fi-
63 deiussionis fuit iurata, vt siz. eo casu conue-
niri possit fideiussor non excusso principali
Bal. in cap. ex rescripto de iure iur. quem sequitur
Alex. cons. 32. lib. 4. Attamen minus veram esse
hanc limitationem docet Felin. in eodem cap. ex
rescripto in vlt. col. et probat Ias cit. numer. 22. cum
seq; ea ratione quod iuramentum intelligi
64 debeat secundum naturam actus, super quo
interponitur l. fin. C. de non numer. pecun. Reci-
pitq; iuramentum omnes conditiones à iure subin-
65 tellectas cap. quemadmodum de iure iur. Quam
iuris conclusionē tamen declarat Ias. in l. si cō-
uenerit ff. de iurisd. omn. Iudic. et in l. sed, et si postea
§. item si iurauerit ff. de iure iur.

Idem procederet si fideiussor huiusmodi renun-
tiasset beneffitio excussionis, Quia tunc fru-
66 stra contenderet, vt illa prius fieret Gail. cit.
obseruat. 27. num. 20. et 22. lib. 2.

Exceptio namq; hæc dicitur dilatoria, quæ non
impedit, quin creditor possit experiri, sed
68 suspendit donec debitor principalis excu-
tiatur, Idcirco opponi debet ante litem con-
testatam iuxta veriorem DD. sententiā de qua
Specul. loco proximè citato quem sequitur Card.
Mantic. sub dicto num. 9 vers. vndè, Qui num. 12.
tradit, quod proposita exceptio ante litem
69 constitutam posset probari post litem conte-
statam

sta
ob tam ex Corneo cons. 53. num. 2. in fine vers. non
stat quod hæc lib. 3.

Quæ sanè exceptio clare proponi debet non sub
verborum inuolucro vt probat Silvester Aldo-
70 brand. cons. 67. num. 14. cum seq. lib. p. & sequitur
Card. Mantic. loco relato nu. 9. in fine, qui sequenti
num. docet, quod vbi actor replicauit excep-
tionem ipsam non esse admittendam, & Iudex
ad litis contestationem processit; iuditium
71 consistit; Quia tacitè intelligitur pronuntias-
72 se huiusmodi exceptionem non officere cap. ex
parte de appellati., Et hanc tacitam pronun-
tiationem sufficere, si pendente Iuditio pro-
betur debitorem principalem nō esse soluen-
73 do tradit Castrens. in l. vlt. num. 7. ff. si certum peta-
tur, et seq. Paris. cons. 50. numer. 48. lib. pr. Card.
Mantic. all. tit. 16. num. 10. in fine.

Vbi autem huiusmodi exceptio opposita non
fuerit in causa principali non potest ea opponi
74 in causa appellationis l. ita demum C. de procu-
ratoribus Cyn. in l. per hanc num. 20. de tempor. ap-
pell. et ibi Bal. num. 13. vers. vel pone exemplum
Alex. cons. 34. num. 3. lib. 4. et Gozad. cons. 42. num.
12. vers. quarto dato, et Ias. in d. l. ita demum num. 6.
vers. quarto per istum textum C. de procur. quos seq.
Card. Mantic. cit. tit. 16. num. 11. et late probat Gail.
lib. 2. obseruat. cap. 27. num. 3.

Sed attenta consuetudine cōtrahentium quippè
Notariorū in hoc Mediolani Dominio consti-
75 tuendi fideiussores insolidum obligatos, cum
principali, &, vti principales, vt in dies vide-
mus superflua redditur omnis oppositio ex-
ceptionis excussionis, Quia eo casu stante
promissione vti principalis, & insolidum fac-
ta, nullo modo vti poterit fideiussor excussio-
nis exceptione, quam neq; proponere valebat
76 vt expresse tradit Curt. sen. cons. 6. num. 2. et cumu-
latissimè probat Rimin. iun. cons. 454. numer. 22. cum
seq. et sequitur Card. Mantic. iam dicto tit. 16. sub nu.
8. vers. quod tamen est intelligendum, et tit. 17. num.
4. et 5. post gl. in d. Auth. de fideiuss. in principio ver-
bo fideiussor in fine, et post Alex. in cons. 32. num. 12.
lib. 4. Natta cons. 345. num. 3. Decian. cons. 72. num.
5. lib. 2. et Gabriel conclus. pr. num. 89. tit. de fide-
iuss. lib. 3. quam sententiam sequitur etiam Thesaur.
iun. qu. famil. 61. num. 5. lib. 4. Vbi tamen probat
non impediri fideiussorem ita principaliter
& insolidum obligatum, quin agere valeat
77 contra confideiussorem eadem obligatione
vinculatum, Quia obligatio vti principalis,
78 facta dicitur fauore creditoris, non autem
confideiussoris, vt subijcit idem Thesaur. de
qua materia aliqua tradit Gratian. in cap. 409.
num. 138. lib. 3.

Vlterius ab huiusmodi beneffitio excussionis
79 excluduntur etiam Nummularij, seū argenta-
rij, qui pro aliis obligantur glos. singul. in d. auth.
de fideicom. ss. §. argentariorum Bal. in l. frustra n. 5.
de non nume. pecun. Roma cons. 392. n. 9. Curt. sen. all.
cons. 6. num. 2. vers. secundo Gratus cons. 28. num. 13.
lib. pr. Gabriel. cit. de fideiuss. conclus. pr. num. 88. lib.
3. et post eos Card. Mantic. dicto tit. 17. num. pr. Qui
seq; numer. 2. scribit filium, quem Pater iussit
80 obligari non posse vti, hoc beneffitio excussio-
nis concurrentibus tamen aliquot requisitis
ibidem recensitis.

Prout in eodem cap. 17. à numer. 6. vsq; ad finem
Sexdecim alios proponit casus Mantica in
quibus beneffitium excussionis vti nequit
81 fideiussor, qui summatim hic referuntur, &
ad saturitatem ibidem videri possunt cum
auctoritatib. & fundamentis, ac limitationib.
amplissimè excitatis per ipsum Card. Manti.
nempè tertio loco quando vxor se obligauit in
eodē instrumento cū Marito. Quarto quando
ex tenore promissionis id concipi potest, vt
porè si fideiussor propriam non alienam susce-
pisset obligationem. Quinto quando fideius-
sor promisit se nullo alio docto, soluturum
ad solum verbum creditoris, vt etiam probat
Gratian. lib. pr. discept. forens. cap. 164. num. 19.
cum seq. Sextò si fideiussor intercessit cum iu-
ramento. Septimo quando fideiussor promis-
sit soluere, vbi Titius non solueret, vt etiam
tradit Gratian. all. cap. 164. numer. 9. Octauo
si fideiussor intercessit pro eo qui naturaliter
tantum est obligatus. Nono si constat
principalem non esse soluendo. Decimo
si debitor principalis esset rixosus vel litigio-
sus. Duodecimo quando fideiussit quis erga
Fiscum, vel Principem. Decimo tertio si fide-
iussor intercessit post capta pignora debitoris
vt ea debitori relaxarentur. Decimo quarto
si fideiussor intercessit in causa criminali.
Decimo quinto si fideiussor succedat debito-
ri principali vti hæres. Decimo sexto si fide-
iussor negat se fideiussisse, & de mendatio
conuincitur. Decimo septimò si creditor sit
debitor ipsius fideiussoris. Vltimò si fideius-
sor fuit de iudicatum soluendo, Quia tunc
hoc beneffitio excussionis pariter vti nequit.

His addo quod excussio non etiam admittitur
in Saluiano interdicto etiam in præiuditium
82 tertij possessoris, quia illud dicitur remedium
possessorium non admittens exceptiones re-
quirentes altiorem indaginem Bart. in l. fin. C.
quorum bonorum Menoch. de acquir. possess. remed.
3. num. 179 Rol. cons. 9. num. 18. lib. p. Bursa. cons.
32. num. 45. lib. p. Surd. cons. 4. num. 36. Cephal.
cons. 320. num. 31. lib. 3. quos sequitur Gratian. cap.
38. num. p. cum seq. Vbi ita iudicatum fuisse per
Rotam Romæ testatur reprobato Bar. & Natta
relatis à Thesaur. decis. 51. num. 52. & decis. 175.
num. 4.

Prout excussio omittitur si obligatio fuit su-
83 scepta in forma Cameræ Bal. in l. facti C. famil.
ercis. Socin. cons. 24. num. 48. lib. pr. Surd. cons.
39. num. 2. & 24. Gratian. cap. 7. num. 28. lib. p.
discep. forens. & cap. 593. num. 5. lib. 3.

Cæterum quia sæpè fideiussores etiam præstan-
tur ratione offitij, vt obseruatur à Prætoribus,
84 & iusdicentibus huius Dominij, de stando
sindicatui, Idquod in Cathalonia etiam ob-
seruari tradit Cancer. lib. 3. var. resol. cap. 12. in

*principio, et num.* 104. *cum seq.* Quæritur ad quid
teneantur huiusmodi fideiussores; Et sanè li-
cet officiales teneantur in Sindicatu de omni-
bus contractibus, seù quasi maleficijs, seù quasi
quos, & quæ contraxerunt, seù commisserunt
85 tempore regiminis sui offitij *vt not. Bald. in l.
obseruari §. proficisci num.* 4. *ff. de officio proconſ.
quem sequitur Cancer. dicto cap.* 12. *numer.* 120. *et
probat Caraba de Syndicatu in sing. verbo fideiussor.*
Eorum tamen fideiussores, non tenentur ad de-
bita, quæ contraxerunt officiales durante of-
86 ficio, Quemadmodum etiam non tenentur de
gestis extra eorum officium, vt probat *Hipp.
de Marsil. in repet. rubr. de fideiussor. numer.* 182.
Nisi fideiussio latè in omnem casum esset fac-
ta, & sic ita generaliter, vt omnia prædicta
87 cōplecteretur Gonzalez *de Paz in sua pract. tom.
p. part.* 8. *in proemio num.* 4. *et probat Cancer. cit.
cap.* 12. *num.* 130. *cum seq.*
Prout in Cathalonia large accipi fideiussores,
88 qui idcirco teneri ad omnia iudicata per Sin-
dicatores, quam Iudices tabulæ vocantur
testatur Cancer. *loco relato num.* 133. Præter-
quam ad pænam corporalem, ad quam mini-
mè tenentur fideiussores, vt habetur *in l. fide-*
89 *iussor Magistratus ff. de fideiuss. et in l. p. C. de pe-
riculo eorum qui pro Magistr. lib.* 11. Et sic non in
persona tenentur fideiussores, pro offitiali;
Sed benè tenentur pro pęna pecuniaria, in qua
90 condemnatus est officialis pro maleficio, vel
ad damna, & interesse parti iniuriatæ.
Idem intelligitur de ipso officiali, qui obligatus
esset ex forma statuti pro eius familia; Quia
illud intelligitur ciuiliter tantum; Adeò quod
91 si potestas expresse se obligasset ad soluendū
pro familia omnem pænam ciuilem, & crimi-
nalem intelligitur de pecuniaria non de cor-
porali quæ per alium pro alio solui non potest
92 *glos. in cap. cum homo* 23. *qu.* 5. *et notat Bart. in l.
vnica C. de periculo eorum qui pro Magistratu inter.
lib.* 11. *quam sententiam probat Bald. in d. l. obser-
uari §. proficisci num.* 2. *ff. de offitio Proconſ. ac latè
prosequitur Cancer. cit. cap.* 12. *numer.* 136. *ac in lib.*
2. *cap.* 5. *num.* 70. *cum seq.*
Et eo casu fieri etiam deberi excussionem ad-
uersus familiam antequā officialis molestetur
93 probat *Gonzal. de Paz in dicta eius pract. tom. pr.
par.* 8. *cap. vnico in proemio num.* 16. *et* 17. *per glos.
in l. si quis ex corpore C. de murilegu. lib.* 11. *quam re-
fert, et sequitur Cancer. cit. cap.* 12. *num.* 139. *lib.* 3.
Qui auctor num. 140. post Portules ad Molinam
in §. *in quis num.* 11. proponit questionem, an
possit sindicari Officialis durante officio, &
distinguendo inter officialem perpetuum, &
temporalem primo casu affirmatiuam tenet
94 opinionem, In secundo verò casu negatiuam
sustinet; Et si auctoritate Principis ante tem-
pus ad sindicatum procedatur contra officia-
lem, vt aliquando obseruari vidi, Tunc fide-
95 iussorem minimè teneri ad soluendum iudi-
catum probat *Meier. tit. de tabn. tr.* 17. *col.* 4. *num.*
44. *per tex. in l. cum apud ff. iudic. solui*, Quam
96 tamen sententiam improbat *Cancer. cit. cap.* 12
*n.* 105. *cum seq.* Eo sub prætextu quod promissio
fideiussionis facta de soluendo iudicatum pro
Prætore, teneat etiam pro iudicato per eius
97 successorem, vel alium eius loco subrogatum,
vel à lege deputatum Si non fuit expressum
nomen Iudicis, Quia licet Iudex mutetur non
dicitur mutatum iuditium, cum Iudex succes-
99 sor sit subrogatus loco primi *l. proponebatur ff.
de Iudicijs Roma. cons.* 210. *Vinc. de Franchie decis.*
320. *et Thesaur. decis.* 202. *num.* 14. Namq; longè
diuersa videtur ratio, quod promissio fideius-
98 sionis facta coram Iudice teneatur etiam co-
ram successore, & quod obligatio fideiussio-
nis de iudicatum soluendo in sindicatu post
finitum officium locum etiam habeat in Iudi-
cis sindicatu facto ante offitium finitum, & sic
in iudicio preuentorio, & si verè ad eundem
finem tendat Iuditium ipsum sindicatus, tàm
prouentorie inchoatum, quam debito tempo-
re post finitum officium factum; Et num. 115,
sententiam ipsam procedere tradit Cancer.,
100 etiamsi nomen Iudicis expressum fuisset per
fideiussorem, quando ille se obligauit de Iu-
dicatum soluendo in sindicatu ex *Bartio decis.*
98. *num.* 28. *in fine.*

## *SVMMARIA.*

*Fideiussor potest renuntiare benefitio excussionis num.
1. et generalis renuntiatio videtur eum comprehen-
dere num. 2. contrar. num. 6. et* 8.
*Excussionis beneffitium non est incognitum fideiussori-
bus num.* 3.
*Renuntiatio generalis omnia comprehendit num.* 4.
*Renuntiatio generalis non continet casum dotis, quæ spe-
cialem sinè expressam desiderat num.* 5.
*Renuntiatio generalis non intelligitur de maioribus in-
ribus num.* 7.
*Notar. solet in instrumentis apponere primo renuntia-
tiones speciales deinde generales num.* 9.
*Excussionis beneff. non amitti fid. per iuratam renun-
tiationem generalem dummodo ex præsumptione,
et iuris, non deficiat consensus renuntiantis num.* 10.
*et* 11.
*Operasse quis præsumitur eadem facilitate in contrac-
tibus si indebtè fuit de beneffitio cui renuntiauit
num.* 12.
*Renuntiatio Velleiano cum iuramento facta non valet
nisi scientiam habuisset beneffitij Velleiani num.* 13.
*Renuntiatio generalis fideiussoris omni legum auxilio
intelligitur, et restringi debet ad eas omnes exceptio-
nes, quæ fideiussori competebant tempore factæ re-
nuntiationis num.* 14.
*Contrar. per Mantic. cuius sententia num.* 17.
*Excussionis beneficium oritur post renuntiationē fide-
iussoribus temporem scilicet rei iudicatæ num.* 16.

Renuntiatio

## Renuntiatio generalis facta per fideiussorem beneffitio legis sibi competenti, An comprehendat renuntiationem excussionis.

## Cap. CLXXXVI.

QVOD validè posSit fideiussor
renuntiare beneffitio excussio-
nis non est ambigendum cum
quilibet renuntiare valeat fauo-
1 ri suo *vol. l. si quis in conscribendo C.*
*de pactis glos. in §. p. in auth. de fidei-*
*comiss. in verbo accedat spec. in tit. de renuntiationi-*
*bus, et vers. viso num. 16. Alex. in l. fin. num. 11. cum*
*seq. ff. si cert. petatur, et cons. 5. num. 11. lib. 4.* In
dubium tantum reuocant scribentes, An per
generalem renuntiationem factam per fide-
iussorem beneffitio legis sibi competenti cen-
seatur renuntiatum etiam huic beneffitio ex-
cussionis principalis, An verò specialis re-
nuntiatio requiratur.

Et generalem renuntiationem sufficere habetur
2 *in l. fistulas § frumenti ff. de contr. empt. l. vlt. § cum*
*dulcia ff de Tritic. leg. et colligitur ex Auth. Matri, et*
*Auia C. quando mulier tut. officio fungi potest,* Quia
3 beneficium excussionis non est incognitum
fideiussori, & de facili potest preuideri; Tan-
tumq; operatur genus quoad genus quantum
3 species, quoad speciem *l. si duo ff. de administr.*
*tut., & l. omnes ff. de praescript. 30. annorum,* Et
hanc conclusionem probat *Curt. senior cons. 6.*
*num. pr. vers. tamen à communiter contingentibus.*

Et hęc sententia corroboratur per regulam illam
quod renuntiatio generalis omnia compre-
4 hendit, quippe ad incognita etiam se extendit
*Bartol. in l. sed, & si quis §. quaesitum ff. si quis caut.*
*Curt. iun. cons. 68. col. vlt. Crau. cons. 135. num. 24.,*
*et cons. 209. num. 6. 272. num. 7. ac cons. 294. num. 3.*
*Cephal. cons. 463. num. 29. lib. 4. ac idè probat Me-*
*noch. cons. 335. num. 17. et cons. 371. numer. 5. et 6.,*
*Conferunt tradita per Alex. Trentacinq; lib. 3. var.*
*resol. tit. de fideiuss. resol. 2. num. 3. et 4. vers. non rece-*
*das,* Quamuis limitet renuntiationem gene-
5 ralem non comprehendere casum dotis ex *Ias*
*in l. pr. numer. 9. ff. sol. matrim. et in l. filius famil. §.*
*Diui num. 62. ff de lega. p. et in l. quod dicitur numer.*
*5. ff. de verb. obligat.*

Et hanc partem expresse probat *Alex. cons. 29. nu.*
*29. lib. 7. Portius com. opin. conclus. 41. in 26. limit.*
*et Gail. lib. 2. singul. obseru. 27. num. 20. et 22.* Vbi
tradūt fideiussorem censeri renuntiasse bene-
fitio excussiones, quando cum iuramento re-
nuntiauit omnibus alijs iuris, & legū auxiliis.

De AEQVITATE tamen verior est contraria
sententia, tutiorem scilicet esse eam opinio-
nem, quod qualitas beneffitij excussionis spe-
cialiter exprimatur in renuntiatione, adhoc
6 vt valeat renuntiatio quoad excussionis be-
neffitium *arg. d. l. si quis in conscribendo C. de pactis*
quae loquitur quando quis specialiter renun-
tiat exceptioni fori Generalis enim renun-
7 tiatio licet trahatur de similibus ad similia,
non intelligitur tamen de maioribus *l. fistulas*
*§. frumenta ff. de contrab. empt. & l. vlt. §. cum dul-*
*cia ff. de tritic. lega. Ruin. cons. 139. num. 8. lib. 5.*

Et hanc sententiam deffendit *Bal. cons. 4. num. pr.*
*vers. & consuetud. in fin. lib. p.* Vbi inquit hanc
opinionem esse AEQVIOREM licet ex ri-
8 gore iuris, Generalis, & breuiloqua renuntia-
tio perinde valeat, ac si singulariter species
essent expresse per *d. l. omnes ff. de praescript. 30.*
*annorum Idem sentit Bar. in l. sed, & si quis §. quae-*
*situm n. p. in fin. vers. tertia facit opinio ff. si quis caut.*
*Specul. in tit. de renuntiat. § concl. vers. pone ergo*
*num. quos sequitur Card. Mant. de tacit., & ambigu.*
*conv. lib. 16. tit. 18. num. 5. cum plur. sequentibus.*

Qui Baldus scribit in *d. cons. 4.* quod Notarij con-
sueuerunt apponere in publicis instrumentis
primo clausulas, siue renuntiatione speciales,
9 deindè generales; Ex quo datur intelligi,
quod generales tantum non sufficiant, quo
argumento idcirco vsus est idem Bal. pro con-
firmatione eius opinionis, & sequitur *Card.*
*Mantic. dicto tit. 18. sub num. 5. vers. vndè etiam.*

Neque beneffitiū excussionis ammittere fideius-
sorem arbitror, etiam si renuntiationem ge-
neralem fecisset cum iuramento, vt voluisse
10 videtur Card. Mantic. *cit. tit. 18. num. 12.* Dum-
modo, ex praesumptione iuris non deficeret
consensus renuntiantis secundum *Bal. in l. p. n.*
11 *4. vers. secundò queritur C. comodati, & Aret. cons.*
*33. num. 9. in fine numer. sequ.* Eadem etenim fa-
12 cilitate iurasse praesumitur renuntians in-
doctus de beneffitio excussionis, qui ad ge-
neralem renuntiationē deuenit *l. doli §. diuer-*
*sum ff. de nouationibus,* & in terminis renuntia-
tionis beneffitio Velleiani facta cum iura-
13 mento per vxorem probat *Imola in cap. penult.*
*de empt. & vendit. Bal. in cons. 47. lib. pr.* Vbi asse-
rit hanc esse communem opinionem Docto-
rum *Gramma. decis. 76. num. 19. & latissimè probat*
*Alex. Trentacinq. dicto tit. de fideiuss. resol. 2. sub*
*num. 31. vers. contra hanc tum vers. 9. lib. 3. var. resol.*

Praesertim cum Idem Card. Mantic. eodem tit. 18
*num. 16.* probat renuntiationem generalem
fideiussoris omni legum auxilio intelligi, &
restringi debere ad eas omnes exceptiones,
quae fideiussori tantum competebant tempo-
14 re factae renuntiationis ex *Bar. in d. l. sed, & si*
*quis §. quaesitum num. p. vers. oppono ff. si quis caut.*
*per auth. matri, & Auiae cum glos. C. quando mul.*
*tut. offitio fungi potest,* quae loquitur de matre,
quae renuntiauerat omni legum auxilio.

Quia fideiussor de iudicatum soluendo, qui ge-
neraliter renuntiauit beneffitio sibi ex legib.
15 competenti, non intelligitur renuntiasse be-
neffitio excussionis, cum illa oriatur post re-
nuntiationem; Tempore scilicet rei iudicatae
16 & ideò post latam sententiam potest eam op-
ponere *Bal. in l. vlt. § [illegible] antiquitas num. 3.*
*de vsu rei iud. ac sequitur Card. Mant. in eodem tit.*

18. *num.* 17. *cum seq;* Vbi etiam probare conatur generalem renuntiationem fideiussoris trahi ad ea, quæ ex causa præsenti oriri possunt, & sic etiam ad futura quæ conclusio mihi non aridet stantibus iam deductis præsertim attenta traditione *Bald. in cit. cons.* 4 *quam sequi omnino debemus.*

*S V M M A R I A.*

*Primogenitus honoratior esse debet num.* 1.
*Primogenitus in veteri testam. duplici parte ex omnib. parentum bonis num.* 2.
*Primogenitus in Francia longè melior est conditio n.* 3.
*Primogeniti Domini vocantur aliorum fratrum nu.* 4.
*Primogenitus succedit semper in Regno num.* 5.
*Primogeniti duo aliquando eodem actu nascuntur, vt legitur in Genesi num.* 6.
*Primogenitis duobus existentibus neuter succedere debet in primogenitura, siuè Regno numeri ..., sed alter eligitur magnates num.* 8. *declar. num.* 24.
*Contrar. verius num.* 14. 15. 16. & 17. *cum seqs plur. et num.* 26. *et num.* 39.
*Incertitudinis ratione circa personarum qualitati actus vitiatur num.* 9. 10. & 11.
*Haredis institutio in persona incerta inefficax est num.* 12. & 13.
*In dubio ex paribus existentibus rationibus vtriusque partis ad rem agentis vtriq; equè iudicanda est num.* 20. *quod tamen procedit in diuiduis non indiuiduis num* 21. & *si ambæ partes ad lucrum aspirant n.* 25.
*In dubijs rebus mediam viam eligere debemus nu.* 22.
*Necessitatis causa receditur à regulis iuris num.* 25.
*Incertitudinis ratione circa primogenitos bona inter eos diuiduntur etiam contra dispositionem testatoris nu.* 26. *etiam feudalibus num.* 27.
*Et ita obseruatum num.* 28.
*Theodori Triulij Cardinalis mentio honorif. num.* 29.
*Præmium promissum ei qui primus Ciuitatem ingrediatur si duo simul ingressi sunt eodem tempore vtriq; debetur num.* 31.
*Scipionis Africani sententia in ea materia num.* 32.
*Romanorum sententia in ea materia num.* 33. *contraria sententia in Lacedemones, et Athenienses n. m.* 34.
*Aequalitas contemnetur aliquando ad euitandum bellum num.* 35.
*Vnicuiq; quod suum est non semper tribuitur num.* 36. *et* 37.
*In dubijs quomodo procedendum num.* 38. *aliquando forte ea dirimuntur num.* 38.
*In dubio prefertur in feudis sint primogenituræ dicti qui in possessione est num.* 40.
*Gratificationi locus est in priuatis rebus, quæ ad Patrē spectat nu.* 41.
*In Regno, & magnis hereditatibus nisi Populo, et magnatibus electio spectat num.* 42. & *forti terminatur si ambo Ita conueniunt vel alij terminare non possit n.* 43. & 44.
*Sortis Iudicio in dubijs licet stare num.* 45.
*Diuisiones fiebant sorte inter Romanos num.* 46.
*Diuisiones hodie sepè fiunt hoc modo vt, vt maior diuidat minor vero eligat num.* 46.
*Sortis iudicium locum tantum habet in quæ iuris, non facti num.* 47. *contrar. alij probarunt, vt etiam locum habeat in questionibus facti num.* 48. *quando partis sic petunt num.* 50.
*Obseruantia in hoc Dominio circa diuisiones feudorum per sortem num.* 51.
*Sortis iuditium falax, & incertum quod vt plurimum ad parum idoneos decurrat num.* 52.
*Sortis iuditium fortuna iuditium dicitur num.* 53.
*Sortis iuditium locum non habet in casibus à iure expressis num.* 54.
*Iurisdictio licet indiuidua sit diuiditur tamen eius exercitatio diuidua est, dum alter pro certo tempore alter pro alio eam exerceat, & sic pauis plures in solidum reperitur num.* 55.
*Impossibile non est duo simul regnare cum habeantur loco vnius num.* 56.
*Domini plures sibi impedimento esse solent in iurisdictione exercenda num.* 57.
*Exercitium iurisdictionis incipi debet à primogenito num.* 58. & *num.* 64.
*Decretum Senatus in ea materia num.* 65. & 66.
*Rex. Thebanorum Regnum filus, reliquit, vt alterni regnarent exquo ad bellum deuenerunt, & perierunt num.* 61.
*Consules Romani alternis diebus, vel mensibus imperabant num.* 62.
*Pratores, & Capitanei Dominij Veneti exercitium iurisdictionis diuidunt inter se, dum alter de die alter noctis tempore causam exercent num.* 63.
*Decretum Senatus quod inter plures feudatarios exercitium iurisdictionis per sortem initium haberet num.* 67. 69. & 70.
*Iudicijs arbitria plurimum valent in faciendis diuisionibus iurium num.* 68.
*Decretum Sen. quo declar. Praturas pro biennio fuisset neri etiam si eligens pro vno tantum anno exercitium iurisdictionis haberet num.* 71 & 72.

## Duobus existentibus Primogenitis, an ambo admittendi sint ad primogenituram. Cap. CLXXXVII.



Ntiquissima est consuetudo in permultis Regionibus, vt primogeniti idest natu maximus prerogatiua notabili fruantur, cum Primogenitura, sit priuilegium, & dignitas, vt natu maximus cæteris
1 esset honoratior, inteq; etiam Diuino hoc statutum esse habetur in Deuteron. cap. 25. quo cautum legitur Primogenitos habere duplicia ex omnibus Parentum bonis, vt tradit Ioseph.
2 *de Antiquitatibus lib.* 4. *cap.* 6. *ac scribunt Abb.* & *cæteri in cap. licet extra de voto,* & *Lucas de Penna in l. p. sub num.* 15. *vers. ad octauum C. de Primiieg eorum qui in sacro pal. lib.* 12. *ac Alex. cons.* 162. *lib.* 2. Quam consuetudinem seruari in Regno
3 Franciæ præsertim inter nobiles, vt in successionibus longè melior sit conditio primogeniti scribit Tiraquell. *tr. de primogenit. in præfatione*

*tione num.3.* vbi in sequ.nu. plures alias recenset Regiones in quibus idem obseruari testatur, idem tradit Molina *tr. de primog. Hisp. lib. p. cap. praeced. num.5. & num.6. & cap.2. num.3.*

Quippe primogenitos Dominos vocari aliorum
4 fratrum habetur in Genesi 27, Vbi Isaac benedicens filiũ Iacob, qui Dei ordinatione erat primogenitus, *Esto inquit Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuae vt scribit Io. Andr. in d. cap. licet de voto, & Abb. in cons. 3. col. 3. lib. 2.*

Hinc asserit Bald. *in l. ex hoc iure col. 2. vers. 4. quaeritur ff. de Iustitia, & iure,* semper fuit, & semper erit, quod Primogenitus succedit in Regno.

5 Ad rem Oldra. *cons. 94. col. 4. & cons. 237. in pr. dubio,* Vbi ad satietatem scribit Primogenitos succedere non solum in Regnis, & principatibus, sed etiam in Baronijs, de qua Baldi sententia agit Menoch. *cons. 163. num. p. & cons. 401. nu. 4.*

Quando autem duo sunt primogeniti (id quod non raro accidit) puta si duo gemini eodem partu nascuntur, vt legitur in Genesi 38. obste-
6 tricem scilicet ligasse Coccinum in manu Zara cuius ea manu prior exierat, & quem ideò priorem nasciturum putabat, Vt hinc dignosceretur quis esset primogenitus, licet aliter quam illa putabat euenisset, nempè Pharam primo ex vtero exijsse; Vel si mortuo Rege aut primogenito sine filijs, duo sint proximiores in eodem gradu ex diuersis descendentib. Si enim ignoretur, quis eorum primo loco natus sit ad quem spectet primogenitura.

Et sanè Bald. *in proemio ff. §. itaq; col. 2.* concludit quod cum consuetudo nulli eorum patrocinatur; Nam cum forma data sit, vt per vnum regatur feudum, siue primogenitura, Nullus
7 eorum succedere valeat *arg. not. in l. pr. C. de metrop. Ber. lib. 11. & in l. p. § nouissimè ff de orig. iuris*

Et hanc sententiam comprobat idem Bal. *in l. ex hoc iure col. 2. vers. quinto quaero ff. de iure natur. gent & ciuil.* vbi inquit, quod si duo filij Regum nascuntur, nec apparet ordo nascendi, Primum videri quod neuter sit Rex, sed alter eorum debeat elligi per Magnates, & Populum ipsius
8 Regni *arg. l. si duos ff de excus. tutorum, & l. si quis in graui §. vtrum ff. ad Sillan., ac leg. Arrtibus ff. de statu hom.* Ratione enim incertitudinis qualitatis personarum vitiatur actus *vul. l. ex*
9 *pluribus ff. de manumiss. vindic.*

Pro qua opinione summopere confert Tex. *in l. si ita fuerit ff. de rebus dubijs,* Vbi Vlpianus decidit quod si fuerit legatum vni ex cognatis qui primus capitolium ascenderit, & simul duo
10 ascendisse dicantur, nec apparet quis prior, legatum impediri, Idem declarat ibidem Vlpianus, si legatum fuerit eius affini, qui maximus natu est, & duo affines pares aetate sunt, quorum neutri deberi legatum tradit ratione incertitudinis; Prout facit etiam Tex. *in l. si quis de pluribus eodem tit. & in d. l. cum ex pluribus ff. de manumiss. testa[...]*

Idem etiam declarasse videtur Tex. *in l. duo sunt Titij ff. de testam.* Vbi Paulus I.C. decidit, quod si testator relinquerit Titium Tutorem, suntq;
11 duo Titij nec apparet de quo senserit testator, neuter tutor erit; Facit etiam Tex. *in l. nominatim la 2. ff. de liber. & posth.* Vbi si testator qui plures habebat filios dixit, filium meum exhaeredo nomine non expresso, itaut ignoretur quem voluerit exhaeredare Nullus exhaeredatus dicitur, idem intelligitur in institutione
12 haeredis, quae est fauorabilis *l. in tempus §. quoties ff. de hered. instit.* quemadmodum idem habetur in *l. quoties vers. si vero duo ff. de vsufr.*, qui textus loquitur de legato facto Titio, Si enim ambo concurrere volunt ad legatum, siue ad haereditatem, aut Primogenituram inuicem se
13 impediunt *l. si duobus la 2. §. vlt. ff. quibus modis vsufr. amit. Bal. cons. 250. viso isto processu col. p. lib. 4. & cons. 146. Titulus prope finem.*

Et hanc sententiam multis legum, & glossarum ac Doctorum auctoritatibus longa serie exornat Tiraquel. de primog. *d. qu. 17. opin. 6. per totã* apud quem omnia videri possunt, qui plenissimè probat ratione incertitudinis personae, haereditatis legata, tutorum deputationem, ac legitimationem filij siuè matrimonium nullius esse effectus, Cum se mutuo impediant concurrentes ad idem vt tradunt *Scrib. in cap. graue de dimotijs.*

Attamen de AEQVITATE communior est contraria sententia, vt scilicet vterq; succedat in
14 Primogenitura, cum haec humanior, & benignior iuriq; ac rationi congruentior sit conclusio, quae probatur primo per tex. *in l. ex duob. ff de vlg. & pupill. substit. & in l. qui duos ff. de rebus dubijs,* Quibus cauetur, quod si quis fuerit substitutus ei qui ex duobus supremus morietur, si ambo in eadem naui simul mortui fuerint nec appareat vter eorum prior posteriorve decesserit, censendi sunt, tanquam vterq; vltimi decessisse videantur propterea vterq; substitutus erit, quorum textuum dispositio licet de morte duorũ loquatur tamen procedunt etiam circa natiuitatem duorum cum militer, eadem dispositionis ratio, vt explicat *Castren. & Ias. in d. l. ex duobus ff. vulg. pupill.*

Idem habetur in *l. si quis ita §. pr. ff. de testam. tutel.* vbi si quis filio tutorem dederit, & plures habeat filios, nec constat cui dederit omnibus
15 dedisse videtur, *& in l. qui filiabus §. p. ff. de leg. p.* Vbi si quis ita legauerit, Si qua mihi genita erit haeres meus decem dato, Natis plurimis videtur singulis tantundem legasse, & *in l. titiae textores eodem tit.* Vbi si quis Titiae omnes textores legauerit, praeterquã quos eo testamento alijs legauerit Plotiae vernas omnes praeterquam quos alijs legauerit, si sint quedã vernę, & textores Ideoq; non constet quos titiae textores, quos item Plotiae vernas legauerit erunt communes ambobus, ac in *l. si quis Titio §. si haeres ff. de lega. 2.* Vbi si haeres damnatus est vni ex liberis decem dare, & non constet, cui daret,

omnibus

omnibus præstare debet.
Prout eadem conclusio decidi videtur per Tex.
*in l.2.ff.de liber.& posth.* Vbi si is qui habet duos
filios, in testamento scripsit, filius meus exhæ-
res esto; cum non declarauerit de quo senserit
16 vterq; hæres erit, Et clarius id habetur in *l.2.*
*§.hæreditas ff. de suis, & legit.* Vbi si hæreditas
proximo agnato, idest ei quem nemo ante-
cedit defertur; Si Plures sint eiusdem gradus
hæreditas omnib. cōpetit: Optimè etiam facie
*tex.in l.3.§.si duob.ff.de adim.lega.* vbi, si quis duo-
bus Titijs separatim legauerit mox vni ademit
17 nec apparet, cui ademptum sit, vtriq; legatum
debetur.
Confert vlterius tex. *in l.cum inter C. de fideicom.*
*libert.* Vbi si fideicommissaria libertas ei fuerit
relicta, qui in ventre est, & id quidem singu-
18 lariter; Attamen si plures nascantur omnes
sunt liberi, quemadmodum facit etiam Tex.
*in l.si quis in testamento ff. eod.tit.* Vbi si libertas
fideicommissaria fuerit relicta vni ex liberis
ancillæ, quem hæres elegerit, si is non elegit
dum vixit omnes erunt liberi.
Neq; desunt Canones hanc conclusionem æque
decidentes, Nam summus Pontifex *in cap. cum*
*quis vers.ab eo de sepult.lib.6.* decidit quod si quis
habet duo domicilia æqualia in diuersis Paro-
chijs sita, & in alia Ecclesia eligat sepulturam,
19 Canonica portiò solui debet vtriq; Parochia-
li Ecclesiæ.
Quam sententiam sequitur *Alberic.in §. inordina-*
*tum verbo ordinem in Auth.de hæred.& falcid. An-*
*char. cons.210.num.3.* Dum inquit, quod vbi iu-
ra partium sunt dubia, tantæq; vtrinq; sunt ra-
tiones, vt nesciat Iudex in quam inclinet sen-
tentiam, debet vtriq; rem æque adiudicare vt
20 fecit Tiberius Imperator *in l.& hoc Tiberius ff.*
*de hæred.instit. & Salomon 3. Regum cap. 3. & in*
*cap.afferte de præsumpt.* quod intelligitur in reb.
21 diuiduis non indiuiduis, vt erat puer de quo
Salomon *glos.insignis in cap.si testes vers. si autem*
*testes ex omni parte 4 qu.3.& in cap. in nostra post*
*medium de testibus;* In rebus enim dubijs me-
22 diam viam eligere debemus *l. sed, & si lege §.*
*adeò autem ff.de petit.hæred.& l.Titius ff.ad Senatus*
*cons.Trebell.*
Et hanc partem amplectitur *Dec. cons.68.sub num.*
*3.vers & ita breuiter cons.170.numer.6.vers.& in*
*tali casu dubio, & cons.445.num.p.* vbi tradit quod
vbi dubia sunt iura partium, & quælibet pars
23 aspirat ad lucrum AEQVITATI, & iustitiæ
consonat quod inter partes litigantes, Aequa-
liter res diuidatur *Socin.iun.cons.33.quoniam art.*
*num. p.lib.2.*
Quam conclusionem amplissimè, & ornatissimè
defendit Tiraquel.*de primog.plena.d.qu. 17. præ-*
*sertim opin.4.num.p.cum seq.plur.& in conclus.dict.*
*qu.fol.mihi 75.atq; etiam in opinione 6. numer. 19.*
Vbi aperte tradit priorem opinionē vtrumq;
excludentem à successione, siue primogeni-
tura procedere de rigore iuris, hanc vero de
24 AEQVITATE, & quam amplectitur etiam
Ludou. Molina *tr.de primog.Hisp.lib.3.cap.pr.n.*
*19.cum seq.& Vasquez.controuers.ill.cap.90.num.*
*11.lib.3.* Vbi ait, tàm iuri, quàm AEQVITATI
proximiorem esse sententiam hanc quos no-
uissimè sequitur *Hector Felic.all.47.nu.19.par.3.*
Necessitatis enim causa receditur à regulis iuris
25 *Tex.est in l.pero §.prædium, & ibi scrib.omnes ff.de*
*leg.2.* In tantum, vt ob incertitudinem, quis
prius natus sit ex duobus simul ad maioratum
contendentibus eius bona inter ipsos diuidi
debeant non obstante expressa prohibitione,
testatoris de illis alienandis, vel diuidendis, vt
26 probat Vazquius *all.cap.90.num.12.lib.3.* quam
rationem viuam, siuè palpabilem esse scribit.
Et hæc conclusio, tàm procedit in primogenitu-
ris bonorum alodialium, quàm etiam in bonis
emphiteoticis, & feudalibus primogenituræ
27 subiectis, vt post alios probat *Felic.cit.alleg 47*
*per totum par.3.* qui loquitur de bonis emphi-
teoticis, & ita obseruatum fuit inter Comitem
28 Io. Iacobum Triultium paternum Abauum
Eminentiss. Cardinalis, & Excell. Principis
29 Theodori Triultij verè illius magni Triultij
etiam in rebus militaribus hæredis, & Com.
Georgium pariter Triultium qui ambo con-
currebant ad fideicommissariam primogeni-
turam, constitutam per q. Com. Io. Triultium,
ad quam ambo, vti primogeniti ex transuersali
linea testatoris concurrebant; Dum anno ni
fallor 1577. in transactione inter ipsos facta,
sibi diuiserunt bona dictæ primogenituræ, cū
eisdem oneribus, & qualitatibus transituræ ad
eorum primogenitos masculos legitimos, &
naturales; Et cum exindè anno 1622. dece-
scisset idem Comes Georgius, sine filijs mascu-
lis legitimis, & naturalibus factus fuit locus
primogenituræ ad quàm agebat Eminentiss.
ipse Cardinalis, tunc Excell. Princeps cui ope-
ram meam in aduocatione impendebam, &
tandem etiam obtinuit à Sen, Excellen. anno
scilicet 1633. die 17 Iunij referente Amplissi-
30 mo Senatore Antonio Gallia.
AEQVVM enim magis est, vt in pari gradu ambo
admittantur ad primogenituram, quam, vt
ambo ratione incertitudinis excludantur vt
supra dictum fuit, propterea statuto, vel pro-
clamate stante, ut certū præmium tradatur, ei
qui primo in Arcem, siuè Ciuitatem ingressus
fuerit si duo eodem tempore primi ingressi
31 fuerint, vtriq; præmium ipsum deberi non
ambo excludi concludunt scribentes omnes,
præsertim *Alex.in l.qui Fiscalibus §.p.ff de lega.p.*
Quidquid in contrarium voluerit Guido de
Suzara, vt refert *Alber.in eadem l.qui filiabus §.p.*
*& in l.si fuerit ff.de rebus dubijs, & in prima parte*
*statutorum q.106.quaro etiam quæsitum.* Vbi neu-
tri deberi præmium tradit; quos reprobat
ipse Albericus, ac sequitur Tiraquel. *in all. qu.*
*17.opin.4.sub num.13.* vbi affirmat veriorem, &
communiorem esse priorem sententiam.
Prout ita decreuit inuictissimus Scipio Africa-
32 nus, cuius iudicia AEQVISSIMA, semper
habita

habita fuerunt, dum in expugnatione Nouæ Carthaginis muralis coronæ præmium dandū esset ei, qui primus murum conscendisset; duoq. eodem momento Vrbem ingressi essent nempè Q. Tiberiocus centurio, & Sex. Digitius, atque incertum esset quis eorum prior murū ascendisset, vtrumq; corona murali donauit, & refert Plutarch. in vita Scipionis fol. 90. licet neutrum nominet quos commemorat Io. Tracagnota in eius Historia *lib. 29. pag. 296.* ac tradit post Titum Liuium Alcia. *in l. proximus ff. de verb. signific. quem seq; Tiraqnell. in eius opin. 4. sub num.*
33 13. Vbi aliud refert exemplum de Aristodemo, & Hippomedrate apud Cumanos qui vtriq; promissum præmium donauit ob incertitudinem quis eorum primus fuisset in insigni victoria de Etruscis habita. Quæ ambo exempla etiam refert Vasquez controuers. ill. *d. cap. 91. num. 4.* & quod vltimum exemplum inter Aristodemum, & Hippomedratem narrat etiam Petrus Aerodius *lib. 10. rerum ind. tit. 9. de victoria preda, & triumpho cap. 9.* Vbi contrarium exemplum sequutum inter Lacedemonios, & Athenienses narrat, dum præmiū
34 neutri dandum censerit Theogitones Megarensis, et Cleocrisus Corinthus arbitri electi, ne prelatione horum illorumue, ciuile bellum
35 accenderetur inter Grecos. Qui auctor scribit hos imitatos fuisse Achillem, qui causa vitandæ contentionis inter Menelaum, & Antilocum præmium adiudicauit Eumelo; Et sic
36 non semper vnicuiq; rectè tribuitur, quod
37 suum est, aut in contentione Aequalium melior est conditio tertij.
Quia verò idem Tiraquel. in recit. qu. 17. Duodecim DD. opiniones narrat circa decisionem
38 propositæ quæstionis, nempe num. 19, Primo vt sorte dirimatur controuersia, Secundo locū esse gratificationi, Tertio honestiori, Quarto quod ambo simul succedant, Quinto quod alternis vicibus, Sexto quod neuter nec simul, nec alternis, Septimò quod formosior. Octauo quod robustior, Nono quod Magnates, & Populus alterutrum illorū eligant, Decimo quod pater eligat. Vndecimo quod præferatur is qui est in possessione, Vltimo quod præferatur is qui primus adeptus est possessionem, etiam si tempore litis contestatæ non possideret.
Post vero deductas opiniones ipsas idem auctor subijcit in conclusione quæstionis, quod opinio, quæ vult vtrumq; admitti debere. Verior AEQVIOR, benignior, & communior est,
39 modo alter prior possessionem rerum adeptus non fuerit, Quia interim is, in dubio præferri debet, aut nisi hic, qui possessionem prior accepit eandem amiserit, & alter eandem acquisiuerit, & diutius possederit in eaq; esset,
40 cum iuditiū de hoc iure intentaret, quia tunc is qui in possessione est in dubio præfertur.
Quando autem gratificationi locum esse quis mallet, ea opinio in priuatis rebus, cætetisque
41 prætet Regnum, aliasq; magnas huiuscemodi, dignitates locum haberet, & primo Patti hoc ius tribuit auctor ipse, mox superiori; In Regnis vero, & alijs huiuscemodi magnis dignitatibus, quæ superiorem non agnoscūt, Magnatibus, & Populo spectare ellectionem tradit;
42 Qui eo tantum casu gratificari possunt, si neuter vincit alterum moribus, & meritis; Cum dignior semper sit præponendus; Et sorti committitur electio, si ita ambo conueniant, cum alter inuitus cogi nequeat ad sortem se-
43 cundum opinionem *Alb. in cap. licet causa illius col. vlt. vers. 3. opin. de probationibus*, Nisi aliter quam sorte res terminari non posset, & immi-
44 neret periculum ciuilis belli, vt ibidē subijcit Tiraquel. cuius declarationes, & conclusiones mihi valdè arident, cum AEQVITATI adhereant.
Sortis namq; iudicio licet in rebus dubijs locum
45 esse, quam plures leges determinant, vt *in l. quod si ambo ff. de iudic. & in l. fin. C. commun. de lega, in l. generaliter §. quid ergo si plures ff. de fideicomiss. libert. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.* Vbi Doctissimus Cuiacius, ait, diuisionem inter fratres fieri more Romano sorte, quàmvis
46 subijcit hodie maiorem diuidere, & minorem eligere, Quod tamen apud nos raro obseruatur, & si in multis locis hoc in vsu esse probat *Misinger. lib. 4. obser. singl. 37. Fontanel. tr. de pactis nuptial. claus. 4 glos. 9. part. 2. nn. 36. & 37. & 40. lib. p. Fachin. lib. 8. controu. mr. cap. 36. & Card. Mantic de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 10. num. 38. ac Preceptor meus Philippus Massin. in rubr. C. de edendo num. 6. Petra de fideic. qu. 8 nu. 530. vers. nunc videndum Borell. tr. de edicto Magistr. lib. p. cap. p. num. 157.* Id tamen in questionibus iuris non facti, locum
47 tantum habere distingunt *Arct. Oinot. & cateri in §. optionis instit. commu. de legatis, glo. & Doct. in l. fin. C. eodem tit. Barbosa in l. in tribus num. 55. ff. de iudic. Alba cons. 286. cons. 334. & cons. 701. vbi additur, & Menoch. de arbitr. casu 442. Gail. lib singul. de pignor. obseru. 22.*
Quamuis etiam in qestionibus facti locum habere iuditium sortis probant multi alij presertim
48 Duaren. *de iudicijs cap. de litigator. Hector Felic. tr. de societate cap. 27. num. 3. & cap. 28. num. 46.* Vbi nimirū eadē ratio id videtur suadere, & vtraq.
49 pars, vel saltem altera id petit, quod puto sufficere, *Tiraquel. in all. qu. 17. opin. p. num. 91. & 93. Oinot. in all. § optionis*, licet vtriusq; partis con-
50 sensum requirat Alba *all. cons. 334. & Menoch. cit. casu 442. num. 11. ac Petrus de Vbald. de duobus fratribus par. 6. princip. 5.* Atq; ita obseruatum fuisse inter D. Com. Borromeos testatur Curt. Iun. cons. 68. Quod etiam obseruarunt anno
51 1620. DD. Comites Carolus, & Iulius Cæsar fratres pariter Borromei, condigni nepotes Sanctissimi illius Caroli Cardinalis, & Eminentissimi Card. Federici, huius Ciuitatis Archiepiscoporum indelendæ memoriæ.
Et fanè cum iudicium sortis sit fallax, & incertū
52 quod ad parum idoneos deerrat, vt inquit Tacit. *lib. 12. Annal.*, quod propterea Cicero
53 iudi-

53 iuditium fortunæ appellat, vbi temeritas, & casus, non ratio, aut consilium valet, vt explicat Tiraquel. *cit. qu. 17. opin. p. num. 84. cum seq;* Id
54 circo passim traditum est iuditio sortis locum non esse, nisi in casibus à iure expressis Alba *cit. cons. 334. & alijs locis citatis Amil. Feret. resp. p. num. 2. & eamulatissimè Fontanell. cit. glos. 9. par. 2. nu. 34. de nuptial. pactis.*

Quæ diuisio per sortem præsertim in iurisdictione obseruatur, quæ licet indiuidua sit, tamen penes plures in solidum reperitur, & eius exer-
55 citatio siue administratio diuidua est, cum alternis vicibus diuidi possit *l. vlt. ff. vti possidetis & l. vlt. ff. de rerum diuisione Bartol. & Bal. in l. inter tutores ante finem ff. de administr. tut. Cephal. cons. 3. & Polid. Ripa tr. de indiuid. sect. 22. num. 9.* Quia nō est impossibile duo simul regnare cum habean
56 tur loco vnius iuxtà Tex. *in l. p. C. de Metro Berl lib. 11. vt post alios probat Borella cit. cap. p. nu. 162. cum seq. lib. p. de edicto mago, at tradit Tiraquell. in cit. qu. 17. opin. 5. num. 5. & qu. 4. num. 50. Vasquez dictolib. 3. contr. ill cap. 90. num. 11.* Ne inter se dissentientes, ea commode exerceri valeat, Cum impedimento sint sibi inuicem plures Domini
57 arg. *l. quoties ff. de vsufr.*

Ea propter disceptari non raro solet ad quem primo loco pertineat exercitium iurisdictionalis inter plures fratres, vel consanguineos diuidendum; Prærogatiua enim ætatis id sibi vendicare Primogenitum videtur, sequens
58 annum, siuè biennium, secundogenitum, & successiuè donec omnes pro rata temporis exercitio iurisdictionis frui voluerint; Cum maiores natu præferendos esse minoribus tra-
59 dat Martin. Laudens. *tr. de primogen. & Io. Circ. qu. 2. lib. 2. quos sequitur Alba all. cons. 334. num. 16 cum sequenti, & Mauri. de Aless. à Villa Sancti Seuerini in sua concordia fratrum cap. 4. num. 5.* Vbi ait feuda pertinentia ad omnes fratres esse
60 regenda à natu maiore *Gomez. ad l. Tauri 40. nu. 7. & sequenti quos sequitur Petra cit. qu. 8. num. 530. ac tradit Liuius lib. p. Hist. de Romulo, & Remo loquens Quoniam (ait) gemini essent, neq; ætatis vere cundia discrimen facere possent, vt Dij iu quorum tutela ea loca essent augurijs legerent, qui nomen nouæ Vrbi darent;* Quasi aliud esset decernendum si vnus eorum prærogatiua ætatis vti potuisset, quem refert Tiraquel *all. qu. 17. num. 1. & 8.* & passim in ipsa questione, & in præfatione dicti tractatus de primog. more suo infinita priuilegia primogenitorum, & iura singularia ætatis, & *q. 4. n. 31. narrat Misinger. dict. obser. 37. ac Bardell. cons. 105. num. 48. cum seq & Valenzol. cons. p. n. 35*

Qua attenta ætatis prærogatiua cum Oedippus Rex Thebanorum Regnum reliquisset Etheo-
61 cli, & Polinici eius filijs, ea lege vt alternis annis regnarent, Atque Etheocles natu maior peracto anno fratri cedere noluisset bellum inter eos ortum est coactisque vtrinq; copijs, mutuis vulneribus se interemerunt, vt refert Petrus Gregor. *lib. 41. sintag. iur. cap. 3. nu. 3.* Qui auctor, hoc idē accidisse refert Amulio, & Numitori filijs Procæ Regis Albanorum, de quibus etiam loquitur Tiraquell. *in all. quæst. 17. opin. 5. nu. 8.* qui num. 10. exemplum Consulum Romanorum refert, dum ambo præsentes al-
62 ternis diebus, vel mensibus, aut alio tempore imperabant. Quorum Romanorum exemplū sequi videtur Veneta Respublica Italiæ quippe totius Europæ splendor, dum Prætores, & Capitanei Vrbium eius Domij hoc facto Imperiū
63 exercent, vt Prætores de delictis in die commissis cognoscant Capitanei verò de his quæ noctu committuntur iudicant.

Nihilominus AEQVIVS censetur, vt ætate maior incipiat ipse exercitium iurisdictionis
64 habere, deinde succedat minor, & ita Censuit
65 Sen. Excell. Mediolani die 12. Ianuarij 1616. inter DD. Comitem Philibertum, & Ferrantem fratres Cauacios à Somalia, faciendam scilicet esse diuisionem iurisdictionis alternis bienijs; sed initium ipsius exercendæ concedendum Comiti Philiberto primogenito, Id quod etiā
66 Censuit Senatus anno 1624. mense Martij inter fratres Arcimboldos referente Amplissimo Sen. Bellono, etiamsi vltimis ex tribus fratrib. summopere contenderet, ut sorte dirimeretur controuersia pro qua sententia stat Doctrina Illephonsi Perez de Lara *tr. de anu. & Capell. cap 7. num. 12. & cap. 17. num. 5. quem refert Fontanella cit. glo. 9. num. 39. par. 2.*

Quamuis inter Comites Attendolos Bologninos Idem Senatus Excellentissimus sequutus fue-
67 rat iuditium sortis, quia ibi non agebatur inter fratres, sed inter consanguineos inter quos nō nisi difficilimè poterat deffiniri cōtrouersia, habita ratione maioris ætatis, & sic diuersa erat ratio, & diuersum ius; Et Iudicis arbitrio plurimum sit tributum in faciendis hu-
68 iusmodi diuisionibus, vt explicat *Fontanel. cit. glos. 9. num. 41. & 46.* Enim vero die 28. Iunij 1602. censuit Senatus, quod finito eo currenti
69 biennio emolumenta, siuè fructus iurisdictionales diuiderentur per tempora, & alternis annis inter ipsos Comites proiecta tamen sorte, quis inchoare debeat, sicq; in futurū seruari debere, & die 5. Martij 1608. facta mentione dicti decreti, & lectis alijs precibus, tum Com.
70 Claudij Attenduli Bolognini, tum quondā Comitis Federici eius fratris, tum Com. Maximiliani, & fratrum filiorum dicti quon. Co. Federici censuit Sen. vt Amplissimus Senator Panigarola, vocatis ad se partibus curare deberet illas componere in ijs in quibus discordes erant, & vbi compositioni locus esse non posset, eundem Senatorem debere proici facere sortes de electione Prętoris Sancti Angeli facienda pro eo biennio, & is cui sors obtigisset, eligeret ipsum Prætorem pro integro biennio, licet vnius tantū anni Dominus sit, & altera
71 pars teneatur pro sequenti anno (cum in hoc
72 Dominio omnia officia biennalia esse debeant virtute Nou. Const. lib. p. tit. de officio, & iurid. diuers. iudicum) quæ, & ipsa Domina erit

confirmare

confirmare; Respectu vero Prætoris Olegij, Altera pars, cui fors non obtigerit vtsupra, illum eligat, Altera verò confirmet vtsupra, & ita seruatetur de biennio in biennium, quo iurisdictio ad eum patruum, & nepotes spectaret, declarando quod ea pars, quæ ex sorte eo biennio, eligeret Prætorem Sancti Angeli, sequenti biennio eligeret Prætorem Olegij, & è contra, & hoc successiuè; Condomini enim sunt dicti Comites Oppidi Sancti Angeli in agro Laudensi, & Oppidi Olegij in agro Nouariensi.

### SVMMARIA.

*Vassallus quis esse potest duorum Dominorum num. 1.*
*Vassallus tenetur seruire eius Domino in bello proprijs expensis num. 2. si tamen fructus feudi hoc patiuntur num. 3.*
*Vassallus duorum Dominorũ qui inuicem bellum gerunt neutri inseruire debet num. 4. Contrar. verius quia primo Domino cui homagium fecit, in persona inseruire debet, secundo vero per substitum num. 6. 8. 10.*
*Nemo potest duobus Dominis inseruire num. 5.*
*Dominus Cui Vassallus non inseruit in bello potest feudũ reuocare num. 7.*
*Vassallus priorem fidelitatem semper seruare tenetur num. 9.*
*Iuramentum fidelitatis continere solet quod iurans non adiuuabit nullum alium ipso excepto Domino n. 11.*
*Vassallus qui secundo Domino auxilium præstat contra priorem Dominum non dicitur hoc facere animo nocendi num. 12 & 13.*
*Vassallus præstans auxilium posteriori Domino contra primum in caducitate excusari non potest num. 15.*
*Vassallus qui ob antiquitatem ignorat qui ex duobus Dominis sit antiquior neutri in persona seruire debet num. 16. contrar. de Aequitate cum vtriq; auxilia debeat num. 17. & 19. & tunc gratificationi locus est num. 18. & 20. si tamen res est integra num. 21.*
*Vassalli mei homo, non est homo meus numer. 22. & 24. libertat liberei mei non dicitur meus libertus nu. 23.*
*Homines omnes qui in Regno sunt sub potestate ipsius Regis sunt num. 25.*
*Imperator dicitur Mundi Dominus num 26.*
*Dux vel Baro bellum mouens contra Regem incidit in crimen lesæ Maiestatis num. 27.*
*Homines Vassalli non possunt inseruire contra Dominum ipsum incidunt in crimen lesæ Maiestatis si sunt de Territorio infeudato num. 28. 29. ac 30. secus si sunt de alia Baronia num. 31.*
*Vassallus cogitur inseruire Domino quando proficiscitur cum Imperatore ad coronam suscipiendam num. 32.*
*Vassallus licet Domino inseruire debeat non tamen tenetur vitam suam posponere vitæ, & saluti Domini nu. 33. & 34.*
*Vassallus clamore etiam iuuare Dominum tenetur n. 35.*
*Seruus vitæ descrimen subire cogitur pro salute Domini num. 36.*
*Seruus examinari non poterat contra Dominum nec illũ accusare num. 37. limitatur in crimina lesæ Maiestatis num. 38.*
*Seruorum Egregia facta pro Dominis num. 39.*
*Vassallus tenetur pati, vt Dominus possit ponere præsidium militare in Arce ob proximum bellum pro eius deffensione, vel vicini loci num. 40. declaratur nu. 42.*
*Domino directo interest feudum tuto, & rectè custodiri num. 41.*
*Vassallus pati debet, vt Dominus ponat custodem in Arce, pro eius interesse si illum suspectum habet n. 43.*
*Aliter Vassallo renitente potest feudo priuare Dominus num. 44 declaratur num. 45.*
*Modo Vassalli custodia non eiciatur num. 47.*
*Necessitatis tempore multa admittuntur quæ alias non admitterentur num. 46.*
*Dominus resarcire damnum Vassallo debet si eius intuitu datum illi fuisset num. 48.*
*Vassallus non tenetur resarcire Domino expensas factas in Arce pro meliori eius deffensione num. 49.*
*Vassallus potest belli tempore, aut ob eius suspitionem cogere subditos ad faciendas excubias num. 50. declaratur num. 51.*

## Vassalus duorum Dominorum qui inuicem bellum gerunt Cui personaliter inseruire debeat.

## Cap. CLXXXVIII.

1 DVORVM Dominorum Vassallus quis esse potest ob diuersa feuda à diuersis Dominis habita *cap. grandi de suppl. Prælat. neglig. lib. 6. & Clem. Pastoralis §. alias vers. rursus de re iudic.* Et cum Vassallus teneatur eius Dominum, siuè Principem ad bellum sequi, & ei inseruire proprijs expensis
2 vt habetur *in cit. qualit. iur. deb. vassal. & tit. de forma fidelit. cum tit. sequenti vt probat Vasquez lib. p. Ill. controuers. cap. p. nu. 9. Rosental. in cap. 8. concl. 2. litt. A ac conclus. 29. num. 2. cum seq. Scrader. feud. par. 6. cap. 6. num. pr. cum tribus seqq.* quam conclusionem declarat Euerard. *in topic. loco 25. de*
3 *liberto ad vassallum sub num. 5.* videlicet quando fructus feudi hoc patiuntur, Quæritur si quis est Vassallus duorum Dominorum, qui inuicem bellum gerunt, cui ex ipsis inseruire teneatur,
4 & neutrum iuuare debere videtur; Cum Domini concurrentes videantur se mutuo impedire iuxtà *Tex. in l. quoties ff. de vsufr.* Et nemo
5 possit duobus Dominis contrarijs seruire *cap. vi Christianus §. hoc idem vers. item distinct. pr. de penitent & cap p. 21. qu. p.*
Quamuis ne feudum amittatur vtriq; inseruire
6 debere Vassallum decidit *Tex. in l. continuus §. illud ff. de verb. oblig.* licet enim non possit vtriq; Domino inseruire eodem tempore, Tamen obligatio illius cui non seruit, videtur perempta, qui idcirco poterit feudum reuocare, vt
7 habetur *in dict. §. illud, & tradit specul. tit. de feud. §. 2. num. 26. vers. vnde licet par. 4.*

Supposito

Supposito igitur, quod seruire teneatur Vassallus iuuare debet eum, cui primo fecit homagium
8 non secundū, vt habetur *in cap. Imperiale § illud de probib. feudi alien. & l. in operis ff. locati. ac in l. 3. C. qui potior in pign. habeantur.* Priorē enim fidelitatem semper seruare indubitanter tenetur
9 Vassallus vt probat Specul *loco rel. per Tex. in cap. veniens extra qui cle, vel quo*, qui testatur hanc sententiam procedere de rigore iuris, vt subijcit etiam *Tiraqu. tr. de primog. quæst. 17. nu. 14.*

De AEQVITATE, etenim tutior videtur alia conclusio, vt ei qui primo fecit homagium, in-
10 seruiat personaliter Vassallus, illi vero cui secundo fecit homagium iuuet per substitutum iuxta vires ipsius feudi, Cum huiusmodi operæ præstari possint per substitutum *l. vnica § fin autem C. de caduc. toll. ita probat Specul. cit. num. 26. versi. AEQVVM tamen, & sequitur Tiraquel. all. n. 14. & pobat Rosent. tr. de feud. cap. 8. conclus. 16. nu. 4. cum seq. plur.*

Non enim obstat quod primo Domino promisserit Vassallus nullum alium iuuare, excepto ipso Domino ligio, Cum huiusmodi clausulæ
11 opponi soleant in iuramento fidelitatis, *Rosf. dicto cap. 8. conclus. 7. in principio*; Quia non videtur præstare auxilium contra enim, licet secundum iubet per substitutum; Namq. hoc non facit animo nocendi priori Domino, sed causa
12 sibi ipsi consulendi, ne feudum à secundo Domino sibi datum amittat, & sic attendendum est quod principaliter fit, non quod in consequentiam venit *arg. l. pr. § deniq. ff. de aqua plu. arcenda, & l. atq; § cum me absente ff. de negot. gestis Specul. loco rel. in fine, & in tit. de aduocato § p. ver. quid si aduocatus Rosent. in all. cap. 8. conclus. 7. sub num. 4. lib. C. post Siluan. tr. de feud. qu. 109. num. 19. & 62.*, etiamsi qui per alium lædit, lædere etiā
13 dicatur *tex. in l. p § deiecisse ff de vi, & vi armata, & l. nonsolum 12. § si mandaurro ff. de iniur.* & consequenter à caducitate excusari minimè posse videatur qui auxilium posteriori Domino
14 præstitit contra primum Dominum, vt subijcit Rosental. *cit. conclus. 16. num. 6.*

Qui auctor num. 8 declarat teneri Vassallum personaliter inseruire antiquiori Domino, cęteris
15 vero per substitutum, quando bellum gerunt contra alios, non quando ad inuicem bellantur per *Affl. de feud. in cap. pr. numer. 25 tit. quibus modis feuda amittuntur Caffan. in consuetud. Burgun. tit. de feud. par. 3. vers. homage num. 21. Rol. cons. 44. num 26. lib. 2.*

Si verò ignoretur cui primo loco factum fuerit homagium, vt quando agitur de feudis antiquis, & sic in dubio versetur, Tunc de rigore
16 regore iuris neutri in seruire debet Vassallus; Quia cum non teneatur de rigore iuris iuuare nisi primum Dominum, vt supra diximus, nec appareat quis sit primus in iure homagij, neutrum iuuare debet *l. si fuerit ff. de rebus dubijs, & l. duo sunt Titij ff. de testam. tut.* quamuis quod in dubio vtrumq; iuuare debere Vassallum habe-
17 tur *in cap. non æstimemus 13. qu. 2.*

De AEQVITATE, tamen eo casu gratificationi locus est, vt scilicet Vassallus possit inserui-
18 re, ei cui maluerit personaliter *Tex. in l. fin. ff. de relig. & sumpt. funer.* Alterum vero per substitutum iuuare, Ita expresse probat Specul. *loco cit. num. 27. & sequitur Tiraquel. all. numer. 14. vers. subiungitur*, Vbi citat etiam *Roman. cons. 47. visis necessarijs col. p. vers. secundo ad idem, & Bellamerā in cap. indicamus col. 3. vers. verum dubito tit. de tregua, & pace.*

Inquit tamen Rosental. *cit. cap. 8. conclus. 16. num. 8.* quod eo casu tenetur Vassallus vtriq; inserui-
19 re, licet in eius sit facultate inseruire in persona ei cui voluerit, Alteri vero per substitutum, & sic in hoc concordat cum speculat:, & alijs relatis, cum hæc electio Vassalli sit tanquam
20 debitoris electio, vt tradit ibidem *Rosental. lit. I ac in conclus. 12. num. 2. in fine*, Qui numer. 5. inquit ad hanc electionem posse deuenire Vassallum re tantum integra, non postquam iam
21 alteri inseruire cœperit; Quia tunc præcisè tenetur inseruire ei, cui inseruire cœpit ex Isetnia *in cap. omnis num. 5. tit. si de feud. defuncti, & ibi Balzar. nu. 11. arg l. fin. § fin autem C. de testi. manumiss.*

Qui Specul. *seq. num. 28.* aliam examinat quæstionem, an homo Vassalli mei sit homo meus, &
22 negatiuè concludit *per l. Modestinus ff. de verb. signif.* Sicuti dicitur de liberro liberti mei, qui
23 non dicitur libertus meus *l. si quis à liberis § si quis à liberis ff. de liber. agnosc., & l. alimenta § p. ff. de alim. & cibar. lega. ac cap. legitur 81. distinct.* Et si enim Magni Barones, Duces, & similes sint homines ligij Regis in cuius Regno, aut iurisdictione sunt, tamen homines ipsorum
24 Baronum vel Ducum non sunt homines ipsius Regis, siuè Imperatoris *cap. nullus primus 11. q. 3. & cap. Pastoralis de officio ordin. Rol. cons. t. nu. 77. cum seq. lib. 2.*

Quamuis omnes homines, qui in Regno sunt sub potestate ipsius Regis sint, & in ijs habeat
25 Rex Imperium generalis iurisdictionis, & potestatis *cap. quo iure 8. distin.* sicut omnia sunt Imperatoris respectu generalis iurisdictionis,
26 cum sit mundi Dominus Imperator *l. bene à Zenone C. de quad. præscript. & l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de iact. & § futuram 24. qu. 2. Specul. cit. § 2. num. 28. in fine tit. de feud. par. 4.* Qui nu. seq; probat quod sicuti Baro, vel Dux bellum mouens contra Regem, vel Imperatorem incideret in
27 crimen læse Maiestatis *l. pr. ff. ad l. Iul. Maiest.* Ita etiam ipsius Baronis homines in idem crimen inciderent; non obstante quod in eius manibus iurassent, se fore inseruiendos Baronc contra omnem hominem, quia iuramento non
28 obstante non tenentur Barono Domino in seruire contra Regem Supremum Dominum cuius auctoritas intelligitur excepta in iuramento
29 *cap. venientes de iureiur.*

Hanc tamen conclusionem eleganter, & perspicuè explicat, & declarat Rosental. *in cit. cap. 8. conclus. 10. num. 3. cum seq. plur. par. pr.* Vbi concludit

distit quod vel agitur de hominibus Vassalli, qui sunt de Territorio infeudato, & tunc om-
30 nes homines subiectos dici ipsi Regi; Vel agitur de hominibus subiectis ipsi Vassallo, sed ratione alterius Baroniæ vel Feudi ab alio Domino obtenti, & tunc locum habet conclu-
31 sio, quod Vassallus Vassalli mei, non dicitur Vassallus meus post *Bar. in l. Claudius num. 2. ff. qui potior. in pignor. habeantur*, Et hanc conclusionē probat *Rol. cons. p. num. 79. cum seq. lib. 2. Strader. de feud. par. 8. cap. 2. vers. utrum autem Vassallus Vassalli*, quam sententiam comprobat Idem Rosental. *in cap. 10. conclus. 10. num. 11.* Etante eum eandem defendit Euerard. *in eius Topica loco 4. liberpi ad Vassallum, qui est 25. numer. 3. fol. mihi 195. per cap. Imperialem §. illud de prohib. feudi alienat. Rol. all. cons. p. num. 79. & 80. ac num. 96. lib. 2.*

Cogitur insuper Vassallus inseruire Domino,
32 quando ille proficiscitur, cum Imperatore ad Coronam suscipiendam *Tex. est in cap. p. §. vt autem ÆQVITAS, & ibi Isern. num. 51. de pace iuram. firmanda Scrader. de feud. par. 6. cap. 6. numer. 103. quos sequitur Rosental. all. cap. 8. conclus. 19. nu. 5. & litt. F & tradit Rolan. cons. p. num. 77. lib. 2.*

Qui Vassallus licet Domino inseruire debeat, Non tamen tenetur vitam suam posponere,
33 vitæ, & saluti Domini *glos. in cap. quibus modis feuda amitt. quam communiter ibi sequuntur feudistæ præsertim Bal. num. 8. laud. num. 7. Affl. num. 18. quos seq. Rosental. in cap. 10. conclus. 16. n. 20. & ibi Add. litt. O* Vbi aperte scribit quod si Vassallus posset Dominum liberare, sed perire, sibi oporteret, Non tenetur; cum ordinata charitas in
34 his etiam incipiat à se ipso, Vbi num. 21. cum seq; plur. multa narrat in quibus Vassallus iuuare debet Dominum etiam clamore, quia
35 quando fecit quidquid potuit offitio fidelis clientis functus est, nec ad aliud tenetur.

Aliud autem obseruari debet per fetuum, qui
36 vitæ discrimen subire cogitur pro salute Domi *l. p. § hoc autem vers. iuxta hoc tamen videtur, & l. cum Dominus ff. ad S. C. Syllan. Rosental. cit. cap. 10. glos. 16. numer. 21. & ibi Add. litt. P.* Quorum seruorum neque testimonium, neque questio, nec inditium, nec confessio, neque
37 accusatio aduersus Dominum audiebantur, vt multis exemplis probat Petrus Erodius *lib. 6. rerum iudicatarum cap. 5. tit. p. de accusationibus & lib. 9. cap. 17. tit. 3 de repetundis*; Quamuis vbi agitur de summa rerum limitari conclusionem ipsam scribit Idem Aerodius *eodem lib. 6. cap. 5.*
38 *tit. 4 de incendio Ruin. & naufrag.* Vbi inditium serui aduersus Dominum admitti, quando agitur de statu Reipublicæ, vel alia re graui testatur, Egregia verò facta seruorum pro Do-
39 minis ample recenet Valer. Max. *lib. 6. pleno cap. 19.*

Quemadmodum etiam tenetur Vassallus ob periculum imminentis, vel vicini belli concedere Domino, vt possit præsidium militare in Arce infeudata ponere pro eius defensione, aut etiā
40 vicini loci; Quia Domini directi interest feudum, tuto, & recte custodiri *l. si Anus, & l.*
41 *si ita legatus ff. de vsu, & habitatione*; Modo si sine fraude, & dolo, & periculi magnitudine
42 id exigente præsidium militare collocari intendat Dominus directi in Arce ipsa infeudata, vt probat *Bal. in d. §. quid ergo num. 3. & ibi Affl. num. 11. cum seq. & præpositur num. p. per tex. in d. l. si ita legatus 16. §. Dominus ff. de vsu, & habitatione Idem Bald. in Auth. nunc si hæres num. pr. C. de litigios. Capic. in inuest. feudali cap. feudorum custodia in princip. pag. 39.* Qui addit posse etiam Dominum pro eius interesse apponere custo-
43 dem in Arce Vassalli, si illum suspectum habet *Paris. de Put. tr. de feudi redintegrat. cap. 173. Landenr. tr. de Castell. & Castel. concl. 6. Rol. conr. 70. per totum, & cons. 71. lib. 2. Boer. decis. 212. numer. 30. Cassan. in Consuetud. Burg. tit. de iustices §. 4. num. 10 & tit. de feud. §. 3. num. 5. verr. Adde fol. mihi 418.* Vbi Vassallum renitentem, feudo posse priuari
44 vult, & ita in causa Marchionis Saluciarum iudicatum fuisse anno 1531 scribit, quos sequitur *Rosental. cit. cap. 8. concl. 2. num. 8. & Add. litt. G.* Vbi dolo, & sine causa probabili resistat Vassallus; Prout voluit idem Cassan. *d. rubr. 3. §. 4. in verbo le Vassal. et tenu num. 26. post Baldum cons. 158. numer. 3. lib. 3.* Dum cauendum inquit, ne confingatur occasio, qua possessio possessori
45 auferatur per Dominum *Capic. decis. 27. num. 6. Sebastian. Medices in tr. de casibus fortuitis par. p. q. 6. num. 60.* Vbi multa alia tecenset, quæ tempore necessitatis admittuntur *Scrader. d. p. 6. c.*
46 *7. num. 23. & part. 10. sect. 2. num. 58. tr. de feud.*

Hanc tamen conclusionem pluribus modis restringit Rosental. *cit. num. 8. cum seq;* Et primo
47 ne custodiam Vassalli Dominus eicere possit sed tantum suam sivellit adiungat iuxta tradita per *Bal. in dicto §. quid ergo num. 3. Iacobus Leonardus inter cons. feudal. diuers. cons. 117. num. 285. vbi citat Ripā in tr. de peste § sed pone quod Communitas*; Secundo si destruatur Arx ad Domini contem-
48 plationem, vel ab hostibus, vel ratione belli, Tunc tenetur Dominus resarcire damnum Vassallo; Ita in specie consultus respondit *Crau. cons. 933. num. 17. cum plur. seq.* Quia culpa Domini damnum tulisse iudicatur Vassallus *l. si merces §. culpæ ff. locati, & l. penul. ff. sol. matrim. & in specie probat Ruin. cons. 25. num. 9. & cons. 65. nu. 2. & 3. lib. p. ac Rol. cons. 70. lib. 2.* Faciunt etiam tradita per *Dec. cons. 65. nu. 4.* Tertio si Dominus in Arce, vel re ipsa feudali pro meliori defensione fortalicium, aut aliquam monitionem extruxit, Tunc Vassallus istas impensas non
49 tenetur magis reddere, quam quilibet de populo, quia Princeps Vassalli negotium hac in parte non, sed sibi, & Regno suo gessit, vt notat Affličt. *in all. §. quid ergo num. 12. & Leonardus in cit. cons. 117. num. 284. Paris de Puteo dicto cap. 173 num. 4 latè Crau. cons. 933. num. 17. cum plur. sequen.*

Cæterum Vassallus tempore belli, vel ob eius suspitionem potest mandare subditis suis, vt

*principio, et num.* 104.*cum seq.* Quæritur ad quid tenean̄tur huiusmodi fideiussores; Et sanè licet officiales tenean̄tur in Sindicatu de omnibus contractibus, seu quasi maleficijs, seu quasi quos, & quæ contraxerunt, seù commisserunt
85 tempore regiminis sui offitij *vt not. Bald. in l. obseruari §. proficisci num.* 4. *ff. de officio proconſ. quem ſequitur Cancer. dicta cap.* 12. *numer.* 120. *et probat Caraba de Syudicatu in ſing. verbo fideiusſor.* Eorum tamen fideiussores, non renentur ad debita, quæ contraxerunt officiales durante of-
86 ficio, Quemadmodum etiam non tenentur de gestis extra eorum officium, vt probat *Hipp. de Marſil. in repet. rubr. de fideiuſſor. numer.* 182. Nisi fideiussio latè in omnem casum esset facta, & sic ita generaliter, vt omnia prædicta
87 cōplecteretur Gonzalez *de Paz in ſua pract. tom. p. part.* 8. *in proemio num.* 4. *et probat Cancer. cit. cap.* 12.*num.*130. *cum seq.*

Prout in Cathalonia large accipi fideiussores,
88 qui idcirco teneri ad omnia iudicata per Sindicatores, quam Iudices tabulæ vocantur testatur Cancer. *loco relato num.* 133. Præterquam ad pænam corporalem, ad quam minimè tenentur fideiussores, vt habetur *in l. fide-*
89 *iuſſor Magiſtratus ff. de fideiuſs. et in l. p. C. de periculo eorum qui pro Magiſtr. lib.* 11. Et sic non in persona tenentur fideiussores, pro offitiali; Sed benè tenentur pro pęna pecuniaria, in qua
90 condemnatus est officialis pro maleficio, vel ad damna, & interesse parti iniuriatæ.

Idem intelligitur de ipso officiali, qui obligatus esset ex forma statuti pro eius familia; Quia illud intelligitur ciuiliter tantum; Adeò quod
91 si potestas expresſè se obligasset ad soluendū pro familia omnem pænam ciuilem, & criminalem intelligitur de pecuniaria non de corporali quæ per alium pro alio solui non potest
92 *gloſ. in cap. cum homo* 23. *qu.* 5. *et notat Bart. in l. vnica C. de periculo eorum qui pro Magiſtratu inter. lib.* 11. *quam sententiam probat Bald. in d. l. obſeruari §. proficiſci num.* 2. *ff. de offitio Proconſ. ac latè proſequitur Cancer. cit. cap.* 12. *numer.* 136. *ac in lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 70. *cum ſeq.*

Et eo casu fieri etiam deberi excussionem aduersus familiam antequā officialis molestetur
93 probat *Gonzal. de Paz in dicta eius pract. tom. pr. par.* 8. *cap. vnico in proemio num.* 16. *et* 17. *per gloſ. in l. ſi quis ex corpore C. de muril egu. lib.* 11. *quem refert, et ſequitur Cancer. cit. cap.* 12. *num.* 139. *lib.* 3.

Qui auctor num. 140. post Portules ad Molinam in §. *in quis num.* 11. proponit questionem, an possit sindicari Officialis durante officio, & distinguendo inter officialem perpetuum, & temporalem primo casu affirmatiuam tenet
94 opinionem, In secundo verò casu negatiuam sustinet; Et si auctoritate Principis ante tempus ad sindicatum procedatur contra officialem, vt aliquando obseruari vidi, Tunc fide-
95 iussorem minimè teneri ad soluendum iudicatum probat *Meier. tit. de tabu. tr.* 17. *col.* 4. *num.* 44. *per tex. in l. cum apud ff. iudic. ſolui*, Quam
96 tamen sententiam improbat *Cancer. cit. cap.* 12 *n.* 105. *cum ſeq.* Eo sub prætextu quod promissio fideiussionis facta de soluendo iudicatum pro Prætore, teneat etiam pro iudicato per eius
97 successorem, vel alium eius loco subrogatum, vel à lege deputatum Si non fuit expressum nomen Iudicis, Quia licet Iudex mutetur non dicitur mutatum iuditium, cum Iudex succes-
99 sor sit subrogatus loco primi *l. proponebatur ff. de Iudicijs Roma. conſ.* 210. *Vinc. de Franchis deciſ.* 320. *et Theſaur. deciſ.* 202. *num.* 14. Namq; longè diuersa videtur ratio, quod promissio fideius-
98 sionis facta coram Iudice teneatur etiam coram successore, & quod obligatio fideiussionis de iudicatum soluendo in sindicatu post finitum officium locum etiam habeat in Iudicia sindicatu facto ante offitium finitum, & sic in iudicio preuentorio, & si verè ad eundem finem tendat Iuditium ipsum sindicatus, tàm prouentorie inchoatum, quam debito tempore post finitum officium factum; Et num. 115, sententiam ipsam procedere tradit Cancer.,
100 etiamsi nomen Iudicis expressum fuisset per fideiussorem, quando ille se obligauit de Iudicatum soluendo in sindicatu ex *Bartio deciſ.* 98. *num.* 28. *in fine.*

## *SVMMARIA.*

*Fideiuſſor poteſt renuntiare beneſitio excuſſionis num.* 1. *et generalis renuntiatio videtur eum comprahendere num.* 2. *contrar. num.* 6. *et* 8.

*Excuſſionis beneſſitium non eſt incognitum fideiuſſoribus num.* 3.

*Renuntiatio generalis omnia comprahendit num.* 4.

*Renuntiatio generalis non continet caſum datis, qua ſpecialem ſiuè expreſſam deſiderat num.* 5.

*Renuntiatio generalis non intelligitur de maioribus iuribus num.* 7.

*Notar. ſolet in inſtrumentis apponere primo renuntiationes ſpeciales deinde generales num.* 9.

*Excuſſionis beneff. non amitti fid. per iuratam renuntiationem generalem dummodo ex praſumptione, et iuris, non defficiat conſenſus renuntiantis num.* 10. *et* 11.

*Operaſſe quis praſumitur eadem facilitate in contractibus ſi indoctus fuit de beneſſitio cui renuntiauit num.* 12.

*Renuntiatio Velleiano cum iuramento facta non valet niſi ſcientiam habuiſſet beneſſitij Velleiani num.* 13.

*Renuntiatio generalis fideiuſſoris omni legum auxilio intelligitur, et reſtringi debet ad eas omnes exceptiones, qua fideiuſſori competebant tempore facta renuntiationis num.* 14.

*Contrar. per Mantic. cuius ſententia num.* 17.

*Excuſſionis beneſſicium oritur poſt renuntiationē fideiuſſoribus temporem ſcilicet rei iudicata num.* 16.

## Renuntiatio generalis facta per fideiussorem beneffitio legis sibi competenti, An compræhendat renuntiationem excussionis.

## Cap. CLXXXVI.

QVOD validè posʃit fideiussor
renuntiare beneffitio excuʃsio-
nis non est ambigendum cum
quilibet renuntiare valeat fauo-
1 ri suo *vol l. si quis in conscribendo C.*
*de pactis glos. in §. p. in auth. de fidei-*
*comiʃs. in verbo decedat spec. in tit. de renuntiationi-*
*bus, et vers. viso num. 16. Alex. in l. fin. num. 11 cum*
*seq. ff. si cert. petatur, et cons. 32 num. 11. libr. 4.* In
dubium tantum reuocant scribentes, an per
generalem renuntiationem factam per fide-
iussorem beneffitio legis sibi competenti cen-
seatur renuntiatum etiam huic beneffitio ex-
cuʃsionis principalis; An verò specialis re-
nuntiatio requiratur.

Et generalem renuntiationem sufficere habetur
2 *in l. fistulas § frumenti ff. de contr. empt. l. vlt. §. cum*
*dulcia ff de Tritic. leg. et colligitur ex Auth. Patri, et*
*Auiæ C. quando mulier tut. officio fungi potest,* Quia
3 benefitium excuʃsionis non est incognitum
fideiussori, & de facili potest præuideri; Tan-
tumq; operatur genus quoad genus quantum
3 species, quoad speciem *l. si duo ff. de administr.*
*tut., & l. omnes ff. de praescript. 30. annorum;* Et
hanc conclusionem probat *Curt. sen. cit. cons. 6.*
*num. pr. vers. tamen à communiter contingentibus.*

Et hęc sententia corroboratur per regulam illam
quod renuntiatio generalis omnia compræ-
4 hendit, quippe ad incognita etiam se extendit
*Bartol. in l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis caut.*
*Curt. iun. cons. 68. col. vlt. Crau. cons. 135 num. 24.,*
*et cons. 209. num. 6. 272. num. 7. ac cons. 294. num. 3.*
*Cephal. cons. 463. num. 29. lib. 4. ac idem probat Me-*
*noch. cons. 335. num. 17. et cons. 371 numer. 5. et 6.,*
*Conferunt tradita per Alex. Trentacinq; lib. 3. var,*
*resol. tit. de fideius, resol. 2. num. 3. et 4. vers. non rece-*
*das,* Quamuis limitat renuntiationem gene-
5 ralem non compræhendere casum dotis ex *Ias*
*in l. pr. numer. 9. ff. sol. matrim. et in l. filius famil. §.*
*Diui num. 62 ff de lega. p. et in l. quod dicitur numer.*
*5 ff. de verb. oblig.*

Et hanc partem expresse probat *Alex. cons. 29. nu.*
*29. lib. 7. Portius com. opin. conclus. 41. in 26. limit.*
*et Gail. lib. 2. singul. obseru. 27. num. 20. et 21.* Vbi
tradũt fideiuʃsorem censeri renuntiaʃse bene-
fitio excuʃsiones, quando cum iuramento re-
nuntiauit omnibus alijs iuris, & legũ auxiliis.

De AEQVITATE tamen verior est contraria
sententia, tutiorem scilicet eʃse eam opinio-
nem, quod qualitas beneffitij excuʃsionis spe-
cialiter exprimatur in renuntiatione, adhoc,
6 vt valeat renuntiatio quoad excuʃsionis be-
neffitium *arg. d. l. si quis in conscribendo C. de pactis*
quæ loquitur quando quis specialiter renun-
tiat exceptioni fori Generalis enim renun-
7 tiatio licet trahatur de similibus ad similia,
non intelligitur tamen de maioribus *l. fistulas*
*§. frumenta ff. de contrah. empt. & l. vlt. §. cum dul-*
*cia ff. de tritic. lega. Ruin. cons. 139. num. 8. lib. 5*

Et hanc sententiam deffendit *Bal. cons. 4. num. pr.*
*vers. & consuetud. in fin. lib. p.* Vbi inquit hanc
opinionem esse AEQVIOREM licet ex ri-
8 gore iuris, Generalis, & breuiloqua renuntia-
tio perindè valeat, ac si singulari rer species
essent expresse per *d. l. omnes ff. de præscript. 30.*
*annorum Idem sentit Bar. in l. sed, & si quis §. que-*
*situm n. p. in fin. vers. tertia facit opinio ff. si quis caut.*
*Specul. in tit. de renuntiat., & concl. vers. pone ergo*
*num. quos sequitur Card. Mant. de tacit., & ambigu.*
*cit. lib. 16. tit. 18. num. 5. cum plur. sequentibus.*

Qui Baldus scribit *in d. cons. 4.* quod Notarij con-
sueuerunt apponere in publicis instrumentis
primò clausulas, siuè renuntiatione speciales,
9 deindè generales; Ex quo datur intelligi,
quod generales tantum non sufficiant, quo
argumento ideirco vsus est idem Bal. pro con-
firmatione eius opinionis, & sequitur *Card.*
*Mantic. dicto tit. 18. sub num. 5. vers. vndè etiam.*

Neq; beneffitiũ excusʃionis ammittere fideius-
sorem arbitror, etiam si renuntiationem ge-
neralem fecisset cum iuramento, vt voluiʃse
10 videtur Card. Mantic. *cit. tit. 18. num. 12.* Dum-
modo, ex præsumptione iuris non deficeret
consensus renuntiantis secundum *Bal. in l. p. n.*
11 *4. vers. secundò queritur C. comodati, & Aret. cons.*
*33 num. 9. in fine numer. sequ.* Eadem etenim fa-
12 cilitate iuraʃse præsumitur renuntians in-
doctus de beneffitio excuʃsionis, qui ad ge-
neralem renuntiationẽ deuenit *l. doli §. diuer-*
*sum ff. de nouationibus*, & in terminis renuntia-
tionis beneffitio Velleiani facta cum iura-
13 mento per vxorem probat *Imola in cap. penult.*
*de empt. & vendit. Bal. in cons. 47. lib. pr.* Vbi aʃse-
rit hanc eʃse communem opinionem Docto-
rum *Gramat. decis. 76. num. 19. & latiʃsimè probat*
*Alex. Trentacinq; dicto tit. de fideius. resol. 2. sub*
*num. 31 vers. contra hanc cum vers. 9. lib. 3. var. resol.*

Præsertim cum Idem Card. Mantic. eodem *tit. 18*
*num. 16.* probat renuntiationem generalem
fideiuʃsoris omni legum auxilio intelligi, &
restringi debere ad eas omnes exceptiones,
quæ fideiuʃsori tantum competebant tempo-
14 re factæ renuntiationis ex *Bar. in d. l. sed, & si*
*quis §. quæsitum num. p. vers. oppono ff. si quis caut.*
*per auth. matri, & Auiæ cum glos. C. quando mul.*
*tut. offitio fungi potest*, quæ loquitur de matre,
quæ renuntiauerat omni legum auxilio.

Quia fideiuʃsor de iudicatum soluendo, qui ge-
neraliter renuntiauit beneffitio sibi ex legib.
15 competenti, non intelligitur renuntiaʃse be-
neffitio excuʃsionis, cum illa oriatur post re-
nuntiationem; Tempore scilicet rei iudicatæ
16 & ideò post latam sententiam potest eam op-
ponere *Bal. in l. vlt. §. & cum antiquitas num. 3.*
*de vsu rei Iud. ac sequitur Card. Mant. in eodem tit.*

18. *num. 17. cum seq;* Vbi etiam probare conatur generalem renuntiationem fideiussoris trahi ad ea, quæ ex causa præsenti oriri pos-
17 sunt, & sic etiam ad futura quæ conclusio mihi non arridet stantibus iam deductis præsertim attenta traditione *Bald. in cit. cons. 4. quam sequi omnino debemus.*

*SVMMARIA.*

*Primogenitus honoratior esse debet num. 1.*

*Primogenitus in veteri testam. duplici parte ex omnib. parentum bonis num. 2.*

*Primogenitus in Francia longè melior est conditio n. 3.*

*Primogeniti Domini vocantur aliorum fratrum nu. 4.*

*Primogenitus succedit semper in Regno num. 5.*

*Primogeniti duo aliquando eodem actu nascuntur, vt legitur in Genesi num. 6.*

*Primogenitis duobus existentibus neuter succedere debet in primogenitura, siue Regno num. 7. sed alter eligitur magnates num. 8. declar. num. 24.*

*Contrar. verius num. 14. 15. 16. & 17. cum seq; plur. et num. 26. et num. 39.*

*Incertitudinis ratione, circa personarum qualitati actus vitiatur num. 9. 10. & 11.*

*Hæredis institutio in persona incerta inefficax est num. 12. & 13.*

*In dubio ex paribus existentibus rationibus vtriusque partis ad rem agentis vtriq; equa iudicanda est num. 20. quod tamen procedit in diuiduis non indiuiduis num 21. & si ambæ partes ad lucrum aspirant n. 23.*

*In dubijs rebus mediam viam eligere debemus nu. 22.*

*Necessitatis causa receditur à regulis iuris num. 25.*

*Incertitudinis ratione circa primogenitos bona inter eos diuiduntur etiam contra dispositionem testatoris num. 26. etiam feudalibus num. 27.*

*Et ita obseruatum num. 28.*

*Theodori Triulij Cardinalis mentio honorif. num. 29.*

*Præmium promissum ei qui primus Ciuitatem ingrediatur si duo simul ingressi sunt eodem tempore vtriq; debetur num. 31.*

*Scipionis Africani sententia in ea materia num. 32.*

*Romanorum sententia in ea materia num. 33. contraria sententia in Lacedemones, et Athenienses num. 34.*

*Aequalitas contemnetur aliquando ad euitandum bellum num. 35.*

*Vnicuiq; quod suum est non semper tribuitur num. 36. et 37.*

*In dubijs quomodo procedendum num. 38. aliquando sorte ea dirimuntur num. 38.*

*In dubio profertur in feudis sint primogenituræ dicti qui in possessione est num. 40.*

*Gratificationi locus est in priuatis rebus, quæ ad Patrē spectat nu. 41.*

*In Regno, & magnis hæreditatibus nisi Populo, et magnatibus electio spectat num. 42. & sorti terminatur si ambo ita conueniunt vel alij terminare non possit n. 43. & 44.*

*Sortis Iudicio in dubijs licet stare num. 45.*

*Diuisiones fiebant sorte inter Romanos num. 46.*

*Diuisiones hodie sepè fiunt hoc modo viz. vt maior diuidat minor vero elegat num. 46.*

*Sortis iudicium locum tantum habet in quæ iuris, non facti num. 47. contrar. alij probarunt, vt etiam locum habeat in quæstionibus facti num. 48. quando partes sic petunt num. 50.*

*Obseruantia in hoc Dominio circa diuisiones feudorum per sortem num. 51.*

*Sortis iuditium falax, & incertum quod vt plurimum ad parum idoneos decurrat num. 52.*

*Sortis iuditium fortunæ iuditium dicitur num. 53.*

*Sortis iudicium locum non habet in casibus à iure expressis num. 54.*

*Iurisdictio licet indiuidua sit diuiditur tamen eius exercitatio diuidua est, dum alter pro certo tempore alter pro alio eam exerceat, & sic penes plures insolidum reperitur num. 55.*

*Impossibile non est duo simul regnare cum habeantur loco vnius num. 56.*

*Domini plures sibi impedimento esse solent in iurisdictione exercenda num. 57.*

*Exercitium iurisdictionis incipi debet à primogenito num. 58. & num. 64.*

*Decretum Senatus in ea materia num. 65. & 66.*

*Rex. Thebanorum Regnum filijs reliquit, vt alterni regnarent ex quo ad bellum deuenerunt, & perierunt num. 61.*

*Consules Romani alternis diebus, vel mensibus imperabant num. 62.*

*Pratores, & Capitanei Dominij Veneti exercitium iurisdictionis diuidunt inter se, dum alter de die alter noctis tempore causam exercent num. 63.*

*Decretum Senatus quod inter plures feudatarios exercitium iurisdictionis per sortem initium haberet num. 67. 69. & 70.*

*Iudicis arbitria plurimum valent in faciendis diuisionibus iurium num. 68.*

*Decretum Sen. quo declar. Praturas pro biennio fusti neri etiam si eligens pro vno tantum anno exercitium iurisdictionis haberet num. 71 & 72.*

## Duobus existentibus Primogenitis, an ambo admittendi sint ad primogenituram. Cap. CLXXXVII.

ANtiquissima est consuetudo in permultis Regionibus, vt primogeniti idest natu maximus prerogatiua notabili fruantur, cum Primogenitura, sit priuilegium, & dignitas, vt natu maximus cæteris esset honoratior, iuteq; etiam Diuino hoc sta-
1 tutum esse habetur in Deuteron. cap. 25. quo cautum legitur Primogenitos habere duplicia ex omnibus Parentum bonis, vt tradit Ioseph.
2 *de Antiquitatibus lib. 4. cap. 6. ac scribunt Abb. & cæteri in cap. licet extra de voto, & Lucas de Penna in l. p. sub num. 15. vers. ad octauum C. de Priuileg. eorum qui in sacro pal. lib. 12. ac Alex. cons. 162. lib. 2.* Quam consuetudinem seruari in Regno
3 Franciæ præsertim inter nobiles, vt in successionibus longè melior sit conditio primogeniti scribit *Tiraquell. tr. de primogenit. in præfatione*

*sione num. 3.* vbi in seqq. nu. plures alias recenset Regiones in quibus idem obseruari testatur, idem tradit Molina *tr. de primog. Hisp. lib. p. cap. praesub num. 5. & num. 6. & cap. 2. num. 3.*

Quippe primogenitos Dominos vocari aliorum
4 fratrum habetur in Genesi 27, Vbi Isaac benedicens filiũ Iacob, qui Dei ordinatione erat primogenitus, *Esto inquit Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuae vt scribit Io. Andr. in d. cap. dicto de voto, & Abb. in cons. 3. col. 3. lib. 2.*

Hinc asserit Bald. *in l. ex hoc iure col. 2. vers. 4. quaeritur ff. de Iustitia, & iure*, semper fuit, & semper erit, quod Primogenitus succedit in Regno.

5 Ad rem Oldra. *cons. 94. col. 4. & cons. 237. in pr. dubio*, Vbi ad saturitatem scribit Primogenitos succedere non solum in Regnis, & principatibus, sed etiam in Baronijs, de qua Baldi sententia agit Menoch. *cons. 163. num. p. & cons. 401. nu. 4.*

Quando autem duo sunt primogeniti (id quod non raro accidit) puta si duo gemini eodem partu nascuntur, vt legitur in Genesi 38. obste-
6 tricem scilicet ligasse Coccinum in manu Zara cuius ea manu prior exierat, & quem ideò priorem nasciturum putabat, Vt hinc dignosceretur quis esset primogenitus, licet aliter quam illa putabat euenisset, nempè Pharam primo ex vtero exijsse; Vel si mortuo Regẽ aut primogenito sine filijs, duo sint proximiores in eodem gradu ex diuersis descendentibus Si enim ignoretur, quis eorum primo loco natus sit ad quem spectet primogenitura.

Et sanè Bald. *in proemio ff. §. itaq; col. 2.* concludit quod cum consuetudo nulli eorum patrocinatur; Nam cum forma data sit, vt per vnum regatur feudum, siue primogenitura, Nullus
7 eorum succedere valeat *arg. not. in l. pr. C. de metrop. Ber. lib. 11. & in l. p. § nouissimè ff. de orig. iuris*

Et hanc sententiam comprobat idem Bal. *in l. ex hoc iure col. 2. vers. quinto quaero ff. de iure natur. gent & ciuil.* vbi inquit, quod si duo filij Regum nascuntur, nec apparet ordo nascendi, Primum videri quod neuter sit Rex, sed alter eorum debeat elligi per Magnates, & Populum ipsius
8 Regni *arg. l. si duos ff de excus. tutorum, & l. si quis in graui §. vtrum ff. ad Sillan., ac leg. Arethusa ff. de statu hom.* Ratione enim incertitudinis qualitatis personarum vitiatur actus *vul. l. ex*
9 *pluribus ff. de manumiss. vindic.*

Pro qua opinione summopere confert Tex. *in l. si ita fuerit ff. de rebus dubijs*, Vbi Vlpianus decidit quod si fuerit legatum vni ex cognatis qui primus capitolium ascenderit, & simul duo
10 ascendisse dicantur, nec apparet quis prior, legatum impediri, Idem declarat ibidem Vlpianus, si legatum fuerit eius affini, qui maximus natu est, & duo affines pares aetate sunt, quorum neutri deberi legatum tradit ratione incertitudinis; Prout facit etiam *Tex. in l. si quis de pluribus eodem tit. & in d. l. cum ex pluribus ff. de manumiss. testam.*

Idem etiam declarasse videtur Tex. *in l. duo sunt Titij ff. de test am.* Vbi Paulus I.C. decidit, quod si testator relinquerit Titium Tutorem, suntq;
11 duo Titij nec apparet de quo senserit testator, neuter tutor erit; Facit etiam Tex. *in l. nominatim la 2. ff. de liber. & posth.* Vbi si testator qui plures habebat filios dixit, filium meum exheredo nomine non expresso, itaut ignoretur quem voluerit exhaeredare Nullus exhaeredatus dicitur, idem intelligitur in institutione
12 haeredis, quae est fauorabilis *l. in tempus §. quoties ff. de hered. instit.* quemadmodum idem habetur in *l. quoties vers. si vero duo ff. de vsufr.*, qui textus loquitur de legato facto Titio, Si enim ambo concurrere volunt ad legatum, siue ad haereditatem, aut Primogenituram inuicem se
13 impediunt *l. si duobus la 2. §. vlt. ff. quibus modis vsufr. amit. Bal. cons. 250. viso isto processu col. p. lib. 4. & cons. 146. Titulus prope finem.*

Et hanc sententiam multis legum, & glosarum ac Doctorum auctoritatibus longa serie exornat Tiraquel. de primog. *d. qu. 17. opin. 6. per totã* apud quem omnia videri possunt, qui plenissimè probat ratione incertitudinis personae, haereditantis legata, tutorum deputationem, ac legitimationem filij siuè matrimonium nullius esse effectus, Cum se mutuo impediant concurrentes ad idem vetradunt *Scrib. in cap. graue de decimis.*

Attamen de AEQVITATE communior est contraria sententia, vt scilicet vterq; succedat in
14 Primogenitura, cum haec humanior, & benignior iuriq; ac rationi congruentior sit conclusio, quae probatur primo per tex. *in l. ex duob. ff. de vlg. & pupill. subst. & in l. qui duos ff. de rebus dubijs*, Quibus cauetur, quod si quis fuerit substitutus ei qui ex duobus supremus morietur, si ambo in eadem naui simul mortui fuerint nec appareat vter eorum prior posteriorve decesserit, censendi sunt, tanquam vterq; vltimi decesisse videantur propterea vterq; substitutus erit, quorum textuum dispositio licet de morte duorũ loquatur tamen procedunt etiam circa natiuitatem duorum cum militet, eadem dispositionis ratio, vt explicat *Castren. & Ias. in d. l. ex duobus ff. vulg. pupill.*

Idem habetur in *l. si quis ita § pr. ff. de test am. tutel.* vbi si quis filio tutorem dederit, & plures habeat filios, nec constat cui dederit omnibus
15 dedisse videtur, *& in l. qui filiabus § p. ff. de leg. p.* Vbi si quis ita legauerit, Si qua mihi genita erit haeres meus decem dato, Natis plurimis videtur singulis tantundem legasse, & *in l. titiae textores eodem tit.* Vbi si quis Titiae omnes textores legauerit, praeterquã quos eo testamento alijs legauerit Plotiae vernas omnes praeterquam quos alijs legauerit, si sint quędã vernę, & textores Ideoq; non constet quos titiae textores, quos item Plotiae vernas legauerit erunt communes ambobus, ac in *l. si quis Titio § si heres ff de lega. 2.* Vbi si haeres damnatus est vni ex liberis decem dare, & non constet, cui daret, omnibus

omnibus præstare debet.
Prout eadem conclusio decidi videtur per Tex.
*in l. 2. ff. de liber. & posth.* Vbi si is qui habet duos
filios, in testamento scripsit, filius meus exhæ-
res esto; cum non declarauerit de quo senserit
16 vterq; hæres erit, Et clarius id habetur *in l. 2.*
*§. hæreditas ff. de suis, & legit.* Vbi si hæreditas
proximo agnato, idest ei quem nemo ante-
cedit defertur; Si Plures sint eiusdem gradus
hæreditas omnib. cõpetit: Optimè etiam facit
*tex. in l. 3. §. si duob. ff. de adim. lega.* vbi si quis duo-
bus Titijs separatim legauerit mox vni ademit
17 nec apparet, cui ademptum sit, vtriq; legatum
debetur.
Confert vlterius tex. *in l. cum inter C. de fideicom.*
*libert.* Vbi si fideicommissaria libertas ei fuerit
relicta, qui in ventre est, & id quidem singu-
18 lariter; Attamen si plures nascantur omnes
sunt liberi, quemadmodum facit etiam Tex.
*in l. si quis in testamento ff. eod. tit.* Vbi si libertas
fideicommissaria fuerit relicta vni ex liberis
ancillæ, quem hæres elegerit, si is non elegit
dum vixit omnes erunt liberi.
Neq; desunt Canones hanc conclusionem æque
decidentes, Nam summus Pontifex *in cap. cum*
*quis vers. ab eo de sepult. lib. 6.* decidit quod si quis
habet duo domicilia æqualia in diuersis Paro-
chijs sita, & in alia Ecclesia eligat sepulturam,
19 Canonica portiò solui debet vtriq; Parochia-
li Ecclesiæ.
Quam sententiam sequitur *Alberic. in §. inordina-*
*tum verbo ordinem in Auth. de hæred. & falcid. An-*
*char. cons. 210. num. 3.* Dum inquit, quod vbi iu-
ra partium sunt dubia, tantæq; vtrinq; sunt ra-
tiones, vt nesciat Iudex in quam inclinet sen-
tentiam, debet vtriq; rem ęque adiudicare vt
20 fecit Tiberius Imperator *in l. & hoc Tiberius ff.*
*de hæred. instit. & Salomon 3. Regum cap. 3. & in*
*cap. afferte de præsumpt.* quod intelligitur in reb.
21 diuiduis non indiuiduis, vt erat puer de quo
Salomon *glos. insignis in cap. si testes vers. si autem*
*testes ex omni parte 4 qu. 3. & in cap. in nostra post*
*medium de testibus*; In rebus enim dubijs me-
22 diam viam eligere debemus *l. sed, & si lege §.*
*adeò autem ff. de petit. hæred. & l. Titius ff. ad Senatus*
*consf. Trebell.*
Et hanc partem amplectitur *Dec. cons. 68. sub num.*
*3. vers & ita breuiter cons. 176. numer. 6. vers. & in*
*tali casu dubio, & cons. 445. num. p.* vbi tradit quod
vbi dubia sunt iura partium, & quælibet pars
23 aspirat ad lucrum AEQVITATI, & iustitiæ
consonat quod inter partes litigantes, Aequa-
liter res diuidatur *Socin. iun. cons. 33. quoniam art.*
*num. p. lib. 2.*
Quam conclusionem amplissimè, & ornatissimè
defendit Tiraquel. *de primog. plena d. qu. 17. præ-*
*sertim opin. 4. num. p. cum seq. plur. & in conclus. dict.*
*qu. fol. mihi 75. atq; etiam in opinione 6. numer. 19.*
Vbi aperte tradit priorem opinionē vtrumq;
excludentem à successione, siue primogeni-
tura procedere de rigore iuris, hanc vero de
24 AEQVITATE, & quam amplectitur etiam
Ludou. Molina *tr. de primog. Hisp. lib. 3. cap. pr. n.*
*19. cum seq. & Vasquez. controuers. ill. cap. 90. num.*
*11. lib. 3.* Vbi ait, tàm iuri, quàm AEQVITATI
proximiorem esse sententiam hanc quos no-
uissimè sequitur *Hector Felic. all. 47. nu. 19. par. 3.*
Necessitatis enim causa receditur à regulis iuris
25 *Tex. est in l. pero §. pratium, & ibi scrib. omnes ff. de*
*leg. 2.* In tantum, vt ob incertitudinem, quis
prius natus sit ex duobus simul ad maioratum
contendentibus eius bona inter ipsos diuidi
debeant non obstante expressa prohibitione,
testatoris de illis alienandis, vel diuidendis, vt
26 probat Vazquius *all. cap. 90. num. 12. lib. 3.* quam
rationem viuam, siuè palpabilem esse scribit.
Et hæc conclusio, tàm procedit in primogenitu-
ris bonorum alodialium, quàm etiam in bonis
emphiteoticis, & feudalibus primogenituræ
27 subiectis, vt post alios probat *Felic. cit. alleg. 47*
*per totum par. 3.* qui loquitur de bonis emphi-
teoticis, & ita obseruatum fuit inter Comitem
28 Io. Iacobum Triultium paternum Abauum
Eminentiss. Cardinalis, & Excell. Principis
29 Theodori Triultij verè illius magni Triultij
etiam in rebus militaribus hæredis, & Com.
Georgium pariter Triultium qui ambo con-
currebant ad fideicommissariam primogeni-
turam constitutam per q. Com. Io. Triultium,
ad quam ambo, vti primogeniti ex transuersali
linea testatoris concurrebant; Dum anno ni
fallor 1577. in transactione inter ipsos facta,
sibi diuiserunt bona dictæ primogenituræ, cū
eisdem oneribus, & qualitatibus transituræ ad
eorum primogenitos masculos legitimos, &
naturales; Et cum exindè anno 1622. dece-
scisset idem Comes Georgius, sine filijs mascu-
lis legitimis, & naturalibus factus fuit locus
primogenituræ ad quàm agebat Eminentiss.
ipse Cardinalis, tunc Excell. Princeps cui ope-
ram meam in aduocatione impendebam, &
tandem etiam obtinuit à Sen. Excellen. anno
scilicet 1633. die 17 Iunij referente Amplissi-
30 mo Senatore Antonio Gallia.
AEQVVM enim magis est, vt in pari gradu ambo
admittantur ad primogenituram, quam, vt
ambo ratione incertitudinis excludantur vt
supra dictum fuit, propterea statuto, vel pro-
clamate stante, vt certū præmium tradatur, ei
qui primo in Arcem, siuè Ciuitatem ingressus
fuerit si duo eodem tempore primi ingressi
31 fuerint, vtriq; præmium ipsum deberi non
ambo excludi concludunt scribentes omnes,
præsertim *Alex. in l. qui Fiscalibus §. p. ff de lega. p.*
Quidquid in contrarium voluerit Guido de
Suzara, vt refert *Alber. in eadem l. qui filiabus §. p.*
*& in l. si fuerit ff. de rebus dubijs, & in prima parte*
*statutorum q. 106. quæro etiam quæsitum.* Vbi neu-
tri deberi præmium tradit, quos reprobat
ipse Albericus, ac sequitur Tiraquel. *in all. qu.*
*17. opin. 4. sub num. 13.* vbi affirmat veriorem, &
communiorem esse priorem sententiam.
Prout ita decreuit inuictissimus Scipio Africa-
32 nus, cuius iudicia AEQVISSIMA, semper
habita

habita fuerunt, dum in expugnatione Nouæ
Carthaginis muralis coronæ præmium dandũ
esset ei, qui primus murum consendisset; duoq;
eodem momento Vrbem ingressi essent nempè
Q. Tiberiocus centurio, & Sex. Digitius, atque
incertum esset quis eorum prior murũ ascendisset,
vtrumq; corona mutali donauit, & refert
Plutarch. in vita Scipionis fol. 90. licet neutrum
nominet quos commemorat Io. Tracagnota
in eius Historia *lib. 29. pag. 296.* ac tradit
post Titum Liuium Alcia. *in l. proximum ff. de verb.
signific. quem seq; Tiraquell. in eius opin. 4. sub num.*
33 13. Vbi aliud refert exemplum de Aristodemo,
& Hippomedrate apud Cumanos qui
vtriq; promissum præmium donauit ob incertitudinem
quis eorum primus fuisset in insigni
victoria de Etruscis habita. Quæ ambo
exempla etiam refert Vasquez controuers. Ill.
*d. cap. 91. num. 4.* & quod vltimum exemplum
inter Aristodemum, & Hippomedratem
narrat etiam Petrus Aerodius *lib. 10. rerum ind.
tit. 9. de victoria preda, & triumpho cap. 9.* Vbi
contrarium exemplum sequutum inter Lacedemonios,
& Athenienses narrat, dum præmiũ
34 neutri dandum censerit Theogitones Megarensis,
et Cleocrisus Corinthus arbitri electi,
ne prelatione horum illorumue, ciuile bellum
35 accenderetur inter Grecos. Qui auctor scribit
hos imitatos fuisse Achillem, qui causa vitandæ
contentionis inter Menelaum, & Antilocum
præmium adiudicauit Eumelo; Et sic
36 non semper vnicuiq; rectè tribuitur, quod
37 suum est, aut in contentione Aequalium melior
est conditio tertij.

Quia verò idem Tiraquel. in recit. qu. 17. Duodecim
DD. opiniones narrat circa decisionem
38 propositæ quæstionis, nempe num. 19, Primo
vt sorte dirimatur controuersia, Secundo locũ
esse gratificationi, Tertio honestiori; Quarto
quod ambo simul succedant, Quinto quod
alternis vicibus, Sexto quod neuter nec simul,
nec alternis, Septimò quod formosior. Octauo
quod robustior, Nono quod Magnates, & Populus
alterutrum illorũ eligant, Decimo quod
pater eligat. Vndecimo quod præferatur is
qui est in possessione, Vltimo quod præferatur
is qui primus adeptus est possessionem, etiam
si tempore litis contestatæ non possideret.

Post vero deductas opiniones ipsas idem auctor
subijcit in conclusione quæstionis, quod opinio,
quæ vult vtrumq; admitti debere. Verior
AEQVIOR, benignior, & communior est,
39 modo alter prior possessionem rerum adeptus
non fuerit, Quia interim is, in dubio præferri
debet, aut nisi hic, qui possessionem prior
accepit eandem amiserit, & alter eandem acquisiuerit,
& diutius possederit in eaq; esset,
40 cum iuditiũ de hoc iure intentaret, quia tunc
is qui in possessione est in dubio præfertur.

Quando autem gratificationi locum esse quis
mallet, ea opinio in priuatis rebus, cæterisque
41 præter Regnum, aliasq; magnas huiuscemodi,
dignitates locum haberet, & primo Patri hoc
ius tribuit auctor ipse, mox superiori; In Regnis
vero, & alijs huiuscemodi magnis dignitatibus,
quæ superiorem non agnoscũt, Magnatibus,
& Populo spectare electionem tradit;
42 Qui eo tantum casu gratificari possunt, si neuter
vincit alterum moribus, & meritis; Cum
dignior semper sit præponendus; Et sorti
committitur electio, si ita ambo conueniant,
cum alter inuitus cogi nequeat ad sortem se-
43 cundum opinionem *Alb. in cap. licet causa illius
col. vlt. vers. 3. opin. de probationibus*, Nisi aliter
quam sorte res terminari non posset, & immi-
44 neret periculum ciuilis belli, vt ibidẽ subijcit
Tiraquel. cuius declarationes, & conclusiones
mihi valdè arrident, cum AEQVITATI adhereant.

Sortis namq; iudicio licet in rebus dubijs locum
45 esse, quam plures leges determinant, vt *in l.
quod si ambo ff. de iudic & in l. fin. C. commun. de lega.
in l. generaliter §. quid ergo si plures ff. de fideicomiß.
libert. in l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10.*
Vbi Doctissimus Cuiacius ait, diuisionem inter
fratres fieri more Romano sorte, quàmvis
46 subijcit hodie maiorem diuidere, & minorem
eligere, Quod tamen apud nos raro obseruatur,
& si in multis locis hoc in vsu esse probat
*Misinger. lib. 4. obser. singul. 37. Fontanel. tr. de pactis
nuptial. claus. 4 glos. 9. part. 2. nu. 36. & 37. & 40.
lib. p. Fachin. lib. 8. controu. iur. cap. 36. & Card. Man.
de tacit. & ambig. lib 23. tit. 10. num. 38. ac Praeceptor
meus Philippus Massin. in rubr. C. de edendo num.
6. Petra de fideic. qu. 8 nu. 530. vers. nunc videndum
Borell. tr. de edicto Magistr. lib. p. cap. p. num. 157.* Id
tamen in questionibus iuris non facti, locum
47 tantum habere distingunt *Aret. Oinot. & cateri
in §. optionis instit. commu. de legatis, glo. & Doct. in l.
fin. C. eodem tit Barbosa in l. in tribus num. 55. ff. de
iudic. Alba cons. 286. cons. 334. & cons. 701. vbi additur,
& Menoch. de arbitr. casu 442. Gail. lib. singul.
de pignor. obseru. 22.*

Quamuis etiam in qestionibus facti locum habere
iuditium sortis probant multi alij presertim
48 Duaren. *de iudicijs cap. de litigator. Hector Felic. tr.
de societate cap. 27. num. 3. & cap. 28. num. 46.* Vbi
nimirũ eadẽ ratio id videtur suadere, & vtraq.
49 pars, vel saltem altera id petit, quod puto
sufficere, *Tiraquel. in all. qu. 17. opin. p. num. 91. &
93. Oinot. in all. § optionis,* licet vtriusq; partis con-
50 sensum requirat Alba *all. cons. 334. & Menoch.
cit. casu 442. num. 11.* ac *Petrus de Vbald. de duobus
fratribus par. 6. princip.* 5. Atq; ita obseruatum
fuisse inter D. Com. Borromeos testatur Curt.
Iun. cons. 68. Quod etiam obseruarunt anno
51 1620. DD. Comites Carolus, & Iulius Cæsar
fratres pariter Borromei, condigni nepotes
Sanctissimi illius Caroli Cardinalis, & Eminentissimi
Card. Federici, huius Ciuitatis Archiepiscoporum
indelendæ memoriæ.

Et sanè cum iudicium sortis sit fallax, & incertũ
52 quod ad parum idoneos de errat, vt inquit
Tacit. *lib. 12. Annal.*, quod propterea Cicero
53 iudi-

53 iuditium fortunæ appellat, vbi temeritas, &
casus, non ratio, aut consilium valet, vt expli-
cat Tiraquel. *cit. qu. 17. opin. p. num. 84. cum seq;* Id
54 circo passim traditum est iuditio sortis locum
non esse, nisi in casibus à iure expressis Alba
*cit. cons. 334. & alijs locis citatis Amil. Feret. resp.
p. num. 2. & cumulatissimè Fontanell. cit. glos. 9. par.
2. nu. 34. de nuptial. pactis.*
Quæ diuisio per sortem præsertim in iurisdictio-
ne obseruatur, quæ licet indiuidua sit, tamen
pænes plures in solidum reperitur, & eius exer-
55 citatio siue administratio diuidua est, cum al-
ternis vicibus diuidi possit *l. vlt. ff. vti possidetis
& l. vlt. ff. de rerum diuisione Bartol. & Bal. in l. inter
tutores aute finem ff. de administr. tut. Cephal. cons. 3.
& Polid. Ripa tr. de indiuid. sect. 22. num. 9.* Quia nõ
est impossibile duo simul regnare cum habean
56 tur loco vnius iuxtà Tex. *in l. p. C. de Metro Beri
lib. 11. vt post alios probat Borella cit. cap. p. nu. 162.
cum seq. lib. p. de edicto mago, ac tradit Tiraquell. in
cit. qu. 17. opin. 5. num. 5. & qu. 4. num. 50. Vasquez
dicto lib. 3. contr. ill cap. 90. num. 11.* Ne inter se dis-
sentientes, ea commode exerceri valeat, Cum
impedimento sint sibi inuicem plures Domini
57 arg. *l. quoties ff. de vsufr.*
Ea propter disceptari non raro solet ad quem
primo loco pertineat exercitium iurisdictio-
nalis inter plures fratres, vel consanguineos
diuidendum; Prærogatiua enim ætatis id sibi
vendicare Primogenitum videtur, sequens
58 annum, siuè biennium, secundogenitum, &
successiuè donec omnes pro rata temporis
exercitio iurisdictionis frui voluerint; Cum
maiores natu præferendos esse minoribus tra-
59 dat Martin. Laudens. *tr. de primogen. & Io. Circ.
qu. 1. lib. 2. quos sequitur Alba all. cons. 334. num. 16
cum sequenti, & Mantic. de Alexs. à Villa Sancti Se-
uerini in sua concordia fratrum cap. 4. num. 5.* Vbi
ait feuda pertinentia ad omnes fratres esse
60 regenda à natu maiore *Gomez. ad l. Tauri 40. nu.
7. & sequenti quos sequitur Petra cit. qu. 8. num. 530.
ac tradit Liuius lib. p. Hist. de Romulo, & Remo loquens
Quoniam (ait) gemini essent, neq; ætatis verecundia
discrimen facere possent, vt Dij in quorum tutela ea
loca essent augurijs legerent, qui nomen nouæ Vrbi
darent*; Quasi aliud esset decernendum si vnus
eorum prærogatiua ætatis vti potuisset, quem
refert Tiraquel *all. qu. 17. num. 1. & 8.* & passim
in ipsa quæstione, & in præfatione dicti tracta-
tus de primog. more suo infinita priuilegia
primogenitorum, & iura singularia ætatis, &
*q. 4. n. 31. narrat Misinger dict. obser. 37. ac Bardell.
cons. 105. num. 48. cum seq & Valenzol. cons. p. n. 35*
Qua attenta ætatis prærogatiua cum Oedippus
Rex Thebanorum Regnum reliquisset Etheo-
61 cli, & Polinici eius filijs, ea lege vt alternis an-
nis regnarent, Atque Etheocles natu maior
peracto anno fratri cedere noluisset bellum
intereos ortum est coactisque vtrinq; copijs,
mutuis vulneribus se interemeruut, vt refert
Petrus Gregor. *lib. 41. sintag. iur. cap. 3. nu. 3.* Qui
auctor, hoc idẽ accidisse refert Amulio, & Nu-
mitori filijs Procæ Regis Albanorum, de qui-
bus etiam loquitur Tiraquell. *in all. quæst. 17.
opin. 5. nu. 8.* qui num. 10. exemplum Consulum
Romanorum refert, dum ambo præsentes al-
62 ternis diebus, vel mensibus, aut alio tempore
imperabant. Quorum Romanorum exemplũ
sequi videtur Veneta Respublica Italiæ quippe
totius Europæ splendor, dum Prætores, & Ca-
pitanei Vrbium eius Domij hoc facto Imperiũ
63 exercent, vt Prætores de delictis in die com-
missis cognoscant Capitanei verò de his quæ
noctu committuntur iusdicant.
Nihilominus AEQVIVS censetur, vt ætate
maior incipiat ipse exercitium iurisdictionis
64 habere, deinde succedat minor, & ita Censuit
65 Sen. Excell. Mediolani die 12. Ianuarij 1616.
inter DD. Comitem Philibertum, & Ferrantem
fratres Cauacios à Somalia, faciendam scilicet
esse diuisionem iurisdictionis alternis bienijs;
sed initium ipsius exercendæ concedendum
Comiti Philiberto primogenito, id quod etiã
66 Censuit Senatus anno 1624. mense Martij inter
fratres Arcimboldos referente Amplissimo
Sen. Bellono, etiamsi vltimis ex tribus fratrib.
summopere contenderet, ut sorte dirimeretur
controuersia pro qua sententia stat Doctrina
Illephonsi Perez de Lara *tr. de ann. & Capell. cap
7. num. 12. & cap. 17. num. 5. quem refert Fontanella
cit. glo. 9. num. 39. par. 2.*
Quamuis inter Comites Attendolos Bologninos
Idem Senatus Excellentissimus sequutus fue-
67 rat iuditium sortis, quia ibi non agebatur in-
ter fratres, sed inter consanguineos inter quos
nõ nisi difficilimè poterat deffiniri cõtrouer-
sia, habita ratione maioris ætatis, & sic diuer-
sa erat ratio, & diuersum ius; Et Iudicis ar-
bitrio plurimum sit tributum in faciendis hu-
68 iusmodi diuisionibus, vt explicat *Fontanel. cit.
glos. 9. num 41. & 46.* Enim vero die 28. Iunij
1602. censuit Senatus, quod finito eo currenti
69 biennio emolumenta, siuè fructus iurisdictio-
nales diuiderentur per tempora, & alternis
annis inter ipsos Comites proiecta tamen sor-
te, quis inchoare debeat, sicq; in futurũ serua-
ri debere, & die 5. Martij 1608. facta mentione
dicti decreti, & lectis alijs precibus, tum Com.
70 Claudij Attenduli Bolognini, tum quondã
Comitis Federici eius fratris, tum Com. Ma-
ximiliani, & fratrum filiorum dicti quon. Co.
Federici censuit Sen. vt Amplissimus Senator
Panigarola, vocatis ad se partibus curare de-
beret illas componere in ijs in quibus discor-
des erant, & vbi compositioni locus esse non
posset, eundem Senatorem debere proici fa-
cere sortes de electione Prętoris Sancti Angeli
facienda pro eo biennio, & is cui sors obtigis-
set, eligeret ipsum Prætorem pro integro bien-
nio, licet vnius tantũ anni Dominus sit, & altera
71 pars teneatur pro sequenti anno (cum in hoc
72 Dominio omnia officia biennalia esse debeant
virtute Nou. Const. lib. p. tit. de offitio, & iurid.
diuers. iudicum) quæ, & ipsa Domina erit
confirmatæ

confirmare; Respectu vero Prætoris Olegij, Altera pars, cui sors non obtigerit vtsupra illum eligat, Altera verò confirmet vtsupra, & ita seruaretur de biennio in biennium, quo iurisdictio ad eum patruum, & nepotes spectaret, declarando quod ea pars, quæ ex sorte eo biennio, eligeret Prætorem Sancti Angeli, sequenti biennio eligeret Prætorem Olegij, & è contra, & hoc successiuè, Condomini enim sunt dicti Comites Oppidi Sancti Angeli in agro Laudensi, & Oppidi Olegij in agro Nouariensi.

## SVMMARIA.

*Vassallus quis esse potest duorum Dominorum num. 1.*

*Vassallus tenetur seruire eius Domino in bello proprijs expensis num. 2. si tamen fructus feudi hoc patiuntur num. 3.*

*Vassallus duorum Dominorũ qui inuicem bellum gerunt neutri inseruire debet num. 4. Contrar. verius. quia primo Domino cui homagium fecit, in persona inseruire debet, secundo vero per substitum num. 6. 8. 10.*

*Nemo potest duobus Dominis inseruire num. 5.*

*Dominus Cui Vassallus non inseruit in bello potest feudũ reuocare num. 7.*

*Vassallus priorem fidelitatem semper seruare tenetur num. 9.*

*Iuramentum fidelitatis continere solet quod iurans non adiuuabit nullum alium ipso excepto Domino n. 11.*

*Vassallus qui secundo Domino auxilium præstat contra priorem Dominum non dicitur hoc facere animo nocendi num. 12. & 13.*

*Vassallus præstans auxilium posteriori Domino contra primum in caducitate excusari non potest num. 15.*

*Vassallus qui ob antiquitatem ignorat qui ex duobus Domini sit antiquior neutri in persona seruire debet num. 16. contrar. de Aequitate cum vtriq; auxilia debeat num. 17. & 19. & tunc gratificationi locus est num. 18. & 20 si tamen res est integra num. 21.*

*Vassalli mei homo, non est homo meus numer. 22. & 24. libertas liberti mei non dicitur meus libertus nu. 23.*

*Homines omnes qui in Regno sunt sub potestate ipsius Regis sunt num. 25.*

*Imperator dicitur Mundi Dominus num. 26.*

*Dux vel Baro bellum mouens contra Regem incidit in crimen lesæ Maiestatis num. 27.*

*Homines Vassalli non possunt inseruire contra Dominum ipsum incidunt in crimen lesæ Maiestatis si sunt de Territorio infeudato num. 28. 29. ac 30. secus si sunt de alia Baronia num. 31.*

*Vassallus cogitur inseruire Domino quando proficiscitur cum Imperatore ad coronam suscipiendam num. 32.*

*Vassallus licet Domino inseruire debeat non tamen tenetur vitam suam posponere vitæ, & saluti Domini nu. 33. & 34.*

*Vassallus clamore etiam iuuare Dominum tenetur n. 35.*

*Seruus vitæ discrimen subire cogitur pro salute Domini num. 36.*

*Seruus examinari non poterat contra Dominum nec illũ accusare num. 37. limitatur in crimine lesæ Maiestatis num. 38.*

*Seruorum Egregia facta pro Dominis num. 39.*

*Vassallus tenetur pati, vt Dominus possit ponere præsidium militare in Arce ob proximum bellum pro eius deffensione, vel vicini loci num. 40. declaratur nu. 42.*

*Domino directo interest studium tuto, & rectè custodiri num. 41.*

*Vassallus pati debet, vt Dominus ponat custodem in Arce, proeius interesse si illum suspectum habet n. 43.*

*Aliter Vassallo renitente potest feudo priuare Dominus num. 44 declaratur num. 45.*

*Modo Vassalli custodia non eiciatur num. 47.*

*Necessitatis tempore multa admittuntur quæ alias non admitterentur num. 46.*

*Dominus resarcire damnum Vassallo debet si eius intuitu datum illi fuisset num. 48.*

*Vassallus non tenetur resarcire Domino expensas factas in Arce pro meliori eius deffensione num. 49.*

*Vassallus potest belli tempore, aut ob eius suspitionem cogere subditos ad faciendas excubias num. 50. declaratur num. 51.*

## Vassalus duorum Dominorum qui inuicem bellum gerunt Cui personaliter inseruire debeat.

## Cap. CLXXXVIII.

1 DVORVM Dominorum Vassallus quis esse potest ob diuersa feuda à diuersis Dominis habita *cap. grandi de suppl. Prælat. neglig. lib. 6. & Clem. Pastoralis §. alias vers. rursus de re indic.* Et cum Vassallus teneatur eius Dominum, siuè Principem ad bellum sequi, & ei inseruire proprijs expensis
2 vt habetur *in tit. qualit. iur. deb. vassal. & tit. de forma fidelit. cum tit. sequenti vt probat Vasquez lib. p. Ill. controuers. cap. p. nu. 9. Rosental. in cap. 8. concl. 2. litt. A ac conclus. 29. num. 2. cum seq. Scrader. feud. par. 6. cap. 6. num. pr. cum tribus seqq.* quam conclusionem declarat Euerard. *in topic. loco 25. à*
3 *liberto ad vassallum sub num. 5.* videlicet quando fructus feudi hoc patiuntur, Quæritur si quis est Vassallus duorum Dominorum, qui inuicem bellum gerunt, cui ex ipsis inseruire teneatur,
4 & neutrum iuuare debere videtur; Cum Domini concurrentes videantur se mutuo impedire iuxtà *Tex. in l. quoties ff. de vsufr.* Et nemo
5 possit duobus Dominis contrarijs seruire *cap. vt Christianus §. hoc idem vers. item distinct. pr. de penitent & cap p. 2 1. qu. p.*

Quamuis ne feudum amittatur vtriq; inseruire
6 debere Vassallum decidit *Tex. in l. continuus §. illud ff. de verb. oblig.* licet enim non possit vtriq; Domino inseruire eodem tempore, Tamen obligatio illius cui non seruit, videtur perempta, qui idcirco poterit feudum reuocare, vt
7 habetur *in dict. §. illud, & tradit specul. tit. de feud. §. 2. num. 26. vers. vnde licet par. 4.*

Supposito

Suppoſito igitur, quod ſeruite teneatur Vaſſallus
iuuare debet eum, cui primo fecit homagium
8 non ſecundũ, vt habetur *in cap. Imperiale § illud*
*de probib. ſeudi alien. & l. in operis ff. locati. ac in l. 3.*
*C. qui potior in pign. habeantur.* Priorẽ enim fideli-
tatem ſemper ſeruare indubitanter tenetur
9 Vaſſallus vt probat Specul *loco rel. per Tex. in cap.*
*veniens extra qui ele, vel quo*, qui teſtatur hanc
ſententiam procedere de rigore iuris, vt ſubij-
cit etiam *Tiraquel. tr. de primog. quæſt.* 17. *nu.* 14.
De AEQVITATE, etenim tutior videtur alia
concluſio, vt ei qui primo fecit homagium, in-
10 ſeruiat perſonaliter Vaſſallus, illi vero cui ſe-
cundo fecit homagium iuuet per ſubſtitutum
iuxtà vires ipſius feudi, Cum huiuſmodi ope-
ræ præſtari poſsint per ſubſtitutum *l. vnica §. ſin*
*autem C. de caduc. toll. ita probat Specul. cit. num. 26.*
*verſ. AEQVVM tamen, & ſequitur Tiraquel. all. n.*
14. *& pobat Roſent. tr. de feud. cap. 8. concluſ. 16. nu.*
*4. cum ſeq. plur.*
Non enim obſtat quod primo Domino promiſſe-
rit Vaſſallus nullum alium iuuare, excepto
ipſo Domino ligio, Cum huiuſmodi clauſulæ
11 opponi ſoleant in iuramento fidelitatis, Roſ.
*dicto cap. 8. concluſ. 7. in principio*; Quia non vide-
tur præſtare auxilium contra eum, licet secun-
dum iuuet per ſubſtitutum; Namq. hoc non
facit animo nocendi priori Domino, ſed cauſa
12 ſibi ipſi conſulendi, ne feudum à ſecundo Do-
mino ſibi datum amittat, & ſic attendendum
eſt quod principaliter fit, non quod in conſe-
quentiam venit *arg. l. pr. §. deniq. ff. de aqua pluu.*
*arcenda; & l. atq; §. cum me abſente ff. de negot. geſtis*
*Specul. loco rel. in fine, & in tit. de aduocato §. p. ver.*
*quid ſi aduocatus Roſent. in all. cap. 8. concluſ. 7. ſub*
*num. 4. lib. C. poſt Siluan. tr. de feud. qu.* 109. *num.* 19.
*&* 62., etiamſi qui per alium lædit, lædere etiã
13 dicatur *tex. in l. p. §. deiecisse ff. de vi, & vi armata,*
*& l. non ſolum* 12. *§ ſi mandauero ff. de iniur.* & con-
ſequenter à caducitate excuſari minimè poſſe
videatur qui auxilium poſteriori Dominio
14 præſtiterit contra primum Dominum, vt ſubij-
cit Roſental. *cit. conclus. 16. num. 6.*
Qui auctor num. 8 declarat teneri Vaſſallum per-
ſonaliter inſeruire antiquiori Domino, cæteris
15 vero per ſubſtitutum, quando bellum gerunt
contra alios, non quando ad inuicem bellan-
tur per *Aſſl. de feud. in cap. pr. numer. 25 tit. quibus*
*modis feuda amittuntur Caſſan. in conſuetud. Burgun.*
*tit. de feud. par. 3. verſ. homage num. 21. Rol. conſ. 44.*
*num 26. lib. 2.*
Si verò ignoretur cui primo loco factum fuerit
homagium, vt quando agitur de feudis anti-
quis, & ſic in dubio verſetur, Tunc de rigore
16 regore iuris neutri inſeruire debet Vaſſallus;
Quia cum non teneatur de rigore iuris iuuare
niſi primum Dominum, vt ſupra diximus, nec
appareat quis ſit primus in iure homagij, neu-
trum iuuare debet *l. ſi fuerit ff. de rebus dubijs, &*
*l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tut.* quamuis quod in
dubio vtrumq; iuuare debere Vaſſallum habe-
17 tur *in cap. non aſtimemus* 13. *qu.* 2.

De AEQVITATE, tamen eo caſu gratificatio-
ni locus eſt, vt ſcilicet Vaſſallus poſsit inſerui-
18 re, ei cui maluerit perſonaliter *Tex. in l. fin. ff. de*
*relig. & ſumpt. funer.* Alterum vero per ſubſti-
tutum iuuare, Ita expreſſe probat Specul. *loco*
*cit. num. 27. & ſequitur Tiraquel. all. numer. 14. verſ.*
*ſubiungitur*, Vbi citat etiam *Roman. conſ. 47. viſis*
*neceſſarijs col. p. verſ. ſecundo ad idem, & Bellamerã*
*in cap. indicamus col. 3. verſ. verum dubitotit. de tre-*
*gua, & pace.*
Inquit tamen Roſental. *cit. cap. 8. concluſ. 16. num. 8.*
quod eo caſu tenetur Vaſſallus vtriq; inſerui-
19 re, licet in eius ſit facultate inſeruire in perſo-
na ei cui voluerit, Alteri vero per ſubſtitutum,
& ſic in hoc concordat cum ſpecular:, & alijs
relatis, cum hæc electio Vaſſalli ſit tanquam
20 debitoris electio, vt tradit ibidem *Roſental.*
*lit. I ac in concluſ. 12. num. 2. in fine*, Qui numer. 5.
inquit ad hanc electionem poſſe deuenire Vaſ-
ſallum re tantum integra, non poſtquam iam
21 alteri inſeruire cæperit; Quia tunc præcisè
tenetur inſeruire ei, cui inſeruire cæpit ex
Iſernia *in cap. omnis num. 5. tit. ſi de feud. defuncti,*
*& ibi Balzar. nu. 11. arg l. fin. § ſin autem C. de teſt.*
*manumiß.*
Qui Specul. *ſeq. num.* 28. aliam examinat queſtio-
nem, an homo Vaſſalli mei ſit homo meus, &
22 negatiuè concludit *per l. Modeſtinus ff. de verb.*
*ſignif.* Sicuti dicitur de liberto liberti mei, qui
23 non dicitur libertus meus *l. ſi quis à liberis § ſi*
*quis à liberis ff. de liber. agnoſc., & l. alimenta §. p.*
*ff. de alim. & cibar. lega. ac cap. legitur* 81. *diſtinct.*
Et ſi enim Magni Barones, Duces, & ſimiles,
ſint homines ligij Regis in cuius Regno, aut
iuriſdictione ſunt, tamen homines ipſorum
24 Baronum vel Ducum non ſunt homines ipſius
Regis, ſiuè Imperatoris *cap. nullus primus* 11. *q.*
*3. & cap. Paſtoralis de officio ordin. Rol. conſ. 1. nu.* 77.
*cum ſeq; lib. 2.*
Quamuis omnes homines, qui in Regno ſunt
ſub poteſtate ipſius Regis ſint, & in ijs habeat
25 Rex Imperium generalis iuriſdictionis, & po-
teſtatis *cap. quo iure 8. diſtin.* ſicut omnia ſunt
Imperatoris reſpectu generalis iuriſdictionis,
26 cum ſit mundi Dominus, Imperator *l. bene*
*à Zenone C. de quad. præſcript. & l. deprecatio ff. ad*
*l. Rhod. de iact. & §. futuram 24. qu. 2. Specul. cit. §. 2*
*num. 28. in fine tit. de feud. par. 4.* Qui nu. ſeq; pro-
bat quod ſicuti Baro, vel Dux bellum mouens
contra Regem, vel Imperatorem incideret in
27 crimen læſæ Maieſtatis *l. pr. ff. ad l. Iul. Maieſt.*
Ita etiam ipſius Baronis homines in idem cri-
men inciderent; non obſtante quod in eius
manibus iuraſſent, ſe fore inſeruiendos Barono
contra omnem hominem, quia iuramento non
28 obſtante non tenentur Barono Domino inſer-
uire contra Regem Supremum Dominum cu-
ius auctoritas intellitur excepta in iuramento
29 *cap. venientes de iureiur.*
Hanc tamen concluſionem eleganter, & perſpi-
cuè explicat, & declarat Roſental. *in cit. cap. 8.*
*concluſ. 10. num. 3. cum ſeq. plur. par. pr.* Vbi con-
cludit

cludit quod vel agitur de hominibus Vassalli,
qui sunt de Territorio infeudato, & tunc om-
30 nes homines subiectos dici ipsi Regi; Vel agi-
tur de hominibus subiectis ipsi Vassallo, sed
ratione alterius Baroniæ vel Feudi ab alio
Domino obtenti, & tunc locum habet conclu-
31 sio, quod Vassallus Vassalli mei, non dicitur
Vassallus meus post Bar. in l. Claudius num. 2. ff. qui
potior. in pignor. habeantur, Et hanc conclusionẽ
probat Rol. cons. p. num. 79. cum seq. lib. 2. Scrader.
de feud. par. 8. cap. 2. vers. vtrum autem Vassallus
Vassalli, quam sententiam comprobat Idem
Rosental. in cap. 10. conclus. 10. num. 11. Et ante
eum eandem defendit Euerard. in eius Topica
loco 4. liberti ad Vassallum, qui est 25. numer. 3. fol.
mihi 195. per cap. Imperialem §. illud de prohib.
feudi alienat. Rol. all. cons. p. num. 79. & 80. ac num.
96. lib. 2.

Cogitur insuper Vassallus inseruire Domino,
32 quando ille proficiscitur, cum Imperatore ad
Coronam suscipiendam Tex. est in cap. p. §. vt au-
tem AEQVITAS, & ibi Isern. num. 51. de pace
iuram. firmanda Scrader. de feud. par. 6. cap. 6. numer.
103. quos sequitur Rosental. all. cap. 8. conclus. 19. nu.
5. & litt. F & tradit Rolan. cons. p. num. 77. lib. 2.

Qui Vassallus licet Domino inseruire debeat,
Non tamen tenetur vitam suam posponere,
33 vitæ, & saluti Domini glos. in cap. quibus modis
feuda amitt. quam communiter ibi sequuntur feudistæ
præsertim Bal. num. 8. laud. num. 7. Affl. num. 18. quos
seq. Rosental. in cap. 10. conclus. 16. n. 20. & ibi Add.
litt. O Vbi aperte scribit quod si Vassallus pos-
set Dominum liberare, sed perire, sibi opor-
teret, Non tenetur; cum ordinata charitas in
34 his etiam incipiat à seipso, Vbi num. 22. cum
seq; plur. multa narrat in quibus Vassallus iu-
uare debet Dominum etiam clamore, quia
35 quando fecit quidquid potuit offitio fidelis
clientis functus est, nec ad aliud tenetur.

Aliud autem obseruari debet per seruum, qui
36 vitæ discrimen subire cogitur pro salute Do-
mi l. p. § hoc autem vers. iuxta hoc tamen videtur, &
l. cum Dominus ff. ad S.C. Syllan. Rosental. cit. cap.
10. glos. 16. numer. 21. & ibi Add. litt. P. Quo-
rum seruorum neque testimonium, neque
questio, nec inditium, nec confessio, neque
37 accusatio aduersus Dominum audiebantur,
vt multis exemplis probat Petrus Erodius lib.
6. rerum iudicatarum cap. 5. tit. p. de accusationibus
& lib. 9. cap. 17. tit. 3. de repetundis; Quamuis vbi
agitur de summa rerum limitari conclusionem
ipsam scribit Idem Aerodius eodem lib. 6. cap. 5.
38 tit. 4. de incendio Ruin. & naufrag. Vbi inditium
serui aduersus Dominum admitti, quando
agitur de statu Reipublicæ, vel alia re graui
testatur, Egregia verò facta seruorum pro Do-
39 minis ample recenet Valer. Max. lib. 6. pleno
cap. 19.

Quemadmodum etiam tenetur Vassallus ob pe-
riculum imminentis, vel vicini belli concedere
Domino, vt possit præsidium militare in Arce
infeudata ponere pro eius defensione, aut etiã
40 vicini loci; Quia Domini directi interest
feudum, tuto, & recte custodiri l. si Anus, & l.
41 si ita legatus ff. de vsu, & habitatione; Modo si
sine fraude, & dolo, & periculi magnitudine
42 id exigente præsidium militare collocari in-
tendat Dominus directi in Arce ipsa infeu-
data, vt probat Bal. in d. §. quid ergo num. 3. & ibi
Affl. num. 11. cum seq. & præpositus num. p. per tex.
in d. l. si ita legatus 16. §. Dominus ff. de vsu, & habi-
tatione Idem Bald. in Auth. nunc si hæres num. pr. C.
de litigios. Capic. in inuest. feudali cap. feudorum cu-
stodia in princip. pag. 39. Qui addit posse etiam
Dominum pro eius interesse apponere custo-
43 dem in Arce Vassalli, si illum suspectum habet
Paris. de Put. tr. de feudi redintegrat. cap. 173. Lau-
dens. tr. de Castell. & Castel. concl. 6. Rol. cons. 70. per
totum, & cons. 72. lib. 2. Boer. decis. 212. numer. 30.
Cassan. in Consuetud. Burg. tit. de iustices §. 4. num. 10
& tit. de feud. §. 3. num. 5. vers. Adde fol. mihi 418.
Vbi Vassallum renitentem, feudo posse priuari
44 vult, & ita in causa Marchionis Saluciarum
iudicatum fuisse anno 1531 scribit, quos sequi-
tur Rosental. cit. cap. 8. concl. 2. num. 8. & Add. litt. G.
Vbi dolo, & sine causa probabili resistat Vas-
sallus; Prout voluit idem Cassan. d. rubr. 3. §. 4.
in verbo le Vassal. es tenu num. 26 post Baldum cons.
158. numer. 3. lib. 3. Dum cauendum inquit, ne
confingatur occasio, qua possessio possessori
45 auferatur per Dominum Capic. decis. 27. num. 6.
Sebastian. Medices in tr. de casibus fortuitis par. p. q.
6. num. 60. Vbi multa alia recenset, quæ tem-
pore necessitatis admittuntur Scrad. tr. d. p. 6. c.
46 7. num. 23. & part. 10. sect. 2. num. 58. tr. de feud.

Hanc tamen conclusionem pluribus modis re-
stringit Rosental. cit. num. 8. cum seq; Et primo
47 ne custodiam Vassalli Dominus eicere possit
sed tantum suam siuellit adiungat iuxta tradita
per Bal. in dicto §. quid ergo num. 3. Iacobus Leonar-
dus inter cons. feudal. diuers. cons. 117. num. 285. vbi
citat Ripã in tr. de peste § sed pone quod Communitas;
Secundo si destruatur Arx ad Domini contem-
48 plationem, vel ab hostibus, vel ratione belli,
Tunc tenetur Dominus resarcire damnum
Vassallo; Ita in specie consultus respondit
Crau. cons. 933. num. 17. cum plur. seq. Quia culpa
Domini damnum tulisse iudicatur Vassallus
l. si merces §. culpæ ff. locati, & l. penul. ff. sol. matrim.
& in specie probat Ruin. cons. 25. num. 5. & cons. 65.
nu. 2. & 3. lib. p. ac Rol. cons. 70. lib. 2. Faciunt etiam
tradita per Dec. cons. 65. nu. 4. Tertio si Dominus
in Arce, vel re ipsa feudali pro meliori defen-
sione fortalicium, aut aliquam monitionem
extruxit, Tunc Vassallus istas impensas non
49 tenetur magis reddere, quam quilibet de po-
pulo, quia Princeps Vassalli negotium hac in
parte non, sed sibi, & Regno suo gessit, vt no-
tat Afflict. in all. §. quid ergo num. 12. & Leonardus
in cit. cons. 117. num. 284. Paris de Puteo dicto cap.
173. num. 4. latè Crau. cons. 933. num. 17. cum plur.
sequen.

Cæterum Vassallus tempore belli, vel ob eius
suspitionem potest mandare subditis suis, vt

veniant ad faciendas excubias, vt post Masuer.
50 *in eius præd. tit. de taleis fol. 131. & Marinum Frece. lib. 2. de subfeudat. Baron. auct. 44 tradit Mozz. tr. de natur. feud. num.* 27. Quamuis indistinctè mini-
51 mè procedere hanc conclusionem subijcit Rosental. *all. conclus. 2. litt. G in fine vbi Marinum, & alios reprobat* de qua re *Rol. cons. 69. numer. 4. lib. 2.*

*SVMMARIA.*

*Vassallus potest iuditialiter conuenire venia non impetrata num. 1. & 3.*

*Decisio Cameræ Imperialis nu. 6. 8. 9. & 10. cum plur. seq; si Dominus est Princeps secus si inferior numer. 13. & 14.*

*Subditus potest contra Patriam vel Fiscum agere non impetrata venia num. 4.*

*Vassallus non tenetur vertus Dominum, vt libertus versus Patronum num. 5.*

*Dominus in quot casibus Vassallum priuare potest feudo remissiuè num. 7.*

*Domini mater conueniri iuditialiter non potest per Vassallum nisi prius venia impetrata num. 11.*

*Reuerentia, quæ Domino debetur eius vxori, & matri etiam debetur num. 12.*

*Pater in ius vocari non potest à filio sine venia num. 14.*

*Princeps impropriè dicitur Communis Pater num. 15.*

*Pater adoptiuus dicitur impropriè Pater num. 16.*

*Personæ, quæ in ius vocari non possunt, sine venia remissiuè num. 17.*

*Processus factus contra Matrem Principis ad instantiam Vassalli non impetrata venia nullus dicitur num. 19.*

*Actus cum nulliter sepe pæna etiam incurritur num. 20.*

*In ambigua quæstione potest quolibet ad libitum indicare num. 22.*

*Vassallus impetrans veniam conueniendo Dominum etiam inferiorem Principe tutius agit numer. 23. quamuis de necessitate non teneatur n. 24.*

*Vassallus Iudex esse potest contra Dominum num. 25.*

*Vassallagij ius non facit quem subditum num. 26.*

*Subditus quis dicitur vel ob domicilium, vel ob originem num. 27. & 30.*

*Subditus arctius obligatur Domino quã Vassallus nu. 28.*

*Vassalli iuramentum quodam num. 29.*

*Dominus non potest priuare feudo Vassallum si ille vocatus à Curia ex alia causa, quam feudali non comparuit num. 31.*

*Dominus concedens iurisdictionem intelligitur à se non abdicare ius simul, & separatim procedendi etiam in prima instantia num. 32. declaratur n. 34. & 35.*

*Præuentioni locus est in Dominum, & Vassallum circa causarum cognitionem num. 33.*

*Vassallus vti non potest priuilegio sibi per Dominum concessum aduersus ipsum Dominum num. 36.*

*Princeps non potest conferre iurisditionem in alium quin sibi remaneat maior num. 37. & 38.*

*Vassallis Domini Mediol. nõ dicitur concessa iurisdictio in præiuditiũ ipsius Principis qui potest in causis simul procedere num. 39 & sic maior Magistratus numer. 40. & 41.*

*Maior Magistratus in Dominio Mediolani potest procedere in causis minoris Magistratus vigore Nou. Constit. num. 42.*

*Decretum Senatus in ea materia valere scilicet processum formatum per maiorem Magistratum in causa spectante ad minorem Magistratum num. 43.*

*Acta minoris Magistratus in ijs spectantibus ad maiorẽ Magistratum nulla sunt, sed non è conuerso num. 44. 46. 49*

*Par in parem non habet Imperium ratione præeminentia num. 47.*

*Vtile per inutile non vitiatur num. 48.*

*Consuetudo in his attendi debet num. 50.*

*Minoris Magistratus negligentia sibi nocet num. 51.*

*Confiscationes bonorum reseruari debent Dominis si delinquentes sint eius subditi etiamsi processus formatur per maiorem Magistratum num. 52.*

## Vassallus, an possit Dominum conuenire, Non impetra priùs venia, Absq; eo quod non incidat in pænam, & iuditij nullitatẽ.

## Cap. CLXXXIX.



EVDALEM materiam prosequendo, queritur an Vassallus possit conuenire Dominum, non impetrata prius ab eo venia, & affirmatiuè respondendum esse suadet *glo. in cap. p. verbo salua reuerentia de mil.*
1 *& Vassall. qui cont. est, & ibi Bal. num. 24. & Afflic. num. 44. quam sententiam sequitur Iason. in l. si non sortem* §. *libertas num. 24. vers. in glosa ibi in l. venia & ample tradit Euerard. in eius top. loco 25. à liberto ad Vassallum num. 15. vers. non tamen*; Quamuis in alijs casibus dicta in libertis locum habeant in Vassallis, siuè feudatarijs, vt probat idem *Ias. in l. si non sortem* §. *libertis num. pr. ff. de condit. indebiti.*

Et hanc sententiam vti communem sequuntur Laurent. Hirchon. *comm. opin. lib. 3. cent. 4. conclus. 97. atq; etiam amplectitur M singer singul. obser. 92. num. 2. & 3. cent. 4.* Vbi testatur ita iudicatum
2 fuisse per Cameram Imperialem in causa Comitum de Nassau à quibus cum opposita fuisset exceptio veniæ non impetratæ ab actoribus Vassallis ad impediendam litis conte-
3 stationem. Pronuntiatum fuit Comites ea, non obstante ad litis contestationem teneri per *glos. in dicto cap. pr. tit. de mil. Vassal. qui cont. est* Quam ibi sequuntur Doctores præsertim *Affl. num. 128.* dummodo tamen Vassallus ab inhonestis verbis se abstineat.

Et iuris ambages has exceptiones pænales vocat
3 *glos. in dicto cap. verbo reuerentia de mil. Vassal. qui contr. est*; quas idcirco infeudorum consuetudinibus locum non habere putat, *quam glos. sequuntur ibi Bal. Aluar. & alij atq; Angel. Io Faber, & Io. de Platea. & Ias. in* § *pænales quoque vers. Quaro quod in Vassali. institut. de action. Clarus in* §.

*feudum*

*feudum quaest. 25. num. pr. quos sequitur Misinger. cit. obseru. 92. num.2. ac admittit Cephal.cons.241. num. 111.*
Ex quo infert Bald.*in d. glo.cap.p.tit.de mil. Vassall. qui cont.* est; subditum posse contra patriam, vel
4 Fiscum agere non impetrata venia *Natta cons. 445.num.8.cum seq; Cephal.cons.241.num.111.* Vbi
veriorem, & crebiorem esse hanc sententiam
scribit, quam etiam aprobat Bursar. *cons.49. num.20. vers.tertio rursus lib. p. Cassan.in consuetud. Burgund.rubr.3.de fien.§.4. num. 5. cum seq.* Quia
nihil habet à Domino Vassallus, quod illi debeat talem reuerentiam, qualem libertus patrono, nisi feudum; libertus verò à Patrono
5 nouam vitam, vt Inquit *Tatius in d. §. pœnalis nu. 26.& in l.si non sortem § libertus ff.de condit. indeb.* quem refert *Rosental.in cit.cap.10.conclus.23 litt.L. post medium.*
Contraria tamen sententia, teneri scilicet Vassallum ad petendam veniam adhoc, vt Domi-
6 num conuenire possit de AEQVITATE verior, & communior est, vt probat *Specul.in tit. de feud.§.quoniam sub num.23 vers.quaeritur iuxtà tex.in d.cap.p.§.si vero tit. de mil. Vassal. qui cont. est, & tradit ibi Aluarot. in princip. & sequitur ibidem Affl.num.1.* dum ait textum rectè sentire, quod Vassallus prius debeat Dominum suũ extraiudicialiter interpellare, *arg.l.quidã Iberus ff.de seruitut.Vrban.praed.* Et clarius id explicat idem *Affl.decis.265.num.136.* in qua amplissimè connumerat omnes casus in quibus Dominus
7 priuare potest Vassallum re feudali, & inter eos hunc praecisè adnotat *dicto num.36.* Vassallus enim tenetur reuerentiam exhibere Domino; idcirco veniam petere debet antequam illum ad iuditium prouocet; *DD.in §.pœnales instit.de action.& in l.p.C.de in ius voc.* Cum nullus excusetur in praestanda reuerentia superiori suo vt notatur *in l.2.de in ius vocando, et expresse probat Rol.cons.18.num.6. lib. 2.*
Et hanc sententiam ÆQVIOREM, & benigniorem esse scribit Rosental.*de feudis cap.12. concl. 8.nu.56.par.2.*, dum inquit Æquius, & Benignius esse, quod Vassallus obligatus esse dicatur etiam iure communi inspecto, Dominum ante
8 extraiuditialiter, negotio sumatim exposito; vt tradat reddat, faciat reuerenter, & decenter interpellare, quam eũ in ius trahere.
Pro qua sententia optimè facit tex. *in l. bene à Zenone C.de quadr.praescript.ibi, Nisi ex nostra iussione causa moueatur,* Itaut qui causam à Fisco habet,
9 non possit in ius vocari, nisi licentiam à Principe prius obtinuerit *Iseruia in cap. p.tit. de lege Conradi.*
Pręterea sicuti non licet liberto, nec liberis in ius vocare Dominum, aut Patrem, nisi prius impetrata licentia *l. 4.& l. generaliter, & ibi scrib. ff.de in ius vocando, & §.fin.instit de pœnis temere litigant.* Ita Vassallus à Domino feudi huiusmo-
10 di licentiã impetrare prius debet, antequam illum in iuditio molestet, vt tradit idem Rosental. *in cap.11.qu.23.nu.16.cum seq.* Esto quod procedit argumentum à liberto ad Vassallum vt ample probat *Euerard.cit.loco 25.per totum.*
Et hanc conclusionem procedere etiam respectu
11 matris ipsius Domini, quam à Vassallo filij, sine venia, non posse in iudicio conueniri luculenter probat Rol.*dicto cons.18 n 11.cum plur. seq.lib.2.& num.79.* Vbi scribit quod reuerentia quę debetur Domino, debetur etiam eius vxo-
12 ri, & matri in tantũ, vt adulterando matrem, & priuatur feudo Vassallus.
Et nu.15. amplectitur sententiã distinguentiũ inter Dominum Principem, & Dominum à Prin-
13 cipe inferiorem; Quia primo casu necessariã esse veniam confirmat, cum Princeps, sit omnibus comunis Pater, vt in *Auth.neq; iure in fine, & tradit Lucas de Penna in l.qui conditioni col.2.C. de his qui spons.mun.publ.lib.10.& in l.p.col.2.C.de de superind.lib.10.* Sed Pater à filio in ius vocari
14 non potest, sine venia, siue sit emancipatus, siuè sit in potestate *l.fi.C.de in ius vocan.* etiam si positus sit in dignitate, vt per *glos. & Ias.in d. §.penales instit.de actionibus, & in l.cogi §. si pater ff.ad trebel.* Ergo neq; Princeps qui loco parentis habetur.
Et si enim Princeps dicitur communis Pater im-
15 proprie, Procedit nihilominus conclusio ipsa, sicuti procedit in Patre adoptiuo, qui licet pro-
16 prie non sit Pater, sed improprie, & fictus Pater *Bal.in l.si non speciali col. 2. in fin.C.de testam.* Nihilominus non potest sine venia in ius vocari *l.adoptiuum col.2 ff.de in ius voc.Doct.in all.§ pœnales instit.de action.& latè tradit Rol.cit.cons.18 nu.*
17 *2.cum plur.seq.* Vbi multos alios tradit casus, in quibus prohibentur personae in ius sine venia vocari, vt defensores Ciuitatis, Parochus, & Socer per *l.quia parentis ff.sol.matrim. post Alex., & Ias.in d.l.Generaliter ff.de in ius voc.& in dicto §. pœnales instit.de actionibus.*
In secundo verò casu conueniri posse Dominum per Vassallum absq; alia venia concludit, cum Dominus ipse non sit absolutus Princeps, &
18 sic omnium Pater, sed mediatus Dominus aliũ habens superiorem *Iacob.de S.Georgio in tract.de homag.col.6.vers.Principaliter quaero, iuxtà not. per Bald.in d.l. Bene à Zenone C. de quadrien. praescript. Roma singul.9.incip.an si, Felin.in cap. pr. vers.sexto declarat de probationibus.*
Concludit igitur *Rol.loco rel.num.44.cum seq.* processum factum contra matrem Principis Domini absoluti ad instantiam Vassalli non im-
19 petrata venia esse nullum, & Vassallum incidisse etiam in pœnam quinquaginta aureorum *d.l.quamuis ff.de in ius vocando, & in §. fin. instit. de pœna tem. litigant.* cum saepe data nullitate actus
20 quis etiam incidit in pœnam *Tex.est in l.2.& ibi Bar.C.de Episc.& cler.& in l.si quis in graui §.fine in iure in fine ff.ad Syllan.& explicat Rol. loco cit. num 50.cum seq.*
Et ita iudicasse Cam.Imper. testatur Hertman.
21 *in lib.2.pact.foren.in tit.de feud.§.45.in Addit.* contra Episcopum Cuminensem fauore Comitis de Nasau, qui venia non impetrata conuenerat

Dominum, vt refert Laurentius Hirchom *all. cent.4.consl.97. in fine, & tradit Misinger. cit. obseru.92.in fine cent.4.*

Et quia controuersia valdè est, & nodosa hæc
questio,& einsdem decisio,cum vtramq; sen-
tentiam Commuuem esse tradat Laurent.Hir-
com *in all.conclus.97.cent.4.Misinger.dict.obsernat.
92.cent.4.* Satis est eam in vtramq;partem mo-
22 uisse, & cuilibet liberum relinquere iuditium
vt in simili scribit *Rosental.cap. 9.conclus. 78. nu.
8.in fine.*

Omni autem in casu conueniunt omnes, etiã pro
contraria opinione citati; Vt tutius agi dica-
23 tur, si Vassallus, veniam petierit, quod præser-
tim tradit *Euerard.cit.loco a 5.à liberto ad Vassal-
lum sub num. 15. vers.fateor tamen*, Vbi inquit
quod tute faceret Vassallus si honeste, & di-
screte veniam prius impetraret agendi,saltem
à Iudice, vt liberto conuenire abunde dictum
fuit.

Hoc idem probat *Scheneid.de feud.par.5.cap.p.num.
115.cum seq.*dum ait,quod tutius faciet Vassal-
lus, si ad euitandas tales disputationes petat
veniam; Et hanc veritatem esse dicit *Mozz.
tit.de natural.feud.num.59. vers.sed in contrarium
quos sequitur Rosental. all.cap.10.conclus.23. num.
19.vers.licet non ignorem, et litt. L vers. tutius:*
24 Quamuis de necessitate non teneri hanc veniã
petere Vassallum concludit ibidem Rosental:
*num.23.* dum etiam testatur multoties vidisse
non attendi omissam hanc solemnitatem.

Quinimo Vassallum etiam Iudicem esse posse
contra Dominum,quoniam hoc officij necessi-
25 tate cogitur iusdicere etiam contra Dominum
vt ample probat idem *Rosental.cit cap.10.quæst.
22.num.18.34.et 36., ac replicat.in all.qu.23.*

Prætcrendum tamen non est ius Vassallagij non
facere quem subditu,cũ subiectio ex domicilio
26 vel origine proprie metienda veniat *Tex. in
27 l.Dominium ff ad municipale,et in l. si patria C. de
incolis lib.10,* & expresse probat Misinger *singul.
obser.12.in fine cent.p.quẽ sequitur Rosental.conclus.
69.in fine,et in Add.litt.H, et conclus.78. num. 4.*

Arctius enim Domino obligatur subditus, quam
28 Vassallus; Cum subditus expresse iurare de-
beat, vitam membrum, mentem (Ideò secre-
tum) & rectum Domini honorem custodire
*ex cap.tibi Domino 63.distinct.* quod non iurant
29 Vassalli iuxta *cap. pr.et ibi Præposit.num.pr. ac
Aluarot.num 9.et Affl.19.et late explicat* Rosental.
*dicto cap.5.conclus.78.num.5.et in Add.litt. F. ac in
cap.6.conclus.85. numer. 6. et in Addit. litt.F., et
litt.G.*

Idcirco Vassallus si habitet in feudo, siue iuris-
dictione concessa in qua Dominus ante con-
30 cessam iurisdictionem habitabat subditus di-
tur, vt tradit Rosental.*all.cap.78.num.6.* E con-
tra vero si alibi habitet non dicitur subditus
Domino ratione feudi sibi concessi,qui Domi-
nus nullam habet iurisdictionem in Vassallũ,
præter feudalem,& qui feudo priuare nequit
Vassallum,si ex alia causa, quam feudali vo-
31 catus, Curiæ se non præsentaret, & esset con-
tumax *Aluar.in § item qui Domino num. pr. et ibi
Præpositus, et cæteri post specul.in tit. de feudis §.
quoniam vers.17.queritur num.33.et ita probat Bos-
sius tit.de crim.læse Maiest. nu.106. post Oldra. cons.
43.num.8.quam sententiam sequitur Lofred.cons.45.
num.21.et cons. 5.num.42.et late prosequitur Ro-
sental.in d.cap.5.conclus.69.in fine lit.H.*

In iurisdictionis verò concessione hoc singulare
notandum tradit Rosental.*in all.cap,5.conclus. 5.
nu.pr,* Quod superior eam intelligatur ita con-
cedere, ut ipse, & simul, & non minus, quam
32 cessionarius etiam in prima instantia vti pos-
sit; Cum cessionarium concurrentem habeat
ac quoad causas, & iurisdictionis exercitium,
inter concedentem, & concessionarium præ-
uentioni locus sit,& cumulatiuè non priuatiuè
33 illam concedi *cap. dudum de præbend.lib.6.* Vbi
sic inquit Summus Pontifex; *Et si Cardinalibus
nostris, vel alteri potestatem dederimus conferendi
beneffitia, Apud nos tamen eadem imo maior pote-
stas remansit Bald.in cap.p.num.2.de his qui feud.da-
re poss.et in l.qui se primis num.10.vers.item in con-
cessis C.vnde liberi,ac cons.326.*Rex.Roman.*lib.pr.
Felin in cap.Pastoralis nu.2. de offitio ordin. et Abb.
in cap.cum Ecclesiarum numer.11.eodem tit.* Roman.
*cons.393,num.pr.late Cassan,in consuetud.Burgund.
rubr.2.de confiscatione §. pr.in verbo, et apartient
glos.num.30.Gram decis.30.num.3.et 11.cons.28.nu.
4.Albertus Brunus cons.27,num.18.* Rol.*cons.pr.nu.
134.cons.80.num.6.lib.2.Alcia,cons.103.numer.10.
lib.5.et distincte, et ample Menoch. lib.2. præsumpt.
18,num.1.cum seq.et Misinger centur.6.plena obser-
uat.99.*

Et licet conclusionem ipsam limitat Rosental. n.
2.Quotiescunq;utile Dominium in concessio-
34 ne transfertur,quia eo casu priuatiuè conces-
sisse uidetur Martin. Laudens. *in tr. de Principe
qu.138.Dux Mediolani* Rol.*cons.88.num.26.cum seq
lib.p.et cons.48.num.25.lib.2.ac Cran. cons.411. nu.
36.Menoch.lib.2.præsumpt.18.num.5.ac Scrade.par.
10.sect.pr.num.131.*

Attamen non impeditur Dominus directi, quin
possit ipse procedere ob criminis grauitatem,
35 siue qualitatem causę saltem simul cũ ipso Vas-
sallo, siue eius officiali *Gramat. voto 6. col.penul.
in fine*, Vbi tradit,quod quamuis Princeps con-
cesserit Vniuersitati Capuæ, siue eius Curię
cognitionem criminis læse Maiestatis, & falsæ
monetæ in sperie; Tamen non videtur ex hac
concessione, siue Priuilegio, se spoliasse,quin
etiam ipse si uoluerit,cognoscere non possit,
quam conclusionem seq; *Rol.cit.cons;pr.nu.134.
cum tribus seq. lib.2.* Non enim Vassallus uti
potest Priuilegio sibi per Dominum concesso,
36 contra ipsũ Dominũ,à quo illud obtinuit,nec
etiam propter eum, propter quem obtentum
fuit,ut probat Lucas de Penna *in l,2.C.de priuil.
domus Aug.lib.12.ad rem Curt.iun.cons,2.lib pr.*

Princeps.n. nullo modo potest dare alteri iurisdi
ctionem, seu potestatem,quin ei remaneat ma-
37 ior iurisdictio,& potestas; quã fuerit transla-
ta,

ta, ut concludit *Rol.cit.conf.p.num.134.lib.2. qui*
*num.* 106. *cum seq;* probat inualidam esse con-
cessionem omnimodæ Iurisdictionis, & rega-
38 lium Principatus, Cum non possit Princeps
Principatum hoc modo destruere, vt plene
scribit ibidem Rol.

Ex qua conclusione infertur per concessiones
factas Vassallis huius Mediolani Dominij,
39 non esse abdicatam iurisdictionem, & supre-
mam potestatem Principi debitam, quin pos-
sit cognoscere de criminibus, & causis homi-
nũ Vassallorũ, quod ius maiori Magistratui
spectans appellatur; minorũ vero Magistr. esse
Tribunal Feudatariorum passim habetur in
40 Nou. Constit. huius Dominij Mediolani, præ-
sertim *in tit. de iur., & priuil. Fisci*, In tantũ, quod
maior Magistratus cognoscere etiam possit de
causis spectantibus ad minorem Magistratum,
si ita Principi, vel Senatui videbitur, vel aliter
processerit Maior Magistratus ob negligen-
41 tiam minoris Magistratus vt expresse probat
*Felin. in cap. Pastoralis col. 3. vers. tempera de officio*
*ordinarij, per tex. in cap. irrefragabili eodem tit. &*
*tradit Menoch. lib. 2. præsump. 18. sub num. 36. vers.*
*qua tamen sententia, et ante eum ample probat Plot-*
*tus cons. 24. num. 31. cum plur. ee præsertim num. 37.*
loquens de Maiore Magistratu Ciuitatum
compræhensarum in Pace Constantiæ, inter
quas compræhenduntur fere omnes Ciuitates
huius Dominij; Numero vero 38. cum sequen-
tibus duobus, concludit Maiorem Magistra-
42 tum vigore Nouar. Costit. posse procedere,
& tanquam delegatum transgredi mandata
etiam in causis criminalibus spectantibus ad
Minorem Magistratum.

Conferunt etiam tradita per alterum Plottum
inter consil. crimin. diuersar. *cons.* 133, *lib. pr.*
Quorum sententiã in his eisdem terminis Nou.
Constit sequitur Ruginel. *pract quæst. cap.* 86. *nu.*
14., & sic patet valere acta facta per Maiorem
Magistratum contra suppositum Minori Ma-
gistratui, cum sit Iudex competens, & legiti-
mus, vt declarasse videtur Senatus Excellen-
tissimus anno 1632, per litteras datas mibi
43 tunc Prætori Alexandriæ in causa necis Oli-
uerij Balbi subditi Prætoris Ouiliarum, in qua
negligenter se gesserat Prætor Feudatarij, Ego
uero instruxeram processum, ex quo grauia
indicia contra homicidas resultabant; namq;
post inquisitos delinquentes, petendebant
Feudatarij dicti Oppidi, vt causam ad eorum
Prætorem remitterem, & licet obtulissem, ut
Prætor ipse interueniret in perfectione dicti
processus, id tamen recusarunt Feudatarij, qui
sub nomine eorum Fiscalis literas à Senatu
Excellentissimo reportarunt mihi iniungen-
tes, vt causam, & processum ad Prætorem Oui-
liarum remitterem, cui Excellentissimo Sena-
tui rescripsi fundamenta pro Maiore Magi-
stratu, à quo Amplissimo Ordine iuxta meam
sententiam, emanauit postea decretum, ut
perfectioni dicti processui incumberem, cum
interuentu Prætoris Feudatariorum, prout ita
fuit exquutum.

Vbi enim hæsitari aliquo modo potest de iuris-
dictione Maioris Magistratus in subditus Mi-
noris Magistratui, Non idcirco sequitur, quod
acta facta per maiorem Magistratum sint nulla
Vt nulla essent facta per minorẽ Magistratũ,
44 qui nullam omnino habet iurisdictionem in
subditos maioris Magistratus, ita tradit *Socin.*
*cons. 99. num. 9. in fin. lib. 3. et cons. 39. nu. 23. ac cons.*
*83. numer. 29. lib. 4. iuxta l. p. ff. ad trebell. et l, 2. ff. de*
*pœnis V aut. de nullit. ex deff. ord. in princip. Cartar.*
*tr. de execut. senten. cap. fi. numer. 194. cum seq, Felic.*
*alleg. 76. num. 5. cum seq. par. 2;* prout alias fuit
45 declaratum, fortassis ab aliquibus non bene
intellecto negotio, Quia perspicuum est Iu-
dicem minorem nõ posse reuocare factum su-
46 perioris, licet nullũ, ex his, quæ tradit *Crau.*
*cons. 148. num. 3.* Et ratione Preæminentiæ, par
47 in parem Imperium habet *Franc. Marchus qu.*
*232. num. 4. quem sequitur Ruginell. pract. qu. cap.*
*46. num. 54. & cap. 43. nu.* 13. Quam sententiam
probat in his terminis *B. m us cons. 355. num. 31.*
Ea præsertim ratione, quod vtile per inutile
48 non vitiatur, qui loquitur, quando processus
fuit formatus à Prætore Feudatarij, simul cũ
49 delegato, quia processus etiã sustineretur da
ro quod delegatio non valeret *per Auth. si verò*
*contingit C. de Iudicijs.*

Et sic quatenus in his attendi deberet consuetu-
do vt docet Menoch. *all. præsumptione 18. n. 15.*
50 *lib. 2.* Adhuc ex memorato rescripto dato
mihi tunc Prætori Alexandriæ, & sexcentis
alijs exemplis de indubitata consuetudine
procedendi in causis spectantibus ad minorẽ
per maiorem Magistratum subsistente dele-
gatione Principis, vel Senatus, vel ob negli-
gentiam minoris Magistratus, vel ob quali-
51 tatẽ, & grauitatem causæ, satis apertè patet;
Præsertim quando confiscationes bonorum,
siuè condemnationes pecuniariæ reseruantur
52 Cameræ Feudatarij, qui conqueri non potest
sibi fieri aliquod præiudicium in feudalibus
fructibus, licet Iustitiæ administratio exercea-
tur per maiorem Magistratum.

## SVMMARIA.

*Falsum deponens in iuditio criminali tenetur ad eam pœnam qui pœnitus fuisset accusatus si conuinctus de de delicto esset num. 1.*

*Ac etiam lingua num. 2. vltra resarcionem damnorum num. 3. & 4.*

*Contraria tamen est verior conclusio quando quis coacte, & vi tormentorum falsum dixit num. 6.*

*Frustra dubitatur vbi casum legis habemus num. 5.*

*Falsitas punibilis tantum est quæ voluntarie, & dolose committitur num. 7. 80. & 83.*

*Confessio facta vi tormentorum non dicitur voluntaria, & dolosa licet falsa num. 8.*

*Puniri quis non potest pro ijs, quæ coacte fecit num. 9. & 11.*

 Necessitas

*pedit verum etiam, quod occurrit num. 98.*

*Bestiarum morientium morti feri morsus esse solent, ita damnatorum num. 99.*

*Testis non tenetur de falso, quod sponte deposuit super crimine in quo fuit socius num. 100.*

*Minor non tenetur de falso n. 101. saltem pæna ordinaria num. 102.*

*Minor non potest pro delicto condemnari ad damna, & interesse partis, nisi si esset legitime conuictus, vel confessus num. 103.*

*Condemnatus Extraord. defectu inditiorum non potest condemnari ad interesse partis num. 104.*

*Calumnia eo tempore debetur coerceri quando causa præsente accusatore agitur num. 105.*

*Falsi crimen sine causa comitti non solet num. 106.*

*Cessante caussa delicti, si & comodo delinquentis cessat delictum num. 107. 108.*

*Afflictio addi non debet afflicto num. 109.*

*Romulus, & Solon nullum supplicium legibus constituerunt in parricidas, quia existimare nequiuerunt posse in hominum animos cadere tantum delictum nu. 110. cum seq.*

*Insolitum agens dicitur suspectus, & machinare in alterius praiuditium num. 112.*

*Accusatio sola sine carceratio aut inquisitio non reddit quem criminosum, sed condemnatio requiritur n. 113*

*Falsi crimen irrogat magis infamiam cæteris criminibus num. 114.*

## Reus qui contra se, & socios falsum deposuit fatendo delictum, quod non comisit, an teneatur ad pænam, & ad damna versus socios nominatos.

## Cap. CLXXXX.

SATIS triti iuris est falsum deponentem in Iudicio Criminali teneri ad eam pænam, ad quam teneretur ille quem falso grauauit, si pro eo delicto esset puniendus *tex. est in l. quisquis C. de calumniatoribus*
1 Quamuis etiam ad linguæ obscissionem extendi pænam hanc decidit *Tex. in l. omnes Iudices,*
2 *& ibi glos. vlt. C. de delatoribus lib.* 10. vltra refar-
3 tionem damnorum, & expensarum parti faciendam, vt tradit *Rimin. iun. cons. 303. & sequ. Farinac. qu. 16. num. 8. & 24. ac Hector Felic. alleg. 134. num. 20. par. 2.* ac disponunt Nou. Constit.
4 Mediolani *tit. de pænis cap. si quis falsum §. vlterius lib.* 4. de qua materia actum fuit supra *in cap. 171.*

Itaut qui falsum testimoniũ dixerit, vel quoquo modo falso grauauerit alium, falsi pænam minime euitare poterit, cum frustra dubitetur
5 vbi casum legis habemus expressum *l. Ancilla C. de furtis, & l. illam C. de collationibus, & diximus in all. cap. 171. num. 6. & in cap. 30. num. 16. lib. pr.*

De AEQVITATE tamen contrarium verius est quando præsertim quis vi tormentorum falso
6 aliquem grauauit, Maxime si vti reus delictum principaliter fassus est in propriũ præiuditiũ, & secundario in præiuditium tertij; Namq; cum falsitas punibilis tantum sit, quæ volun-
7 tarie, & dolose comittitur, Quia falsitas tantum dolo facta puniri potest *Tex. est in l. qui testamentum ff. ad l. Cornel. de fals. & ibi scrib. omnes, ac probat Clar. in §. falsum numer. 33. ac latè tradit Menoch. de arbitr. casu 309. num. p. & cons. 221. num. 14. Mascard. de probationibus conclus. 739. num. 12.* eo ipso quod quis tormentorum vi coactus falsum deponit, non dicitur voluntarie, &
8 dolose deponere *l. 3. ff. pro socio, & l. qui auctore Prætore ff. de regul. iur. & arg. l. in fraudem §. qui alio ff. de iure Fisci, & in Auth. vt non fiat pignus §. pr.* Et idcirco cessat omnis pæna, cum AEQVITAS non patiatur, vt quis puniatur pro
9 iis, quæ præter voluntatem, sed coacte fecit *l. p. ff. quod metus causa, Celsus Bargal. t. de dolo lib. 2 tit. de dolo aperto n. 2. cũ seq. & Menoch. cõs. 24. n. 13.*

Sicut enim necessitas excusat à furto *l. 2. §. cum in*
10 *eadem naui ff. ad l. Rhod. de iactu, & cap. 3. de furtis lib. 6.* Ita à dolo, & falsitate excusare dicitur
11 coactio, & vis tormentorum *glos. in cap. quod quis vers. cum habeat de furtis lib. 6. Bargal. dicto tr. de dolo lib. 6. Reg. 39. num. 10. cum seq,*

Quę conclusio, eo magis procedit, quando Iudex
12 iubendo exercet officium suum, non autem si extra officium versatur *l. factum à Iudice ff. de reg. iur. Bargal. loco citato num. 23. cum seq; facit etiam l. quamquam ff. de aqua pluu. arcenda,* in qua si iussu iudicis destruxit quis sepulcrum, quia propter illud, aqua pluuia nocebat; Non tenetur actione de sepulcro violato, & sic patet
13 Iudicis iussum excusare eum, qui deliquit, vel aliquid contra legem fecit.

E contra autem non obtemperans Iudici, dolo carere non dicitur, quia dolus in eo pręsumitur, qui Magistratibus non obtemperat *l. non*
14 *potest ff. de reg. iuris, & ample probat Bargal. dicto lib. 6. reg. 39. nu. pr. cum seq;* Sicut enim dolo non caret, qui legibus non obtemperat *cap. qui contra iura de reg. iur. lib. 6. et l. quemadmodum C. de agricol. et cens. lib. 10.* Ita. & qui non obtempe-
15 rat Magistratibus qui dicuntur legis ministri & per quos legum effectum accipimus *l. 2. ff. orig. iuris;* Immo qui negat obedire Magistratibus ipsimet legi negat obedientiã cuius viuã
16 vocem Magistratum appellat Martianus Iuris Cons. in *l. nam, & ipsum ff de iusti. et iure.*

Hinc tradit Cicero *lib. 3. de legibus*, Magistratus, non obedientem, & noxium Ciuem, mulcta
17 vinculis, verberibusq; coercent; mandatum namq; Iudicis, & Magistratus non debet Ciuis procrastinare (vt ait mellifluus Bernardus
18 vir Santissimus) sed statim parare aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, vt iussum peragat Imperantis; Vt vere dixisse ferunt Solonem, cum interrogatus, qua ratione salua posset esse Ciuitas, Respondit *si*
19 *ciues obtemperarent suis Magistratibus; Magistratus*

*tus autem legibus* ita refert *Bargal. dicto lib.6. de dolo reg.39.num.4.cum duobus seq,*

Et si enim Iudex torquendo reum iubere non
solet, vt ille falsum deponat, sed tantum, ut
verum fateatur, eum Magistratus semper ho-
20 nesta, & recta præcipiat, quia est lex loquens,
siuè lex animata, vt inquit Bargal.*cit.lib.6.reg.
39. num. 19.* sæpe tamen impatientia doloris
plus veritate fatentur suppositi questionibus,
21 dum maiorem tormentorum, quam mortis
metum habent vt ait Tertulianus.

Quod enim iudicis voce non promitur, dolore
corporis exprimitur vt scribit Diuus Cypria-
22 nus ad Demetrianum quem refert Petrus
Aerodius *lib. 9. rerum Iudic.tit.10.de questionibus
cap.2.* Vbi subijcit, Plerosq; aut natura corpo-
ris, aut consuetudine dolendi, aut metu sup-
23 plicij, mortisue, aut gloria, & affectatione,
sic tormenta contemnere, vt exprimi veritas
ab ijs nullo modo posit, Id quod euenisse
narrat Læenæ meretriei Atheniensi, quę duris
24 eruciatibus lacerata à Pisistrato, maluit in
tormentis expirare, quam indicare aliquid
aduersus Harmodium, & Aristogitonem,
Carnificeq; fatigato, linguam comestam ex-
puit in faciem Tiranni sæuientis, vt expueret,
& vocem, ne coniuratos posset confiteri,
25 quod etiam contigisse Anaxarcho Democritio
& Hiperidi, dum linguam sibi amputarunt;
ne dolore tormentorum proferent aliquid,
quod taceri Reipublicæ vtilius esset narrat
Petrus Aerodius *cit.cap.2.post medium*, qui alia
plura tradit huiusmodi exempla.

E contra vero Hippias cum interfectorem fratris
adigeret tormentis, vt conscios nominaret;
Non conscios ille, sed omnes amicos Tiranni
26 nominauit, quibus ideo interfectis Tiranno
interrogante, an vlli conscij reliqui essent;
Nullus supereit (inquit) quem mori velim
præter te; Tanta enim impatientia aliqui
sunt, vt mori magis malint falsum fatendo,
quam vera inficiando dolere, vt inquit Cicero
27 Adeo quod cum tormenta gubernet dolor,
moderetur natura cuiusq; tum animi, tum
corporis, Quæ cito regat, flectat libido, cor-
rumpat spes, infirmet metus; ideoq; in his
angustijs, nullus alius locus veritatis relinqui
posit, præter hunc quem causa cognita sibi
statuit Iudex vt subijcit Aerodius loco relato.

Difficile namq; est (vt inquit Quintilianus)
contra dolorem ægros durare corporibus, &
28 facile est integro sensu perferre, quam semel
indueris persuasionem; Idcirco repetitio
29 torturæ maximi est effectus, illæ enim tor-
quent nocturnæ cogitationes; illa recordatio
30 præteritorum, illa expectatio futurorum, &
ea demum questio grauis est, cum iam non
membra, sed vulnera cæduntur cum persuasũ
31 est animo, nullum esse finem tormentorum
subijcit Aerodius *in cit.tit.10.cap.4. post mediũ*.

Suadet tamen Diuus Augustinus *lib 19. de Ciuit.
Dei cap.5.* vt tormenta euitentur, quam fieri
32 posit in liberis hominibus, dum Innocens,
33 luit pro incerto scelere, certissimas pænas,
Secus verò in iam damnatis, vt conscij dete-
gantur, quia vtile est eos questionibus subij-
34 cere vt scribit Petrus Aerodius *cit. cap.4. post
medium*, Postquam enim omnis spes salutis
abiecta est, vix est, quin vltro fateatur, & sunt
qui ita morte non moueantur, vt magis me-
tuant torqueri, neq; vero inhumanum est in
eos quodamodo sæuire, qui iam serui pænæ
35 facti sunt; cum lenitas in reos non ad dam-
natos pertineat, vt ait Demosthenes, quem
36 refert Petrus Aerodius loco relato.

Qui autem falsum dicit pro sui excusatione etiã
extra tormenta nulla pæna tenetur; Cum
37 tunc Deum tantum habeat vltorem *Abb. in
cap.p.col.2.de testibus cog.et ample probat Granut.
in Theorema 3.num.pr.3.et 4.* Vbi questionem ad
partes disputat, & examinat *Boss.in tit.de exa-
minibus reorum num.10.Clar.qu.45.vers.quid ergo
et ibi Baiard.num. 12. Bertazol. cons.61. num. 26.
cum seq;* Et quia in facti contingentia multa
scripsi superiori mense *Maio* in ardua causa
cuiusdam N. criminaliter vexati, ea hic subij-
cere statui pro ampliori materiæ dilucida-
tione.

## In quibus Casibus

## Falsitas commissa non dicatur, vel ea omninò sit impunibilis.

*Adsit virtus Spiritus Sancti:*



VPPONITVR in facto detentum fuisse. A. minorem quindecim annorum tanquam inditiatum, quod simul cum. B ex causa propria mandatum ille dederit, Caio ad occidendum Seium, cum participatione, & instigatione. D. pariter inimici Seij; Quodq; pluries, & pluries examinatus, ac in contrarietatibus depræhensus tandem adhibita rigorosa tortura etiam cum canabis ligatura fassus sit. A. delictum principaliter contra se, & secundario contra. D. ratione participationis, & instigationis, dum ambo essent in quodam Oppido distante à Ciuitate Mediolani, per miliaria fere sexaginta.

Supponitur etiam, quod stante hac confessione captus etiam fuit. B. qui in primo examine de plano omnia narrauit, & fassus est concordando in omnibus cum. A. ac vlterius aliud grauissimum, & capitale crimen fassus est; Et quia ab ambobus datus fuerat in contestem. C. respectu nonnullarum qualitatum ad delictum principale tendentium contra D. Captus & ipse. C. fuit, pænes quem in actu capturæ reperta est cedula eius propria manu conscripta continens notulam diuersarum rerũ memoriæ causa, inter quas aderat versiculus seq. tenoris.

*Auisar*

*uisar se la Volpe è data nel laccio.*

Examinatus. C. pluties, & interrogarus, vt interpraetaretur significatum illorum verborum, tandem affirmauit ea significare, vt moneret. D. quotiescumq. interemptus fuisset Seius, Tandemq; graui rorturae, & ipse suppositus, omnia fassus est, & in omnibus concordauit cum A. & B.

His stantibus diù detentus fuit D. & reus constitutus de memorato delicto, publicatusq; eidē fuit processus; Post carcerationem autem annorum quatuor tandem A. vti minor fuit liberatus vigore Decreti Gratiosi. B. verò fuit capite mulctarus ob dua ipsa capitalia grauissima delicta. Qui dum in confortatorio custodiretur protestationem fecit ad interrogationem Notarij, se falso grauasse. D. & omnia deposuisse, quia dum examinaretur illi lecta fuerunt omnia deposita per. A. in ea parte, in qua grauauerat eundem D. Hocq; fecisse vt euiraret cruciatus simulq; declarauit se nunquam sermonem habuisse cum dicto D. in memorato Oppido nec alibi.

Supponitur etiam, quod praestitis per D. deffensionibus tandem post annos octo fuit à DD. Iudicibus delegatis simpliciter absolutus. D. ab ipso reatu; Qui exinde querelam porrexit contra. A. de falso testificatu in narrata causa pro qua indebitè detentus, & vexatus fuerat per annos octo, petendo, vt tanquam falsus testis detineatur, & puniatur, ac simul cogatur ad sibi resarciendum expensas, & damna passa ratione dictae molestiae ascendentia ad aureos decem mille.

Ad quem effectum primo annotationem fieri curauit in libris Regiae Camerae de eius praetensione ad parcellas reddituum ipsius. A.

Deindè praeceptum transmitti curauit debitoribus eiusdem A. ne ei soluerent nisi prius citato ipso D.

Mox impetrauit sequestrationem omnium fructuum bonorum eiusdem. A. ab eodem Iudice Criminali, & criminali via.

Et ad probandum delictum ipsum falsitatis supponitur D, exhibuisse.

Primo exemplum dicti processus ab aliquo non authenticatum in quo supponit affirmasse. A. se de delicto egisse cum D. initio, & in fine mensis Februarij in memorato Oppido praesente etiam E.

Secundo protestationem dicti B. factam in confortatorio.

Tertio quod ipse D. non accessit ad memoratum Oppidum nisi die 22. dicti mensis, id quod constare supponit tùm ex publico instrumento exhibito, & rogato die 20. eiusdem mensis in quadam Ciuitate distante ab eo Oppido per miliaria ferè quadraginta, tùm ex protestatione cuiusdam Viri religiosi in actis exhibita.

Quarto aliud instrumentum publicum rogatum die 17. in alia Ciuitate distante ab eo Oppido per miliaria ferè sexaginta, & aliud instrumentum rogatum die 22. eiusdem mensis in alia Ciuitate distante ab eodem Oppido per miliaria ferè octuaginta, in quibus interuenit dictus E.

Quaeritur quid Iuris tàm circa negotium principale, quam circa sequestrationem, & alia impedimenta; Et breuitati, ac veritati inhaerendo; Dicendum est, sequestrationem omninò esse a Iure prohibitam in Criminalibus causis etiam Fisci fauore, nedum ad priuatorū instantiam, & idcirco reuocandam esse huiusmodi sequestrationem tamquam contra expressum casum legis concessam *Text. est ad*
38 *litteram in l. reo criminis ff. de solut. & in l. deffensionis facultas C. de iure Fisci lib.* 10. Quibus expressis verbis cauetur, ne facultas deffensionis impediatur ijs, quibus aliquam inquietudinē Fiscus infert, cum facultates eorundem adhùc controuersia pendente inquietari describiuè fas non sit.

Sicuti enim nec sequestratio neq; bonorum
apprehensio fieri potest reis de criminibus capi-
talibus delatis; pro quibus venit bonorum
confiscatio, nisi post sequutam condemna-
tionem contra eos, sed tantum bonorum des-
criptio, quia ante sententiam Fiscus non di-
39 citur creditor sicut post *l. eius qui ff. de Decurio-
nibus, & l. si qua pana ff. de verb. signif. Baldus in l.
aduersus nu. 4. C. de furt*; Cum hyppotecam non
habeat in paenis Fiscus nisi à die condemna-
40 tionis *l. 3. §. idem scribit ff. de iur. Fisci, & probat.
Pereg. de iur. Fisci lib. 6. t. 6. n. 12.* Ita multo minus
ad huiusmodi sequestrationem, siuè bonorum
apprehensionem deueniri potest, vbi nō agi-
41 tur de capitali paena; Et hanc sententiam se-
quitur *Guid. Pap. cons. 123. Franciscus Marc. decis.
siue quest. 38. par pr. Caroc. tract. de sequestro par. 2.
plena qu. 12.*

Maximè cessante omni suspicione dilapidatio-
nis; Cum. A. nec dissipare, nec dilapidare
soleat eius bona, & fructus, Vbi enim vehe-
42 mens esset suspicio dilapidationis, tunc se-
questratio permitteretur, vt ex *Bartol. in l. post
contractum sub num. 19 ff. de donat. tradit Carotius
loco relato.*

Quia etiam in causa ciuili sequestratio non con-
ceditur iure communi inspecto, nisi docto
43 prius de credito, vt post *Papien. de forma se-
questri verb. audeat, vel praesumat numer. 2. probat
Gratian. lib. 9. discept. forens. cap. 485. nu. 1. & Caroc.
de sequestro parte 3. in principio, & quaest. 2.* & se-
questrum cōtra ius ex officio factum, de facto
44 etiam reuocari debet idem *Gratian. lib. 1. cap.
114. num. 36.*

Et quamuis multi voluerint posse concedi des-
criptionē fructuum non obstante dispositione
dictae legis deffensionis facultas, quando hu-
iusmodi descriptio fit sine expensa, vel dam-
45 no rei; Tamen discretus valde in hoc esse
debet Index, vt scribit *Gratian. d. cap. 114. num.
28. ac tradit Carpan. ad Stat. Mediol. c. 111. n. 26. p. 1.*

Et

Et eo minus ad sequestrationem prædictam de-
ueniri potuit; esto quod expensæ, & damna
dicuntur accessoria ad pænam principalis de-
licti, id quod etiam elicitur ex eisdem *Nou.*
46 *Const. tit. de pæn. cap. si quis falsum § Vlterius testis*
*falsum dicens*, dum vltra pænam impositam
contra testes falsos disponunt, quod vlterius
teneatur ad resarciendum damna, & interesse
causatũ ex causa præmissa, & probat Menoch.
*cons.* 909. *n.* 57. Quare nõ declarata pæna ratio-
47 ne principalis delicti, cessare etiam accessoriã
concernentem damna, & intesse dicendum est
*l. qui libtris ff. de vulg. & pupill. Surd. cons.* 93. *num.*
1. & in his terminis probat *Gratian. lib.* 4. *discep*
*forens. cap.* 638. *num.* 15. *cum seq. & cap.* 715. *num.*
17. *& lib.* 3. *cap.* 423. *num.* 47. *& cap.* 474. *num.* 3.
48 Cum destructo principali corruere accesso-
rium necesse sit *vulg. l.* 3. *ff. de pecul. lega. & l. cum*
*principale ff. de re iudic. cum alijs alleg. à Dd. in l.*
*non dubium C. de legibus*; Sæpeq; etiam con-
demnatus in summa principali absoluitur ab
4) expensis *Gratian. cit. cap.* 725. *num.* 38.
Quinimò condemnatio ad damna, & expensas
50 fieri nequit, nisi æque fieri possit condemna-
tio pro delicto principali, vt probat *Angel. in*
*l.* 1. *num.* 6. *C. quando ciu. act. præiud. crim. Salic. in l. si*
*quis ad se fundum col.* 1. *C. ad l. Iul. de vi publ.* & ex-
presse probat *Bertazol. cons. crim.* 232. *nu.* 2. *cum*
*seq; Gratian. cit. lib.* 3. *cap.* 525. *num.* 16. *cum seq. qui*
*num.* 18. *ex Baldo in l. qui crimen nu.* 33. *vers. si enim*
*C. de his qui accus. non pos. & Rol. cons.* 30. *num.* 18.
*lib.* 2. probat non posse fieri condemnationem
damnorum, nisi sequuta condemnatione pro
delicto principali mediante rei confessione,
non ex contumacia.
Neq; releuare videtur ratio quod mediante fi-
deiussione tolli potest sequestrum, & sic vtriq;
parti consuli. Quia cum expressa sit legis dis-
positione prohibitum sequestrum in crimina-
libus iudicijs, non est agendum de fideiussio-
ne, quæ onus magnum in se continet *l. Aure-*
51 *lius § legatum ff. de libert. legata l. bona fide ff. ad*
*Sen. Cons. Vell.* Fideiubere enim idem importat
quod soluere *Laurent. decis. Auenon.* 5. *numer.* 1.
*Gratian. cap.* 513. *num.* 20.
Quoad secundum caput propositæ consultatio-
nis concludendum pariter est, falsitatem nul-
lam dici probatam per propositos medios;
Quandoquidem primo loco expeditum est,
52 exemplum memorati processus nullam pro-
bationem neq; etiam semiplenam releuare, vt
habetur in *Auth. si quis in aliquo*, & ibi scriben-
tes *C. de edendo, Canon. in cap.* 1. *de fide instrumen-*
*torum, & probat Hector Felician. in alleg.* 92. *num.*
5. *part.* 2. Idcirco fundamentum aliquod super
eo constitui non potest etiam si illius origina-
le reperiretur in aliquo loco; Quia vbi facto
53 opus est, verba non sufficiunt *glos.* 2. *in cap. pasto-*
*ralis de officio ordinarij*, & in his terminis pro-
bat *Gratian. lib.* 4 *discepe. forens. cap.* 725. *num.* 32.
*cum seq; post Nattam cons.* 3. *num.* 4. *& Surd. cons.*
86. *num.* 10, *qui Gratian. num.* 33. *cum seq; pluribus*
scribit Iudicem secundum probata tantum,
& in actis redacta iudicare debere, cum ea quę
54 extra acta sunt, dicantur extare extra mun-
dum, & sententiam nullam eam esse, quæ ex
actis non est iustificata *Cæsar de Crassis decis.* 2.
*num.* 6. *&* 10. *de solut. ac decis.* 16. *num.* 15. *Rol. cons.*
1. *num.* 71. *in fin. lib.* 1. *& Bec. cons.* 40. *num.* 2.
Sed dato (citrà veri præiudicitium) quod pro-
cessus ita cantaret, & esset exhibitus in forma
probanre, Adhuc nullum pænitus exindè re-
sultaret indicium falsitatis contra d. A. Namq;
neq; probauit D. neq; aliter constat ipsum ac-
cessisse ad memoratum Oppidum die tantum
22. illius mensis, Cum instrumentum ad quod
ipse deuenerat die 20. eiusdem mensis in Ci-
uitate distante ab eo Oppido per miliaria
quadraginta nullo modo probat accessum
ipsum factum fuisse ad Oppidum die tantum
22. Iuxta illud axioma, quod non probat hoc
55 esse, quod ab hoc contingit abesse *l. neq. natu-*
*rales C. de probat. & cap.* 2. *de translat. Episc.*
Potuit enim D. morari in Oppido initio mensis,
mox recessisse, & ad eã Ciuitatem ire ibique
instrumenta celebrare die 20. mox iterum se
ad Oppidum conferre die 22. eiusdem mensis;
Falsitas vero non per possibile, sed per neces-
56 se probari debet, vt de communi probant post
alios *Farinac. cons.* 12. *num.* 13. *Bertazol. cons.* 71. *n.*
41. *& cons.* 140. *nu.* 10. *& cons.* 144. *nu.* 13. *Honded.*
*cons.* 149. *& Felic. Allegat.* 15. *num.* 12. *allegat.* 49.
*num.* 19. *& alleg.* 93. *num.* 6.
Priuata autem attestatio à viro religioso facta
nihil releuat, quidquid asserat notarius, vidis-
se dictum Religiosum attestationem subscri-
bere; Cum sit attestatio priuata extraiudi-
cialis iuxtà illud, quod fides non facit fidem
57 *Tex. est in l. instrum. C. de probat. & in l. Nuda C. de*
*donat. Menoch. consil.* 378. *num.* 10. & post multos
alios probat *Genua tract. de scrip. priu. lib.* 1. *qu.* 4.
Idem dicitur de binis instrumentis, in quibus
interuenit. E. diebus 17 & 22. eiusdem mensis
rogatis in Ciuitatibus satis remotis ab eo
Oppido, per quæ non potuisse E. interuenire
colloquijs sequutis in eodem Oppido initio,
& in fine eiusdem mensis supponit . D. Quan-
doquidem clarum est sine falsitatis labe sub-
sistere depositiones. A. cum ex dictis instru-
mentis non excludatur potuisse. E. interue-
nire dictis sermonibus secutis initio, & in fine
eiusdem mensis, quamuis die 17. & 22. ipsius
mensis abesset, ab eo Oppido, ad quod non
solum intra biduum poterat commodè se cõ-
ferrè, & sic intra mensem, sed etiam vno die
medio pernicibus equis, vt de se pater, & esset
præsumendum ad delicti falsitatis exclusionẽ
58 *Hector Felic. alleg.* 19. *n.* 3. *&* 4. cum subtilissima
quæq. sit facienda interpretatio ad falsitatem
59 euitandam, vt probat *Menoch. cons.* 221. *num.* 10
*cum seq; & cons.* 322. *num.* 20.
Admisso autem (citra præiudicium veritatis)
quod hæc vera forent, absentes scilicet fuisse
ab eo Oppido. D. & E. per totam diem 22. Fe-
ruarij

bruarij, Non ex hoc posset vllo modo de falso
redargui depositio. A. Tum quia vbi testis
dictum potest aliqua interpraetatione verifi-
60 cari, de falso argui non potest *Gramm. cons. 47.*
*num. 5*, Tum quia quando varietas siuè contra-
rietas testis non concernit substantialia ne-
gotij principalis, sed extrinseca (vt in hoc
casu); Tunc non attenditur huiusmodi con-
61 trarietas *Bartol. in l. eos circa med. ff de fals. late*
*Ludou. de Alferijs inter cons. crimin. diuers. cons. 43.*
*num. 14. cum seq. par. pr.* vbi agit de variatione
62 temporis; & *Gramm. cons. 19. num. 5. ac cons. 23.*
*& cons. 41. nu. 4. & cons. 47.* in quibus locis præ-
cisè loquitur de variatione temporis, *Farinac.*
*cons. 50. sub num. 22. & Rimin. sen. cons. 559. num. 4.*
*et 5. ac num.* .. *et* 20. qui dat exemplum de eo,
qui deposuit aliquid factum in domo, alius
vero de facto prope domum, Concludendo
non posse redargui de falso, eum qui primo
deposuerat rogatum fuisse Notarium de te-
stamento, mox annotasse testes, Deinde tàm
ipsum, quàm testes discesisse; Postea vero ad
aliam interrogationem dixerat, quod aliqui
discesserunt, aliqui remanserunt post *Ias. in l. si*
*ex falsis C. de transact. Gramm. cons. 240. in principio.*
Hoc idem in clarioribus terminis probat *Gratian.*
*omnino videndus lib. 3. discept. forens. cap. 525. num.*
10. *et* 11. dum loquitur de duobus testibus,
63 quorum alter deposuerat ignem fuisse im-
missum supra prædium, alter autem ad finem
prædij, quos testes idcirco non dici falsos, nec
posse de falso puniri tradit, quamuis eos mi-
64 nimè probare contra imputatum concludit
post *Felin. et alios in cap. cum tu extra de testibus, et*
*Bertazol. cons. 25, num. 20.*
Tum quia sicuti quando testis ad interrogatio-
nem respondit se non recordari de certa re,
deinde interrogatus super eodem assertiue
asserit, vel è contra; Per hoc non infertur
65 contrarietas vt notat *Bald. in cap. 1. §. notandum*
*tit. de Nou. feud. Rimin. alleg. cons. 559. num. 15.* Ita
contrarietas substantialis considerari non
potest; Si dixerit testis aliquid commissum
fuisse initio mensis, ac deindè idem repetitũ
in fine; etiam si initio mensis id non contin-
geret; Quia per errorem id potius quam do-
losè expressum fuisse præsumendum est ad
66 delicti exclusionem *l. quod adhibitus C. de his qui*
*sibi in testam. ad sci. Bec. cons. 78. num. 10. & in ter-*
*minis Felic. citat. alleg. 15. num. 29. ac alleg. 93. num*
6. Et data possibili veritate non sequitur falsi-
67 tas aut periurium, vt declarat *Bald. in d. cap. 1.*
*§. notandum, & in l. vnica in fine C. de confessis Rim.*
*in cit. cons. 559 num. 23.*
Tum quia contrarietas, seu etiam falsitas in ra-
tione dicti, siuè in illius causa non reddit fal-
sam depositionem, cum ea non habeatur in
consideratione; Quamuis ex ea debilitatus
68 valde redderetur testificatus, vt post alios
probat *Rimin. cit. cons. 559. nu. 19. & 20. Baiard.*
*ad Clar. in §. Falsum nu. 25. cum seq.* Quam con-
trarietatem circa rationem dicti versari pa-
lam est in hac facti specie.
Tùm quia dicta testium ita interpretanda sunt,
vt falsitas omnis excludatur, nec contrarie-
69 tas sequatur *Scrib. in l. de ætate ff. de minor. Rim.*
*Sen. d. cons. 559. num. 1. & 2.* Et etiam per sub-
auditiones, & diuisiones coadiuuantur *glos.*
*in cap. Araldus 8. quæst. 3. Monticel. de testibus*
*vers. concordia testium registr. in 4. vol. tract. fol.*
*mihi 266. Felic. alleg. 19. num. 3. & 4. Asin. inter*
*cons. crim. diuers. cons. 113. num. 12. lib. 2. Gratian.*
*lib. 3. discept. forens. 525. num. 10. & 15.*
Tum quia sicuti in inquisitionibus, & reatibus
sufficit expressio anni, & mensis ommissa ex-
70 præssione certi diei, vt validè quis inquiri,
vel reus de delicto fieri possit *Tex. in l. libello-*
*rum ff. de accusationibus Farinac. quæst. 1. numer.*
*12. & quæst. 64. num. 10. post Clar. in quæst. 12.*
*vers. dixi etiam*; Et ita pluries censuit Senatus
Excellentiss. Ita, superflua fuit expressio initii
& finis mensis, quam dicitur fecisse A. in eius
confessione; Et sic tamquam qualitas super-
flua non potest esse in consideratione ad in-
71 ducendum falsitatem in ipsa confessione A.
vt in terminis probat *Rimin. cit. cons. 559. num.*
*15. & sequitur Felic. alleg. 15. num. 27.*
Hinc dicitur, quod interrogatus de die, quo
fuit commissum delictum, vel factum. Non
72 tenetur de eo deponere testis quando dies
non est de substantia actus, vt in hyppoteca
ratione anterioritatis temporis, *glos. est notab.*
*in cap. nihilominus 3. quæst. 8. Nellus in tractat. de*
*testibus num. 209. cum seq. fol. mihi* 87. dum scri-
73 bit testem probare spolium etiamsi erret in
tempore, *ex Innocen. in cap. cum ad sedem, de*
*restit. spol.*
Tùm denique, quia quatenus etiam de contra-
rietate substantiali ageretur (vt non agi cer-
tum est) sicuti rusticus excusatur à falsitate,
74 etiam si sit sibi contrarius, vt probat *Grammat.*
*cons. 23. num. 7.* Eadem quippè maiori ratione
excusandus esset A. minor annorum 15. cui
75 rusticus æquiparatur *Asin. cit. cons. 113. num.*
*11. lib. 2. cons. crimin. diuers.*
Quæ depositio A. eo fortius ab omni falsitatis
suspicione caret, dum ea confirmata in omni-
bus fuit primo à nominato B. qui spontè, &
absque tortura delicta fassus est, & pro ijs pæ-
nas dedit; Deinde corroborata apparet ab
ipso C. qui omnia deposita per A. & cum ipso
C. tractata confirmauit.
Et sic liquet nil penitus releuare contrariam
attestationem extraiudicialiter deinde factã
per B. dum capitaliter damnatus asseruaba-
tur in confortatorio; Tùm quia extraiudicia-
76 lis protestatio non derogat iudiciali confes-
sioni, *Felin. in cap. 2. num. 1. de fide instrumento-*
*rum*; Tùm quia non creditur testi asserenti se
77 falsum in iudicio deposuisse *l. si quis in graui §.*
*pen. & ibi Bart. ff. ad Senatuscons. Syllan. Alexan.*
*Trentacin. lib. 3. var. resolut. tit. de fideiuss. resolut.*
*2. sub num.* 17. Tum etiam quia pluries decla-
rauit Senatus Excellentissimus huiusmodi
protesta-

protestationes contrarias depositionibus iu-
78 dicialibus nihil releuare; Et præsertim hoc
censuit anno 1607. mense Septembris in cau-
sa Com. Gambaranæ, in qua Cæsar Gattus ad
ignem damnatus ob plura instrumenta falsa
per eum fabricata, ad Comitis instantiam,
vt fassus fuerat, Deindè in confortatorio Pa-
piæ solemniter, & ipse protestatus fuerat se
indebitè grauasse Comitem; Quia huiusmodi
protestatione minimè attenta, non solùm pro-
cessum fuit contra Comitem, sed etiam ex-
traordinaria pœna ille damnatus est iussu Se-
natus Excellentissimi.

Non resistentibus ijs quæ tradit *Farinac. quæst. 43. num. 11. & quæst. 68. cum seqq.* Quia decla-
rat Farinac. quod stante huiusmodi exculpa-
79 tione vires testificatus exculpantis adeò de-
bilitantur, vt is inculpatus torqueri nullo
modo possit ex priori dicto exculpantis; Et
sic inficiari non videtur Farinac. quin ex dictis
aliorum testium, siuè correorum non possit
nihilominus procedi contra inculpatum etiã
ad torturam, & condemnationem; Nedum
quod per huiusmodi protestationem censean-
tur falsæ depositiones aliorum contestium,
siuè correorum, quod absurdissimum esset
absurdum.

Dato autem (citrà veri præiudicium) quod fal-
sum fassus esset A. principaliter contra se, &
secundariò contra D. (quod tamen nullo mo-
do admittitur) Adhùc nec pœna aliqua, nec
molestia affici ille posset; Siquidem perpen-
di debet falsum saltem punibile non committi
80 nisi voluntariè, & dolo interueniente com-
missum sit, cum adhoc, vt falsitas commissa
punibilis reddatur, Tria copulatiuè requiran-
tur Mutatio veritatis, dolus, & quod alteri sit
nocibilis, vt post Azo. probant *Caphal. cons. 345. num. 54. & Mascard. de probat. conclus. 739. num. 12. cum seq. & num. 14.* Cum falsitas puni-
81 bilis committi non possit sine dolo *Tex. est in l. qui testamentum ff. ad l. Cornel. de fals. vbi scrib. omnes Menoch. de arbitr. casu 309. num. 1. & cons. 221. num. 14. Clar. in §. Falsum nu. 33. ac Mascard. cit. conclus. 739. num. 12.* Cum itaque A. non
voluntariè, sed coactus, & vi tormentorum
ad confessionem delicti deuenerit principali-
ter contra se, & secundariò contra D. etiam
quod falso hoc fassus esset (quod non admit-
titur) cessare diceretur omnis dolus, qui non
82 concurrit in his, quæ coactè fiunt *l. 3. ff. pro socio, & l. qui auctore Prætore ff. de regul. iur. arg. l. in fraudem §. qui pro alio ff. de iure Fisci, & in Auth. vt non fiat pignus §. 1. Lucas de Penna in l. vnica num. 6. prope finem C. vt nullus Vianens lib. 11.* Et consequenter omnis pœna, conferunt
tradita per *Bargal. tract. de dolo aperto, & dolo velato num. 2. cum seq. fol. mihi 116. prout faciunt quæ scripsi in tractatu de Aequitate cap. 50. num. 5. cum seq. & num. 11. lib. 1.*

Quia vbi interuenit coactio, cessat propositum,
siuè intentio, & voluntas faciendi, & sic om-
83 nis dolus, qui sine machinatione, & proposi-
to non committitur *l. 1. §. 1. ff. de dolo, Bargal. cit. tit. de dolo aperto num. 8. & lib. 3. tit. de dolo in iudicijs sub num. 15. fol. mihi 348. & præcipuè hanc probat conclus. lib. 6. regul. 38. numer. 8. fol. mihi 776.* Sublatoq; verò dolo cessat omnis falsitas
quæ vt supra diximus sine dolo commitei non
dicitur saltem punibilis *Mascard. alleg. conclus. 739. num. 12. cum seq.* & Idem de periurio tra-
84 dit *Asin. alleg. cons. 113 à n. 5. vsque ad n. 13. lib. 2.* dum scribit ex Diuo Augustino mendaciũ
esse falsam vocis significationem cum volun-
85 tate fallendi; Quemadmodum sublato dolo
cessat etiam omnis pœna, vt probat *Menoch. cons. 83. num. 106. Paris. de Put. tract. de syndic. vers. Pœna cap. 9. num. 1. fol. mihi num. 164.* vbi
declarat pœnam à statuto impositam pro ho-
86 micidio, non complecti homicidium sine
dolo commissum.

Cum etenim voluntaria non fuerit confessio fa-
cta per A. minorem, sed vi tormentorum atro-
cium extorta etiamsi falsum contineret (quod
non admittitur) non diceretur commisisse
87 delictum, quod nisi voluntarium committi-
tur, vt probat *Asin. loco cit. num. 7.*

Et ita pluries censuisse Senatum Excellentiss.
notum est, dũ reos qui falsò delicta etiã capi-
88 talia vi tormentorũ fassi sunt impunè dimitti
iussit cognita falsitate confessionis; Idquod
præsertim declarauit refferente D. Senatore
Gallarato die 4. Iunij 1610. fauore Io. Antonij
89 Villæ Cremonensis, qui vi tormentorum fas-
sus fuerat in officio Cremonæ se de mandato
I. C. Georgij Manariæ ictu sclopi animo oc-
cidendi vulnerasse Dominicum Mutium;
quem Villam comperta falsitate eius confes-
sionis, absolui, & dimitti censuit Sen. Excel-
lentiss. nulla ei irrogata pœna, ratione com-
misse falsitatis, nec ratione damnorum passo-
rum per Manariam ab eo indebitè inculpatũ.

Quemadmodum enim impunita remanere de-
bet falsitas, quam reus deposuit ad sui excu-
90 sationem, & deffensionem, vt probat *Bos. tit. de examinibus reorum num. 10. & tradit Clar. quæst. 45. vers. quid ergo, & ibi Baiard. num. 8. Bertaz. cons. 61. num. 26. cum seq.* Quod procedere ibi-
dem tradit Baiad. etiamsi falsum quis depo-
nat quando interrogatur vti principalis con-
91 tra se, & vti testis in alios ex eodem *Bertazol. cons. 323. num. 2. & Cartar. in eius pract. lib. 3. cap. 3. num. 15. in fine*, quam conclusionem se-
quitur *Scapsa tract. de iure non scripto lib. 5. cap. 65. num. 8. & copiose Granuc. qui de communi te-
statur lib. 1. Theorema 3. numer. 3. præsertim vers.*
92 *tamen quicquid, & nu. 10.* Cum tantum habeat
Deum vltorem is qui ad se excusandum falsũ
dicit *Abb. in cap. 1. col. 2. de testibus cogend. Granuc. cit. Theorema 3. num. 1. 3. & 4.*

Eadem, & multo fortiori ratione, aliqua pœna
non tenetur is, qui vi tormentorum falsum
contra se principaliter, & secundario contra
alium deposuit; Eo enim casu nullo modo
consideratì

considetari poteſt dolus in coofitente, quem
vt tertio noceret eredendum oon eſt voluiſſe
dolosè capitale delictum contra ſe fateri, &
ſic propriam vitam capitali ſupplitio euiden-
ter exponere, ſed potius vi tormentorum
tantum imaginariam cantilenam patefacere.

Quia vt inquit Cicero ooonulli ea ſunt impa-
tientia, vt mori malint falſum fatendo, quàm
93 verè infieiando dolere; Hine quidam ſeruus
M. Augerij inſimulatus occidiſſe Alexandrū
ſeruum Titi Fannij tortus, faſſus eſt conſtan-
tiſsimè facinus comiſiſſe, qui ſupplicio id-
94 eirco affectus eſt, & tamen poſtea paruulo
tempote interiecto, ille de cuius nece credi-
tum eſt, domum reuerſus eſt, vt poſt *Valer.
Max. narrat Caſſonus tract. de tormentis cap. 2. nu.
6. in lib. 11. tract. fol. mihi 311.*, *& poſt eundem
Valerium tradit Petr. Aerod. lib. 9. rerum Iudic. tit.
de quæſt. cap. 2. prope finem*, Vbi etiam ex Fabio
95 ſcribit mentietur in tormentis qui dolorem
pati poteſt, mentietur qui non poteſt.

Prout *Ariſtoteles lib. 1. Rethor. ſcribit* eos, quibus
neceſsitas adhibetur, non minus falſa, quàm
96 vera dicere ſolere, eoſdemq; vel dolorem
tolerantes verum occultare, vel non toleran-
tes mentiti præter verum, vt à cruciatu citiùs
liberentur, Sicuti idem innuere videtur
*Vlpianus in l. 1. §. quæſt. ff. de quæſt.* dum inquit
alios in tormentis tanta impatientia eſſe, vt
quæuis mentiri, quam tormenta pati velint,
fieriq; etiam, vt vario modo fateantur, & non
tantum ſe, verum etiam alios criminentur.

De qua re plura alia adducit exempla, & Decre-
ta huius Senatus Excellentiſs. *Torrus ad Amb.
in cap. 1. ad num. 3. verſ. circa hanc probationem
fol. mihi* 24. Cum multi ſint, qui vt compendio
97 mortis euitare valeant longos cruciatus,
dum in ſuum mentiuntur ſanguinem, accu-
ſant alienum, & ſic vel inimicos vlciſcendi
cauſa, aut doloris euitandi nominant inno-
centes, & quemadmodum præcipitati non
98 attrahunt dumtaxat, quod impulit, verum
etiam, quod occurit; Pari ratione qui tor-
quentur, quia morientibus gratiſsimum eſt
commoti dicunt ſæpe eos conſcios eſſe qui
non ſunt, & vt maximè ſolent eſſe mortiferi
99 morſus morientium beſtiarum, ſic damnato-
rum, vt poſt *Senecam ſcribit Aerodius cit. tit.
cap. 4. in fine*.

Vlterius ſicuti neq; etiam teſtis tenetur de falſo
quod ſpontè depoſuit ſuper crimine, in quo
fuit ſocius, etiam ſi tanquam ſimplex teſtis
100 fuerit examinatus, vt probat *Bertaz. conſ. 61.
num. 26. quem ſequitur Baiard. ad Clar. in §. falſum
num. 262.* Ita fortiori ratione quando vti cor-
reus excuſſus eſt eo minus de falſo teneretur
A. (quatenus etiam falſum illum depoſuiſſe
conſtaret, prout non conſtat) attenta eius
minori ætate annorum 15. obſtante *Text. in l.
ſenatus, & in l. impuberum ff. ad l. Cornel. de falſis*,
101 quibus deciditur minores pupillos nulla
pæna teneri ob falſitatem commiſſam ob æta-
tis imbecillitatem, & tali crimine non poſſe
teneri minorem, cum dolus malus in ea ætate
non cadat, & hanc ſententiam probat *Ruginel.
pract. quæſt. cap. 35. num. 5.*

Et quatenus pæna extraordinaria etiam tenere-
tur minor ratione delicti voluntarie tamen,
& dolosè commiſsi in minori ætate iuxtà tra-
102 ditionem *Caldas in l. ſi curatorem tr. de reſtitut.
in integrum, verbo, vel aduerſo dolo, num. 54. verſ.
At quia. vbi teſtatur pænam hanc non poſſe excede-
re exilium, ſiuè relegationem, aut carcerationem*,
quam opinionem ſequuntur *Gram. conſ. 35.
num. 23. & conſ. 39. nu. 4. Hipp. Rim. inter conſ.
crim. diu. conſ. 135. num. 22. lib. 1. Rolan. conſ.
51. num. 41. lib. 1. & conſ. 77. num. 6. cum ſeq.
lib. 3. Clar. quæſt. 64. verſ. Praterea Honded. conſ.
104. num. 37. cum ſeqq. lib. 1. Hector Felic. alleg.
85. num. 6. par. 2. Odd. de reſtitut. in integr. quæſt.
80. num. 97. Granue. Theorema 3. num. 8. ac Farin.
quæſt. 92. num. 169 & 171. verſ. quòd ſi fuerit
pubes Caball. lib. 1. var. reſ. caſu 134. & caſu 135.
& Theſaur. Iun. quæſt. famil. 13. alleg. numer. 11.
cum ſeq. lib. 3.* Eo caſu nullo modo poſſet cō-
dēnari minor ad damna, ſiue intereſſe partis,
103 niſi eſſet legitimè conuictus, vel confeſſus,
Cum aliàs abſoluendus eſſet plenè non pro
bato delicto *ex reg. l. qui accuſare. C. de eden.* quā
procedere etiam in criminalibus cauſis pro-
bat *Clar. qu. 62. in princip.* & hanc concluſionē
plenisſimè comprobat *Cabal. caſu 82. num. 1.*
104 vbi per totum ſcribit condemnatum in pæ-
nam extraordinariam ob indiciorum, defſe-
tum, vel aliter, non poſſe condemnari ad inte-
reſſe partis, vel ad reſtitutionem rei in cauſa
furti; Et ita pluries obſeruari vidiſſe teſtat or.

Conſidero Vlterius quòd cum DD. Iudices De-
legati in expeditione huius cauſæ abſoluendo
D. nec falſam eſſe declarauerint depoſitio-
nem A. minuſq; ius cognoſcendi de huiuſmo-
di falſitate reſeruauerint, nec ipſi D. ius ali-
quod agendi contra A. reſeruauerint, Indu-
bitati iuris eſt nullo modo poſſe ipſum. D. vl-
105 terius agere contra A. reſiſtente aperto *Tex.
in l. 1. C. de calumniator. vbi Alexander Imper. his
ſequentibus vtitur verbis*.

Calomnia eo tempore coerceri ſolet, quo de
cauſa præſente accuſatore iudicatur; Ideoq;
poſtquam de cauſa iudicatum eſt, contra con-
ſuetudinem calumniam accuſatoris puniri
deſideras; Multo minus ergo licebit D. age-
re aduerſus A. poſt cauſæ expeditionem, qui
non accuſator, ſed correus fuit, neq. ſpontè,
ſed coactus vi tormentorum, ſe ipſum, & ſimul
D. grauauit vt de ſe patet.

Deniq; animaduerto etiam, quod ſicut cauſa in
omnibus delictis perpenditur, ſed præſertim
in hoc crimine falſi, cum ſine cauſa comitti il-
106 lud non præſumatur *Crau. conſ. 75. num. 13.*
& poſt alios ſcribit *Vacar. in tr. de excuſ. falſit.
num. 12. regiſt. poſt Carp. ad Nou. Conſtit. cap. om-
nium fol. 276.* Quo circa cum nulla cauſa cadat
in A. ob quam voluerit falſo grauare D. ceſſat

omne delictum falsitatis vt probat idem *Cran.*
107 *tit. conf. 75. n. 14. Socin. conf. 277. col. p. verf. Et*
*super hoc lib. 2. Menoch. de præsu. lib. 5. præf. 20. n.*
*47. quos sequitur Vacar. loco cit. num. 15.* Maximè
cessante omnino aliquo commodo ipsius A.
108 vt scribit *Rubeus Alex. conf. 15. & tradit Cran.*
*loco relato num. 17. ac probat Menoch. conf. 98. nu.*
*23. cum seq. plur. quam sequitur Vacar. citato loco*
*num. 21.*

Ex his autem latissimè patet molestari nullo
modo posse A. pro asserta confessione facta
principaliter contra se, & secundario contra
D. (etiam si ea falsa esset, quod non admittitur)
cum à seculo nunquam auditum sit fuisse
processum contra huiusmodi confitentes
etiam falsum, Nec scribentes de hoc præciso
puncto verbum faciunt, cum ab vsu hominum
remotum sit vexare huiusmodi confitentes
delicta ratione falsæ confessionis, & afflictionem
addere afflicto resistente AEQVITATE
109 & contra *Text. in l. diuus 14. ff. de officio Præsidis*
*& l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicarijs ac l. penè sanè*
*ff. ad l. Pomp. de parricid.* Vt de Romulo dicebatur
inter Romanos, & de Solone inter
Athenienses, qui nullum supplicium legibus
110 constituerant in parricidas, quia existimare
neq uiuerunt posse in hominum animos cadere
tantum delictum; Quippe inquit Cicero
Solonem de delicto nihil sanxisse, quod antea
commissum non erat, ne non tam prohibere,
111 quam admonere videretur vt scribit *Petr.*
*Aerodius lib. 8. rerum indic. tract. de parricid. cap.*
*9. in principio, & circa medium.*

Qui vero agit contra solitum, & facit actum insolitum
videtur suspectus, & machinari in al-
112 terius præiuditium, vt docent *glos. Bart. &*
*alij in l. si quis sub conditione ff. de cond. instit. Alcia.*
*conf. 162. num. 10. Socin. inn. conf. 77. num. 47, lib.*
*1, Crau. cons. 862. numer. 7.* & post eos probat
*Menoch. conf. 422. num. 109.*

Et quia quæsitum etiam fuit an A. de falso impictus
sine iniuriæ nota possit falsarius vocari;
Breuiter negatiuè respondetur; Quia
falsarius nemo vocari potest sine maxima iniuriæ
nota, nisi de huiusmodi crimine fuerit
condemnatus, cum sola accusatio, quippe
113 inquisitio siuè carceratio (quod magis est)
non reddat quem criminosum, sed condemnatio
requiratur *Text. est in cap. fin. 15. quæst.*
*8. & probat Farin. conf. 50. num. 24. cum seq.*

Presertim vero in hoc genere criminis, quia nullum
crimen maiorem irrogat infamiam, quã
114 crimen falsi, vt tradit *Afflict. dccis. 504. num.*
*3. quem sequitur Farin. quæst. 151. num. 15.* & ita
iuris esse censeo, saluo semper &c. Mediol.
die 20. Maij 1637.

Iulius Cæsar Caluinus.

*SVMMARIA.*

*Legitima filijs tantum debetur post Patris mortem num. 1. & 4. Contrar. verius si Pater intrat religionem num. 5. & 6. ratio affertur num. 7. 8. & 9.*

*Pater non tenetur pro filio condemnato, etiam proportione legitima num. 2. etiamsi statutum aliter disponeret num. 3.*

*Ingrediens Religionem pro mortuo habetur num. 7.*

*Patri debetur legitima in bonis filij qui Religionem ingressus est num. 10.*

*Legitima debita tam descendentibus, quam ascendentibus æquiparatur n. 12.*

*Filijs debetur legitima ex bonis patris eo viuente si bona dilapidat num. 13. contrar. verius nu. 14. et 15.*

*Patri dissipanti bona interdicitur eorum administr. num. 15. et eis datur curator num. 16.*

*Legitima dicitur incerta ante Patris mortem num. 17.*

*Alienata bona fide per granatum in legitima computantur num. 18.*

*Filius si bona alienata redimere vult, et legitimã ex toto patrimonio consequi, ei id permittitur, num. 19. contr. num. 20.*

*Filius alienando videtur semel legitimam elegisse num. 21.*

*Legitima de rigore iuris debetur ex singulis corporibus hæreditarijs num. 22. nisi sint indiuisibilia num. 23. contrar. de Aequitate, vt si licet in certis corporibus assignetur legitima num. 24.*

*Electio in communi diuidundo non magis vno quam alio conceditur num. 25.*

*Legitima sine Trebellianica, vbi relicta fuisset à certis corporibus hæreditarijs locum non habet arbitrium boni viri in eius electione num. 26.*

*Filius grauari non potest, vt legitimam habeat in bonis minus vtilibus num. 27.*

*Legitima agnita censetur per filium, eo ipso quod aliquẽ instituit hæredem num. 28.*

*Qui vult consequens censetur velle omne antecedens num. 29.*

*Voluntas, tàm facto, quàm verbis probatur num. 30.*

*Facta sunt fortiora ad demonstrandum hominis voluntatem num. 31.*

*Filio possidente datur retentio bonorum ratione legitimæ donec facta sit liquidatio num. 32.*

## Legitima quando debeatur Filio in vita Patris. Cap. CLXXXXI.

1 LEGITIMAM filijs tantum deberi post Patris mortem est expressus *Tex. in l. p. §. si puberi ff. de collatione bonorum, et ibi Bartol.* Cum filius viuo Patre nullum penitus habeat ius in legitima, vt habetur *in d. l. p. §. si impuberi, et in l. quæritur C. de inoff. testam. Ruin. conf. 149. num. 13. lib. 3. Giurba ad statuta Messanæ cap. 7. glos. 18. numer. p. & Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 247. num. 59. quos sequuti sumus supra in cap. 96. num. 4. et 6. lib. pr. quibus addo Beccium cons. 34. num. 18. lib.*

*lib. pr. poſt Coraſium in l. filium quem numer.* 81. *C. famil. erciſc.*

Ex qua concluſione inferunt ſcribentes, non te-
neri Patrem pro filio condemnato, vel confi-
2 ſcato, etiam ratione portionis legitimæ filio
debitæ, vt explicat *Bart. in all. §. ſi impuberi*, *et
equitur Becc. citato conſ. 34. num. 22. Socin. iun.
ons. 51. num. 5. lib. pr. Viuius commun. opin. lib. p.
pin. 199., & opin. 401. cum alijs quos recenſit, et
equitur Graſſ. de ſucceſſ. tit. de legitima quæſt. 12.
um. 2.* Qui ſeq. num. 4. tradit concluſionem
procedere etiamſi ſtatuto cantum eſſet Patrē
teneri pro filio ad concurrentem quantita-
tem legitimæ, quando ex filio ſuperſunt ne-
3 potes poſt Baldum *in l. qua pæna ff. de his qui
sunt ſui vel alieni iuris*.

Quia vero in all. *cap. 96. num. 9. cum ſequ. plur. et
numer. 42. cum ſeq. lib. pr.* probauimus in caſu
confiſcationis bonorum Patris, deberi legiti-
mā filijs ipſo Patre etiam viuente naturaliter,
ſed ciuiliter tantum mortuo, Quæritur an
Patre ingrediente Religionem, & ſic per hanc
ciuilem mortem, fiat locus legitimæ debitæ
filijs; & licet *Cin. & Bart. in Auth. ſi qua mulier
4 C. de Sacroſ. Eccles.* expreſſe tradunt legitimam
non deberi filijs, niſi ſequuta morte naturali,
nec ſufficere mortem ciuilem, quam ſententiā
ſequuntur *Salicet. Fulgoſ. & Iaſ. & Cuchus in auth.
nouiſſ. C. de inoff. teſtam. & poſt eos Vaſquez tr.
de ſucceſſionibus real. §. 12. nu. 13.*

De AEQVITATE, tamen contrarium verius
eſt, & tenet *gloſ. in cap. tranſmiſſa, qui filij ſint le-
gitimi*, videlicet filios poſſe petere, & conſe-
qui legitimam in bonis Patris, qui Religonem
ingreſſus eſt, quam concluſionem defendit
*Bal. nouel. tr. de dote par. p. num. 11.* Et hanc te-
nere longe maiorem Doctorum numerum
contra Bartolum ſcribit Pirrus *in tr. de ſtatute
num.* 8. & quam opinionem, vti communio-
rem, & Aequiorem amplectitur Couaruu. *in
cap. 2. numer. 7. extra de teſtam.* dicens eam in
6 in vtroq; foro ſeruari, propter maximam
AEQVITATEM cui innititur.

Prout hanc quoq; ſententiam, vti communiorem
ſequuntur Idem Vaſquez ſibi contrarius
*tr. de ſucceſſ. creat. §. 21. num. 175.* quamuis ipſe
quoque de iure canonico non deberi in vita
Patris exiſtimet, Idem probat Cuchus *in dicta
repet. Auth. nouiſſ. rubr. legitima, an augeatur
aucto Patris patrimonio nu. 17. quos ſequitur Graſſ.
dicto §. legitima quæſt. 12. numer.* 6. Vbi in fine
tradit ab hac ſententia non eſſe recedendum,
Quia Pater ingreſſus Monaſterium pro mor-
7 tuo habetur morte ſcilet ciuili.

Alium adducit caſum Craſſus *loco rel. num.* 5. in
quo ob dilapidationem bonorum ſuorum fa-
13 ctam per Patrem, deberi legitimam filijs in-
quit tradidiſſe Baldum *in l. ſi conſtante nu.* 199.
*ff. ſol. matr. quem ſequitur Arrius Pinellus in l. p.
par. 3. num. 75. C. de bonis mater. poſt Salicet. in l.
2. C. ſi quid in fraudem patro.*

Quamuis contrarium verius eſſe ſcribit ibidem
14 Craſſus ex eodem Baldo *in l. non poteſt. in pri-
ma lectura ff. de adopt.* Tunç enim moderatum
remedium à iure datur, vt ſcilicet Patri diſſi-
15 patori interdicatur bonorum adminiſtratio
eiq; detur curator, quare non opus eſt reme-
dio extraordinario ſubſiſtente ordinario,
16 Cum præſertim pater poſſit ſe emendare Itaq;
non ſtatim de legitima aſſignanda agendum,
quæ ante Patris mortem etiam incerta eſt, vt
17 ait Craſſus *cit. num. 5. in fine*.

Legitimæ verò ſpeciale illud eſt Priuilegium,
vt licet bona fide alienata à grauato in legi-
timam imputentur ex quadam AEQVITA-
18 TE, ne emptores vexentur, & vt tollantur
circuitus vt poſt Paulum de Montepico *in l.
in quarta num. 44. verſ. ſed Aequam. ff. ad l. falci-
diam tradit Bimius conſ. 274. num. 23. & Peregr.
de fideicom. art. 3. nu. 26.* ſi filius velit rem alie-
natam redimere, & legitimam ex integro
19 patrimonio ſibi aſſignari, & arbitrio boni
viri conſequi, id ei conceditur, nec tenetur
rem alienatam retinere, vt docet Imola *in d. l.
in quartam*, Et hanc ſententiam multum hu-
manam, & AEQVITATEM magnam con-
tinere, Inquit Ripa in eadem *l. in quartam, &
ibi Alciat. num. 23. quam sententiam amplectitur
Craſſus §. legitima qu. 17. num. 5. in fine, & in §.
Trebellianica qu. 9. ſub num. 7. in fine*, & ſecun-
dum quam iudicatum fuiſſe in quadam cauſa
ardua teſtatur Peregr. *de fideicom. art. 36. num.
27. circa medium, quem ſequitur Gratian. lib. 4.
diſcept. forenſ. cap. 743. num. 7. 8. & 12. vbi plures
alios refert*; Quidquid in contrarium aſſirma-
20 uit Angel. *in eadem l. in quartam*; ſcilicet non
eſſe audiendum filium, qui alienando videtur
ſemel legitimam elegiſſe in re alienata; Cum
hoc ſpetiali caſu permittatur variatio filij in
21 eligendo legitimam, vt ſubijcit Grac. *numer.
2. 12. & 13.*

Quæ legitima de rigore iuris debetur in ſingu-
lis corporibus hæreditarijs, vt Falcidia, &
22 Trebelianica *l. lineam margaritarum ff. ad Treb.
& l. 2. C. eodem tit.* Niſi indiuiſibiles ſint;
23 Quia tunc in vno tantum debebitur *l. ſed non
ſi non ſeruies, & l. ſi fædus mihi ff. eodem tit.*] *Ruin.
conſ. 59. num. 21. lib. 4. & late proſequitur Gratia.
lib. 4. diſcept. forens. cap. 688. num. 8. & 25. ac
cap. 743. num. 6.*

De AEQVITATE vero Iudex, familiæ ercil-
cundæ offitio ſuo, ne patrimonium comminua-
24 tur poterit legitimam ſiue Tribilianicam, aut
falcidiam aſſignare in vna, vel duabus rebus
*l. poteſt ff. de leg. pr. & 2. C. quando, & quibus
quarta pars lib. 10. Peregr. tr. de fideicomiſſ. art. 3.
num. 26. circa medium Gratian. d. lib. 4. cap. 794.
num.* 6. Non enim eſt in facultate hæredis eli-
gere, Quia in communi diuidendo non magis
25 vni quam alteri conceditur electio, vt ibidē
ſubijcit Peregr. qui ſeq. num. 27. tradit locum
non habere iudicis arbitrium vbi teſtator le-
26 gitimam, ſiuè Trebellianicam reliquiſſet in
certis rebus *per l. id autem, & l. cū quo. §. finali, &*

& l. querebatur. ac l. acceptis. ff. ad leg. falcid. & l. deducta. §. sumis. ff. ad Trebell. ad rem Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 570. numer, pri. & 12. Qui tamen testatur non posse grauari
27 filium, vt legitimam deducat in minus vtilibus, seu infructuosis rebus, vt subijcit Imola in cit. l. in quartam. col. 5. & ibi Ripa num. 128. ff. ad l. falcid. et prosequitur Gabriel tit. de legit. concl. 4. in fine, quos refert Gratian. lib. 4. cap. 743. n. 9.
Censetur verò agnita legitima per filium eo ipso, quòd ille aliquem instituit hæredem;
28 Quia tunc dicitur de ea disposuisse, Crau. cons. 261. num. 5. vers. secundo addo, Menoch. cons. p. num. 488. cum seq. & cons. 77. num. 22. & 23. Surd. cons. 128. numer. 23. lib. pr. quos sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 594. num. 18. Qui enim vult cōsequens, censetur velle omne
29 necessarium antecedens l. illud dubitari. ff. de acquir. hæred. Idcirco dum disposuit in vltima voluntate filius, censetur per ipsum agnita legitima, quia voluntas, tàm facto, quàm ver-
30 bis probatur l. Paulus respondit. ff. rem ratam haberi. l. si ania. C. de iure deliber. Quippe facta
31 sont fortiora ad demonstrandam voluntatem hominis, Decius in l. non vult. hæres. num. 10. ff. de iure iur. Crau. cons. 204. num. 11.
Et ratione legitimæ datur retentio bonorum filio posidenti, donec facta sit eius liquida-
32 tio, vt concludit Bald. in cons. 171. col. p. vers. similiter & filij, lib. pr. ac sequitur Purpur. cons. 104. num. 7. Surd. cons. 248. num. 16. & Gratian. discep. forens. cap. 731. num. 22.

## SVMMARIA.

Qui gladio ferit gladio perit num. 1.
Homicida omnis capite plectendus num. 2.
Homicidium comittens ad eius necessariam deffensionem non tenetur aliqua pœna num. 3. 6. 11.
Occidere neminem bonum est, num. 4. sed defendens ne quis occidatur Reipub. prodest num. 5.
In dubio lex semper præsumit quòd insultatus quidquid fecit ad sui deffens. fecerit num. 7.
Sacerdos celebrans missam potest impunè occidere agressorem, & missam deinde perficere num. 8.
Deffensio necessaria iure etiam Diuino permissa est num. 9. in foro tamen limitatur num. 10.
Si quis te percusserit in vna gena porrige ei alteram num. 11.
Deffensio cum moderamine inculpata tutela tantum licita est num. 13. quod moderamen circa tria consistit, idest circa modum, tempus, & causam num. 14. 15. & 16. cum seq. plur.
Deffensio concernit etiam res proprias, itaut pro earum deffensione occidi impunè potest fur, vbi aliter consuli non possit, num. 15.
Homicidium impunè fit pro deffensione necessaria non ad vindictam num. 18.
Homicidium non erit impunitum si in se deffendendo excessit moderamen inculpata tutelæ num. 19. et excusaret tam ex culpa, quàm ex dolo num. 20.
Deffendens se, et excedens modum occidendo dicitur in culpa, pro qua punitur num. 21.
E deffensione necessaria occidens, nil refert quod alio armorum genere occiderit num. 22. cum seq. plur.
Occisori pro deffensione sufficit, quod is esset in vita discrimine constitutus num. 27.
Deffendere se est quædam necessitas loci, et temporis num. 28.
Occidens pro eius deffensione non tenetur de delicto, aut saltem leuissima culpa in deffens. num. 29. et 30.
Aggressus, siue insultatus non tenetur expectare offensionem ab Aggressore, sed eo ipso quòd cum armis vidit aggressorem contra se venientem licitè potest ad propriam deffensionem illum occidere, num. 43. nec tenetur expectare vulnera num. 44. 46.
Distinguunt alij inter eum qui fuga potest saluti consulere, et alium qui non potest aufugere num. 48. cum duobus seqq. et num. 54.
Quidquid in contrar. vult Corn. nu. 47. scd contrar. verius vt quis non teneatur aufugere num. 51. cum seq. plur.
Insultus dicitur quando quis mouit se de loco ad locum contra alium num. 45.
Ignominia resultaret ex fuga quam fecit aggressus videndo aggressorem num. 53.
Decretum Senatus quod aggressus non teneatur aufugere, sed occidendo aggressorem non molestandus num. 56.
D. Francisci Arguis Senatoris Amplis. mentio nu. 55.
Don Io. Arias Senatoris Amplis. mentio num. 56.
Decretum aliud Senatus in ea materia num. 57.
Decretum aliud Senatus in ea materia num. 58.
Affinis, siuè amicus insultati potest occidere aggressorem citra pœnam ordinariam num. 59.
Homicidij pœna ordinaria in quibus casibus locum non obtinet num. 60.
Aggressor qui post insultum, aut vulnus occidit aggressorem fugientem non dicitur occidisse ad necessariam deffensionem, sed ad vindictam num. 61. et sic tenetur pœna extraordinaria num. 62.
non dolosus num. 64.
Aggressorem occidere licet impunè ante factū, sed non post factum num. 63. nisi post vulnus illatum adhoc staret Aggressor num. 65.
Fur nocturnus impunè occidi potest num. 66.
concurrentibus tamen quatuor qualitat. nu. 67.
Quod tamen procedit de Iure ciuili tantum, non de iure canonico num. 68.
Insidiatores expectantes aduentum alicuius vt offendāt, impunè occidi possunt, num. 69.
Si tamen non satis tuto periculum euitare posset occisor num. 70. & 71.
Deffensio mera, & moderata ea dicitur quæ fit quantum expedit tantum num. 72.
Et ita ex circonstantijs arbitratur Iudex nu. 73.

Qui

## Qui ad propriam necessariam deffensam alium occidit impune id agere potuit.

## Cap. CLXXXXII.



Ritissimum illud est Euangelij
dictum, quod qui gladio ferit,
1 gladio perit. Idcirco omnem
homicidam capite esse plectendum habetur in *l.p. ff. ad l.Cornel.*
2 *et in l. 3.§. legis Corneliæ de sicar. ac in l. capitalium §.famosos ff. de pœnis atq; in cap. p. de homicid. voluntario, et copiosè diximus supra in cap.* 102. Adeo quod, qui homicidij reus est, mortis reus esse etiam debet.

Attamen si quis occidit ad sui necessariam deffensionem, de AEQVITATE, non potest ali-
3 qua pœna puniri, ne dum de homicidio, quia
4 licet bonum sit, neminem occidere *l.vt vim ff. de iust.et iure*, Tamen pensatis omnibus partib. subiecti apparet hanc licentiam in casu deffensionis prodesse reipublicæ, & communi
5 quieti Populorum, vt docet Bologn. *in tr. de multiplic. signif. et differ. iuris, et facti num.* 10. *vers. tamen si quis registr. in pr. parte ff. vet. post titulū de iustitia, et iure*, dum inquit AEQVVM non esse puniri eum qui pro necessaria def-
6 fensione alium occidit; Tunc enim non ad vindictam eum occidisse præsumit lex, vt consideratur in aggresso occidente aggressorem, quia in dubio lex semper præsumit, quod
7 insultatus quidquid fecit, ad sui deffensionem fecerit, *Bal.in l. is qui aggressorem.C. ad l. Corneliā de sicar.et in l. p. §.cum arietes.ff. si quadrup. pauper fecisse dicatur, ac post alios latè probat Hector Felic.alleg.*8.*num.*36.*et alleg.* 13.*numer.* 5. *ac* 10. *cum sequ.*

Quam sententiam amplectitur vniuersa Doctorum Schola nemine contradicente, præsertim *Farinac. de Crim. læsæ Maiestatis qu.* 122. *in spec.* 3.*num.*129. *Sen. Bell. tr.de his quæ in cont.fiunt cap.* 7.*num. p.cum seq. lib.*3.*Gail.singul.obseru.*110.*nu.* 10.*et* 11. *lib.* 2. quo loco meminit ipse auctor de traditione Abbatis *in cap. Clericis il primo.de vita,et honestate Clericorum, et in cap. sicut dignum num.* 14. *de homicidio*, Vbi habetur sacerdotem
8 celebrantem missam, posse impunè occidere aggressorem, & missam deinde etiam perficere, quia necessaria deffensio iure etiam Diui-
9 no permissa est, & sine peccato, de qua re amplè Cabal. *tr.de omni genere homicidij num.*67. *cum seq.plur.* Vbi ex Gabriele *tit.de legit.homicid.*
10 *sub num.*18. inquit in foro Poli non habere locum ipsam conclusionem, cum Christianus miles patienter ferre debeat Insultus, & contumelias, ac percussores contra vltionem, & vindictam iuxtà illud Euangelicum, si quis te
11 percusserit in vna gena, præbe ei & alteram, neq; malum pro malo reddas, quamuis in foro fori credit occisorem excusatum esse, neque
12 vllam incurrere censuram, aut irregularitatē.

Omnis igitur difficultas in eo consistere videtur, quomodo probari debet homicidium ad necessariam deffensionem fuisse commissum, vt pœna euitetur, in qua re per multi scribentes affirmarunt, deffēsionem cum moderamine inculpatæ tutelæ esse tantum licitam, vt
13 homicidium impunitum remaneat, vt per *l. p.C. vnde vi, & l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata, tradit Blanch. in eius tract. crimin. in §. tertia pars deffensionis.fol.* 146. *Bal. cons.* 111. *num. p. &* 2. *lib.* 4. *& Boer. decis.* 158. *num.* 12. *vers. vnde concludit*; Quod moderamen circa tria
14 consistere tradunt Doctor. *in l. vt vim. ff. de Iust.& iure, & Blanch.in il §.tertia pars deffens.n.*2. Nempe circa modum, tempus, & causam *Ca-*
15 *ball. tr. de omni genere homicidij num.* 94. *cum seq. Senator Bell. all. cap.* 7. *num.* 4. *lib. p.* vbi etiam docet id fieri posse pro deffensione rerum, vbi aliter res deffendi nequeunt post *Facbin. lib. pr. contr. iur. cap.* 31. *& Vasqu.lib.p. cap.* 2. *contr. num.* 4.

Circa modum, vt eodem genere armorum, quo quis percussus fuit, eodem etiam se deffendat,
16 & non maiori *d. l.* 3. *§. cum igitur.ff. de vi, & vi armata.Gramm. cons.* 63. *num.* 2. *&* 3. *Ang. & Ias. in d. l. lege vt vim ff. de Iust. & iure*. Circa tem-
17 pus, vt incontinenti dicatur facta, si fiat antequam, qui se deffendit diuertat ad alios actus, sed stet in ipso actu, sinè rixa, & fragranti crimine *l. si ex plagis.§. Tabernarius.ff. ad l. Aquil. Mascard. de probationibus conclus.* 1126. *num.* 43. *Ample Sen. Bell. dicto tr.*7. *num.* 7. Circa causam vt faciat ad deffensionem, non autem ad vin-
18 dictam *l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. aquil. Bartol. in d. l. p. C. vnde vi.Blanch. in all. §. tertia pars num.* 3. *cum seq. plur. Clarus in §. homicidium.num.* 34. *vers. scias tamen Cepol. cons.* 43. *num.* 7. *vers. adhibuit etiam. quos seq. Caball. dicto tr. de omni genere homicidij num.* 96. *cum seq.*

Dicens *sequenti num.* 98. quòd si quis excedit in se deffendendo moderamen inculpatæ tutelæ, homicidium non erit impunitum, neque le-
19 gitimum, sed punibile, & illud faciens punitur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis pro excessu tantum iuxtà doctrinam Placæ *in epitome delict. lib. p. cap.* 28. *num.* 14. *vers. ex his, Gramm. cit. cons.*63.*num.*10.*&* 11.*Marsil. cons.*81. *nu.* 17. *vers. præterea dico Clar. in dicto §. homicid. num.*34. *vers. scias tamen* inquiens hoc procedere, siuè excesserit modum in se deffendendo ex culpa siuè ex dolo, quod etiam innuit
20 *Boss. in tit. de homicid.nu.* 91. *vers. sed pone Farin. qu.*125. *num.* 396.*cum num.seq.* Vbi subdit, eum qui deffensionis modum excedit esse in culpa & sic pro culpa puniri non pro dolo, quam
21 pœnam minimè esse debere corporalem, sed tantum pecuniariam, vel exilij probat idem auctor *num.* 398.

Hanc tamen Doctorum moderationem, siuè limitationem absolutè minime procedere ar-
22 bitror quo ad primum requisitum; Nam nihil

referre puto, quod quis alio armorum gene-
re quo est armatus, vel capere potuit, aggres-
sorem offendat, & occidat, vt se ab iminenti
periculo, & vitæ discrimine deffendat, vt ex-
pressè probat Marius Salomon *in repet. d. l. vt
vim num. 6. cum seq. plur. ff. de iustitia, & iure*,
& in specie quòd insultatus cum baculo, quod
23 se armis deffendere valeat tradit *Bald. in repet.
l. p. num. 9. C. vnde vi Angel. de Malef. vers. &
dictus socius nu. 22. Alex. cons. 79. sub nu. 2. vers.
& ne stemus in verbis lib. pr. & cons. 14. num. 6.
lib. 3. ac in cons. 119. num. 3. lib. 7. Bertrand. cons.
273. num. 6. lib. p. quos sequitur Felic. Alleg. 13.
num. 7. & 8.* qui loquitur in eisdem terminis
Baldi de insultato cum baculo, qui gladio in-
sultantem occiderat, & de illo qui iniuriantē
interfecerat, & fuit absolutus scribit *Affl. ad
24 constitu. Regni rubr. 9. numer. 33. ac Mascard. de
probationibus conclus. 1126. num. 9.* De eo autem
25 qui percussus alapha occidit percussorem,
Bertrand. *all. cons. 274. num. 6. lib. p.* Et de alio
qui occidit quendam, dum se inclinabat, vt
lapides ad offendendum acciperet, & pro ne-
cessaria deffensione illum occidisset scribit
26 Bursat. *cons. 275. num. p. lib. 3.*

Cum sufficiat pro excusatione occisoris, vt con-
stet, quòd agressus, erat in vitæ discrimine
27 constitutus, vt late probat *Mascard. de proba-
tionibus conclus. 1126. nu. 13. in fine*, Deffendere
28 enim se, est quædam necessitas loci, & tem-
poris, vt subijcit *num. 18. in fine*, Namq; cum
eo casu modum inculpatæ tutelæ excesserit se
deffendens, ex leui, vel leuissima culpa,
pæna aliqua minimè tenetur pro tali exces-
29 su, vt probat *Bald. in all. l. vt vim sub num. 9.
vers. item si excedatur modus per leuem culpam ff.
de Iustitia, & iure, & ibi Claud. de Seisello numer.
72. in fine, & in repetit. eiusdem l. numer. 103. in
fine vers. aut vero culpa. Cepol. cons. 41. numer. 9.
vers. interdum est leuissima, & num. 10. vers. &
ista erit, & cons. 42. num. 11. in fine. ac cons. 43. nu.
3. vers., & ista est vna leuissima culpa Bologn. cons.
36. col. penult. circa medium vers. interdum leuis-
sima, & cons. 37. col. 3. vers. & ista est leuissima,
Paris. in addit. ad Bart. in l. pr. nu. 10. litt. E. verbo
doctrina post medium. vers. quid iuris C. vnde vi,
Marsil. cons. 4. num. 25. Bertazol. cons. p. sub num.
28. & cons. 135. num. 18. cum seq. Alex. de Neuo
inter cons. crim. diuers. cons. 77. numer. 4. lib. pr.
Clarus in §. homicid. num. 27. vers. factus tamen. &
ibi Baiard. num. 107. quos sequitur Farinac. all. qu.
125. num. 404. & 408.* Quamuis ob leuissimam
30 culpam tantum, non ob leuem in excessu in-
culpatæ tutelæ impunitum remaneat excessū
concludit *num. 409. cum duobus sequentibus.*

Non enim ictus, seu verbera à se [illegible] dente
ab imminenti vitæ discrimine dari possunt cū
31 mensura, & deffendatur, sene[illegible] potest habe-
re stateram in manibus, & ictus [illegible],
Quia metus improuisus instantis periculi tol-
lit rectum iudicium, & consilium deliberandi,
32 Cum homo intenso dolore, vel timore per-
motus non sit in plenitudine intellectus, vt
inquit Marsil. *cons. 81. num. 19. cum seq. & in l.
pr. num. 42. cum seq. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Affl.
ad const. Regni, Const. Pacis cultum sub num. 51.
vers. si autem deffendendo, & in Constitutione aspe-
ritatem rubr. 11. de pœna eius qui contra aliquem
arma extr. lib. p. num. 18. vers. septimo nota. Ber-
trand. cons. 290. num. 14. lib. 3. Feder. Scotus cons.
25. num. 20. lib. 3. tom. 2.* vbi subiungit sæpè
33 occasionem excedere rationem, & eam pa-
rum transgredientem non vituperari per Ari-
stot. *lib. 2. Ethic. cap. vltimo Hell. Felic. Alleg. 5.
num. 39. par. pr.*

Vt enim inquit Petrus Aerod. *lib. 8. rerum Iudic.
tit. 4. de Sicar. cap. 32.* Quis in vltione tequitat
34 æqualitatem; Qui infert iniuriā lasciuia. Qui
repellit dolore, & iracundia fertur, fieri itaq;
non posse, vt in vlciscendo moderatio adhi-
beatur: Hoc idem tradit *Caball. all. tr. de omni
genere homicidij num. 99. cum seq. plur.* Qui n. 102.
*post Menoch. de arbitr. casu* 278. concludit à Iu-
dicis arbitrio pendere, an quis excesserit
35 modum inculpatæ tutelæ in se deffendendo;
Considerando quod insultatus, & accensus
furore iracundiæ, & iminentis periculi, non
potest vti aliqua moderatione, nec discernere
36 verū a falso quod etiam tradere inquit Folec.
*in fragmentis positis post pract. crimin. tit. vnde vi
num. 57. Senator Bell. d. cap. 7. num. 7.*

Et nimis restringeretur deffensionis facultas, si
quis baculo percussus, habens securem, vel
ensem, aut simile armorum genus, non posset
eo vti, & se deffendere vulnerando, & occi-
37 dendo etiam aggressorem, Cum natura per-
mittat deffensionem, & nullam faciat distinc-
tionē cū quibus armis sit facienda, vt conside-
rat Marius Salomon *in d. l. vt vim sub num. 7. cum
plur. seq. & sequitur Felic. Alleg. 13. num. 10. cum
sequ. ac tradit Mascard. all. concl. 1126 num. 39.* vbi
absurdum esse concludit ex Baldo, si deffen-
sio non permiteretur per aliud armorum ge-
nus, quàm quo vsus est aggressor, siue insultans.

Eo autem ipso, quòd constat occisum, sinè vul-
neratum fuisse aggressorem cum armis, satis
dicitur etiam constare, quòd quidquid egit
38 aggressus ad propriam deffensionem fecit, &
hoc modo lex præsumit quòd insultatus erat
in periculo, qui insultatus idcirco non tene-
tur probare per alias coniecturas, quòd quid-
quid fecit, ad propriam deffensam fecerit,
39 etiamsi ad vindictam factum fuisset, & sic ad
delicti exclusionem, vt considerat *Arimin. ad
Angelum in tr. de malef. in verbo, & dictus Titius,
se deffendendo num. 13. & 14. Bertrand. dicto cons.*
290. sub num. 5. Prout satis probatum fuisse ad
deffensionem actum, vbi cōstat de aggressore,
cumulatissimè scribit *etiam Mascard. de proba-
tionibus plena conclus. 490. Felic. cit. Alleg. 5. sub
num. 36 & 37.*

Qui excessus excluditur etiamsi, id quod actum
fuit ad deffensam, sit maioris detrimēti offen-
40 sa recepta; Quandoquidem, sufficit, quod
precef-

precesserit offensio, siue insultus cum armis,
adhoc vt defensio cum armis licita dicatur,
vt declarat Bertrand. *cit.cons 290.sub numer.3.*
*lib.3.per Tex.in l.pr.& 2.C.de Sicar.*, *& sequitur*
*Felic.cit.Alleg.5.num.38.* Qui num.40. probat
excessum minimè considerari saltem punibi-
41 le, Vbi incontinenti pro deffensione insulta-
tus occidit aggressorem insultãtem per *Alex.*
*cons.119.num.2.in fine libro septimo, & Bertazol.*
*cons.pr.num.40.lib.p.at Feder.Scottum cons.25.nu.*
*26.lib.3.tom.2.*

Neq; requiritur vt necessario quis sit positus in
vitæ discrimine, adhoc, vt licitè possit agres-
42 sorem occidere; sed sufficit quòd sit in peri-
culo alicuius offensæ, vt expresse tradit *Bart.*
*in l. p.num.7.& 8. C. vnde vi* Bertand.*cons.274.sub*
*num.7.lib.p.Alex.cons.109.numer.3.lib.pr.Decius*
*qui testatur de commun.in d.l.vt.vim.num.9.& 10.*
*ff.de iust.& iure.Angel.tr.de malefic.vers. & dictus*
*Titrus, & ibi add.num.12. Felic.alleg.13.num.6.*

Cum insultatus non teneatur expectare offen-
sionem ab aggressore, sed eo ipso quòd cum
43 armis, vel lapidibus ad offendendum aptis,
videt aggressorem contra se venientem, licitè
potest ad propriam defensionem illum occi-
dere, vt tradit *Gramat. voto 24. numer.3.* Bursat.
*cit. cons.273.sub num.p. lib.p.Mascard. all. concl.*
*1126.num.39.Decian.cons.459.num.4.& cons.460.*
*num.11.ac cons.478.num.7.Bertazol.cons.31.n um.*
*p.& 9.cons.101.num.2.& cons.111.num.pr.cum*
*seq.plur.* Vbi amplè probat insultatum non te-
44 neri expectare vulnera, sed preparantem se
ad insultum occidere potest *Rimin.cons.13. nu.*
*28.Dec.cons.678.n.2.Petrus Gregor.lib.36.syntag.*
*iur.cap.2.per totum, & Mascard. cit. concl. 1126.*
*num.39.* insultus verò dicitur, quando quis
45 mouit se de loco ad locum contra alium, quasi
in alium saltus Bartol.*in l.p.§.cum arietes.ff. ad l.*
*aquil.Ioannes de Amicis cons.34.col.fin. quos sequi-*
*tur* Bertazol. *alleg.cons.111.num.4.*

Deffensio itaq; non debet restringi, vt insultatus
non possit se deffendere etiam armis offen-
46 sibus, non expectatis percussionibus, vt con-
siderat Marius Salomon in *cit.l.vt vim sub num.*
*7.cum seq. plur.ff.de Iust.& iure, & post alios tra-*
*dunt Mascard.cit.num.39.ac Felic. alleg.13.num.5.*
*cum plur.seq.* Quidquid in contrarium scripsit
47 *Corneus cons.274.num.12.cum seq.*

Et quamuis distinguant nonnulli inter eum in-
sultatum qui videns agressorem fuga sibi po-
terat consulere, & eum qui sine vitæ discri-
mine fugæ se dare non posset ob propinquita-
48 tem aggressoris per *glos.in clem.pr.de homicid.in*
*verbo non valens, & ibi Anchar.col.p.in 3.notab. &*
*Zabarel.num.26.ac Imola num.10.Marsil.in l. p. nu.*
*18.vers.nono limita ff.ad l.Cornel.de Sicar.et in l. is*
*qui agressorem numer.10.C.eodem tit. Iodoc.in eius*
*praxi crim.tit.cui permissum occidere cap.76.nu.7.*
*et 8.* Vbi infinitos in eam refert sententiam,
reprobata Baldi, & sequatium opinione, cum
quis teneatur rixas fugere, nec se eis accomo-
49 dare *l.capitalium §.solent ff. de pœnis*; Exemplo
Domini Nostri Iesu Christi, qui ob persecu-
tionem Herodis fugit in Aegiptum, etiamsi
potuerit se defendere, & occulto iudicio ma-
50 nus Iudeorum in Herodem conuertere *glo. in*
*cap.suscepimus, verbo interimerent de homicidio 23.*
*quæst.37.pr.*

Verior tamen, & AEQVIOR est contraria sen-
tentia, etiam in personis vilibus, nedum gra-
uibus, qui aufugere minimè tenentur, dum
51 Aggressorem ad se armatum accedentem vi-
dent, vt probat *Bart.in d.l.p.sub nu.8.C.vnde vi,*
*& Bal.in cit.l.vt vim.nu.29.ff.de iust. & iure*, &
de cõmuni opinione testatur *Couarru. in Clem.*
*si furiosus de homicid.par.3.sub num.4.* Quam sen-
tentiam amplectitur *Ias.in d.l.vt vim.num.12.&*
*ibi Claud. de Seissello num.99.& Curt. num.61., ac*
*Dec.nu.35.*affirmantes, Quod licet expectare,
52 & occidere venientem, & properãtem ad in-
iuriandum. Hoc idem probat *Clar.in §.homicid.*
*vers.sed quomodo amplè, Mascard.cit.conclus.1126.*
*à num.13. vsq; ad num.20.* Tum vt cautius eui-
53 tetur vitæ discrimen. Tum ad euitandam
etiam ignominiam, quam ex fuga resultare
*tradit ibidem Mascard.* conclusionem hanc se-
quitur *Bertazol.cons.1.num.23.lib.1.Bursa.all.*
*cons.273.lib.3.& cumulatè Felic.d.alleg.13.nu.3.*
*cum pluribus seq. vbi num.5.* inquit, quòd quate-
nus vilis persona aufugere etiam teneretur;
Id tamen non procederet, quando erat adeo
54 vicinus aggressori, vt sine euidenti periculo
id agere nequiret, & sic quòd non posset in-
dubitanter fugam arripiendo iniuriam eui-
tare.

Et ita censuit Senatus Excellentissimus Medio-
55 lani die 18. Februarij 1634. referente Amplis-
simo Senatore D.Frãcisco Arguis fauore Feu-
datarij Vrbani Rampini, tunc Vicarij Care-
zani, qui ad propriam defensam, occiderat
Carolum Celinum, dum exterus armatus sclo-
pis rotatis vtriusq; mensuræ cum tribus socijs
pariter armatis se contulerat Celinus ad d.
Oppidum Carexani, vt occideret Rampinum,
quemadmodũ eo peruentus publicè dixerat,
mox veloci passu versus Prætorium inclinatis
sclopiscum Socijs tenderet; Peruentusq; ad
Ianuam Prętorij, ibi à Rampino qui de Celini
pessima voluntate certior factus fuerat, & sca-
las Prætorij selopo armatus, cum duobus alijs
descenderat; Occisus ictu sclopi fuerat Celi-
nus, ac vnus ex eius socijs vulneratus; Consul-
tus enim Senatus Excellentissimus à Prætore
Derthonæ de modo procedendi circa Rampi-
56 num, iussit Senatus vlteriori molestia non esse
illum afficiendum, sed procedendum virili-
ter contra socios interfecti.

Idem sentijsse videtur Senatus Excellentissimus
56 die vltima Martij 1639. referente Amplissi-
mo Senatore Don Ioanne Arias Maldonato
Viro in omni sciẽtia versatissimo in causa An
tonini de Regibus. Quamuis Curię arbitrio
prius negotium remittere visum fuerit ipsi
amplissimo Ordini.

Prout

Prout die primo Decembris 1590. dum Iulius
Cæsar Aliprandus occidisset ad eius defen-
sionem Io. Antonium Homodeum, qui eodem
actu vulnerauerat eius patrem; Censuit Sena-
57 tus, citandum esse ipsum Iulium Cæsarem sub
pæna exilij Senatui arbitraria à toto Dominio
Mediolani, & die 22. Iunij 1596. super relatio-
58 ne Prætoris Viglecij Censuit exulare debere
per sex menses à loco delicti Baptistam Bazi-
num homicidam, qui probauerat homicidiũ
comisisse ad necessatiam defensionem.

Quæ conclusio procederet etiam fauore affi-
nis, vel amici insultati qui citra pęnam ordi-
59 nariam, potest occidere aggressorem, vt affi-
nem, vel amicum à periculo liberet, vt post
*Marsil. in d. l. vnica num. 243. C. de raptu Virg. & post Clarum in §. homicidam vers. Item locum, probat Gail. citata obseru.* 110. *nu.* 19. *lib.* 2. *sequenti*
60 *vero num.* 20. explicat causas ferè omnes in
quibus, pæna ordinaria homicidij locum non
habet, apud quem videri possunt.

Si autem aggressor post insultum, vel vulnera il-
lata aufugeret, & insultatus, siue vulneratus
illum insequeretur, ac occideret. Tunc homi-
61 cidium non diceretur perpetratum ad neces-
satiam deffensionem, sed ad vindictam, & vl-
tionem, & sic occisor quamuis vulneratus, nõ
esset excusandus a pæna extraordinaria, tan-
quam prouocatus. Sed tantum ab ordinaria
62 pæna homicidij, vt de communi Doctorum
sententia testatur *Couarun. in Clem. si furiosus fol. 3. num. 3. Mascard. cit. conclus. 1126. num. 49. Natta cons. 6. nu. 5. Baiard. ad Clarum in §. homicidium num. 90. Boer. cons. 4. num. 28. Felic. d. alleg. 13. nn. 21. & 22. Feder. Scottus cons. 25. lib. 3. to. 2. Rimin. iun. cons. 174. num. 35. lib. 2., & cons. 389. in fine, ac cons. 360. num. 60. & cons. 440. num. 24. lib. 4. Bertazol. cons. 433. nu. 2. & cons. 434. lib. 2. Felic. alleg. 5. num. 61.*

Et sic patet quòd longe diferant occidere ag-
gressorem occurrentem, vt offendat alium, &
63 sic illum præuenire siue ante factum iuxta *l. vnicã C. quando lic. vnicuiq. sine Iudic. se vendic., Mascard. cit. concl. 1126. num. 39. &* illum occide-
re post factum, dum fugit, postquam insulta-
uit, siue vulnerauit; & tunc punitur occisor, vti
64 culposus, non vti dolusus, vt tradit *Mascard. all. concl. 1126. num. 49. in fine, Qui sub num.* 47. in-
quit, idem procedere si aggressur post insultũ
siue illatum vulnus adhuc staret, Nam tunc
65 adhuc habere animum repetendi vulnera
præsumitur, durante rixa, ex *Bar. in l. si ex plagis §. Tabernarius ff. ad l. aquil. Felic. cit. alleg. 13. sub nu. 17. vers. & ex eo.*

66 Quemadmodum etiam impunè, occidi posse
furem nocturnum diximus in superiori libro
*Cap. 58. num. 27. Clarus in §. homicidium. vers. Hac autem conclusio, & in vers. vltima est deffensio,* Vbi
hanc conclusionem veram esse scribit cõcur-
rentibus quattuor requisitis, slz. primo quòd
fiat pro deffensione rerum suarum, secundo
67 quòd clamet, tertio quòd furẽ non cognoue-
rit, neq; haberet testes, qui poterunt illum co-
gnoscere, & contra illum deponere, vltimo
quòd eum capere non potuerit, quam sentẽ-
tiam sequitur *Mascard. cit. conclus. 1126. sub num.* 19., vbi tradit eam procedere tantum de iure
68 ciuili, non autem de iure canonico, ex *Felin. in cap. 2. sub nu. 4. extr. de homic.*

Quæ conclusio etiam procedit aduersus Insidia-
tores expectantes in Insidijs aduẽtũ alicuius,
69 vt illum occidant; Quia ij præueniri possunt,
& impunè interfici, vbi ex huiusmodi insidijs
tale periculum adeo imminens sit, vt non satia
70 tuto euitari posset, nisi occidendo insidiato-
res. Qui si detineri, aut vitari posaent, tunc
illius homicidium nõ remaneret omnino im-
71 punitum, sed extra ordinem puniendum esset,
secundum *Plat. in Epit. delict. lib. p. cap. 21. nu. 12. Clar. in cit. §. homicidium vers. potest etiam homicida, & vers. sed quomodo, quos sequitur Mascard. cit. conclus. 1126. nu. 24. &* 28. Defensio enim vera,
72 & moderata ea est, quæ fit quantum expedit
& ideo non plus facere licet quàm oportet,
nec aliter quam Iudex ex varijs circostantijs
73 arbitrabitur. *Bal. in d. l. p. nu. 3. C. vnde vi, & ibi Accur. verbo moderatione, Blanc. in eius pract. crim. in 3. parte defens. num. 2. fol. mihi 146. Clar. in dicto §. homicidium vers. scias tamen, Gram. cons. 64. nu. 2. & Mascard. loco rell. nu. 30.*

## *SVMMARIA.*

*Interesse probari potest solo iuramento in causis summarijs num. 1.*

*Interesse ex mora augetur vsq; ad executionem sententia num. 2. & 3.*

*Contrarium de Aequitate cum interesse non debeat excedere eam quantitatem quam verè percepisset creditor num. 4.*

*Mora alia regularis, qua comittitur per interpellationem num. 5.*

*Alia irregularis, qua inducitur ex Aequitate per legem quando quis non adimplet promissa ad certam diem, maximè iuratam num. 6.*

*Interesse Pia causa aut dotis, vel minoris debitor sine interpellatione, Quia mora tunc contrahitur absq; interpellatione num. 7.*

*Interesse verum, & reale semper in vtroq; casu considerari debet nu. 8. & nu. 38.*

*Locupletari quis non debet cum alterius iactura nu. 8.*

*Ad interesse potest quis in sententia condemnari, reseruata liquidatione nu. 9.*

*Dilatione pendente ad soluendum debitor non cadit in moram, nec tenetur ad interesse nisi conuentum fuerit num. 10. & 11.*

*Mora excusatur debitor ob difficultatem soluendi num. 12. & 14.*

*Maximè si difficultas superuenit sine culpa debitoris num. 15.*

*Mora dicitur culpa, & delictum nu. 13.*

*Aestimatio quanti plurimi an debeatur quando fructus pra-*

## Interesse ob rem non traditam quomodo sit taxandum. Cap. CLXXXXIII.

MATERIA interesse cùm frequentissima sit, etiam ob rem non traditam de qua (respectu dotis non solutæ,) latè actum fuit suprà in cap. 64. & cap. 88. Omittendum hic non est quomodo, & in qua quantitate taxandũ sit, quando debitor rem debitam non tradidit creditori, & licet Pomponius I.C. *in l. Thesauris, ff. ad exhibendum, & Imperator Iustinianus in l. vlt. C. de fide instrumentorum.* Voluerint interesse posse probari solo iuraměto in sumarijs cau-
1 sis, & in actione ad exhibendum probat *Grat. lib. 2.*

*lib.2. discept.For. cap.262. num.5. post Bar. in l.p.*
*num.5. C.quemadmodum, testam.*
Quod interesse ex mora augetur vsque ad exe-
2 cutionem sententiæ *l. ratio §. eum per vendito-*
*rem ff. de act. empti l. in fideicomisso ff. de vsuris;*
Quia cum habeatur ratio interesse, & æstima-
rionis Iudicis officio, tunc potest crescere
quousque durat offitium Iudicis, quod est
non solum vsque ad sententiam, sed etiā vsq;
3 ad illius execurionem, vt tenet *Bart. in l.3. §.in*
*hac actione.num.3.ff.commodati, Natta cons.599.*
*nu.4. Surd.decis.81.in fine, & Gratian. d.cap.243.*
*num 77.*
Attamen de ÆQVITATE, interesse non
debet excedere eam summam siue quantita-
tem, quam verè percipisset creditor ex re ip-
4 sa, si ea tradita fuisset, itaut si eodem modo res
fuisset peritura in manibus creditoris, vt pe-
rijt in manibus debitoris, dum ille morosus
fuit, ex quo nullum damnum sentijsset credi-
tor ex debitoris mora, quasi tunc eius non in-
ter sit, nulla facta distinctione debiti generis
vel speciei, ad aliquod interesse non tene-
retur debitor, vt probat *Surd. decis.81. num.3.*
*& 4.in fine vers. mihi verò; faciunt trad.per Castr.*
*in l.vnica num.4. C.si aduersus Vsucap. & expresse*
*scribit Gratian. d.lib.2. discept.forens. c.243.n.67.*
5 Et quia mora alia dicitur regularis, quę com-
mittitur per interpell. *l.si ex legati ff.de verb.obl.*
Alia irregularis, quæ inducitur, ex ÆQVI-
6 TATE per legem, dum quis non adimplet
promissa ad certā diem, maximè iurata *l. cui-*
*ctis 18.ff.de vsuris, Bart. in l.quoties post medium,*
*vers.non obstat, ff.de verb.oblig. Socin. in l.de diuis.*
*num.11.vers.quod promissio dotis, ff.sol.matrim.&*
*cons.176.in princip.lib.2.* siue agitur de interes-
7 se piæ causæ, aut dotis, vel minoris. Quia tunc
sine interpellatione, mora etiam contrahitur
fauore pię causę, dotis, & minorum, vt probat
*Bal.in Auth.hoc amplius C.de fideicom.per tex.in l.*
*Titia, sed §.vsuras ff.de leg.1. Socin. cons.246.nu.8.*
*in fin.lib.1. latè scribit Gratian. lib.3.discept.forens.*
*cap.579.num.9.11.& 24.* semper in vtroq; casu
considerari debet interesse verum, & reale,
quod scilicet illud passus sit creditor. Cum
8 ÆQVITAS non patiatur alterum locuple-
tari cum aliena iactura, *glo.in d.l.de diuisione. in*
*verbo possessio in fin. vers. sed videtur mulier, ff. sol.*
*matr.& ibi Barbosa num 26. Gratian.cit.cap.243.*
*num. 19.* Ad quod interesse potest quis in sen-
tentia condemnari, reseruata eius liquida-
9 tione, vt seruari in parlamento, testatur Gui-
do Papæ *decis.405. num.2. vers. aduertendum ta-*
*men.Rebuff.in l.vnica in nu.55. C.de senten.quæ pro*
*eo quod interest, & latè scribit Gratian.lib.3.c.444.*
*num.4.& 9.cap.677.num.3.*
Mora verò aliqua non dicitur comissa per de-
bitorem, etiā ex causa ptetij rei emptę, quan-
do creditor, siue venditor dilationē concessit
dobitori ad soluendum pretium; cum stante
10 dilatione non censeatur debitor in aliqua
mora *l. lecta propè finem, ff. si cer. pet. & l. si cum*
*except.14.§.quatenus, ff.quod metus causa. Dec.in*
11 *l.nulla 88. num.3. de reg.iur.* Quia tunc attenta
partium voluntate, esset inęqualitas *l. cum do-*
*nationis C.de transact.* Etiā si ex ÆQVITATE,
*l.curabit C.de actionibus empti*, debeantur vsuræ
per emptorem prędij Domino venditori, etiā
cessante mora, vbi dilatio expressa data non
esset, de qua materia amplè egimus in supe-
riori libro *cap.40. per totum pręsertim num.8.*
Et à mora excusatur debitor ob difficultatem
12 soluendi creditori, & consequenter ob estin-
ctionem quanti plurimi *l.thais 41. vers.lucius ti-*
*tius ita cauit, ff.de fideicomiss.liber. l.diuortio, ff.de*
*negot. gestis, & latè probat Gratian. cap. 243.*
*nu.50.* de qua materia actum etiam fuit in su-
periori libro *cap.50.num.38. & 86. cum tribus*
13 *seq.& nu.165.& 173.* Quia cum mora sit cul-
pa, & delictum *l. inter stip.83. §. stichum in hac*
*ff.de verb.oblig.* Non potest imputari non valēti
14 soluere quasi tunc non dicatur negligere, aut
differre *l.p. in fine, C.de Annal. except.* si tamen
difficultas soluendi superuenit aliquo casu
fortuito, aut facto alicuius tertij, aduersus
15 quem non potest haberi regressus. Tunc dif-
ficultas soluendi excusaret debitotem, et iam
quantitatis, vel generis ab ęstimatione quan-
tiplurimi *Socin.cons.287.nu.31.& Aret.in l.quod*
*te, ff.si cert.pet.quos seq. Grat.cit.cap.243.num.52.*
Qui auctor seq. num.56. examinat quæstionem
satis frequentem, an huiusmodi æstimatio
quantiplurimi debeatur, quando fructus sunt
16 consumpti, vel præsumuntur consumpti, vt
vinum, & triticum post triennium cum simi-
libus; Et resoluit, quod si debitor asserat se
consumpsisse, & alienasse tales fructus, itaut
soluenda sit æstimatio loco consumptorum,
17 tunc erit spectanda dicta æstimatio, vel iuxtà
valorem fructuum tempore perceptionis, vel
saltem secundum tempus consumptionis, vt
scriptum reliquit Menoch. *remed.15. recupe-*
*randæ possessionis num.600.post Baldum in l.2.in fi.*
*vers.hæres percepit nu.8. C.de fruct. & litis expen.*
Idem dicendum esse concludit *Gratian. num.59.*
quando essent cōsumpti præsumptione legis;
18 Quia tali casu tenebitur solum ad illorū æsti-
mationem inspecto tempore, quo consumpti
præsumuntur, & sic ad currentem valorem in
fine trium annorum, quasi æstimatio crescere
non debeat fructibus consumptis; cum post
19 consumptionem veram vel fictam, non dicā-
tur amplius fructus, nec possint recipere au-
gumentum, aut diminutionem secundum *glo.*
*in l.vnica verbo vsucapionem, vers.nec in re mobili,*
*& ibi Castrens.num.4.& Aret.in fine.C.si aduersus*
*vsucap.* quidquid dicat ibidem Baldus id re-
20 mittens Iudicis arbitrio, vt explicat *Gratian.*
*cit.cap.243.num.60.post Neguz.tract.de pignor.5.*
*par.membro 5.num.12.circa med.Canalc.tractat.de*
*tut.num.240 Rota Genuens.decis.144.num.18. Bar-*
*bosa in l.diuortio 8. §.interdum sub nu.43. vers.quo*
*ad principalem, ff.sol.matrim.*
Dicenti verò fructus non esse consumptos, post
ttien-

21 triennium incumbit onus probandi, cum ad-
hibita industria possint durare vltra spatium
triennij *l.seq.§.fructus, ff.de vsucap. Aret.in d.l.si*
*diuortio, §.interdum col.4. vers.sed potest deffendi,*
*ff.sol.matrim. & ibi Barbosa num. 43. vers. Aliud*
*diuersum.*

Huiusmodiq; fructus connumerantur inter res,
22 quæ seruando seruari non possunt, itaut ad
illarum alienationem non requiratur decre-
tum Iudicis *l.lex quæ tutores in fin. C.de administ.*
*tut. l.vlt.C.eodem tit. Simōc.de decr. lib.3.inspect.7.*
*tit.8.num.49. Tiraquell.de retr.ling. §.p.gl.7.n.52.*
In tantum, vt tutor etiam cogatur distractio-
23 nem facere huiusmodi fructuum; cum alias
ad eum spectaret periculum, nō distrahendo
res, quæ tempore pereunt, *glo.in l.vltima, §.fin.*
*C.de administr. tut.* etiāsi prohiberetur per sta-
tutum omnis alienatio, quia nō comprehen-
24 duntur in dispositione statuti ea quę serua-
ri nō possunt *glo. vlt.in cap.p.de Cler.agrot.lib.6.*
*& concludit Gratian. cit.cap.243. num.63. cum seq.*
*plur.*

Eo autem ipso quòd sunt consumpti fructus,
computantur in sortem, neque crescit eorum
25 æstimatio, quasi post consumptionem non di-
cantur amplius fructus, sed quantitas, & pars
sortis principalis *l.p.C.de distract.pignoris;* secus
verò si fructus non essent consumpti, vel præ-
sumerentur extare, quia tunc non computa-
26 rentur in sortem, neque illam extenuarent,
cum reputentur vt species certa, de qua non
fieret compensatio ad quantitatem *Bar. in l.p.*
*C.de pignor.act. & in l.neque scriptura num.6. C.de*
*compens. Negusant.de pignor.5.par.memb.5.n.11.*
*& 12.vers.limitatur autem, quos seq. Gratian.all.*
*cap.243. num.65.* si tamen debitor promisisset,
restituere frumentum cū expensis, & interes-
27 se, si non restituit tempore promisso; cogi po-
test ad reddendum frumentum quantipluri-
mi, etiāsi de isto quanti plurimi nihil in pro-
missione actum esset, *Osasc. decis 129. num.16.*
*Ruginel.pract.qu.cap.20.num.9. quos seq.Gratian.*
*lib.5. cap.852. num.35. & 36.*

Neque facit quod adhibita industria posit fru-
28 mentum durare etiam vltra triennium se-
cundum *l.sequitur §.vsufructus, ff.de vsuc. Aret.*
*in l.diuortio §. interdum col.4. ff.sol. matrim. Curt.*
*iun.in l. vinum num.29.ff.si certum petatur,* Quan-
29 doquidem eo casu creditor probare deberet
hanc qualitatem, cum habeat contra se præ-
sumptionem consumptionis, nec sufficiat al-
legare, quod solitum est renouari frumētum,
& quod ex industria potest durare vltra triē-
nium. Nisi etiam hoc probetur, qua proba-
tione non facta, non est recedendum à dicta
præsumptione iuris vt probat *Surd. cons.81. in*
*fine post Ripam in l.quod te nu.33. vers.sed ego du-*
*bito, ff.si cert.pet. Barbosa in d.l.diuortio, §.interdū,*
30 *num.43.ff.sol.matr.* Quasi sufficiat præsumptio
legis, quod in tanto tempore potuerit corrū-
pi *Bar.in l.quoad præsens, n.3. vers.simile dico C.de*
*murilegal.lib.11. Gratian.loco rel.71.*

Interesse autem proueniens à renouatione fru-
31 menti dicitur interesse lucri cessantis, nō au-
tem interesse quanti plurimi, in quo interesse
lucri cessantis, requiruntur aliæ probationes
secundum *Castrens.in l.3. ff.de eo quod certo loco,*
*Rimin.iun.cons.218.nu.99.cum seq. Crau.cons.320.*
*num.6. Honded.cons.50.num.30.lib.p.quos sequitur*
*Gratian.lib.5.cap.921.num.22. & lib.2. & sæpius*
*cit.cap.243. num.74.* vbi sequenti numero tra-
dit aliud esse quando debetur æstimatio pro
32 re, vel loco rei debitæ; Aliud, quādo est præ-
standum interesse, quod est extra ipsam rem,
vnde meritò renouatio circa illud frumen-
tum non operabitur, *Surd.decis.81.num.6.*

Quidquid alias posit Iudex ex officio taxare in
33 teresse, etiam ad rationem sex pro centena-
rio Rota Genuens. *decis.194. Ancbar. qu.famil.*
*31.num.15.cum seq.lib.2. & Gratian.lib.3.c.524.*
34 *num.12.* & num.13. scribit quod in dubio mos
regionis attendi debet circa taxationem in-
teresse.

Et quia multa de hac materia interesse alias
scripsimus in causa D. Persichelli, ea ad co-
modiorem vsum hic subijcere opportunum
duximus.

## Pro D. Persichello, Contra DD. Picenardos. In causa damnorum, & interesse.

*Adsit virtus Spiritus Sancti.*



Condemnatio liquidationis dam-
norum, ad quam deuenit D. Vi-
carius Iustitiæ contra D Persi-
chellum, sicuti iure nō subsistit,
tanquam fundata super præten-
sis damnis, nullo modo proba-
tis, nec debitis; Ita circumscribenda venit per
Excell. Senatum. Notissimi enim iuris est se-
cundum allegata, & probata, non secundum
imaginariam probationem, in intellectu tan-
tum consistentem iudicari debere.

Vt autem plenè liqueat de notorio grauamine
Persichello illato. Perpendi primo loco debet,
quam damnorum speciem contineat senten-
tia Senatus, & quo pacto probanda sint dam-
na. Secundò quid probatum fuerit per DD.
Picenardos.

Quoad primum in dubium reuocari nō potest,
quin damna, & interesse de quibus loquitur
35 sententia, intelligenda sint ratione tantum
damni emergentis, nō autem lucri cessantis;
cum hęc à mercatoribus tantum, & ab his, qui
negociari consueuerunt peti possint, *tex.in l.3.*
*§.fin.ff.de eo, quod certo loco, vt post Dec. Crau. &*
*alios probat Peregr.cons.86.nu.3.lib.3. & cons.70.*
*num.2 lib.4. Polid. Ripa singul.obser pri.num.1.* qui
36 num.sequ. tradit teneri nihilhominus mer-
catores huiusmodi interesse articulare, &
probare præcedente semper mora, *Cost.de por.*
*rata,*

rata, quæstione 142. numero 2. & 3.

Prout etiam interesse damni emergentis, pariter concludenter probari debet, probando
37 in specie, certam damni quantitatem passi ab eo, qui illud prætendit, vt scribunt *Alba consil.710.nu.4.versic.addunt, Sotus de iust.& iure lib.6.q.1.art.3. Peguer.decis.32.num.22. quos seq. Ripa alleg.obser.1.num.4. Costa d.q.142.num.1.& quæst.208.num.5. post Menoch.de arbit.in addit.ad cas.219.num.27.& 28.*

Itaut verum, & reale, non autem imaginarium,
38 & fictum esse debeat huiusmodi damnum, siue interesse, *glos.in c.conquestus de vsuris, Nau. de vsur.num.53. vers.secunda conditio, & post eos Roder. de annuis reddit. lib.3.q.5.sub num.*20. cum
39 tantum dicatur iustum interesse, quod quis re ipsa patitur, *D.Bimius cons.132.sub num.18.& cons.172.nu.20.lib.2.* & damnum illud tantum dicatur, quod ex nostro patrimonio exit *l. damnum ff.de damn.infect. Viuc.de Annona alleg.42 num.9. Peregr.consf.98.num.10.lib.1.& cons.19. num.8.lib.3. D.Bimius cons.118.nu.6.lib.2. Petrus Ant.Anguisc.cons.8.num.1.lib.2.& cons.9.nu.29. lib.3.*

Quippè quod in specie damna siue interesse prætendens probare plenè teneatur bona alie-
40 nasse, & census vendidisse, ob creditum per ipsum prætensum, & sibi tempore debito non traditum, scribit *Vrsil.ad Afflict.decis.26.num.5. & in indiuiduo tradunt Pereg.consf.18.nu.9.lib.3. & cons.71.num.7.lib.4.Roder.d.q.5.num.21.& 22. Farin.decis.774.num.1.& decis.888.num.3.* quibus locis loquendo de interesse damni emergentis, concludunt etiam in materia dotis (quod magis est cum sit creditum priuilegia-
41 tum) tale damnum emergens non dici probatum, licet constet creditorem accepisse ad cambium pecuniarum summas; Quoniam expresse probandum est pecunias ipsas fuisse ad cambia acceptas, ob solutionem sibi non factam tempore debito, cùm eas ex aliâ causâ accepisse potuerit. Et ità pluries iudicatum fuisse per Rotam testatur *Farin.locis cit.* Eandē sententiam amplectitur *Morot.cons.65.nu.1.& Gratian. post multos per eum relatos lib.1. discept. forens.cap.76.à num.16.vsque ad num.23.& c.240. num.8.lib.2.& cap 302.num.9.* vbi probat, quod interesse non potest considerari, nec taxari
42 habito respectu ad potentiam propinquam lucrandi, nec ad qualitatem loci, in quo statim reperiātur occasiones locandi pecunias, nisi in specie probetur, quod tempore interpellationis talis occasio adesset, & ante eum idem tradit *Rota Genuen.decis.139. nu.8.* Quatenus interesse lucri cessantis deberetur hoc in casu, quod non deberi supra fuit probatū.
43 Ratio est, quia præsumptiua probatio non admittitur, vt interesse sit debitum *Gratian. d. cap.244.nu.13.Surd.decis.262.n.1. Rolan.cons.35. n.18.lib.1.& post alios Costa de port.ratæ d.q.142. n.3.* cum verè debeat de ipso interesse consta-
44 re, nec probetur ex partium assertione idem *Gracian.cap.387.nu.16.& seq.* in tantum vt specialis probatio interesse requiratur; etiamsi pro parte debiti conuentum fuisset certum interesse inter easdem personas, quia nihilo-
45 minus pro reliqua debita portione non admittitur interesse ratione moræ nisi in specie sit probatum, vt tradit post alios *Gratian.lib.4.*
46 *cap.716.num.7. & 10.* Nostrum enim non est extendere dispositiones conuentionales *l. fideiussor Magistratus §.pro Aurelio ff. de fideiussor.* Neque de tempore ad tempus, aut de re ad rem, aut de casu ad casum vt subijcit *Gratian. loco relato num.5.*

Licet verò non desint multi, qui tradiderunt in-
47 teresse posse etiam probari ex verisimilitudinibus, & præsumptionibus, quos recenset, *Roder.d.lib.3.q.5.sub num.25. vers.verum alij plures, & Surd.de alim.tit.1.quæst.45.num.43.* Atta-
48 men præterquod verior, AEQVIOR, & communior est contraria opinio, vt ex DD. calculo elicitur. Procederet etiam ea conclusio tantum in interesse lucri cessantis, quod consideratur in negotiatore, non in in-
49 teresse damni emergentis, vt explicat *ibi, Surd.num.45.in fine, & Roder.sub nu.25.*

Et quatenus etiam lucrum cessans considerari posset in nobili, & aliō nō negociatore (quod tamen non admittitur) Illud nihilominus
50 plenè articulari, & probari debere etiā scribunt omnes videlicet, habuisse in promptu prædia emenda, vel annuos redditus, aut alia res, in quarū emptione lucrari posset, vt post *Mascard.conclus.933.num.24. Roland. & alios probat Surd.alleg.q.45.num.42. qui num. seq.* inquit
51 testes super eo deponentes debere de lucro certitudinaliter deponere, & etiam non interrogati causas scientiæ reddere.

His atrentis videndum restat, quid probatum fuerit per DD. Picenardos, Et sanè citati ad specificandum tria publica tantum documētà produxerunt, vnà cum sententia Senatus. Primum scilicet continens venditionem nōnullorum bonorum factam anno 1601. Secundum venditionem annui census libr. 395. 10. factam Horatio Fullo anno 1604. Vltimum venditionem alterius annui census ducator. septuaginta factam anno 1617. D.Sfortiæ Pallauicino.

Ex primo Instrumento apparet bona fuisse vendita habita fide pretij pro maiori parte, & sic
52 non deseruire constat ad probandum asserta damna; maximè cum ratione pretij recepti non fuerit probatum ad alienationem prædictam fuisse deuentū ratione moræ Pestichelli vt sup.abūdè docuimus in vers. Quippè quod; Idem affirmandum est de alijs duobus instrumentis cēsuum venditorum, ad quorum alienationem fuisse deuentum ob moram D.Perfichelli pariter minimè fuit probatum.

Quatenus verò damna ipsa siue interesse liquidata remanere per dicta documenta, quis affirmare mallet. Adhuc tantum ad ratam temporis,

poris,& quantitatis liquidatæ,non pro tota
53 summa, & pro toto tempore probata dicerentur damna ipsa; Id quod agnouit etiam D.Vicarius, dum distinguendo interesse cōsideratum ob alienationes prædictas,ab alio interesse minimè probato, illud in maiori, summa,hoc in minori imaginaria tantum taxauit.

Si enim anno 1601. alienata fuerunt bona de quibus supra,habenda esset ratio pretij tantū recepti, & illius damni tantum à dicto tem-
54 pore citra, & pro quantitate fructuum amissorum ob rem alienatam(quæ qualitas neque etiam fuit probata) *Gratian. cap.67. num.22. Marescott.lib.2.var.resol.cap.16. num.7.* ad rem faciunt quæ tradit *Alex.cons.141.col.2. lib.5.* dum ait interesse damni emergentis proba-
55 ri,quando creditor probasset totidem nummos sub vsuris accepisse, & sequitur *Moro. d.cons.65.nu.1.* Verbum enim tantumdem,im-
56 portat eandem summam pro qua creditor agit. Adeout si probasset aliqualem summā, nō tantumdem sub vsuris accepisse, pro sum-
57 ma accepta sub vsuris interesse probatum tantum diceretur, id quod innuere videtur *Iason.in l.nummis.num.5.ff.de in litem iur.* Ad instar eius qui petijt centum, & non probauit intentionem nisi pro quinquaginta, quià pro alijs quinquaginta non probatis, reus erit
58 absoluendus iuxta vulg. reg. *l. qui accusare C. de edendo*, & in materia interesse non probati facit *l.argentarius §.cū autem ff.de eden.Mascard. conclus.934.num.7.& 12.* prout in his terminis probat *Rolan.alleg.cons.35.num.7.cum tribus seq. lib.1.*

Cum autem D. Vicarius liquidauerit damna prædicta pro toto tempore viz.ab anno 1594. vsque ad annum 1619. quò deuenit ad dictā liquidationem,taxando primo loco interesse prædictum in rationem octo pro centenario, pro summa capitalis librar. 11. mil. quæ erat tertia pars redditnum Neapolis relictorum in hereditate Comitis Brocardi; secundo loco taxando ipsum interesse in rationē quinq; in singulo centenario pro alijs libris 28585. à dicto anno 1594. vsque ad annum 1604. Tertiò liquidando aliud interesse ab anno 1604. citrà in rationem septem pro cētenario iuxta instrumentum census venditi dicto anno pro capitali librarum 5650. Vltimo liquidando interesse prædictum pro reliqua summa,& pro reliquo tempore in rationē quinq; pro centenario. Notoriè constat de grauamine illato D. Persichello, & quàm perperam interesse prædictum non probatum, nec debitum,fuerit eo modo taxatum.

Namque respectu primæ parcellæ certum est eam non posse subsistere; tum quia tale damnum non probauit pars aduersa; tum quia neque etiam probauit redditus dictorum capitalium à dicto tempore citrà peruenisse ad
59 manus Persichelli,quam qualitatem necessario probare debuisse scribit in pūcto *Gratian. lib.4.cap.705.num.1.& 12.* Tùm quia cum capitale alterius ex dictis redditibus in summa librarum 20000. extinctum fuerit anno vsq. 1582. viuente D. Hippolita hærede Comitis Brocardi, nullo modo haberi potuit in consideratione illius interesse ab anno 1594. citrà. Tùm quia quatenus etiam cadere potuisset in considerationē tale interesse (quod tamen negatur.) Non nisi deductis expensis,& laboribus id poterat taxari: Notorium enim est nisi maxima, cum expensa, & post longos labores exigi posse redditus in Neapolitano Regno, hoc idemque fassi sunt Picenardi in præcibus Excellentiss.Senatui porrectis dum contendebant cogi Persichellum ad sibi satisfaciendum in pecunia, nō per assignationem dicti posterioris redditus difficilis exactionis,& maxima cum expensa, licet confessionem ipsam inaniter nunc inficiati non dubi-
60 tant. Certum est enim in iure fructus tantum deberi deductis impensis *l.hactenus,& l.si pendentes ff. de vsufruct.* Tùm denique quia cum anno 1601. instante q. Equite Sfortia sequestratus fuerit dictus redditus, vt ex sequestro in actis exhibito constat; Dubitari non potest, quin nedum indebitè taxatum fuerit in-
61 teresse ratione tertiæ partis dicti redditus pro tempore quo sub sequestro remansit, vt in his terminis probat *Rota Genuen. decis.61. n.4.* Sed etiam teneri partem aduersam ad resarciendum damnum,quod interim pro alijs
62 duabus partibus passus fuit Persichellus iuxta *l.qui occidit. §. in hoc ff. ad l.aquil. Menoch. cons.1188.num.15.*

Magis palpabile est grauamen, quod continetur in secunda parcella,si enim certitudinaliter,& concludenter probādum erat interesse
63 exclusa omni verisimili, aut præsumptiua probatione vt sup.probauimus ex *Costa de por. ratæ q.142.nu.3 & Gracian.cap.302.nu.9.& cap. 716.num.7. & 10.* Quo pacto, quane ratione potuit somniatum hoc, & imaginarium, nullibique probatum interesse taxari.

Idem liquet de grauamine, quartæ parcellæ quæ pariter imaginarium tantum, & somniatum interesse continet ab anno 1604. vsque ad annum 1619. & quæ omni in casu iuxtà contenta in instrumēto exhibito taxari debebat ab anno 1617. citra in summa pro qua facta fuit venditio census contenta in d.instrumento.

Et sic patet nonnisi interesse prædictum in sententia omissum, & aliud in tertia parcella contentum potuisse omni in casu taxari, quæ ambæ parcellæ vix libras septem mille constituissent, nedum libras sexagintamille in quibus damna ipsa liquidauit D. Vicarius.

Additur præterea, quod interesse aliquod non potuit considerari: stante cessione,sine donatione facta per qu. Equitem Sfortiam fratri Persichelli anno 1592. die primo Decembris, de iuribus memoratæ hæreditatis, in causa

producta; Et si enim Senatus Excellentifs.
denegauit in integrum restitutionem petitã
per Persichellum à sententia Senatus sub præ-
textu dictæ donationis; non tamen ex hoc
potuit D. Vicarius donationem ipsam reij-
cere in iudicio liquidationis dictorũ interes-
se, Quandoquidem re nõ integra productam
fuisse donationem coram Senatu dicitur, vi-
64 delicet post latam sententiam, aduersus quã
non solet restitutio in integrum concedi Me-
noch.conf.478.nu.16.& seq. Riminal.iun.conf.755.
num. 111. cuius respectu ipsam donationem
non admissit Senatus, non autem eam impu-
gnauit, aut nullam declarauit; Adeoquod ali-
ter dicendum est in causa damnorum, quorũ
liquidationem impedire potuit donatio ip-
65 sa. Nam eorum respectu re integra producta
dicitur. Idcirco stante illius validitate, eius
effectum sortiri debet ad impediẽdum dam-
norum liquidationem ad instar pacti de non
petendo, quod propterea reiectũ minime cen-
setur, vt post Bald. scribit Carolus de Crassis excep.
35. nu. 1.
Quamuis enim exceptio reiecta ante sententiã,
66 regulariter vlterius proponi non possit post
sententiam Gloss. & Bart. in l. p. C. de iuris, & fa-
cti ignor., Tamen præterquod exceptio ipsa
non dicitur opposita ante sententiam in hoc
casu, sed post, & sic prohibita non esset, eo
magis admitti debebat, quia etiam non di-
cebatur impugnare sententiam, sed solum
67 moderari executionem respectu damnorũ,
vt distinguendo tradit Costa remed. subsid. 28.
num. 6. & 8. vers. secundus est effectus, & Gracian.
lib. 4. discept. for. cap. 660. num. 21.
Et eo minus interesse prædictum potuit taxari,
attento quod notorie liquet ad illud mini-
68 me potuisse condemnari D. Persichellum;
Namque cum damna, & interesse debeantur
tantum à die moræ vul. l. socium qui, ff. pro socio,
Honded. conf. 38. num. 9. & 10. lib. 1. Gratian. lib. 2.
cap. 240. nu. 1. & in materia dotis, idem Gratian.
cap. 243. per totum, & cap. 229. num. 29. copiosè,
Giurba ad stat. Messan. cap. 15. glos. 15. num. 23. &
Merend. lib. 2. Contr. iur. cap. 40. & 41.
Quæ mora hoc in casu non potuit considerari,
nisi sequuta declaratione facta per Excellẽ-
tiss. Senatum, & facta liquidatione hæredita-
tis per peritos electus; Certissimi enim iuris
69 est moram non committi quando debitum
non est clarum, & liquidum. Bald. in l. accept. in
7 opposit. C. de vsuris, Soc. Sen. conf. 107. nu. 2. lib. 1.
Surd. conf. 38. num. 13. & conf. 269. num. 4. ac decis.
260 num. 15. latè Menoch. conf. 1027. nu. 8. & post
multos alios Costa de retrotract. cap. 8. casu 9. nu.
70 2. 3 & 4. Quia interesse nullum debetur non
facta liquidatione sortis, vt probat Peregr.
conf. 18. nu. 11. lib. 3. Gracian. dict. cap. 244. num. 9.
copiosè D. Bormius conf. 245. num. 54. lib. 3. & Costa
dict. casu 9. num. 2. si enim non facta liquidatio-
71 ne sors debita non dicitur, multò minus in-
teresse debetur cum non debito principali,
nec illius accessorium debeatur, vulg. iur.
Et si autem lex certa dici posset de hæreditatis
portione in vniuersum debita (quod tamen
72 non admittitur) idest de tertia parte hæredi-
tatis per Piccnardos prætensa arg. l. cum qui-
dam §. sciens ff. de acquir. hæred. & l. sed & si resti-
tuatur § fin. ff. de iud. Tamen cum ignoraretur
probabiliter per Persichellum, certa quanti-
tas in specie ad quam ascendit dicta portio
hæreditatis, ante liquidationem. Non potuit
73 dici esse in mora, & sic teneri ad interesse an-
te dictam liquidationem, vt parum longe ab
his terminis, probat Franc. decis. 23. num. 4. in
fine, & num. 5. Peregr. d. conf. 18. num. 11. lib. 3.
vbi scribit nõ debuisse reum ius suum indis-
74 cussum relinquere, stante maximè non leui
ambiguitate dictæ litis iuxta tex. in l. illud ff.
de petit. hæred.
Tanto magis cum conuentus fuerit Persichel-
lus ex gestis per q. eius genitorem, cuius fa-
75 ctum probabiliter ignorare potuit, vt tradit
Thesaur. decis. 247. nu. 3. Menoch. de arbitr. casu
220. num. 51. & dicto conf. 1027. nu. 11. Mar. An-
guisc. conf. 22. num. 6. Quæ conclusio eo facilius
procedit stante minori ætate Persichelli tem-
76 pore mortis patris, vt distinguendo probat
Costa de facti scient. inspect. 74. num. 1. Præsertim
cum habuerit iustam causam credendi se nõ
fuisse debitorem partis hæreditatis petitæ,
attento etiam instrumento augmenti dotis
q. Hippolitæ matris ferè totam hæreditatem
77 absorbentis, quibus stantibus non teneri ad
interesse à die litis motæ reum conuentum
probat post Curt. iun. conf. 239. num. 28. lib. 3. Fa-
rinac. decis. 888. num. 3. vers. Tertio quia, & num. 4.
vers. respondebatur.
Alia etiam ratione condemnatio prædicta susti-
neri nequit, dum sententia Sen. Excellentifs.
fundata legitur super asserto bilantio, de quo
in actis non apparet, minusq; illud produxit
Persichellus, quippè ab vtraque parte idem
impugnatum fuisse constat, in comparitione
facta die x. Iulij 1616. per q. Equitem Sfortiã,
& in exceptionibus Persichelli, & sic locum
78 haberet dispositio l. p. C. si ex falsis, & l. si prætor
§. Marcellus ff. de iudic. Buttigella in l. is apud quem
num. 44. C. de eden. Alba conf. 222. num. 29 & conf.
291. num. 3.
Neque releuat quod, cum condemnatio facta
fuerit per Senatum Excell. præsumptionem
79 habet pro se, ita ut vix credi debeat tantos
Patres in iure errasse, & Persichellum con-
tra ius læsisse, Quoniam cum præsumptio illa
80 non sit iuris, & de iure recipit probationem
in contrarium, de qua contraria probatione
ob manifestam iniustitiam, de qua supra satis
liquet Menoch. præsumpt. 67. lib. 2. quem sequi-
tur Sola ad constit. Sabaud. tit. de modo suppl. gloss.
2. num. 29. Qui sanè error in iure consistens, eo
facilius committi potuit, dum minime con-
81 cernit decisionem causæ principalis, sed ac-
cessorij, idest interesse, & damnorum, quorũ
expres-

expressio fortassis etiam potuit in sententia
82 conscribi, vel citra Senatus mentem, vel aliter, iuxta ea quae post *Bellameram decis. 42. tit. de lite contest. perpendit Franch. decis. 509. sub nu. 2. vers. & memini*.

Prout pariter non resistit, quod de his agēdum
83 esset in iudicio reuisionis attenta dispositione Nou. Constit. reijciente omnem appellationem, & dictionem nullitatis à sententijs Senatus, præterquam reuisionem, parito prius iudicato, & facto deposito aureorum centum.

Namque præterquam quod non haberet locum Constitutio in sententijs inualidis, & sub fal-
84 sa causa latis, vt explicat *Dec. loquendo de sententia Senatus, Genuæ, in cons. 360. num. 2.* Earum dispositio tantum procederet, vbi principaliter agendo iniustitiam hanc, & manifestum errorem deduceret Persichellus, secus autem
85 excipiēdo in hoc iudicio liquidationis damnorum, in quo de iniustitia sententiæ Senatus excipere posse, probant in puncto consimilis Constitutionis, *Osasc. decis. 142. nu. 3. & Cephal. cons. 395. num. 44.* quos in terminis consimilis constitutionis Sabaudiæ, sequitur & refert *Sola d. gloss. 2. num. 25.* Et ità parum longe ab his terminis iudicasse Rotam Romanam in iudicio executionis trium sententiarum conformium tradit *Gratian. lib. 4. discept. 707. per totum, præsertim num. 1. & 13.* Eo quia non fuerant liquidata damna, nec plenè probata in prioribus iudicijs, Facilius etenim datur ex-
86 ceptio, quam actio, & prohibita actione non censetur prohibita exceptio *Surd. cons. 55. nu. 22. & Gracian. cap. 269. nu. 15.* excipiendo enim
87 perpetuo dici potest de nullitate sententiæ, quamuis secus sit agendo, *Speculator in tit. de senten. §. iuxta in fine, quem sequitur Soc. Sen. cons. 46. num. 42. lib. 4.*

Quatenus etiam de damnis, & interesse aliquibus agi posset in hoc iudicio; Ex nouis parcellis deductis vna cum manifestis erroribus commissis in calculatione ad præiudiciū D. Persichellij per compensationem iam soluta dicerentur damna ipsa, Respectu enim parcellarum nouiter deductarum per Persichellum, cum eas expresse ipsi reseruauerit sententia Senatus, Nulli dubium est quod tam in hoc iudicio, quam in quocumque alio deduci possunt, Quo verò ad errores certissimum est
88 in iure, quandocunque eos posse deduci intra triginta annos, vt cumulatissimè scribit *Costa de facti scient. centur. 1. distinct. 94. nu. 2. cum seq. post Thesaur. decis. 160. num. 7. & seq.*

Qui sanè errores excludi nō possunt eo sub prætextu, quod Senatus Excel. approbauerit calculationem per peritum factam; Id enim tātum procederet, vbi quæstio fuisset de errore
89 calculi, & super eo esset pronuntiatum, secus autem si facto calculo Iudex secundum relationem periti deffinivit negocium, vt hoc in
90 casu, quia tunc dici non potest pronunciatū fuisse super errore, & tunc iterum videndæ sunt rationes vt per *l. vnicam C. de errore calculi probant Fab. Anna cons. 6. lib. 1. Gabr. cons. 61. lib. 2. quos sequitur Costa alleg. distinct. 94. num. 6. & 7.*

Cæterum parcellæ deductæ in hoc iudicio plenè etiam probatæ dicuntur; De prima siquidē lib. 1770. apparet ex attestatione Casperij Da-
91 tij Mercantiæ, cui ratione publici officij plenè credi debere habetur *in cap. ad audientiam de præscript. Surd. cons. 326. num. 18. Felic. alleg. 16. num. 7. par. 3. & Ciurb. decis. 88. num. 12.* nec illius manus potest negari, cum notoria sit penes libros, & acta Reg. Cam.

De secunda ducat. 200. exactorum ex redditibus Neapolis & in calculo prædicto in debitum erroneæ datorum Patri Persichelli plenè liquet ex instrumento publico exhibito, & celebrato die 17. Decemb. 1586.

Tertia parcella aureorum 17. cum dimidio contenta in chirographo subscripto per Asdrubalem Anguissolam, mox per eum recognito satis liquida videtur ex instrumento dictæ recognitionis in actis exhibito.

Quarta parcella cōtinens solutionem salarij factam Illustr. Magistr. Ordin. Reddit. occasione sententiæ latæ anno 1575. die primo Februarij contra Regium Fiscum. In dubium reuocari non potest, cum certissimum sit pro huiusmodi sententiis persolui solere salariū, illudque à communiter accidentibus fuisse, idcircò solutum in summa aureorum ducentum, attenta re graui, & egregia summa de quibus in ipsa sententia, ex cuius lectura etiam de certa quantitate dicti salarii non poterit dubium iudicium fieri.

Denique quoad expensas postremo loco factas ad beneficium dictæ hæreditatis, dum annis 1616. & 1617. idem Illust. Magistr. visis binis relationibus Rationatoris Saluaterræ tandē post infinitos labores Persichelli ordinauit, vt parcella librarum 37050. in debitum adscripta qu Comiti Brocardo, deleretur tanquam duplicata cum reseruationibus in ea ordinatione contentis.

Licet certa summa probata non sit, attamen ex relationibus prædictis, & aliis scripturis exhibitis facilè sciri poterit ad quam summam ascendunt expensæ ipsæ, quæ iustificari non possūt per attestationes eorum qui pecunias receperunt. Nō latet tamen Persichellum aureos ducentum, & vltra circa illud negocium expendidisse. Prout id verisimum esse facillimè sibi suadebit Senatus Excell. habita consideratione qualitatis, & grauitatis causæ, eū Reg. Fisco pendentis. Cum quo inueteratum est, nisi post longum interuallum, ac dispendium non mediocrè posse aptationem librorum obtineri ad illius exclusionem.

Ex his autem liquere creditur, quam iniusta fuerit sententia D. Vicarii, quodque à prætensis damnis, & interesse venit omninò absoluendus Persichellus, vel saltem iis moderatis habita ratione veri, & probati, non au-

tem somniati damni pro certo tempore pasii per Picenardos, declarari debet per Sen. Exc. compensationem cum memoratis parcellis, sublatis etiam erroribus in calculatione prædicta commissis, & ita &c. saluo semper &c. Mediol. die 4. Aprilis. 1625.

Ad Laud. omnipot. Dei, atque Deiparę semper Virg. Mariæ.

Iul. Cæs. Caluinus I.C. C. Dert.

*SVMMARIA.*

*Furiosus testari minime potest*, num. 1.
*etiam dilucida haberet internalla*, num. 2.
*Contrarium verius si sapiens, disposuit*, nu. 8. 9. & 10.
*Quæ sententia procedit etiam furiosus dilucida non haberet internalla*, num. 11.
*Sen. Romani Iud. in ea materia*, num. 12.
*Furiosus monachalē habitum suscipere nec professionem emittere neq*; num. 2.
*Furiosus obligari neque potest Deo*, num. 3.
*Furiosus quidquid agit ignorat*, num. 4.
*Qui semel incepit fatuizare nunquam liberatur* nu. 6.
*Furor siue dementia, durare præsumitur*, num. 7.
*Intellectus non omnis imbecillitas tollit testamenti factionem, sed tantum ea quæ dementia siue furori accedit* num. 13.
*Furor alicuius non probatur nisi testes deponant illum esse furiosum, & simul reddant causam scientiæ, etiam non interrogati*, num. 14.
*Quæ causa narrantur ibi*, num. 15. *cum seq.*
*Mutus testari nequit tamen sapienter testando valet testamentum*, num. 17. & 18.
*Surdus Itidem ibidem.*
*Stipulatio locum habere non potest in muto siue surdo*, num. 18.
*Mutus potest contrahere matrimonium* num. 19.
*Surdus itidem* num. 19.
*Dotis fauore lex fingit stipulationem in muto siue surdo*, num. 20.
*Decretum Senatus Mediolani quo declarauit testamentum à muto sapienter factum valere* num 21.
*Octauiani Picenardi Senatoris, mox Præsidis, mentio*, num. 21.
*Muti dispositio inter liberos valet tanquam vltima voluntas*, num. 22.
*Solemnitas leuis ea dicitur, cuius omissio vel nullum, vel paruum affert præiuditium*, num. 23.
*In codicillo facto per cæcum quinque tantum testes requiri, tradit Reudum*, num. 24.
*Testamentum peregrini euntis ad Vrbem vel &c. valet etiam si quinque tantum testes interuenerint*, num. 25.
*Quinimo etiam si duo testes interuenerint in illa, siue in itinere factum fuit*, num. 26.
*Peregrinus peregrinando dicitur inseruire Deo*, num. 27.
*Hæres scriptus per mutum immitendus est in possessionem, si sapiens fuit testatus* num. 28.

## Testamentum furiosi, an aliquando valeat.

## CAP. CLXXXXIV.



1 Absolutissimi iuris est furioso prohiberi omnem testamenti factionem, vt decidit Imperator Iustinianus *in §. præterea, & §. item furiosi instit. quibus, non est permissum facere testamentum*, cū
2 neque professionem facere, nec monachalem habitum suscipere furiosum, declarauerit Gregorius Summus Pontifex in *cap sicut tenor litterarum de regular. & transeuntibus ad Religio-*
3 *nem*. Et sic furiosum neq; etiam obligari Deo, & benefaciendo tradit ibidem *Abb. num. 3. per cap. fin. de succes. ab intestato*; Quidquid enim
4 agit furiosus ignorat, *l. in negotijs ff. de reg. iur. l. si quis alicui ff. de acquir. hæred. Alciat. cons. 20. nu. 5. lib. 4. tom. 1.* Quod procedere etiam in furioso disponente ad pias causas tradit *Crottus cons. 5. num. 23. quem sequitur Ioseph Ludou. decis. Perusin. num. 3. par. 1.*

Quæritur igitur, si furiosus habens dilucida interualla testamentum fecit nec appareat, quod eo tempore esset in furore, necne, Sed testamentum sapienter dispositum legitur, Vtrum testamentum valeat, & negatiue respondisse videtur *Castrens. in l. qui testamento, §. nec furiosus in p. quæst. ff. de testam.* dum inquit,
5 quod qui semel incipit fatuizare nunquam
6 liberetur, *Alex. cons. 141. col. 3. vers. his præsumptis lib. 1. & cons. 85. col. 2. vers. sed his non obstan-*
7 *tibus lib. 2. & cons. 147. lib. 7.* Cum furor siue dementia durare præsumatur, nisi de resipiscētia doceatur *glo. in cap. si verbo copios. de success. ab intest. Alciat. reg. 2. de præsumpt. 18. Magon. decis. Floren. 97. num. 10.* Vel nisi probetur eo tempore mentis suæ compotem fuisse testatorem *Bal. in l. furios. C. qui testam. facere poss. Florianus de S. Petro in l. sed, & si §. iniuriam ff. ad l. aquil. & Franc. de Aretio in l. qui testamentum §. nec furiosus col. 2. ff. de testam. Socin. cons. 47. lib 3.*

De AEQVITATE vero contraria sententia tutior est, Nempe testamentum valere, quando sapienter omnia disposuit, Quia ea præ-
8 sumptio, quod furiosus semper reputatur furiosus, tollitur per aliam præsumptionem vehementiorem, dum omnia sapienter disposuit, & sic ex qualitate actus gesti; Quia si actus gestus congruit viro sanæ mentis, præ-
9 sumendum est sanę fuisse mentis tempore testamenti, vel contractus, cum ista sit fortior præsumptio, & magis conformis naturæ, vt post Barbatiam probat *Boer. decis. 23. num. 88. cum seq.*

Et hanc sententiam amplectitur *Corneus cons. 216. sub num. 15. lib. 3. post Io. Andr. Bal. Pontanū, & alios*, dum ex Pontano inquit eam sapere AEQVITATEM. Cum enim rite, & recte testatus

10 testatus est præsumitur sanæ mentis tempore
testamenti per *l. quidam in suo ff. de condit. instit. & l. b'i qui ff. de tut. & curat. dand. ab his. Quam conclus. seq. Paris. cons. 88. num. 45. cum seq. lib. 7. Misinger. singul. obseru. 41. num. 3. cent. 2. & Ioseph Ludon. d. decis. p. num. 11. cum seq.* Vbi num. 13.
11 tradit eam sententiam procedere etiam si
huiusmodi testator furiosus dilucida non haberet interualla, quos sequitur *Crass. de success. §. testamentum, qu. 21. n. 4. & Magon. d. decis. Flor. 97. sub num. 22. vers. maxime si quod.*

Et ita iudicatum fuisse per Senatum Romanum
12 de testamento sapienter facto à Sempronio
Iuditano furioso scribit Valer. Max. *lib. 7. cap.* 8. Quia quod scriptum erat in tabulis magis quam quis eas scripsisset considerandum esse censuerunt centum viri de cuius Valerij testimonio verba faciunt *Boer. all. decis. 23. n. 58. Ioseph Ludon. cit. decis. 1. num. 12. & Magon recit. decis. 97. sub num. 22.* Et de qua Senatus Romanus sententia scribit *Petrus AErodius lib. 5. rer. iudic. tit. p. cap. 1.* conferunt tradita per *Rendina in eius promptuario titul. 114. de testamentis, num. 10.*

Aduertendum tamen est, non omnem intellectus imbecillitatem auferre, testamenti fa-
13 ctionem; sed eam tantum, quę furori accedit,
& dementiæ, vt post *Ias. in d. l. furiosum nu. 2. C. qui testam. fac. poss. probat Feret. cons. 207. num. 3. quos sequitur Magon. cit. decis. 97. num. 17.*

Cęterum furor alicuius non probatur, nisi testes
14 deponant illum esse furiosum, & simul reddant causam scientiæ, etiam non interrogati, vt post *Bal. in d. l. furiosum, & in l. solam C. de testibus, docet Corneus alleg. cons. 216. num. 16 lib. 3.* & de eo qui more venantium sibilabat tradit idem *Corneus cons. 319. num. 2. lib. 1.* Et de alio
15 qui hiberno tempore nudus incedebat, & in
niue iacebat scribit *Paris. cons. 87. num. 6. lib. 3.* Vbi etiam plura alia furoris signa cumulat, *& cons. seq. 88. eodem lib.* & de proiecente lapides, & fatuæ loquente agit *Vant. tr. de nullit. ex defectu mandati num. 17.* de qua re amplissimè
16 *Ferret. d. cons. 207. lib. 1.* vbi octo dementiæ, &
furoris signa proponit, ex quibus de furore plene constare probat ac sequitur *Alex. de Neue cons. 37. nu. 5. Magon. all. decis. 97. num. 8.*

Quæ autem dicta sunt de furioso, procedūt etiā
17 in Muto, aut Surdo, qui licet testati nequeūt
*l. discretis, C. qui testam. fac. poss. Bart. in l. si ex facto num. 28. ff. de vulg. & pupill. Menoch. cons. 303. nu.* 15. Quippe neque etiam contrahere vt aliqui
18 voluerunt. Cum vere in ijs stipulatio locum
habere non possit *l. p. ff. de verb. oblig.*

Tamen si matrimonium contraxit, vel dotem
19 promisit Surdus aut Mutus cum vterque id
possit *l. p. ff. de iure dotium,* tunc præponitur interposita, eo modo quo vere potuit interponi, videlicet per seruum, aut per notarium
20 *l. 2. ff. rem pupilli saluam fore.* Quia fauore dotis
fingit lex ipsam stipulatione licet non interpositam, vel minus recte interpositam tacite, & recte interuenisse *l. vnica C. de rei vxor. act. Bar. in l. p. num. 13. ff. sol. matrim. quem ibi sequuntur Imola num. 15. Alex. num. 25. Claud. de Sirsello col. 3. vers. in eadem Socin. iun. num. 205. cum tribus seq. cum alijs infinitis quas refert, & sequitur Rendina in eius Promptuario tit. de stippulat. nu. p. cum seq.* De qua re copiose egimus sup. *in cap. 138.*

Et ita censuit Senatus Excell. Mediol. mense
1624. Refer. amplissimo D. Senatore Ottauiano Picenardo nunc Illustrissim. Præside Magistratus Ord. reddituum, & nouissime
21 Excell. Sen. electus, declarando valere testamentum à muto factum, licet sine debitis solemnitatibus, sed sapienter, & viro sapienti conueniens; prout huiusmodi muti dispositionem inter liberos valere non vti testamētum, sed tanquam quædam vltima voluntas scribit *Angel. in d. l. discretiss C. qui testam. facere poss. quem seq. Menoch. cons. 317. num. 25.*

Leuis vero solemnitas dicitur ea, cuius ommis-
23 sio vel nullùm, vel paruum præiuditium affert, vel quæ facti substantiam non mutat vt tradit *Bar. in l. vlt. § si vero postquam in fin. C. de iure delib. Alex. in rubr. ff. de oper. non. nunciat. nu. 12. Io. Hannibal in l. nemo potest nu. 329. ff. de leg. 1. quos sequitur Rendina in eius promptuar. tit. de testam. num. 18. fol. mihi 715 ibi num. 25* concludit
24 in codicillis factis per cæcū, quinque tantum
requiri testes.

Cuius solemnitatis ommissio resp. septem testium non vitiat testamentum Peregrini eun-
25 tis ad Vrbem, aut ad templum Diuæ Mariæ
Lauretanæ, aut ad templum Diui Iacobi di Galicia, & similia. Quia si in itinere, siue in villa incidit in morbum, & coram duobus tā-
26 tum testibus ob hominum raritatem, suum
condidit testamentum, illud valet ad instar testamenti militis testantis in castris, *iuxta l. 1. ff. de milit. testam.* Immo fortiori ratione, cum sublimior sit Princeps Deus ipse, cui inseruit peregrinus peregrinando, quam secularis Princeps, cui inseruit miles *§. p. in Auth. quomodo oportet Episc. Rendina d. tit. de testam. num. 7.*

Producto vero testamento non retardare potest
28 immissio in possessionē fauore hæredis instituti iuxta *l. fin. C. de edicto Diui Adriani.*

SVMMARIA.

*Lege duodecim tabularum vsucapi poterant res mobiles per annum & per biennium mobilia, num. 1.*

*Vsucapiuntur de iure ciuili res mobiles per triennium, immobiles per decennium, num. 2.*

*Inter mobilia computantur, etiam se mouentia num. 3.*

*Mobilia propriè vsucapiuntur, immobilia vero præscribuntur, num. 4.*

*Dominia rerum in incerto esse non debent, num. 5.*

*Litium finis aliquando esse debet num. 6.*

*Homo liber vsucapi nequit, num. 7.*

*Sacra res, & Fisci seruusque fugitiuus non potest vsucapi, num. 9. & 68.*

*nisi res sacra effecta esset profana, num. 69.*

## Quænam res, vsucapi nequeant.

## CAP. CVC.


Eipublicæ vtile valde esse cognouerunt legislatores, si res, & bona aliquo tempore vsucaperentur, Quod tempus lege duodecim tabularum ad annum respe-
1 ctu mobilium, & ad biennium respectu immobilium constitutum, erat, Quamuis Imperatori Iustiniano tempus illud ampliari proficuum esse placuerit, *in l. p. C. de vsucap. §. p. &*
2 *in §. instit. de vsucap.* dum res mobiles triennio vsucapi, immobiles vero per decennium inter præsentes, & per viginti annos inter absentes
3 statuit, Inter quæ mobilia se mouentia, etiam contineri habetur *in l. mouentium ff. de verbor.*
4 *signific. ac in d. l. 1. de vsucap. transform.* Propriè vero vsucapiuntur mobilia, Præscribuntur autem

autem mobilia *l. 2. C. in quibus cauf. cessat long. temp. præscriptio.*

Huius sanctionis duæ considerantur rationes, quarum altera est, ne rerum Dominia in in-
5 certo sint, & ita bono publico conueniat *Couarru. in cap. possess. mala fid. par. 3. §. 2. nu. 3. vers.*
6 *secundo infertur*, Altera vero est, vt aliquis sit litium finis *l. fin. ff. pro socio, & habetur in d. §. p. & ibi glo. verbo, ne rerum, instit. de vsucapion. Fachin. contr. iur. lib. 7. cap. 13.* Cum itaque certum sit tempus præscribendi mobilia, & immobilia, Quæritur an liber homo, ac res furtiuæ vsucapiantur, & iuxta litteralem legis sensum, affirmatiue respondendum videtur, dum ista lex generaliter de rebus mobilibus, & immobilibus loqueretur, generaliter etiã intelligẽda venit, iuxta *l. 1. §. generaliter ff. de legit. præscript. & probat Alex. conf. 167. lib. 7.* de qua abunde egimus supra *in cap. 118. num. 4.* Præsertim cum publicam respiciat vtilitatem vsucapio, seu præscriptio, vt supra diximus.

De AEQVITATE, tamen non habet locum vsucapio, siue præscriptio in homine libero,
7 minusque in rebus furtiuis, vt expresse habetur *in §. sed aliquãdo cum §. seq. instit. de vsucap. & probat Bologn. in tr. de multip. sig. & differ. iuris, & facti sub num. 10. vers. similiter bonum in fine*, vbi scribit quod licet bonum esset neminem locupletari cum aliena iactura; AEQVVM, nihilominus fuit per vsucapionem inducere acquisitionem cum iactura alterius; Quoniã pensata illa naturali ratione cum damno & incommoditate quę insurgebant ex litibus, & discordijs Ciuium in Republica & ex incertitudine Dominiorum apparuisse prodesse acquisitionem per vsucapionẽ, ac AEQVVM, esse eam inducere cum certis requisitis interuenientibus, vt AEQVARENTVR omnes rationes prædictæ contrariantes; sed cum postea ex cursu sæpius agitato, notorium esse, cæperit talem vsucapiendi potestatem prodesse Reipublicæ, hoc ius reductum fuit in communem obseruantiam, & regulam generalem, & effectum etiam fuit bonum in gene-
8 re subalterno, vt promiscue bonum, & AEQVVM posset dici *l. p. ff. de vsucap.* Et quod postea recedendo ab illo iure recepto, AEQVA dicatur dispositio, & propterea AEQVVM erit res furtiuas, & liberos homines vsucapi non posse.

Prout etiam res sacras, aut religiosas, & res Fisci
9 seruumvè fugitiuum, minime vsucapi posse decidit Imperator in eodem *§. sed aliquando, & §. seq. instit. de vsucap. Menoch. conf. 887. nu. 34. Fachin lib. 8. contr. iur. cap. 3. pag. 1476. & latè probat Azor. lib. 1. instit. moral. tit. de rerum diuis. cap.*
10 *20. litt. E. pag. 67. cum seq. par. 3.* vbi duodecim exprimit casus in quibus vsucapio locum habere nequit, videlicet in publicis rebus, Item in his quæ Principi reseruata sunt, ac in his, quæ ex delicto debentur veluti ex furto, rapina, vsura, & iniustitia *d. § furtiuæ item res instit. de vsucap. & l. non solum ff. de vsucap.*

Quod intelligitur non solum in primo possesso-
11 re, qui est malæ fidei. Sed etiam in quolibet alio, qui ab eo etiam bona fide rem emerit, vel etiam acceperit, vt probat *Azor. loco citat. litt. B. pag. 69.* vbi limitat conclusionẽ, quando
12 res ipsa in Domini potestatem redijsset, per *§. aliquando instit. de vsucap. & per l. sequitur §. quod autem ff. de vsucap.*

Quæ principalis conclusio ampliatur etiam in
13 fructibus siue dependentibus ab ipsa re furtiua, vt in partu Ancillæ furto subtractæ, vel in lana ouium furtiuarum, quæ detonsæ fuerant apud furem; Quia vllo modo, nec ipsæ vsucapi possunt, quod etiam procedit, si ex
14 ipsa lana factum est vestimentum, Quia cum substantiam spectemus, vestis, furtiua esset, *l. sequitur §. si ex lana ff. de vsucap.* Secus si ea sit
15 apud bonæ fidei emptorem, quia statim emptoris fit *d. l. sequitur §. de lana ff de vsucap.*

Præscribi neque etiam potest ea res, cuius alie-
16 nationem prohibuit testator *l. 2. C. de vsucap. vbi glo. & Bar. Menoch. conf. 1101. num. 45.* Vel cuius alienatio per pactum prohibita est, vt si alienata sit res alicui, cum pacto ne interim
17 alienetur *l si creditor §. vlt. C. de distract. pignor.*
18 Quam tamen conclusionem declarat procedere *Abb. in cap. cum non liceat. de præscript.* in eo cui res est obligata ex pacto, ne alienetur, nõ autem in eo, qui nihil contraxit, nec cum tali pacto rem accepit *Azor. cit. cap. 20. lit. B. fol. 70.*

Quemadmodum præscribi neq; posse rem em-
19 ptam à prodigo, aut luxurioso, vel lusore scribit *Abb. in cap. si diligenti de præscript.* Quamuis sententiam hanc declarat *Azor. cit. pag. 70*
20 *litt. C.* Vel quando his interdicta fuerat administratio bonorum per *l. qui fundum, & l. qui cleus ff. pro emptore*, Vel si illis interdicta non ferat bonorum administratio, Emptor tamen
21 sciebat eos consumpturos prætium in malũ vsum, ludendo, vel luxuriando, & tunc minimè potest vsucapere *l. si quis cum sciret, & ibi Bart. ff. pro emptore Azor. cit. litt. G. pag. 70.* Inquiens valere contractum, quo quis emit rem
22 ab vno eorum, qui ludunt, quando non putat eum prætium in ludo consumpturũ, Alioquin vsucapere non potest, & multo minus valet
23 contractus, quo vnus lusorum emit rem ab altero lusore *l. vlt. ff de aleatoribus*, quod notatu dignum est.

Præscribere præterea non potest colonus præ-
24 dium sibi locatum à Domino, quia non sibi sed Domino possidet *l. male agitur C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, Menoch. conf. 291. num. 35.* &
25 Dominus quamuis ignorans vel oblitus ciuiliter possidet *l. si id quod. ff. de acquiren. possess.* Antequam verò præscriptio inchoatur neces-
26 se est vt Dominus possessionẽ ciuilem amittat *Din. in reg. act. possessione de reg. iur. lib. 6. Bar. in l 1. C. de seruitutibus ac ample tradit Azor. cit. cap. 20 litt. E. & F. pag. 70. par. 3.* Quamuis contra-
27 rium procedere et in colonia possit perseuerare-

rare colonum probat Gratian. lib.1. discept.for.
cap.152.num.6.
Seruitutes autem non habentes causã perpetuã,
28 aut quasi perpetuam, vt sunt iter, via, actus,
aquæ haustus, & apulsus pecoris ad aquam,
minime præscribuntur l. seruitutes prædiorum,
ff. de seruitut. Vasquez. controu. Ill. cap.84. num.6.
Contrarium vero obseruari in seruitutibus
habentibus causam perpetuam vel quasi, vt
seruitus altius attollẽdi, ædificandi, vel imi-
29 tendi tignum in parietem, stillicidium auer-
tendi in tectum, vel arcam vicini l.1. ff. de seru.
30 vrb. prædiorum; Præscribi possunt l.2 C. de serui-
tutibus, & ample scribit Azor. d. lib p. cap.20. litt.
A. pag.67.
Ius Patronatus pariter in præiuditium Ecclesiæ
libere præscribi minime potest, quando con-
stat Ecclesiam à tali iure esse liberam, idest ab
31 aliquo laico fundatam, aut dotatam non es-
se, Quia est ius Ecclesiasticum, & quasi spiri-
tuale §. quia institut. de vsucap. & post Abb. &
alios multos probat Couarr. d. reg. sine cap. possessor
malæ fidei par.2. §.11. num.p. cum seq. In præiudi-
cium vero laicorum, siue aliorum habentium
ius patronatus in Ecclesia; quam ipsi funda-
32 runt, vel ædificarunt, aut dotarunt, Quia tale
ius Ecclesia laicis tribuat, vt patet ex titulo
de iure patronatus, præscribi potest Menoch.
cons.702. num.105. Cum ex consuetudine etiã,
33 & præscriptione acquiratur ius patronatus
cap. generale de elect. in 6. & cap. querelam de elect.
ac cap. consultat. de iure patronatus; Ex diutina
consuetudine enim nominandi, designandi,
& offerendi clericos, cuius initij memoria
34 apud homines non extat, verisimiliter credi-
tur huiusmodi laicum fundasse, vel ædificas-
se, vel dotasse Eccles. ita vt, ius patronatus
possit esse pœnes laicum, vt ait glo. in d. cap. con-
sultationibus de iure patronatus in verbo credeba-
tur, Vel secundum rei veritatem, Videlicet,
quia fundauerit, extruxerit, vel dotauerit Ec-
clesiã, Vel opinione, & communi voto, quia
videtur fundasse, extruxisse, vel dotasse Eccle-
35 siã probabiliter videtur, vel quia priuilegio
speciali Romani Pontif. tale ius patronatus
habuisse putatur, vt expresse probat Azor cit.
cap.20. litt. E. & F. pag.67. & Menoch. alleg. cons.
701. num.105.
Quod ius patronatus antiquũ probari per scrip-
36 turam antiquam sculptam in lapidibus, co-
lumnis, aut calce tradit Menoch. cons.241. nu.7.
& Mascard. de probat. concl. 959. num.21. Quod
37 etiam per solam famam probari scribit idem
Menoch. cons.218. num.22. & Mascard. loco rel. nu.
19. cum seq. De qua re sacrum Concil. Trident.
38 sess.25. de reform. cap.9. Cum qua fama concur-
rere debere immemorabilem possessionem
inquit Gratian. lib.2. cap.310. nu.80. cum seq.
Et in hac præscriptione in præiudicium, etiam
priuati (non Ecclesiæ) non sufficere solum vi-
detur lapsum longi temporis, cuius initij me-
39 moria apud homines non sit secundum l.p. §.
vlt. ff. de aqua pluu. arcenda, & l. hoc iure §. ductus,
ff. de aqua quotid. æstiua; Sed etiam quod casus
40 præsentandi per tot vices euenerit, vt præs-
criptio induci possit arg. tex. in l. cum notissimi
§. in ijs C. de præscript. 30. vel 40. annor. Vbi Im-
perator Iustinianus seq. vtitur verbis.
In ijs etiam promissionibus, vel legatis, vel alijs obliga-
tionibus, quæ dationem per singulos annos, vel men-
ses, aut aliquot singulare tempus continent tempora
memoratarum præscriptionum, non ab exordio talis
obligationis, sed ab initio cuiuscunque anni, vel men-
sis, vel alterius singularis temporis computari ma-
41 nifestum est; Cum maxime, multum intersit Eccle-
siæ non mutare patronos, ne nouus patronus incom-
modet, & noceat Ecclesiæ, & ne Ecclesia cogatur ha-
bere patronum, quem nollet, vt scribit Azor. cit. lib.
1. cap.23. litt. A. pag.78.
Si enim cursu annorum quadraginta, bis tãtum
euenisset casus præsentandi, obuacationem
beneficij iuris patronatus; Non videtur posse
42 induci præscriptionem per binos actus, Ad
instar seruitutis non habentis causam perpe-
43 tuam, aut quasi discõtinuam all. l. seruitus præ-
diorum ff. de seruitus, & scribit Gratian. lib.4. disc.
forens. cap.681. num.36.
Quamuis per vnicum actum inducta esset pos-
44 sessio præsentandi, vbi effectum habuisset;
45 Cum præsentatio sit fructus iuris patronatus,
qui ad possessorem pertinent cap. grauis de re-
stit. spol. Alb. in cap. cum Eccles. Sutrina sub nu.30.
de causa possess. & propriet. & ibi Socin. num.35.
46 inquit, quod electio est quasi fructus iuris
eligendi cap. in litteris de restit. spol. quam con-
clusionem probat Oldrad. cons.312. & sequitur Dec.
cons.134. num.p. vers. & aduersa, & post Menoch.
cons.1057. num.1. Seraph. decis.1012. nu.1. & Ve-
ral. decis.81. de testibus lib.2. ac Mascard. conclus.
47 1215. num.4. Cum enim nisi bis euenerit casus
præsentandi, non potest cõsiderari præscrip-
tio, quæ tantum locum habet, quando tot
euenerunt casus, quibus vti neglexit patro-
48 nus, vt introduci potuerit præscriptio Bar. in
l. cum scimus num.2. C. de agricol. & cens. lib.11.
Menoch. cons.1120. num.9. & 10. Ad instar præ-
49 scriptionis in annuis præstationibus, in qui-
bus tot considerantur præstationes, quot sunt
anni lapsi, non futuri, vt ample probat Guido
Pap. decis.406. Boer. Decis.336. in fi. Thesaur. quæst.
famil.47. num.9. lib.4. Valasc. decis. siue consultat.
49. num.5. Quidquid in contrarium affirmet
num.6. cum seq. max. num.8. & Gratian. lib.5. disc.
forens. cap.883. num.14. cum seq. & ample probat
Fachin. lib.8. controu. iur. pleno cap.99. & Gail. lib.
2. obseru. 73.
Et si vero aliqui, præscribi posse ius patronatus
50 spacio annorum quadraginta affirmauerunt,
de quibus Mascard. cit. concl.1215. nu.4. & Corn.
cons.47. num.4 lib.3. & Alex. cons.75. nu.50. lib.4.
vt testatur Baldus tract. de præscript. p. par. quintæ
partis. §.9. num.4. Id tamen intelligitur quan-
51 do præscribens habet titulum, qui a sine eo
requiritur tempus immemorabile cẽtum an-
norum,

notum, & vltra, vt explicat Balbus num. 4. & sequitur Anto. de Padilla in repet. l. si quas actiones num. 55. de seruitut. & aqua, Quia licet per non
52 vsum perdatur seruitus, vt in l. si constituta ff. quemadmodum seruit. ammitantur, cap. de quota, & ibi Imol. de praescript. Abb. cons. 206. sub num. 2. circa medium; Attamen talis non vsus, non cō-
53 sideratur respectu vnius tantum actus, sed plurium & plurium, vt de se patet, & elicitùr ex traditis per Abb. citato nu. 2. in cons. 206.
Respectu namque futurarum praesentationum,
54 quarum nondum euenit casus, non potest currere praescriptio l. 1. §. fi. C. de anali except. Cum enim praescriptio extinctiua sit priuatio, quae
55 sine habitu dari non potest l. decem ff. de verb. oblig. & cap. ad dissoluendum de sponsal. impub.; Non potest ea considerari in casibus praesentationum, qui nondum aduenerunt; Conforunt tradita per Abb. in cap. cogere eum. col. 3. de electione, vbi scribit quòd ad probandum praes-
56 criptionem tituli iuris Patronatus requiruntur plurimae praesentationes, & temporis cursus Balb. tract. de praescript. q. 9. num. 8. fol. 90. in 17. tomo tractat. & de annua praesentatione docet Valasc. cit. decis. sine consultatione 49. num. 21.
Et ita alias obtinuisse in Rota Romana, fauore
57 iuris patronatus Insignis Parochialis Eccles. Oppidi à Basilicapetri, mihi restatus est, Am-
58 plissimus Senator Hieronimus à Basilicapetri, cuius viri perspicuam doctrinam, & ingenij acumen summopere commendarunt Sapientissimi illi Auditores, inter quos sedebat Illustriss. Cardinalis Plattus Mediolanensis.
Pro qua sententia stare videtur Tex. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possessor. Vbi summus Pontifex statuit absoluendos esse Canonicos
59 reos cōuentos, quibus spectabat de iure electio Episcopi, nō obstante quòd actores probassent se per tres vices interuenisse electioni Episcopi, ea praecipuè ratione, quòd ob temporis breuitatem praescriptio legitimè non esset inducta, & ibi Abb. num. 30. & n. 41. cum seq. plur. praesertim num. 45. scribit quòd si Episcopus electus vixit per annos quadragin-
60 ta, praescriptio non videtur inducta, quamuis
61 quasi possessio eligendi inducta sit Dec. d. cons. 134. num. 1. in fine, & Socin. in dicto cap cum Eccles. Sutrina num. 143. vbi apertè tradit, quod non
62 sufficiunt tres actus, sed saltem quattuor requiruntur ad praescribendam proprietatem, siue ius eligendi per l. fin. ff. de seruit.
Pro concordia autem opinionum Doctorum inter se pugnantium placet conclusio Abbatis in all. cap. Ecclesia Sutrina sub num. 42. Videlicet
63 quod in iure elligendi, quod habet causam discontinuam requiratur tempus duplicatū per l. si sic constituta ff. quemadmodum seruit. amittantur, Quamuis glo. in cap. in summa 13. quaest. 2. affirmet sufficere ius elligendi habere conti-
64 nuationem aptitudine, Cum quotidie quis sit aptus ad elligendum, si toties vacaret Ecclesia arg. l. foramen ff. de seruit. vrb. prediorum, Maxime, quando seruitus debetur personae non rei, quia tunc adest animus continuans possessionem Abb. sub d. num. 42.
Intelligenda autem venit principalis conclusio, supra firmata respectu praescriptionis trigin-
65 ta, vel quadraginta annorum; Quia vbi de
66 immemorabili & centenaria ageretur, Tunc omnia praescribi certum est, Honded. cons. 79. num. 34. cum seq. Menoch. cons. 2. num. 377. & cons. 606. num. 2. & cons. 1101. num. 44. Atque in specie contra bona Ecclesiae probat idem Menoc. cons. 1050. num. 14. Praescriptio enim immemo-
67 rabilis pro veritate habetur, vt respondit Bal. cons. 337. lib. 2. & seq. Menoch. cons. 701. num. 96. cum seq. plu. Gratian. lib. 5. discep. for. cap. 860. n. 10.
68 Praeterquam in spiritualibus & Sanctis, quae ab hominum cōmertio exemptae sunt, & quae etiam cursu annorū mille praescribi nequeunt per laicos, vt inquit Io. Andreas in cap. 2. de praebendis in 6. quē seq. Azor. cit. cap. 20. lit. C. pag 67. Vbi tantum limitat hanc conclusionem, quā-
69 do res sacra, aut sancta rursus profana effecta esset, veluti si capta fuisset ab hostibus, Quia tunc posset vsucapi per Tex. in l. cum loca, ff. de relig. & sumpt. funer.
Quippe etiam in praeiudicium primogeniti nōdum nati, & aliorum descendentium praescribi spacio centum annorum bona primogeni-
70 turae, & fideicommissi, ac etiam feudalia probat Rol. cons. 3. num. 90. lib. 1. quem sequitur Menoc. cons. 701. num. 102. cum seq. Qui num. 103. ex Currio Seniore, & Socin. Inquit in praescriptione longissima, & immemorabili non con-
71 siderari minorem aetatem, siuè non existentiam, Quod respectu primogeniturae, & maioratus probat etiam Roder. Suarez. in alleg. 3. &
72 Molin. lib. 4. de primog. Hisp. cap. 10. nu. 10. Quidquid in contrarium affirmauit Gabr. cons. 163. num. 16. cum seq. per Menochium reprobatus cit. cons. 702. num. 111. cum seq. plur.
Quam sententiam intelligi etiam de feudis, & alijs iuribus fiscalibus, quae praescribuntur ex
73 immemorabili praescriptione centenaria, dū per Nou. constit. Mediol. cautum fuit in tit. de iure & Priuil. Fisci cap. nulla, quod nulla praes-
74 criptio contra Fiscum allegari possit, nisi sit tanti temporis, Cuius memoria non sit in cōtrarium, Quam conclusionem procedere etiā respectu bonorum quae sunt in patrimonio
75 Principis concludit Menoch. cons. 1096. in fin.
76 Quidquid in contrarium affirmauerit in cons. 291. nu. 135. Hoc idem probare videtur Vasq. contron. Ill. cap. 84. nu. 12. dum inquit, per tempus immemorabile (quod centum annos sal-
77 tem constituit, iuxta tradita per Honded. citat. cons. 79. nu. 34. lib. 1.) acquiri etiam ea quae sola
78 Principis concessione possunt acquiri, siue titulus allegetur; Siue tantum tempus.
Cum enim praescriptio haec resultans ex imme-
79 morabili sit iuris, & de iure Felin. in cap. cum à nobis col. 3. de praescript. Alex. cons. 13. col. 3. lib. 1.
80 Contra eam non admitattur probatio in contra-

*erarium, vt per glo. & scrib. in l. sine possideo C. de probat. Vasquez cit. cap. 84. sub num. 12. vers. denique eum.*

Et in præscriptionibus subducitur tempus belli,
81 Quia eo tempore nulla currit præscriptio *cap. ex transmissa, & ibi Abb. col. vlt. de præscript. Bal. in tr. de præscript. in 2. particula 6. partis princ. num. 3. Menoch. cons. 265. num. 30. cons. 612. num. 7. & cons. 898. num. 31. cum seq. ac cons. 962. num. 45.*
82 *cum seq.* Sicut etiam tempore pestis non currit pręscriptio vt copiosè probat *Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 403. num. 24. & cap. 433. nu. 89.*
83 *& 90.* Quamuis tempus hoc non deducitur in præscriptione immemorabili, & centenaria vt declarat *Thesaur. lun. q. famil. 48. num. 6. & 7. ac num. 10. lib. 4.*

Ad immunitatem autem onerum præscribendā, quattuor concurrere debere scribit *Alex.*
84 *cons. 136. num. 18. lib. 2.* videlicet primo, scientiam & patientiam Communitatis, secundo bonam fidem præscribentis, tertio quod ipse præscribens aliquando fuerit requisitus soluere, quarto, quod sic requisitus recusauerit soluere *Menoch. cons. 887. num. 48. cum plur. seq.*

Et incombere onus probandi ei, qui affirmatiuā
85 prætendit scilicet, vt quis teneatur ad solutionem onerum docet *Crau. cons. 111. num. 11. & clarius Natta cons. 446. num. 14.* Quando præ-
86 tendens se esse immunem, est in statu libertatis, vt declarat *Menoch. cons. 75. num. 8.* qui li-
87 bertatis status liquet ex libro exactoris, Cum is probet quem descriptum esse vel soluisse, aut non soluisse *Festas. de collectis in 3. parte q. 8. num. 29. Mascard. de probat. concl. 976. num. 39. cum seq. & num. 47. Rolan. cons. 92. num. 12. lib. 3. Hector Felic. alleg. 13. num. 6. & 7. par. 3. quos sequit. Genua tr. de script. priu. lib. 5. post qu. 9. tit. Notabilia quædam num. 5. Et faciunt etiam trad. per Pereg. tr. de fideicomm. art. 44. num. 7. quem seq. Genua d. lib. 5. tit. de libro extimi qu p. num. 19.*

Quæ probatio respectu temporis immemorabilis, fieri debet per testes concludentes, com-
88 munem opinionem esse, memoriam non extare in contrarium *Alex. cons. 16. num. 16. vers. nam ad hoc lib. 5.* Et quod huiusmodi opinio
89 communis est, & semper fuerit, & quod ita semper viderunt, & audiuerunt, nec vnquam contrar. *glo. in cap. 1. verbo memoria de præscript. lib. 6.* & docet *Hond. cons. 79. num. 36 lib. 1.* Quid
90 quid in contrarium dissentit *Natta. cons. 656. num. 115.*

*SVMMARIA.*

*Thesaurus differt à pecunia, num. 1.*
*Thesaurus quid sit, num. 1.*
*Pecunia vel aliud pretiosum absconditum sub terra non dicitur Thesaurus si non antiquitus id factum est. num. 2. & 3.*
*Pecunia est quæ coactis innotescit. num. 4.*
*Quæ vero omnibus latet dicitur Thesaurus num. 5.*
*Thesaurus repertus in fundo sit Domini fundi, num. 6.*
*Dominium Thesauri cadit in Domino fundi tum is illud ignoraret, num. 7.*
*Dolus item tantum punitur qui alteri nocet, num. 8.*
*Callidum emptoris factum sibi prodesse non debet nu. 9.*
*Formica & Vulpis naturali instinctu sibi prouident futura alimenta num. 11.*
*Thesaurus inuentori adiudicatur tanquam donum fortunæ, num. 12.*
*Thesauri inuentio dicitur Dei beneficio, num. 13. & 15. & donum Dei, num. 22.*
*Thesaurus inuentor debetur, vt vir melior probriorq;, num. 14.*
*Rescißione contractus non datur ob Thesaurum reperto in fundo vendito, num. 16. & 17.*
*Thesaurus repertus in Sacro aut Religioso loco pro dimidia ad Inuentorem, & pro alia dimidia ad Eccl. spectat, num. 19. & 20.*
*Idem si in fundo, num. 29.*
*Idem si in fundo alieno casu inuentus fuit, num. 23. cum sequenti.*
*Ecclesia melioris conditionis esse debet, quam priuatus. num. 20.*
*Iura antiqua quæ religiosa loca subiacere iurisdictioni temporali disponebant correcta sunt, num. 21.*
*Mobilia clericorum delinquentium ad Eccl. fiscum spectant, cum immobilia patrimonialia dicātur de iurisdictione Principis sæcularis, num. 22.*
*Thesaurus inuentus dedita opera in alieno fundo totus ad Dominum fundi spectat, & inuētor puniendus est pœna arbitraria, num. 25. & 26.*
*Pœna semper arbitraria est Iudici, quando à lege non fuit expressa, num. 27.*
*Thesaurum quærens, & non inueniens non tenetur ad aliquam pęnam, num. 28.*
*Thesauri inuentio arte legitima tantum permittitur, non autem arte magica, num. 31. & 33.*
*Thesaurus repertus in fundis emphyteotic. vel feudali spectat ad habentem vtile dominium, nu. 33. & 34.*
*Si verò repertus fuit per alium dimidia inuentori, alterā vero dimidia Domino vtili spectat, num. 35.*
*Sed si data opera repertus est integer ad Dominum vtilem spectat, num. 36.*
*Domino directi nulla dicitur actio pro Thesauro in fundo reperto, num. 37.*
*Thesaurus repertus in fundo cuius vsufructus legatus est spectat ad proprietarium, num. 38.*
*Thesaurus repertus in fundo dotali pro dimidia ad maritum, & pro alia dimidia ad vxorem spectat, num. 39. & 40.*
*Vir dicitur Dominus fundi dotalis commutabiliter. num. 41.*
*Thesaurus repertus in fundo hyppotecato per creditorem debetur pro dimidia debitori qui est Dominus fundi, num. 43.*
*Ampliatur, num. 44. & 45.*
*Thesaurus repertus in fundo filijfamilias debetur pro dimidia eidem filio famil. num. 46.*
*Qui post Patris mortem non tenebitur communicare fratribus, num. 47.*
*Thesaurus repertus per canem, vel suum fodientem pro dimidia debetur Domino canis, vel suis, num. 48.*
*Thesaurus sit illius qui primo illum apprehendidit*

non

*non qui primo vidit, num. 49. & 51. cum seq.*

*Inuenire propriè est per apprehensionem, num. 50.*

*Thesaurus dicitur pecunia antiquitus abscondita cuius memoria non extat & ei Dominus ignoratur, nu. 53.*

*Thesaurum esse affirmans probare debet, num. 54.*

*Pecuniæ qualitas docet an sit Thesaurus necne, idest si ea non agnoscatur, num. 55. & 56.*

*Decisio in foro Papiensi, & pecunia restituta Domino fundi, cum cognosceretur pecunia, num. 57.*

*Emptor tenetur ad restitutionem pecuniæ repertæ in domo empta ipso venditore, num. 58.*

*Idem in pecunia consumpta in veste empta, num. 59.*

*Nisi ex certa scientia facta etiam venditore, num. 60.*

*Emptor massa argenti reperti quod postea fuit, non tenetur versus Dominum fundi nec fiscum in quo fundo repertum fuerat si bona fide emit, nu. 61. cum seq.*

*Pretium succedit loco rei, si illud habens, habeat ex causa lucratiua, num. 63.*

*Pretium exactum ex re hypothecata in subsidium obligatum est creditori, num. 64.*

*Si tamen pretium illud est apud creditorem ex causa lucratiua, num. 65.*

*Thesaurus perpetuo fuit in templo Dei quem Gazam vocat D. Gregorius, num. 66. & 68.*

*& Gazofilatum vocatur locus in quo Thesaurus conseruatur, num. 67.*

*Thesaurus templi continebat diuersa vasa, & etiam clypeos donatos à Salomone, num. 69.*

*Aclanecas, & supillas aureas quas Dauid à Rege Sofone habuerat, num. 70.*

*Thesaurum in templis suis Ethnici habere consueuerunt, & muti sunt, num. 71.*

*Pompeius Magnus capta Hierosolyma, abstinuit à Thesauro templi, qui constabat duobus millibus talentis, num. 72.*

*Talentum sexcentis aureis nummis constabat, num. 73.*

## Thesaurus repertus in fundo vendito cui spectat.

## CAP. CIIIIC.

PAVLVS I. C. *in l. numquam ff. de acquir. rerum Dominio*, deffinit, quid sit Thesaurus, & quid sit
1 pecunia, cuique spectet Thesaurus inuentus ac cui pertinet pecunia his sequentibus præcisis verbis.

*Thesaurus est quadam vetus depositio pecuniæ cuius*
1 *non extat memoria, Cum iam Dominum non habeat, sic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid, vel lucri causa, vel metus,*
2 *vel custodia condiderit sub terra, non est thesaurus, cuius etiam furtum fit*, Quam deffinitionem sequitur, etiam Iustin. Imper. *in l. vnica C. de Thesaur. lib.* 10. Hinc scribit Io. Guidius *tr. de mineralibus par. 3. tit. de Thesauris in princip.* Quod
3 vniuersæ monetæ, & pecuniæ vna pars est in vsu, & notitia hominum, Altera est hominibus
4 omnino ignota, Quæ cunctis innotescit, pecuniæ nomen retinuit, Quæ latet omnibus, est
5 dicta Thesaurus, & Thesaurum dici iuxta græcam proprietatem, à positione hoc est à reposito vt inquit *Isidor. in ethim. lib. 16. cap. 17. quem refert Guidius loco relato.*

Vendito autem fundo, in quo emptor inuenit Thesaurum, Quæritur ad quem spectet Thesaurus, an ad emptorem, an autem ad venditorem; Pro cuius dubij dilucidatione distingui debet inter emptorem scientem Thesaurum ibi reperiri absque Domini fundi scientia, & alium emptorem ignorantẽ, & casu, siue forte fortuna Thesaurum reperientem.

Nam primo casu licet de iure communi spectare
6 videatur ad emptorem fundi, cum in proprio fundo inuenerit Thesaurum, nec venditor de dolo obijcere possit, cum in nulla re sua fraudatus sit, quia Thesaurus non erat suus, neq;
7 eius dominij, aut possessionis, Cum nesciret in fundo esse *l. 3. ff. de acquir. possess. concor. tit. de Thesaur. litt. F. fol. 142. à tergo, & tradit Guidius d.*
8 *tit. 10. num. 7.* Isque dolus tantum vendicatur legibus, qui alteri damnosus est, vt inquit *Vlp. in l. iurisgentium ff. de pactis*, his verbis, *Inest enim dolus, & fraus idest dolus qui consideratur à lege, fraudem in se vt contineat necesse est, alterique damnum afferat*; Itaque dolum emptori obijcere non potest venditor, quo non est aliqua ex parte bonis eius imminutus.

De ÆQVITATE tamen (quæ in omnibus
9 rebus requiritur, vt inter bonos bene agatur, & sine fraudatione) callidum emptoris factũ eidem prodesse non debet, potiùsq; id perinde habẽdum est, ac si in alieno fundo Thesaurum reperisset, vt emptori venditorique partem tribuatur, videturque iam venditorem Thesaurum inuenisse, cum adhuc fundus eius diceretur, etiam si postea comparato fundo illum deprehenderit emptor, vt concludit *Conan. lib. 3. comment. tit. 4. de Thesaur. cap. 4. lit. K. fol.* 142. Qui affirmat ita ipsum fore iudicaturum, si huiusmodi controuersia incidisset.

In secundo autem casu inuentoris fit Thesaurus
10 cuius ostendi non potest Dominus, idest is, qui illum in abscondito asseruauit in futurũ, ad instar formicæ, & vulpis, quæ animalia na-
11 turali instinctu prouident sibi futura alimen-
12 ta, & ipsi inuentori adiudicatur tamquam donũ aliquod fortunæ, vt inquit Trifonius I. C.
12 *in l. si is qui, ff. de acquir. rerum dominio*, Quæ in-
13 uentio ab Imperatore in *d. l. vnica C. de Thesau. lib.* 10. Dei beneficium vocatur, Idcirco ipsi emptori adiudicatur, Non quia inuenerit, Sed
14 quia vir melior probiorq; habeatur vt inquit Apolonius, dum censebat in huiusmodi lite, dãdum esse Thesaurũ, ei qui moribus, & probitate alios superaret, Quod magis digno tã-
15 tum Dij beneficium conferre voluisse videantur, vt refert Conan. *cit. cap. 4 lit. H fol. 142. à ter.* Quã sententiã sequitur Rebuff. *ad constit. Regn. tit. de resciss. contr. art. vnico gl. 15. n. 30.* vbi probat non

16 non dari reſciſſionem contractus ob inuen-
tionem Theſauri factam in fundo vẽdito, per
emptorem, ea præſertim ratione, quod ſicuti ſi
res fuiſſet diminuta poſt emptionem, hoc em-
17 ptori s periculo cederet *l.p.ff.de peric.& comod.
rei vend.* Ita ſi ea aucta fuit per inuentionem
Theſauri, vel aliter dicendum eſt.

Et ÆQVITATEM naturalem ſequitũ cau-
tum hoc fuiſſe per Imperatorem Adrianum
habetur in §.*Theſaurus inſtit. de rerum diuiſione*,
18 vt ſcilicet Theſaurus in ſuo loco inuentus, ef-
ficiatur inuentoris, idemque ſtatuiſſe, ſi for-
tuito caſu in ſacro aut religioſo loco inuen-
tus. Idemque ſtatuiſſe habetur in eodem
§.*Theſaur. & in glo.in cap.ſi quid inueniſti* 14. *q.* 4.
Quamuis ex diſpoſitione *text. in l.p.* §.*fin. ff. de*
19 *iure fiſci*, medietas debeatur inuentori, & alia
Fiſco cuius loco ſuccedere Eccleſiam probat
*Angel. Aret. & Port. in d.§. Theſauros inſt. de rer.
diuiſ. quam ſententiam amplectitur Io. Guidius d. tr.
de mineral. tit.* 10. *de Theſaur. nu.* 34. *cum ſeq. lib.* 3.

20 Vbi ſubijcit deterioris conditionis eſſe non
debere Eccleſiã, quam priuatum, Imò melio-
ris iuxta *tit. fin. in vſibus feudorum*, Et antiqua
iura de religioſis locis loquentia quæ Impe-
21 ratoris iuriſdictioni ſubiacebant, correcta eſ-
ſe probat *Caualc. deciſ.* 15. *num.* 2. *de contr. par.* 2.
Vbi etiam tradit Eccleſiam habere Fiſcum,
Cui bona mobilia Clericorum delinquentiũ
22 applicantur, Cum immobilia patrimonialia
dicantur de iuriſdictione Principis ſecularis,
& ad eius fiſcum pertineant *Boſſ. tit. de bono-
rum publicat. num.* 64.

Si autem in alieno loco non data opera, ſed for-
tuito caſu, id cõtingerit, dimidiam Domino,
23 alteram dimidiam inuentori deberi ibidem
24 habetur, Quia qui colit, & arat mandato, aut
nomine Domini ÆQVVM videtur, vt eius
inuenti partem Domino concedat, cuius fa-
cto, atque opera effectum eſt quodam modo,
vt Theſaurum repererit *d. l. vnica C. de Theſaur.
lib.* 10.

Vbi vero ignorante Domino ſtudioſè Theſaurũ
25 quis perquiſiuerit, quia fecit quod non licet
facere in alieno, totus Theſaurus Domini eſt;
inuentor vero nihil habet, qui pœna dignus
eſt potius quã præmio *cit. l. vnica ff. de Theſaur.
lib.* 10. *Conan. alleg. cap.* 4. *litt. B fol.* 143. *Io. Guidius*
26 *d. tit.* 10. *num.* 36. Quam pœnam extraordinariã
eſſe, & ſic arbitrariam probat idem Guidius
*n.* 53. Cum arbitraria ſemper ſit pœna, quando
27 à lege non fuit expreſſa *l. ſacrilegij ff. ad l. iul. pe-
cul & dicit Io. de Platea in d. l. p. in fine C. de The-
ſaur. lib.* 10. Si tamen quis dedita opera quærit
28 ſed non inuenit Theſaurum non committit
pœnam, vt ſubiicit ibidem *Guidius num.* 54.

Et ſi in loco ſiue fundo Principis fortuito inue-
29 nitur Theſaurus pro dimidia inuentori, pro
altera dimidia ad Principem ſpectat vt caue-
tur *per l. vnicam. C. de Theſaur. lib.* 10. *ac* §. *The-
ſauros inſtit. de rer. diuiſ. & probat Conan. cit. cap.
4. litt. A. fol.* 142. *qui litt. C.* ſcribit idem proce-
30 dere in Theſauris inuentis in ſepulcris priua-
torum.

Quæ inuentio Theſauri fieri debet arte legiti-
31 ma, etiam in proprio fundo. Non autem arte
Magica, quæ eſt reprobata *l. p. & per totum tit.
C. de malefic. & mathem. & in cap. p. de ſortilegijs*;
32 Namque cum Theſauri inuentio ſit donum
Dei *d. l. p. C. de Theſauris*, Sordidis artibus ma-
culari non debet, vt ibidem notat *Bar. & Io. de
Platea, ac ſequitur Io. Guidius cit. cap.* 10. *num.* 8.
*cum ſeq. num.* 45.

Vbi autem fundus, in quo repertus eſt Theſau-
rus ſit feudalis, aut emphiteoticus, hæſitant
ſcribentes cuinam acquiratur, an ſcilicet Do-
mino directa, vel vtili, & communis eſt con-
33 cluſio ſpectare Theſaurum ad habentem vti-
le dominium, ſi is illum inuenit, vt concludit
*Azo. in ſumma d. tit. C. de Theſaur. lib.* 10. Cum
enim habeat vtile Dominium, dicitur inue-
34 nire in ſuo emphiteuta, ſiue feudatar. quia
emphiteuta dicitur Dominus per *tex. in l. poſ-
ſeſſores C. de fund. patr. lib.* 11. Si vero per alium
inuentus fuit fortuito Theſaurus in fundo
35 emphiteotico ſeu feudali, Tunc dimidia ad
Dominum, vtilis, Altera vero dimidia ad in-
uentorem ſpectat, etiam ſi eſſet Dominus di-
recti, Si vero data opera repertus fuit The-
36 ſaurus, integer ad Dominum vtilis ſpectat, vt
poſt alios copioſè probat *Guidius cit. tit.* 10. *nu.
12. num.* 17. *&* 18. *ac* 19. *Caualc. deciſ.* 15. *num.* 4. *de
contr. par.* 2. *& nouiſſimè concludit Gratian. lib.* 3.
*diſcept. forenſ. pleno cap.* 453. *præſertim nu.* 5. *&* 23.
37 *cum ſeq. plur.* Vbi num. 26. probatur non dare
actionem de dolo Domino directi nec reme-
dium *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* quando emphiteuta
ſciens Theſaurum eſſe in fundo illum in em-
phiteuſim à Domino ignorante accepit, mox
Theſaurum inuenit.

E contra vero Theſaurus inuentus in fundo cu-
38 ius vſusfructus alicui fuit legatus ſpectat ad
proprietarium, non autem ad vſufructuariũ;
Itaut ſi vſufructuarius fortuito inueniſſet, di-
midium tantum conſequitur, ad inſtar cuius-
libet extranei, aliaque dimidia ad proprieta-
rium pertinet *Io. de Platea in d. l. p. in fine* 1. *col. C.
de theſaur. lib.* 10. & ibi *Accur. per l. ſi is qui in alie-
no* §. *quod ſi ſeruus ff. de acquir. rer. dominio, Socin. in
rubr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. tr. p. art.* 5. *qu.* 5.
*verſ. quintus caſus quos ſequitur Io. Guidius ſæpius
cit. tit.* 20. *num.* 21. *Caſſan. ad conſuetud. Burg. tit. de
inſt.* §. *p. ſub nu.* 16. *& Caualc. all. deciſ.* 15. *ſub n.* 4.
*de contract. par.* 2. *& Petr. Gregor. ſintag. iur. lib.* 3.
*cap.* 11. *num.* 4. *de Theſaur.*

Idcirco, ſi maritus in fundo dotali inuenit The-
39 ſaurum, eius dimidiam ad vxorem reſtituere
tenetur, Quia ratione rei debetur vxori Do-
minæ, cui fundum ſoluto matrimonio reſti-
tuere pariter tenetur *Bar. in l. diuortio* §. *ſi fundũ
ff. ſol. matrim. & ibi Iaſ. in vlt notab.* Quam ſen-
tentiam amplectitur *Guidus cit tit.* 10. *num.* 22.
40 Ea ratione quod acquiſitio Theſauri cauſa-
tur, & regulatur à vero Domino non commu-
tabili,

tabili, Non autem à Domino commutabili,
prout est in Viro, qui Dominus est fundi do-
talis commutabiliter *l. doce ancillam C. de rei*
*vindic.*, Et ideo restituet Thesaurum soluto
42 matrimonio pro dimidia tanquam inuentum
in alieno *d. l. diuortio §. si fundum. ff. sol. matrim.*
*Socin. in cit. qu. 5. vers. sextus est casus.*

Idem procedit in creditore, qui in fundo sibi
43 hypotecato Thesaurum inuenit, Quia respe-
ctu partis spectantis Dño fundi debetur de-
bitori, qui est Dominus, non ipsi creditori, vt
tenet *glo. in d. l. p. C. de Thesaur. lib.* 10. *& in d.*
*§. Thesauros inst. de rerum diuis. Cassan. ad consuet.*
*Burg. tit. des iustes §. p. nu.* 16. Quod etiam in-
telligitur, quando creditor prædium pigno-
44 ratum iure dominij impetrauit, Et ante trã-
sactum tempus biennij in quo debitor potest
pignus redimere, Thesaurum inuenit, Quia
si pignoratum fundum redimit debitor intra
dict. tempus, sibi debetur etiam Thesaurus;
45 Transacto vero tempore spectat ad creditorẽ
*tex est singularis in d. l. si quis in alieno §. finali ff.*
*de aquir. rer. Domin. Io. de Platea in cit. l. p. C. de*
*Thesaur. lib.* 10. *Guidius in all. tit.* 10. *num.* 23.

Prout hoc idem locum habet in filio familias in-
ueniente Thesaurum, qui proprietatem sibi
46 aquirit, Patri vero vsufructum *toto tit. C. de*
*bonis quæ liber. & tit. C. de bonis maternis*, Et post
Patris mortem non tenebitur huiusmodi in-
uentor communicare Thesaurum fratribus *l. fin.*
47 *C. de collat. Guidius sapius all. tit.* 10. *nu.* 39.

Si vero Thesaurus inuentus fuerit per Canem,
aut Surcem fodientem, Tunc aquiritur pro
dimidia Domino Canis siue alterius Bestiæ,
48 alteraq; dimidia Domino fũdi spectat, vt pro-
bat *Florian. de Sancto Petro in l. Statuæ ff. de vsufr.*
*quem sequitur Io. Guidius cit. tit.* 10. *nu.* 44.

Nec sufficit quem primo vidisse Thesaur., vt
eum aquirat, sed necesse est, vt illum etiam
49 apræhendat, intantum, quod si vnus primo
vidit Thesaurum, deinde alius illum apræ-
hendidit, sit illius qui apræhendidit, & sub
custodia posuit *glo. in d. l. 1. C. de Thesaur. lib.*
10. *per l. 3. §. Neratius ff. de acquir. possess. quam*
*sententiam sequitur Alber. & Bal. in l. item lapilli*
*ff. de rer. diuis., & ibi Cyn. & in l. licet C. de acquir.*
*possess.* Cum inuenire propriè sit per apræhen-
50 sionem *l. si barsatorum C. de fideiuss., l. p. C. de The-*
*saur. lib.* 10., *& l. nunquam §. Thesaurus ff. de*
*acquir. rerum dominio Bar. in l. p. qu. 4. ff. de acquir.*
*possess & post alios multos Socin. in d. rubr. de causa*
*possess. & propriet. tr. p. art. 5. qu. 4.* Qui scribit,
51 quod licet *glo. in d. l. p. allegetur in contrarium*,
Tamen hanc conclusionem comprobat, cum
& si loquatur alternatiuè adhereat nihilomi-
nus huic sententiæ, quod requiratur appræ-
hensio *Cassan. d. tit. des instices in tex. ibi Adue-*
*nes, & trouenes sub nu. p.* vbi tradit, quod verbum
inuenire requirit appræhensionem, & captio-
nem, quem sequitur *Guidius in tit.* 10. *nu.* 45. *in*
52 *fi. & num.* 46. Quidquid in contrarium, affir-
mare videatur *glo. in l. numqnam §. Thesauros*,
*ff. de acquir. rerum domin. & in l. p. § p. ff. de acquir.*
*possess. ac in l. item lapilli ff. de rerum diuis. & in §.*
*Thesauros instit. eodem tit.* Vbi videtur thesaurũ
quæri primo videnti; Nam communior & ve-
rior est superior sententia ex allegatis.

Difficultas non leuis in eo etiam versatur; quã-
do pecunia inuenta dicatur Thesaurus, Aut
potius pecunia, cum appellatione thesauri ve-
53 niat tantum pecunia antiquitus abscondita,
cuius memoria & Dominus ignoretur, vt di-
ximus suprà ex Paulo in *l. numqnam ff. de acquir.*
*rer. Dominio. Pet. Gregor. lib. 3. syntag. iuris cap.* 12.
*sub num. 2. vers. Thesauri nomen*, Et hoc casu affir-
54 mans esse thesaurum probare tenetur, Quia
actori incumbit onus probandi cum sit fun-
damentum eius intentionis *iuxta l. actor C. de*
*probat.* Sed in hoc animaduertendum etiam
55 docet Socin. loco rel. q. 8. ad qualitatem pe-
cuniæ inuentæ, videlicet, vtrum sit antiqua,
An verò sit noua, quæ à decem, viginti, vel tri-
ginta, aut quadraginta annis citrà fuerit for-
mata; Quia de necessitate his stantibus, con-
cludendum foret non esse proprium Thesau-
rum; secus si ibi esset pecunia sola, quæ fuisset
56 formata tam antiquo tempore, cuius non ex-
tat memoria, vt alias se consuluisse in oppido
S. Miniati testatur *Io. Guidius tit.* 10. *num.* 48. *&*
49. *& inquit Caualc. d. decis.* 15. *num.* 16. *de contrac.*
57 *par. 2. alias decis.* 61. Vbi ita fuisse iudicatum
Papiæ, & restituta pecunia Domino domus
scribit.

Quæ conclusio adeo vera est, vt si emptor domus
inueniens pecuniam recõditam in muro do-
mus, quæ fuerat ibidem recondita per vendi-
58 torem, siue per eius patrem, Non efficitur ip-
sa pecunia emptoris, sed venditoris. Vendita
enim domo, non censetur vendita siue alie-
nata pecunia in muro domus abscondita, ca-
sus est *in l. à tutore & ibi Bar. & Bal. ff. de rei vind.*
*Socin. in all. qu. 5. vers. item casus quem seq. Guidius*
*sæpius all. tit.* 10. *num.* 25. *&* 26. *cum seq.* Qui nu.
59 30. tradit idem procedere in pecunia reperta
consuta in veste vendita, cum non censeatur
vendita dicta pecunia *arg. l. p. ff. de his qui in te-*
*stamento deb. Caualc. d. decis.* 15. *n.* 15. Secus autem
60 si ex certa scientia vendita fuisset domus, si-
ue vestis, Et nihil reseruatum, quia tunc ad
emptorem spectaret, vt sentit idem Guidius
*in tit.* 10. *num.* 27. *& ex Bar. probat Cassan. in consuet.*
*Burgund. rubr. de iustit. § p. num.* 15. *arg. l. 1. ff. de his*
*qui in testam. deb. & d. furt. sup. in principio.*

Si autem is, qui Thesaurum inuenit vendidit
campsori, qui illum fudit & vendidit, vtrum
non existente soluendo ipsi inuentori, siue
venditori thesauri, possit vel Procur. Cæsaris
(si ad Fiscum pertinebat Thesaurus) vel Do-
minus fundi, (si ad eum spectabat,) agere con-
tra campsorem ad precium redactum ex ar-
61 gento vel auro fuso; Et negatiue respondit
Thomas Doctius *in l. si eum seruum ff. si cert. pet.*
Quia campsor fuit, siue censetur fuisse in bo-
na fide, & habet illud pretium ex causa one-

62 tosa, & sic non lucratur cum iactura alterius,
*Guidius cit. tit. 10. num.* 40.
Pretium enim succedit loco rei, si is qui habet
precium habeat illud ex causa lucratiua; secus
63 ex causa onerosa, vt notatur *in l. mater de rei*
*vindic.* Ex quo limitatur *glo. in l. prima ff. de di-*
*stract. pignor.* qua habetur pretium exactum
64 ex re hypotecata in subsidium esse obligatũ
creditori pro qua glo. allegatur *Tex. in l. fin. §.*
*licentia, C. de iure delib.* Quia illa glo. verum di-
cit, quando pretium est apud creditorem ex
65 causa lucratiua; Secus si ex causa onerosa *glo.*
*& Bar. in d. l. 1. ff. de distr. pig. & Doct. in d. l. mater*
*C. de rei vind.* & amplè probat *Guidius cit. tit.* 10.
*num.* 41.
Cæterum Thesaurum fuisse perpetuo in templo
Dei, varijs & prætiosis muneribus, oblationi-
bus, vestibus, vasis, & pecunijs conflatum, &
66 conseruatum, quem Gazam vocauit D. Gre-
gor. *in cap. 3. de offic. Archid.* Et idcirco Ga-
67 zofilacium vocari locum in quo huiusmodi
Thesaurus asseruatur tradit Suidas, quem re-
fert Petr. Gregor. *lib. 15. sintag. iur. tit. 39. de Of-*
*ficiarijs Eccles. nu. 6. par. 1.* Hinc Iosue decretum
fecit, quod quidquid auri, & argenti esset, &
68 vasorum aureorum, & ferri Domino conse-
craretur repositum in Thesauris eius; & in
tertio Regum legitur fuisse inter Thesauros
69 Dei clypeos dono oblatos à Salomone quos
inuenit Sesac Rex Ægypti, & euexit; Additq;
Ioseph *lib. 8. antiquit. cap.* 10. lanceas aureas, &
70 sagittas aureas, quas sumptas à Rege Sophone
Dauid Deo dedicauerat, & vasa aurea, & alia
suppellectilia ad fuisse in templo, quæ refert
Historia Machabæorum *lib. 1. cap. 1.*
Et hanc ipsam habendi thesauri consuetudinem
in templis suis ethnici imitati sunt; Multa
enim Dijs suis vel melius Idolis suspenderũt
ex manubijs hostium, ex victorijs tum ex vo-
to, tum ex largitione, à quibus omnibus qui
Dei numen aliquando olfacerant, nihil etiam
inimico, & hostili impetu cladis inferentes
delibabant; scribitque Iosephus Pompeium
Magnum, post captum templum Hierosoly-
72 morum Sanctè à duobus millibus talentorum
in Gazofilazio Templi inuentorum abstinuis-
se, vt refert Pe. Greg. *d. cap. 39. nu. 6. per totum*
73 *lib. 15. par. 1.* Talentum vero sexcentis aureis
nummis constare notum est, & tradit Cicero
pluribus in locis.

## *SVMMARIA.*

*Separatio bonorum vtilis valde, & frequens est, nu. 1.*
*Separatio bonorum ad quorum instantiam facienda sit, num. 2. & 6.*
*Hæres repræsentat personam defuncti num. 3.*
*Quippe eadem persona dicitur num. 4.*
*Aditione hæreditatis confunditur patrimonium hære-dis cum bonis hæreditarijs num. 5. 36. num. 136. & 138.*
*Creditores hæreditarij non possunt impetrare separa-tionem bonorum sed tantum creditores hæredis, num. 6. 7. & 8.*
*Separatio bonorum conceditur septem concurrentibus de quibus, num. 10. cum seq. plur.*
*Separatio bonorum peti potest per creditores hæredi-tarios etiam lapso quinquennio si pendebat lis super credito, & cæpta fuerat cum ipso principali debito-re exinde mortuo, num. 12.*
*Inuestitura feudalis licet intra annum peti debet tamen lite pendente non currit tempus ipsum, num. 13. cum sequenti.*
*Decretum Sen. Taur. in ea materia, num. 15.*
*Creditores defuncti anteriores præferuntur creditor. hæreditatis, num. 16.*
*Creditor defuncti si est chirografarius tamen impetran-da est separatio, alias potior erit creditor hæredis, num. 17.*
*Separatio bonorum non fit, quando lis est inter legata-rios, & creditores cum creditores sint potiores, num. 18. & 44.*
*Separationis beneficium non prodest si ea non fuit peti-ta, & obtenta, num. 19. & 137.*
*Separatione bonorum non facta præferuntur creditores anteriores nulla facta distinctione quod sint heredi-tarij vel hæredes quia tunc omnes dicuntur credito-res hæredis, num. 20 22. & 30.*
*Hæreditas adita sine beneficio separationis vel inuenta-rij dicitur patrimonium hæredis, num. 21. & 37.*
*Decisio Senatus Mantuani in ea materia num. 24.*
*qua declaratur num. 50.*
*Iura plura vbi deueniant in personam vnius, tunc vnũ-quodque retinet propiam naturam, & consideratur de per se, ac si duæ essent personæ, num. 25.*
*Separatio fit etiam de se mouentibus, num. 26.*
*modo id fiat intra quinquennium à die additionis, num. 27.*
*Separatio non habet locum inter creditores legatarios, num. 28.*
*Separatio probanda est vti quid facti num. 29. & 187.*
*Creditor hæreditatis qui separationem non impetrauit, dicitur quod secutus est fidem hæredis, num. 30. 35. & 53. & num. 139. cum seq. & num. 161.*
*Nouandi animo sequutum fuisse fidem hæredis credito-rem dicitur, si pignus ab eo recepit num. 31. & 54.*
*Separatio vbi petita non fuit à creditore peti ea non potest ab eius hærede num. 32.*
*Separationis beneficium dicitur subsidiarium, num. 33.*
*Auctor is iudicium in ea materia, num. 34.*
*Additio hæreditatis dicitur confundere actiones defun-cti, & hæredis. num. 36. & num. 136. & num. 138.*
*Legatarius hipothecã tantum habere dicitur in bonis defuncti si satisfactis creditoribus aliquid superest, num. 39.*
*& num. 80. cum seq. plur.*
*Legatum nullius est effectus quando imminet æs alie-num, num. 40. & 47.*
*Contrarium, num. 162.*
*Creditores, & hæreditarij possunt auocare à legatario quidquid eis fuit solutum per hæredem, nu. 41. & 46. cum sequenti.*
*maxime si hæredes non est soluendo, num. 59. 60. & 63.*

Lega-

*ſiue vix ipſis comixtis num.145.*

*Creditores hæreditarij non poſſunt tangere bona hæredis, ſed è contra creditores hæredis tangere poſſunt bona hæreditaria num.146.& 148.cum ſeq.*

*Lucrum quod facit debitor obligatum dicitur verſus eius creditore num. 147.*

*Alienam rem obligare quis non poteſt nu. 150.*

*Separationis beneficiũ principaliter introductum fuit fauore creditorem defuncti num.151.cum ſeq.*

*& ſic impetrari non poteſt à creditoribus hæredis num.153.*

*Creditores hyppotecarij hæredis præferuntur creditoribus defuncti non facta ſeparatione nu.154.& 179.*

*Iuramentum in inſtrumento vim habet ſupplendi defectus ſolemnitatis in eo quod erat poſcitendum num. 156.*

*Contrarium verius num.157.*

*Iuramentum æquiparatur clauſulæ omni meliori modo num.158.*

*Clauſula omni meliori modo declaratur num.159.cum ſeq.*

*Legatarius conuenire non poteſt à creditoribus hæreditarijs niſi agatur de legato hæreditatis nu.166.*

*Legatarius dotis agere videtur de damno euitando, non de lucro faciendo num. 170.*

*Dotis priuilegia ad filias tranſit num.171.*

*Hyppotecaria in re ſequitur perſona num.175.*

*Creditor agit circa legatarius cum fuit ſatisfactum conditione indebiti, quando prętium illi fuit ſolutum num.176.*

*vel res tradita vlterius non extabat num.177.*

*Nihil reddere compellitur qui ſuo comodo vigilauit num. 178.*

*Inuentario facto dicitur inducta ſeparatio à iure, ſi non ab homine num.180.*

## Iudicium ſeparationis bonorum quo pacto & quibus concedatur.

## CAP. CIIIC.

1 BOnorum ſeparatio, vtilis valde eſt, & frequens ad euitandam bonorũ hæreditariorum commixtionem vt ſcribit Sen.Bell. *tractat.de his quæ in cont. fiunt cap.*104. *nu.*1.*lib.*2. Ad cuius inſtantiam ergo fieri debeat ſeparatio, ex Iudicis decreto aliquando, ambigitur. Cum prima facie, tum ad inſtantiam creditorum defuncti ſiue hereditarios, tum creditorum
2 ipſius hæredis fieri poſſe videatur, eo quia omnes hæreditatis creditores dicantur, eſto quod hæres reppræſentat perſonam defuncti
3 debitoris §.1.*in Auth.de iure iur.à moriente praſt.* & dicitur eiuſdem iuris *l. hæredem ff. de reg.iur.* & amplè probat *Surd.deciſ.*310.*nu.*2.*ac Theſaur.*
4 *qu. famil.*55.*ſub num.*20.*lib.*3. Quippe ſit hæres eadem perſona cum defuncto, & per additio-
5 nem confundatur teſtatoris patrimonium, & fiat vnum, & idem cum patrimonio hæredis, *l.debitor C. de pact.l. ſtatium §. additio ff. de ſolut.* *cum alijs adductis per Surd.cit.deciſ.*310. *num.*10.

De AEQVITATE tamen ad inſtantiam tantum
6 creditorum defuncti, ſiue eius hæredis fieri debere reſpondit Vlpianus *in l.*1.*ff.de ſeparationibus*; Vt ſcilicet hæreditaria bona ſeparentur à bonis hæredis, quod AEQVISSIMVM eſſe ibidem decernit idem Vlpianus. Ne creditores hæredis ſe impediant in bonis hæredita-
7 rijs in præiuditium creditorum hæreditariorum: E contrà verò hæreditarijs creditoribus id non licet, quos onerare potuit eorum debitor, adeundo hæreditatem, quæ ſoluendo non eſt; Sibique imputandum tradit I. C. qui cum
8 tali contraxerit, niſi fraudulenter, & dolosè egiſſet huiuſmodi debitor vt excipit ibidem I.C. & tradit *glo. litt.A. in verbo quod non facile.*

Et hanc ſententiam de AEQVITATE procedere docet Anton.Oliban.*tr.de action.part.*2.*lib.*1. *cap.*14.*num.*54.*fol.mihi* 242. vbi ſubijcit non in
9 omnibus caſibus concedendam eſſe bonorum ſeparationem, Sed arbitrio Prætoris qui cognoſcit an id conueniat necne, ſeptem prę ſertim concurrentibus.
10 Et primo, quod ab hærede non nouauerint creditores. Secundo, quod bona hæreditaria mixta non ſint, cum bonis hæredis. Tertio, quod hæredis fidem non ſint ſecuti. Quarto, quod vſuras ab eo non acceperint. Quinto,
11 quod lapſum non fuerit quinquennium. Sexto, quod creditores caſtrenſis peculij non ſint. Vltimo, quod hæres bona hæreditaria non vendiderit vt explicat *Acur. in l.*2. *C.de ſeparat.verbo cauſa cognita, & ſequitur Oliban. dicto cap.*14.*ſub nu.*54.

Peti etiam poteſt ſeparatio hęc per hæreditarios
12 creditores poſt lapſum quinquennij, ſi pendebat lis ſuper credito, & cæpta fuerat cum ipſo principali debitore exinde mortuo, cum pendente lite, tempus ſeparationis petendæ dicatur ſtare in ſuſpenſo, vt dicitur de inueſti-
13 tura feudi, quę licet intra annum peti debeat; Tamen, lite pendente, non currit tempus ip-
14 ſum, cum res dicatur illiquida *arg. l. penult.ff.*
15 *de confeſſis*, & ita bis cenſuiſſe Senatum Taurinenſem teſtatur *Theſaur. qu. famil.*55.*ſub n.*8. *lib.* 3. *quem ſequitur Senator Bell. tract. de his quæ incontin. fiunt cap.*104.*num.*3.*lib.*2. vbi num.5. diſtinguit, quod ſi lis eſt inter creditores, hęredis, & creditores defuncti, ſiue hæreditarios, & omnes nituntur hyppotheca, non eſt agendum de ſeparatione, cum creditores defuncti
16 anteriores præferantur *Theſaur. d.quæſt.*55.*n.*6. *lib.*1.

Si verò creditor defuncti eſt tantum chirographarius, & tunc impetranda eſt ſeparatio,
17 alioquin potior erit creditor hæredis, vt cõcludit *Sen.Bell.loc.rel.ample Surd.plena deciſ.*310 *num.*4. Si autem lis eſt inter creditores, & le-
18 gatarios, non eſt de ſeparatione agendum, cum creditores ſint potiores legatarijs *l.quoties ff. de ſeparat. ac l.ſi vniuerſa C. de legatis, latè Franch.deciſ.*246.

Quod

Quod separationis beneficium nullo modo
prodest, si separatio non fuit, petita, & obten-
19 ta, cum ea cessante cessat etiam fauor separa-
tionis *cap. cum cessante de appell.*
Et non facta separatione, præferuntur credito-
20 res anteriores nulla facta distinctione, quod
sint hæreditarij creditores, vel hæredis cre-
ditores. Cum omnes eo casu dicantur credi-
tores hæredis, & hæreditas adita sine hoc be-
21 neficio separationis, vel inuentarij, desiuit es-
se hæreditas, & dicitur patrimonium *l. 1.
§. veteres ff. de acquir. possess.* Et notant *Scrib. in l.
quoties duplici in fine ff. de reg. iur.* Idemque di-
cendum est inter duos creditores hæredis,
ita ut sicuti si eiusdem personæ essent credito-
res, hyppothecarius esset præferendus ei qui
solam haberet personalem, vel anterior hyp-
pothecarius posteriori hyppothecario; Idem
22 statuendum est inter ipsos creditores defun-
cti & hæredis vbi separatio non fuit facta, vel
adita hæreditas sine beneficio legis, & inuen-
tarij. cum beneficium inuentarij præseruet iu-
23 ra, & bona hæredis, ne confundantur cum hę-
reditarijs *tex. est in l. fi. §. in computatione C. de iu-
re delib. & dicit Bal. in l. debitori col. 2. vers. tertio est
notandum C. de pactis, Rol. de inuent. §. decima est
vtilitas nu. 1. cum seq. Phanut de inuent. par. 5. n. 19.
Osasc. decis. 181. num. 13. & Surd. cons. 7. num. 32.
Monticula tr. de inuent. quæst. 34. nu. 106. & n. 165.
24 fol. 260. tr. diuers. de inuent.* Et ita censuisse Sena-
tum Mantuanum testatur Surd. *cit. decis. 310.
sub nu. 11. vers. censuit.* ea ratione, quod vbi iu-
ra plurium deuenerint in personam vnius;
Tunc vnumquodque retinet naturam suam,
25 & consideratur de per se, ac si duæ essent se-
paratæ personæ *l. 1. vbi Bal. ff. de off. cons.*
Huiusmodique separatio fit, non solum de bonis
26 immobilibus, & mobilibus, sed etiam de se
mouentibus, vt de pecoribus, mancipijs, &
alijs rebus similibus, quæ separari possunt,
cum prædijs, etiam post aditam hæreditatem
27 & post confusionem bonorum modo id fiat
intra quinquennium, à die additionis nume-
randum; cum ea sint corpora certa *d. l. 1. §. quid
ergo. & §. quod dicitur ff. de separat. & probat Sen.
Bellonus cit. cap. 104. sub num. 2. lib. 2.*
28 Quæ separatio non habet etiam locum inter
creditores, & legatarios defuncti, vt scribit
*Franch. cit. decis. 246.*
Neque præsumitur separatio, nisi de ea doceatur,
29 cum sit quid facti *d. l. 1. §. præterea ff. de separat.*
creditorque hæreditarius, qui separationem
30 non impetrauit, dicitur, quod sequutus fuerit
fidem hæredis *l. 2. C. de separat. & l. creditorib.
§ quod si propriꝫ ff. eod. tit.* Qui tamen textus ad-
dit conditionem, quando nouandi animo ele-
cta fuit fides hæredis: id quod cognoscitur si
31 creditor pignus, ab hęrede acceperit, vel vsu-
ras ab eodem exegerint, vt apertis verbis ha-
betur *in d. l. 1. §. cæterum, & §. si quis pignus ff. de
separat.*
Vbi autem separatio petita non fuit à creditore,
32 eam peti non posse ab eius hærede docet
Franc. *cit. decis. 246. circa finem vers. secundum, &
vers. vnde videbatur.* Diciturque remedium sub-
33 sidiarium, beneficium separationis, vt subij-
cit idem Franch. *loco rel. sub num. 8. verbo hoc be-
neficium, & probat Costa remed. subsid. 40. per totū.*
34 Et ita alias respondi pro DD. Fratribus Car-
panis contra D. Romam, cuius decisio facta
per Sen. Excellẽtissimum Mediolani refertur
per Sen. Bell. *cit. cap. 104. num. 6.*, & quia multa
continentur in his scriptis quæ materiam di-
lucidant, Motiuum cum responsionis, & alijs
his subijcere statui ad commodiorem vsum
fori.

## Motiuum datum DD. de Roma in causa quam habent contra DD. Carpanos.

AN ex eo quod D. Romæ vti creditores
Domini Marci Antonij Laiuadæ de-
functi egerint contra Io. Iacobum Li-
tuadam eius filium & hæredem, pro
consecutione crediti, & ad sui fauorem obti-
nuerint sententiam, & in eius executione no-
uam obligationem, cum assignatione fictabi-
lis: Quo casu videntur sequuti fidem hæredis
iuxta dispositionem *l. 2. C. de separat. bonorum.*
35 Et quia ex post sequuta confiscatione bono-
rum dicti Io. Iacobi contradixerunt etiam alij
consortes Romæ cridis, & obtinuerunt, quod
bona dicti Iacobi appræhensa eis relaxentur,
pro satisfactione crediti sui; Dici possit DD.
Romas iuribus suis præiudicasse; Tum quia
ob additionem hæreditatis à Ioanne Iacobo
36 factam confusę videantur actiones iuxta *l. de-
bitor C. de pact. l. studium §. additio ff. de solut. Rom.
cons. 40. num. 2.* Vbi inquit quod eo ipso, quod
hæreditas aditur per filium, desinit appella-
37 ri hæreditas, sed appellatur proprium patri-
monium hæredis adeuntis *per l. sed si plures §.
filia ff. de vulg. & pup. cum alijs* Quo casu cum
Carpanorum creditum sit cum hyppotheca,
viderentur fouere meliora, & anteriora iura,
non sequuta separatione bonorum, quod re-
38 medium à iure traditum necessarium hoc ca-
su videbatur *per l. 1. ff. de separat. l. 2. C. de bonis
auctor. iud. possidendis l. si adulta C. de hæred. act. vbi
glosa in verbo separatione.*

## Resolutio pro DD. de Roma contra DD. Carpanos.

PRiusquam dissoluamus dubium à Perill.
Domino meo Domino Senatore Parani-
cino excitatum in causa de Roma coram
Excellentissimo Senatu vertente, aliqua
præmittere conuenit, quæ libentius nos ad de-
cisionem articuli perducere poterunt.

Primo erit videndum quo iure DD. Fratres Car-
pani prætendant auocare bona quæ fuerunt
confiscata ob condemnationem Io: Baptistæ
eorum fratris, & ex quo capite, nam si nullam
habent actionem, si nullam petitionem iusti-
ficarunt, malè appellarunt à Sententia Magi-
strali lata fauore DD. de Roma.

Secundo præmitto, quòd legatarius tacitam
hyppothecam tum demum habere dicitur,
39 quando aliquid superest deducto ære alieno,
*l. creditoribus vbi Bar. in fin. Cuman. nu. 1. vers. item*
*nota Aug. in fin. Alber. num. 1. ff. de separat. bon. &*
*idem Alberic. in rub. num. 2 ff. eodem, Cyn. in l. 2. col.*
*2. vers. quomodo ergo C. qui pot. in pign. hab. glos. in*
*l. finali in verbo actionem C. de hæredit. action.*

Tertio præmitto quod legatum non debetur, &
40 est nullum quando imminet æs alienum: Nã
in eo, in quo debet solui æs alienum non sub-
sistit, sed in eo tantum quod superest soluto
ære alieno *l. si vniuersa Cod. de legat. l. prima,*
*C. de bonis auth. iudic. possid. l. prima, §. hæc verba*
*ff. si cui plusquam per l. falcid. Monticulus in tra-*
*ctat. de inuent. in princip. numero 11. Roland. in*
*eodem tract. fol. 90. Phaunt. in eodem tract. par. 1.*
*num. 141.*

Quarto non est prætermittendum, quod si hæ-
res soluisset legatum non sanato ære alieno,
41 possunt creditores per cõdictionem indebi-
ti, auocare à legatario quod eidem solutum,
& traditum est *l. final. §. & si præfatam verb. li-*
*centia danda creditoribus C. de iure delib. & ibi glo.*
*in verbo accommodare.* Qui tex. habet locum etiã
si hæres soluens nõ potiretur benefitio legis,
& inuentarij, nam ratio illius tex. est genera-
42 lis, tam quo ad heredes cum benefitio inuen-
tarij, quam quoad eos, qui non habent benefi-
cium inuentarij, dum dicit tex. legatarios tra-
ctare de lucro; Creditores vero de damno, &
ita sentiunt Doctores supra allegati, quos re-
fert & sequitur Franch. *decis. 246. num. 6. vers.*
*nec dicebatur obstare lib. 3.*

Quinto præmitto, quod iuditium separationis,
43 non habet locum nisi quando cõcurrunt cre-
ditores defuncti, cum creditoribus hæredis,
qui cum hærede contraxerunt: Non autem
quando agitur inter creditores defuncti, &
legatarios eiusdem defuncti, inter quos non
44 est tractandum de separatione, sed de validi-
tate legati, & tacitæ hyppothecæ in concursu
creditorum defuncti super bonis eiusdem
defuncti.

Vltimo præmitto, quod Excellẽtissimus Senatus
iudicat sola facti veritate attẽta, prout Illust.
45 Magistratus potest iudicare, & ideo potest
iudicare extra petita, modo ex actis constet
de iure petitoris, *Doctores in l. vinum ff si cert. pet.*
*Grammat. decis. 19. col. 1.*

His ita præmissis venio ad dissoluendum dubiũ
primo loco eleuatum super eo, quod Domini
Romæ cum egerint cõtra Iacobum hæredem
& ab eo assignationem habuerũt, quasi sequuti
fidem hæredis videâtur exclusi à bonis Marci
Antonij, cum non impetrauerunt bonorum
separationem; Dicimus in hoc casu non esse
opus separationis benefitio, cum detur con-
46 ditio indebiti creditori, quando hæres lega-
tario persoluit, & non est soluendo *d. l. final. §.*
*& si præfatam in ver. licentia danda credit. C. de iur.*
*delib.* Nec separationis remedio opus est, quia
creditor indebite solutum repetit, licet ab hæ-
rede solutum fuerit; Quia nõ est nouum quod
vnus soluat indebitum, & alius repetat, vt di-
cunt Doctores supracitati.

Etenim ad euitandum circuitum, conceditur re-
cta via legatario facultas repetendi indebitũ,
47 ne cogatur agere cum hærede vt repetat, &
soluat legatario, & ita post alios declarat
*Franc. decis. 246.* Vbi in fine dicit in hoc casu
non esse necessarium beneficium separatio-
nis, etenim hæres non tenetur legatarijs plus
quam reperit in hæreditate, detracto prius
47 ære alieno ex bonis quæ extant tempore mor-
tis, & hoc procedit etiam de iure digestorum
antequam esset introductum beneficium le-
gis, & inuentarij vt probatur in *l. p. §. is qui qua-*
*draginta in fin. ff. ad trebellian. § final. instit. de leg.*
*falcid.* Hinc sequitur quod si æs alienum absu-
meret, seu exhauriret vniuersum cumulum
bonorum; legata, & fideicommissa prorsus re-
soluerentur; Quoniam rationabilius est cre-
48 ditores ad suum peruenire, quam legatarios
cum eorum detrimento locupletari *l. 1. C. de*
*bon. auth. ind. poss. l. qui autem §. hæc verba ff. si cui*
*plusquam per leg. falcid.* Quod si ita est, consequi-
tur vt ipso iure hoc casu separatio sit inducta,
49 ita vt non sit necessarium petere vt fiat sepa-
ratio ab homine, cum lex nolit hæredem per
additionem teneri de suo versus legatarios,
sed cum præseruet indemnem, quod si conce-
ditur hæredi idem debet censeri quo ad cre-
50 ditores hæredis, & ita saluari potest decisio
*Surdi 310.* vt non sit necessaria petitio separa-
tionis, quia lex tale quid concedit, quod ha-
bet vim separationis.

Nec est ambigendum quin constet hæredem
non esse soluendo, cum omnia bona fuerint
confiscata, & per fiscum apprehensa.

Neque tenetur creditor agere aduersus tertios
51 possessores quibus relaxata sunt bona, nam
per appræhensionem factam à fisco, & per cõ-
tradictiones, quis probatur non esse soluendo
52 *Rot. Gen. decis. 90. num. 29.* Quis enim non dici-
tur soluendo, vbi cum difficultate exigi po-
test *Dec. in l. fin. num. 11. ff. si cert. pet. & ibi Ias. nu.*
*10. Rot. Gen. vbi supra num. 29. & 30.*

Neque obstat si dicatur immo opus fuisse sepa-
53 rationis beneficio ex quo Domini Romæ fi-
dem Iacobi hæredis sunt sequuti ex *tex. in d. l.*
*2. C. de separat.* Quia respondetur textum pro-
54 cedere quando creditor animo nouandi se-
quitur fidem hæredis, sed hoc non verificat;
55 Cum nouatio non inducatur nisi expresse
agatur, vt ex tex. *in l. fin. C. de nouat. & in §. præ-*
*terea instit. quib. mod. toll. obligatio*, ergo tex. non
pro-

procedit, & ita declarat *gloſ. in l. 1. §. illud ſciendum in verbo qui non nouandi ff. de ſeparat.* Vbi allegat, *d. §. præterea inſtit. quib. mod. tollit obligat.*
ad probandum non aliter induci nouationem
56 atq; approbationem fidei hæredis, quam per
expreſſam nouationem, quidquid olim eſſet
de iure digeſtorum, ſed quorſum hæc? Cum in
iudicio cæpto contra Iacobum adſit clauſula
ſemper ſaluis &c. quę excludit nouationem, &
in inſtrumento agnitionis debiti reſeruata
7 ſunt iura quo in caſu nouatio omnino excluditur *Theſaur. deciſ. 125. num. 5.*

Neque obſtat quod per additionem hæreditatis, ſit facta confuſio patrimonij defuncti cum
patrimonio hæredis, quia reſpondetur non
58 attendi confuſionem vnius patrimonij ab altero, quando prædia extant quæ ſeparari poſſunt vt eſt tex. ad litteram *in l. 1. §. quid ergo ff. de ſeparat.* Vbi tex. dicit, quid ergo ſi prædia
extant, vel mancipia, vel pecora, vel aliud
quod ſeparari poterit, hic vtique impetrari
poterit ſeparatio; Rurſus dicimus etiamſi cõfuſa eſſet ſubſtantia defuncti cum ſubſtantia
hæredis. Nihilominus tamen dari conditio-
59 nem indebiti contra legatarium, Quando heres non eſt ſoluendo, nec tunc opus eſſe beneficio ſeparationis, ſi autem hæres eſt ſoluen-
60 do, quia ille habeat bona propria tunc ipſe tenetur, & ita intelligitur tex. *in l. fin. C. de hæred. act. on.*

Minus obſtat quod legatarij habeant tacitam
61 hyppothecam, quæ præfertur habenti perſonalem actionem, & hoc caſu videatur neceſſaria bonorum ſeparatio per text. *in l. 2. C. de bon. auth. iud. poſſid. & in l. adulta C. de hæred. act.*

Reſpondemus ſeparationem eſſe fruſtratoriam,
62 quando agimus de creditore & legatario
eiuſdem defuncti, vel habentibus cauſam ab
eis, & de bonis eiuſdem defuncti, vt ſuprà dictum eſt; Cum loco ſeparationis lex concedat
creditori condictionem ad repetendum id,
quod ab hærede indebite ſolutum fuit, qui ſi
63 res eſſet integra, non teneretur ſoluere legatarijs, niſi ſoluto ære alieno, & ille tex. procedit quando neceſſaria eſt ſeparatio, & quando creditor animo nouandi fidem hæredis
ſequutus fuit.

Neque obſtat tex. in *l. ſi adulta C. de hæred. act.* Vbi
habetur quod adulta creditrix defuncti hæres pro tertia parte, non eget beneficio reſti-
64 tutionis in integrum aduerſus hæreditatem
aditam ne ammittat ſuum creditum, cum
poſſit impetrare bonorum ſeparationem quæ
videtur neceſſaria.

Quia reſpondetur ibidem agi de adulta creditrice defuncti patrui ex adminiſtratione tu-
65 telæ, & inter creditores cohæredum, nam in
bonis cohæredum eius creditores erant potiores, quia contraxerant cum hærede ante
additam hæreditatem, ideo ſi adulta volebat
ſatisfieri in bonis defuncti erat neceſſaria bonorum ſeparatio, ſed in caſu noſtro agimus de
bonis defuncti tàm creditoris, quàm legatarij, & ambo ducunt originem ab eodem defunctò, & de bonis eiuſdem defuncti agitur,
non autem de bonis hæredis permixtis cum
bonis defuncti; Cum Iacobus nulla bona pro-
66 pria habuerit, ideo ſeparatio non eſt neceſſaria, quia non entis nullæ ſunt qualitates *l. eius qui in Prouintia ff. ſi cert. pet.*

Neq; vero mouere debet Excellentiſſimum Senatum, quod ita ad vnguem in petitione Dominorum de Roma, non fuerit petitum; Quia
ſatis eſt quod ex narratis, & ex verificatis in
proceſſu conſtet de bono iure Dominorum
de Roma; vt in vltimo præmiſſo dictum fuit,
præſertim ſtantibus clauſulis omni meliori
modo &c. non ſe aſtringen. &c. Nam tales
67 clauſulæ tanquam herba betonica valent ad
obtinendum, iuxta probata etiam extra petita *Iaſ. in §. omnium num. 21. inſtit. de action. Cran. conſ. 241. num. 45. & abundè Peregr. conſ. 31. lib. 5.*

Ex quibus remanent dubia ſublata ſaluo ſemper
infallibili iudicio Excellentiſſimi Senatus.

*Laus Chriſto Redemptori noſtro.*

## Pro Marco Antonio Carpano contra Conſortes Romas.

*Notum fac mihi Domine viam in qua ambulem.*

CRedita quorum vigore conſortes Romę prætendunt præferri Marco Antonio Carpano in bonis q. Io: Iacobi Latuadæ confiſcati ſunt duo. Alterum eſt duarũ partium ex tribus lib. 14. mill. quas Marcus Antonius pater dicti Io. Iacobi confeſſus eſt recepiſſe a q. Alexandro Roma; pro quibus duabus partibus recognouit ſe debitorem erga Alexandrum Coliatum Procuratorem Franciſci Romæ vti hæredis in ſolidum Equitis q. Io. Baptiſtæ Romæ cui promiſit etiam reddere bonam rationem de altera ex dictis partibus, nempe de tertia, olim ſpectante præfato Equiti cum hyppotheca omnium bonorum ſuorum apparente de dicta recognitione, & obligatione publico inſtrumento rog. ſub die 15. Nouembris 1584.

Alterum eſt libr. 6410. 17. quas Io. Iacobus promiſit ſoluere Paulo Camillo Romæ ſub die 30. Aprilis 1604. repetendo originem dicti debiti ab aſſerta quadam obligatione facta vt dicitur per dictum Marcum Antonium anno 1584. non ſub die 15. Nouembris vt præcedens recognitio, & obligatio, ſed ſub die 10. Octobris cuius obligationis inſtrumentum non fuit adhuc viſum, nec productum.

Ego vt oſtendam potiorem eſſe cauſam d. Carpani,

pani, qui deducit ius suum ex legato dotis facto per dictum Marcum Antonium Hyppolitæ eius filiæ & matri dicti Carpani in eius testamento condito anno 1584. pro qua se obligauit etiam Io. Iacobus anno 1586. cum obligatione omnium bonorum suorum, respectu libr. 21. mill. quæ eidem Hyppolitæ soluendæ remanebant, necnon ex instrumento depositi facti in manibus dicti Io. Iacobi per dictam Hyppolitam anno 1601. in summa libr. 14169. Considero quod licet instrumentum illud recognitionis factæ erga Coliatum anno 1584. Sit anterius omnibus instrumētis, super quibus fundat se Carpanus; tamen nihil ad rem facit; quia respectu Francisci Marcus Antonius obligauit quidem se, & bona sua pro tercia parte spectante ad Equitem Io. Baptistam, sed nō obligauit se præcisè ad restitutionem, sed solum ad reddendam bonam rationem. Quæ ratio (argumentor ego) aut fuit reddita, aut non. Si fuit reddita cum idem Franciscus supponatur habuisse multa negocia communia cum dicto Marco Antonio; & nihilominus tam ipse, quàm eius hæredes tacuerint per tātum tempus, nempè per spatium viginti septem annorum, non facile credet illis
68 fuisse satisfactum, vt determinat in proposito *Aff. d. in decis. 13. num. 2. & pluribus sequen. Bero. cons. 154. num. 9. lib. 3. Menoch. cons. 457. num. 1.* qui in eandem Sententiam citat. etiam *Paris. cons. 83. num. 27. lib. 1. & cons. 137. num. 12. lib. 4. & vltra eos Bertaz. cons. ciuili 118. num 6. & seqq.* Vbi ostēdit hoc procedere etiamsi tempus, in quo
69 creditor tacuit præscriptionem non inducat, quidquid senserit *R min. iun. quem ipse reprobat cons. 315. num. 6. & seq. Pacian. cons. 113 num. 1. & pluribus seq.*
Si non fuit reddita, dicti hæredes multò minus possunt agere ad consequutionem dictæ tertiæ partis; Cum capitale, ita potuerit diminui
70 ac augeri, prout ita determinant *Salic. inter consilia Baldi cons. 61. num. 1. lib. 1. Cephal. cons. 68. num. 12. Rota Gen. in decis. 24. num. 5. & 6. Hector Felic post alios quos citat tract. de societate cap. 31. num. 64. 69. 70. 71.* vbi nominatim respondet decisioni Socini, & Decij *in l. pecuniam quam ff. si cert. petat.* quæ fuit adducta in publica audientia per Dominum meum Ciualerium; Quatenus aiunt si per aliquem promissa sit certa quantitas cum hoc vt si facto calculo de mi-
71 nori quantitate appareat illa debeatur; executionem in quantitate promissa non posse retardari prætextu quod illa quantitas minui possit, cum ibi secundum eum agatur de obligatione pura, resoluenda sub conditione, si de minori quantitate appareat; hic vero de quantitate in totum incerta, quæ non potest verificari, nisi rationibus expunctis, submouetque ibi quoque rationem illam ex aduerso tactam; quod societas præsumatur potius lucrati, quā
72 iacturam facere de qua idem Socin. *cons. 24. lib. 1.* Quam sententiam probatunt etiam Patladot. Auendan. Cancer. & alij quos ad longum refert, & sequitur *Marius Giurba videndus in decis. Sicilia 15. num. 2. & pluribus seq. & conclusiue num. 6.* Hoc demum generale est, vt qui bo-
73 na aliena administrauit, non possit cogi ad aliquid dandum, vel tradendum ante rationes solidatas vt prosequitur *Anchar. cons. 235. ante num. 2. vers. preterea, Crau. cons. 275. num. 13. vers. tertio principaliter, Facbin. post alios lib. 8. contros. iuris cap. 58. per totum.*
Rursus non probarunt hæredes dicti Francisci, bona de quibus agitur fuisse in bonis Marci
74 Antonij, vt fuisset necessarium iuxta *tex. in l. Paulus ff. de pignor. Merito &c.*
Neque obstat processus quidam productus per partem aduersam, in quo continentur attestationes quorumdam testium examinatorū inter eam & Reg. Fiscum circa hoc particulare; Quia testes illi non probant, si in fonte videantur, cum deponunt in genere de bonis Marci Antonij, & non in specie de talibus bo-
75 nis vt esset necessarium, & deponant etiam de auditu, qui ideo non probant ad tex. *in l. solam C. de testibus.* Minus verò quia dicti testes fuerunt etiam recepti inter alias personas, & in
76 alia causa. Igitur non probant in hac pœnitus diuersa, vt tradunt omnes *in l. 2. C. de eden. Feiyn. in cap. causam quę num. 4. de testibus* quod potissimum dicendum est, quia fuit in facultate par-
77 tis illos denuò examinari facere in hac causa, nec tamen hoc curauit, vt prosequitur *Menoch. de arbitr. iudic. casu 111. num. 2.*
Pro alia tertia parte pro qua Marcus Antonius se recognouit erga Coliatum, sed non se obligauit, vtrum fundata remaneat intentio hæredum D. Francisci, necne dicendum est, vt paulo post dicetur de credito Pauli Camilli. Qui cum prætendat illas lib. 6410. Aut deducit ius suum ex illo ipso instrumento recognitionis anni 1584. quasi cum ipse sit hæres Alexandri Romæ pro certa parte, ipse quoq; debeat habere suam portionem dictarum lib. 14. mille quas Marcus Antonius confessus est, aut ex obligatione erga eum facta per Io. Iacobum anno 1604.
Si primum tria illi obstant
Primum est, quod non constat illum esse hæredem Alexandri, nec mediatè, nec immediatè, cum ipse nihil circa hoc probauerit vt fuisset necessarium.
Secundum, quod nulla ex dicto instrumento resultat hyppotheca ad fauorem eius si dictum instrumentum paulo diligentius perpendatur, licet enim in eo dicatur Marcum Antoniū cōfessum fuisse se recepisse illas libras 14. mille. Non dicitur tamen illas recepisse sub hyp-
78 potheca, nec valet consequentia, talis tales pecunias recepit, ergo bona sua obligauit. Fateor in fine dicti instrumenti adesse hyppothecam bonorum dicti Marci Antonij, sed
79 talis hyppotheca debet referri ad obligationem tunc contractam per dictum Marcum

Anto-

Antonium erga Franciscum Romam pro tertia parte spectante ad Equitem Io. Baptistam, non ad alia ibi enunciata: quod certum est intuenti dictum instrumentum, vt nihil clarius esse possit.

Et licet Dominus meus Ciualerius opponat hic, quod vbi etiam consortes Romæ nõ haberent hypothecam; deberent præferri dicto Car-
pano, venienti ex legato dotis facto eius ma-
80 tri, iuxta *tex. in l. si vniuersę C. de leg.* & item quod debeant præferri illi; venienti ex deposito facto penes Io. Iacobum anno 1602. Cum creditores defuncti habentes personalem, præfe-
tantur creditoribus hypothecarijs, per hæ-
81 redem factis iuxta *decis. Surd.* 310. Tamen oppositum est verius. Quod enim pertinet ad primum verum est, quod creditores in bonis defuncti, præferuntur legatarijs, sed hoc in-
82 telligitur, præsupposito quod hæreditas non sit soluendo prout ita loquitur *text. in d. l. si vniuersa*, circa quod suppositum, nihil adhuc probauit pars aduersa. Tollitur etiam facile secundum, quia quod creditores chyrographarij defuncti præferantur creditoribus hyppo-
83 thecarijs hęredis, procedit solum quando facta est separatio bonorum hæredis, & defuncti, vel verè vel saltem fictè per confectionem inuentarij vt declarat *Surd. ibi num.* 8. *& nu.* 13. *& seqq.* At nos sumus in casu penitus diuerso; quia hic nulla præsupponitur facta separatio bonorum, & Mediolani cessat etiam beneficium inuentarij vt est omnibus notissimum.

Amplius admisso simpliciter obiecto (citra præiuditium) non video adhuc, quomodo pars aduersa probet suum prætensum creditũ contra Marcum Antonium, etiam respectu actionis personalis, Cum confessio per eum facta
84 super qua se fundat, fuerit facta ea absente, & nullo pro ea acceptante vel stipulante, ad *tex. in l. certum §. si quis absente ff. de confessis*, Quod pariter dico de tertia illa parte, pro qua Marcus Antonius se recognouit erga Coliatum,
85 sed non se obligauit, cum nullibi constet dictã recognitionem fuisse acceptatam per Coliatum, quippe qui nec mandatum haberet ad illam acceptandam. Coliatus enim non fuit deputatus Procurator simpliciter à Francisco Roma; sed à Frãcisco vti hęrede Eq. Io. Baptistæ ad solum finem capiẽdi possessionem omnium bonorum, & iurium in hæreditate relictorum, qua in hæreditate cum non fuerit nisi tertia pars dictarum lib. 24. mill. de qua supra loquuti fuimus, idem non potuit habere mandatũ, nisi pro illa tertia parte, vt cumq; deinceps incidenter fuerit recognitus, etiam pro illa tertia parte, nulla tamen per eum facta acceptatione dictæ recognitionis, vt mox dictum fuit.

Neque obstat opinio quorũdam, qui tenuerunt,
86 quod quando confessio facta est in publico instrumento; probat etiam ad fauorem tertij absentis per *tex. in l. desiderium vbi Bald. C. depo-*
87 *siti*, quia de tali opinione tanquam singulari, & minime vera non est habenda ratio. Etenim quòd confessio facta in instrumento ad fauorem tertij, plenè non probet, voluit *Bart. in l. admonendi num.* 32. *ff. de iureiur.* vbi quærit si duo fratres simul hæreditatem diuiserunt, & in instrumento diuisionis continetur quod vnus restituit alteri centum; quæ ille mutuo acceperat à Sempronio, & posuerat in domo, an talis confessio plene probet ad fauorem Sempronij necne, & ibi decidit eam probare tan-
88 tum semiplene *per text. in l. capite quinto ff. ad l. Iuliam de adulterijs*. Quam decisionem sequitur communiter DD. communem inter cæteros testatur *Curt. iun. ibi num.* 43. *Ripa num.* 155. *vbi respondet ad tex. in d. l. desiderium*. Et dicit Curt. Sen. ibi *num.* 138. quod si tex ille intelligeretur vt volunt illi qui tenent oppositum, destruerentur omnia iura sequitur *Ruin. cons.* 152. *n.* 16. *lib.* 5. Vbi ait in casu dictæ legis, ideò decidi quod instrumentum probet ad fauorem tertij, quia vtraque pars illud allegabat: quod ante eum dixerunt *Bald. & Salycet. in d. l. desiderium*. Ex quibus possunt colligi aliæ solutiones ad illum tex. Confirmat vero ibi Ruin. hanc conclusionem, quia vt ipse dicit, instrumentum
89 non potest probare, nisi ad fauorem illorum, qui rogarunt notarium, *§. nos autem in auth. de tabell.* inter quos cum non reperiatur tertius absens nulla ratione ad eius fauorem probare potest. Et hanc eandem partem late defendit etiam *Surd. cons.* 60. *nu.* 19. *& pluribus seqq. Decian. cons.* 35. *num.* 26. *& seqq. lib.* 3. qui illam amplius comprobat ex egregia decisione *Specul. in tit. de locato §. nunc aliqua vers.* 74. de qua per eum.

Non obstat secundo, quod in dicto instrumento
90 adsit iuramentum, & quod stante iuramento, confessio plenè probet etiam absente parte vt prosequitur *Gabr. post alios in tit. de confessis concl.* 1. *num.* 41. *&* 43. Vbi de magis communi attestatur, Respõdetur enim hoc procedere respe-
91 ctu personæ in cuius gratiam emanauit iuramentum, non alterius, vt distinguit formaliter *Surd. in dicto cons.* 60. *num.* 23. *vers. minus aduersatur*. Iuramentum enim in casu de quo agitur, non emanauit nisi in gratiam Francisci Romæ seu eius procuratoris. Vnde quo ad illum cessat proculdubio cõclusio de qua supra, & intrat alia contraria, quæ habet iuramentũ
92 præstitum inter alios, alijs nec prodesse, nec obesse vt respondit *Ias. cons.* 36. *per totum lib.* 3. *Decian. cons.* 35. *num.* 28 *lib.* 5. *Surd. in d. cons.* 60. *nu.* 24. *& seq.*

Non obstat tertio, & postremo, quod opponi posset, scilicet, quod confessio de qua agitur, dicatur facta in scriptis; cum de ea constet
93 publico documento, quodque cum ea peruęnerit ad partem, & fuerit acceptata perinde sit ac si facta fuisset presẽte parte cum scriptu-
94 ra dicatur semper loqui, vt sentit *Paul de Cast. in l. nuda ratio num.* 2 *ff. de donat.* quatenus repręhendit ibi Bartol. qui volebat confessionem factam

95 factam in scriptis plenè probare solum quādo scriptura facta fuit manu propria confitētis, non alterius; prout ita, vltra Paulum sentit etiam *Grat.cons.83.num.15. & duobus seqq. lib.1.* Respondetur enim veriorem videri in proposito sentētiam Bartoli *in d.l.nuda ratio*, quod
96 aliud sit in cōfessione, facta in scriptura propria manu, & aliud in confessione per alium reducta in scriptis. Quam sententiam probat *Ruin.consulendo in dicto cons.152.num.18.& Surd. in d.cons.60.num.22.& seq.* Vbi multipliciter ostendit de tali confessione non esse iudicandum, nisi vt de simplici confessione facta viua voce.

Sed omissa hac disputatione, alio, & secundo modo clarius respondeo, propositionem ex aduerso allegatam procedere solum, quando
97 agitur de eo in cuius gratiam facta est scriptura, prout loquuntur DD. *in d.l.nuda ratio & Gabr.in alleg.tit.de confessis concl.1.num.57.* Secus si agatur de alio, qui est casus noster. Ita sentit apertè *Bart.in dict.l.admonendi num.32.* quatenus dicit confessionem factam in instrumento ce-
98 lebrato inter alios, facere tantum semiplenā probationem ad fauorem tertij; presupponit enim proculdubio Bart. tale instrumentum
99 ad manus tertij peruenisse, quia aliter tertius vti non posset etiam ad semiplenam probationem, & hæc fuit, vt puto ego intentio omnium Doctorum, qui in hoc Bart. communiter sequuntur.

Denique & si ageretur de eo in cuius gratiam fuisset facta confessio in scriptis, & scriptura ad illum peruenisset, talis confessio, Adhuc
100 nihil videretur releuare quia non fuit acceptata, re integra, nempe viuo confitente, vt videntur requirere Doctores, ita enim nominatim decidit *Anton. de Butrio in cap. vlt. nu.12. circa medium vers.in extraiudiciali confessione, de confess. Roman.in d.l.nuda ratio num.12. late Marsil. in sing.375.per totum. Decian.cons.108.nu.77.lib.2. Surd.cons.136.num.43.* Qui DD. licet vt plurimū loquantur de confessione facta in scriptura publica, cum publica in alio non differat a pri-
101 uata nisi ratione fidei, quæ maior adhibetur scripturæ publicæ, quam priuatæ. Quæ fides in proposito non videtur posse inducere aliquā alterationem in confessione, quando, & in scriptura priuata, dum dicimus illam nō probare mortuo confitente, semper pro indubi-
102 tato præsupponamus illam esse scripturam confitentis.

Militat vero in vtroque casu eadem ratio, quia per mortem confitentis res desinit esse inte-
103 gra, cum eius voluntas dicatur deficere, quo casu ea non potest etiam ratificari, cum ratificatio debeat fieri eo tēpore quo actus de no-
104 uo geri posset, iuxta notata *in l. bonorum ff. rem ratam haberi.* Quare *Paul.de Castro cons.195. nu.3.lib.2.* respondit donationem factam No-
105 tario recipiēti, & stipulanti nomine absentis, mortuo donatore, non potuisse acceptari per ipsos donatarios, cum res desijsset esse integra. Quæ decisio, vt mihi quidē videtur, nobis deseruire potest à fortiori, quia in casu nostro confessio non præsupponitur per aliquem acceptata vel stipulata nomine absentis prout erat in casu Pauli de Castro, & illam decisionē probat *Dec.cons.226.num.8. Rub. Alex. cons.132. ad fin. Alciat.in cap.cum contingat nu.330.& 331. de iureiur. Crau. cons.252.num.1. Ceph. qui alios multos allegat cons.440. num.30. & pluribus seqq. Plot.cons.54.num.27.& seq. Caball.cons.168.nu.6. lib.1.& facit cons.Alex.24.nu.9.lib.4.* vbi respō-
106 dit priuilegium concessum ab Imperatore, quibusdam nobilibus absentibus, non potuisse acceptari post eius mortem, cum non fuisset eo viuente acceptatum, & ibi allegat decis. Butrij de qua supra, & Alex. in similibus termin. sequitur *Alb. cons 774. num.21.*

Ita vero quod confessio facta in publico instrumento non probet nisi fuerit acceptata, viuo
107 confitente, determinat punctualiter *Surd. in d.cons.60.num.17.& seq.* licet non alleget multa ex prædictis. Qua cōclusione attenta infertur, talem confessionem, quo ad tertium, non facere semiplenam probationem, cum non sit rationabile, quod confessio non probet post mortem confitentis ad fauorem illius, in cuius
108 gratiam celebratum fuit instrumentum; & probet ad fauorem tertij. Infertur etiam verissimum esse illud quod supra dictum fuit ex recitato instrumento anni 1584. non solum nō resultare hyppothecam ad fauorem Pauli Camilli, sed nec actionem personalem, & hoc etiamsi probaret se esse hæredem Alexandri.

Tertium, & vltimum quod obstat dicto Paulo Camillo, illud est, quod vbi ex instrumento prædicto anni 1584. resultaret ad eius fauorem, non solum actio personalis, sed hyppotheca, Talis actio & hyppotheca est inefficax ad excludendum Carpanum illamet ratione, qua inefficax est respectu hæredum Francisci, quia scilicet obligatio Marci Antonij, est solum rationis reddendæ, & non pecuniæ præcisè restituendæ, & quia non fuit concludenter probatum bona de quibus agitur, fuisse in bonis dicti Marci Antonij. Quæ rationes percutiunt illam tertiam partem quam prætendunt hæredes Francisci iure proprio. Addo nunc, quod cum Paulus Camillus, & hæredes d.Francisci respectu dictæ tertiæ partis, non ratificauerit dictum Instrumentum, nisi post contractam obligationem, tàm per dictum Marcum Antonium, quàm per Io. Iacobum erga Hyppolitā, ex cuius persona venit Carpanus eius filius, talis ratificatio in omnem casum non posset trahi retrò in præiudicium
109 dicti Carpani per ea quæ tradunt *Castr. in d. cons.195.num.3. Tiraquel. de retract. consang § 1. glos.10.nu.69. Osasc.in decis.119.num.26. & Hond. cons.38.nu.24.lib.1.*

Si verò demum Paulus Camillus, omisso illo instrumento anni 1584. prætenderet prefecti

Carpano

Carpano ex instrumento obligationis erga eum factæ per Io. Iacobum Lattuadam anno 1604. Nemo non videt instrumētum illud esse posterius omnibus instrumentis quibus nititur Carpanus, quod ideò illi non potest suffragari.

Nec quicquam facit quod dictum instrumentū se referat ad aliud instrumentum confessionis factæ per Latuadam anno 1584. in summa libr. 14. mill. Quia aut volumus illud instrumentum confessionis ibi enuntiatum esse illud idem quod fuit factum erga Coliatum, de quo hactenus loquuti fuimus, aut diuersum.

Si volumus esse illud idem quasi per errorem dictum fuerit illud fuisse rogatum sub die 10. Octobris cum deberet dici sub die 15. Nouēbris, responsio in promptu est, relationem habitam ad dictum instrumentum erroneam esse, quia in illo instrumento anni 1584. non dicitur Latuadam recepisse ab Alexandro Roma illas lib. 14. mille, cum promissione & obligatione sua, & bonorum suorum, vt erroneè præsupponitur in instrumento referente; sed dicitur solum, eum recepisse dictas pecunias sine aliqua mentione hyppothecæ bonorum, quam hyppothecam tunc solum de nouo cōstituit ad fauorem Francisci Romæ pro reddenda ratione tertiæ partis dictarum librarū 14. millium, quæ spectabat ad Equitem Ioan. Baptistam; itaque instrumentum referens in
110 hoc casu non est alicuius efficaciæ iuxta *cons. Dec. cons. 63. num. 6.* vbi latè probat scripturæ referenti nō adhiberi fidem quando ex scriptura relata de veritate aliter non apparet *Curt. Iun. cons. 24. num. 3. & cons. 94. num. 10. Crau. cons. 987. num. 56. & 57. Rot. Roman. decis. 40. nu. 4. par. 2. in nouissimis.*

Si vero volumus instrumentum illud relatum esse diuersum ab illo de quo supra loquuti fuimus alia ratione instrumentum referens nihil probat ad fauorem Pauli Camilli, Quia cū instrumentum relatum, non exhibeatur, instrumentum referens potest habere diem repetitam, cui ideò non debet credi in præiudi-
111 cium tertij, vt de hoc est tex. formalis *in l. repetita vbi in spetie Florian. de S. Petro ff. de fide instrumentorum, tradunt omnes in l. scripturas C. qui pot. in pign. hab. Paul. de Cast. cons. 46. num. 4. lib. 2.*
112 vbi vult non credi etiam assertioni Principis in præiudicium tertij, quando potest habere diem repetitam *Alciat. cons. 44. num. 4. lib. 1. latissime Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glos. 7. nu. 43. & seqq. Alba cons. 547. num. 19. & 20. Surd. cons. 479. num. 8.* Nullo igitur casu probat, dictum instrumentum quatenus ducit hyppothecam ab anno 1584.

Supposita autem dicta relatione cum constet dictum instrumentum esse posterius omnibus instrumentis; quibus nititur Carpanus proculdubio de eo non est habenda aliqua ratio in hac causa.

Cōcluditur itaque eundem Carpanum esse præferendum memoratis consortibus Romis in hac contentione de anterioritate, & posterioritate creditorum. Mirum vero cuiquam videri non debet, quod cum ipse nitatur in hoc iuditio creditis per eum contractis, cum Io. Baptistam eius fratre confiscato, contendat præferri consortibus Romis vigore dicti crediti dotalis, & depositi; Quia cum ipse habeat hyppothecata omnia iura dicti Io. Baptistæ, clati iuris est, eum posse vti omnibus illis iuribus & rationibus, quibus potuisset vti Ioan. Baptista in eius bonis defendendis, cum om-
113 nia iura actoris transeant in singularem successorem ad *Bart. in l. tertius §. si prius ff. de aqua pluu. arcen.* Et ita &c. Mediolani die 25. Augusti 1618.

*Laus Deo & Beatissimæ Virgini Mariæ.*

P. Paulus Flamenus.

## Pro Dom. Marco Antonio Carpano.

*Adsit Virtus Spiritus sancti.*



Vndamentum hyppothecæ quo nituntur DD. Consortes Romæ aduersus bona possessa à Domino Carpano, proculdubio originem habere patet ab instrumēto recognitionis factæ anno 1584 die 15. Nouembris per Dominum Marcum Antonium Latuadam versus Alexandrum de Colliate vti Procuratorem specialem Domini Francisci Romę. Quare omissis alijs super quibus cumulatissimè scripserunt Domini coaduocati, ex quibus tutus videtur Dominus Carpanus; deducendo punctum ad dictum instrumentum; Sane negare non poterit qui cauillari nolit, quin bona D. Latuadæ hypothecata fuerint tātum pro tertia parte dictarum librarum 14. mille, videlicet pro reddenda ratione ipsius tertiæ partis, & consequenter ad habendum debitam rationem ipsius tertiæ partis tantum agere posse hyppothecaria dictos DD. Romas liquet.

Verba namque recognitionis prædictæ continent quod D. Latuada recognoscit dictum Coliatum, vti Procuratorem D. Francisci Romæ dominum duarum partium ex tribus pro indiuiso illarum librarum 14 mille, & quarum tertia pars spectabat ad præfatum Equitem Io. Baptistam de Roma &c. Et à die mortis eiusdem Equitis citra, spectat, & spectabit, ad dictum D. Franciscum vti hæredem insolidum eiusdem Equitis vt supra, (mox sequuntur) & promittit (obligando omnia bona sua) reddere bonam rationem præfato Procuratori dicto nomine de dicta tertia parte dictarum pecuniarum, & earum vtilium ad omnem requisitionem præfati D. Francisci.

Et sic

Et ſic conſtat fuiſſe tantum hypothecata bona
ipſius Domini Latuadæ pro redditione ratio-
nis dictæ tertiæ partis, Quando quidem con-
ſenſus prædicti D. Latuadæ promittentis re-
ſtrictus videtur ad reddendum rationem di-
ctæ tertiæ partis, non ad alia, ſineque conſen-
114 ſu promittentis induci nō poteſt obligatio,
*l. non omnis, l. ſi ego ff. ſi cert. pet.* Eſto quod abſur-
dum eſſet aliter aſſerere *Cran. conſ. 929. num. 21. & Rimin. iun. conſ. 577. num. 13. lib. 5.*

Vis etenim, & medulla contractus dicitur con-
115 ſiſtere in conſenſu vt inquit *Galin. in rubr. ff. de verb. oblig. nu. 96. quem ſequitur Rimin. d. conſ. 577. num. 13.* Ea propter conſenſus limitatus pro-
116 ducit limitatum effectum *l. in agris ff. de acqu. rer. dom. Surd. conſ. 513. num. 13.* Prout limitata
117 obligatio, limitatum pariter producit effe-
ctum, quia cancellos ſuos intra quos poſita eſt
tranſcendere non poteſt *Ancbar. conſ. 332. Rim. iun. d. conſ. 577. num. 14.* Vndę quatenus conſen-
ſus Domini Latuadæ, in obligando bona tan-
tum ad reddendum rationem dictę tertię par-
tis reſtrictus fuit, ampliationem aliquam pati
118 non poteſt; eſto quia natura obligationis
dicitur odioſa, & ideò ſtrictè intelligenda *l. eius qui ff. ſi cert. per Rimin. iun. d. conſ. 577. num. 7. & 10.*

Præterea obligationes regulantur, & modifi-
119 cantur iuxta formam traditam à iure vel ab
homine *l. diligenter ff. mandati Rim. iun. conſ. 577. num. 13.*

Verum hoc in caſu obligatio prędicta facta tan-
tum fuit per D. Latuadam de reddendo ratio-
nem dictæ tertiæ partis pecuniarum vt ſupra
dictum fuit. Ergo ad plus non tenentur eius
bona, & plus petere non poſſunt DD. Conſor-
tes Romæ; Maxime vero, ex quo neque etiam
hyppotheca generalis in fine inſtrumenti ap-
poſita refertur ad ſuperiora incidenter, &
120 enuntiatiuè prolata, ſed tantum ad ea, quæ
principaliter dicta ſunt, & expreſſa fuerunt
*Ruin. conſ. 181. num. 3. vol. 2. Cæphal. conſ. 543. n. 16. & poſt eos Rimin iun conſ. 819 nu. 8. & 29.* Quan-
to minus ergo referri poteſt ad alia, hyppo-
theca pro tertia tantum parte conſtituta.

Conferunt quæ tradit *Rimin. d. conſ. 819. num. 3. per l. quæſitum §. penult. & l. cum delanionis § cum fun-dum ff. de fundo inſtructo poſt Bart. in l. verba ff. de alim. & cib. leg.* Videlicet, quod quando poſt
121 genus ſequitur numeratio ſpecierū, Genus
ipſum reſtringitur ad ſpecies expreſſas, Addo
ego Corneum *conſ. 4. num. 6. lib. 2.* quo loci opti-
mis rationibus, ac indubitatis fundamentis
conclusionem ipſam deffendit; in propoſito
autem caſu poſt recognitionem factam reſpe-
ctu duarum partium dictarum libr. 14. mille,
ſequitur ſpetialis obligatio reſpectu tantum
redditionis rationis tertiæ partis dictarum
pecuniarum, & ſic pro dicta tantum redditio-
nem agere poſſunt aduerſantes; Quandoqui-
dem deficiente hypotheca pro dictis dua-
bus partibus dictarum librarum 14. mille,
quibus D. Latuadam in Dominum recogno-
uiſſe DD. Romam ſupponitur.

Non eſt quod agere poſſint aduerſus D. Carpa-
num ratione prioritatis temporis niſi pro red-
ditione rationis dictę tertię partis, Quia prio-
ritas temporis non iuuat creditorem non ha-
bentem hypothecam ſtante alio creditore
122 cum hypotheca, licet poſteriore in tempo-
re *tex. in l. creditor §. ſi primus vbi Bart. ff. qui pot. in pign. habeat. Decian. reſp. 22. num. 4. lib. 3. & Rimin. alleg. conſ. 819. num. 17.* qui loquitur in proprijs
123 terminis de credito dotali pro quo in dubio
reſpondere melius eſſe docet idem Auctor
ibidem num. *6. per l. in ambiguis ff. de regul. iur.*

Diſpoſitio enim *l. ſi vniuerſa C. de leg.* qua cauetur
124 creditores defuncti eſſe præferendos lega-
tario, quamuis hypothecam non habeant,
minime reſiſtit caſui noſtro, eſto quod intelli-
gitur textus ille quatenus ageretur de legata-
rio ſimplici, & puro ſecus autem, vbi legatum
125 factum eſt in extinctionem præcedentis de-
biti præſertim dotalis, quia tunc etiam per
hypothecariam à teſtatore ſpecialiter ad-
ſcriptam legatarij cauſa aut fauori derogatū
generali non intelligitur, quod magis eſt *Ro-manus ſing. 592. Crau. conſ. 594. num. 3. facit etiam l. creditoribus iuncta glo. in verbo potuit, & in l. quo-ties ff. de ſeparat.*

Additur inſuper quod actio hypothecaria exer-
126 ceri non poteſt contra tertium poſſeſſorem,
(vt eſt D. Carpanus.) antequam bona princi-
palis diſcutiantur *§. ſed neq; in Auth. de fideiuſ. Bart. in Auth. hoc niſi debitor C. de pignoribus.*

Quippe ſuper ipſa excuſſione priùs pronuntia-
127 tum non ſit vt per *Maluaſ. conſ. 19. nu. 6. tradit Surd. conſ. 191. num. 10. lib. 2. & conſ. 209. num. 22. Grammat. deciſ. 99. quos ſequitur Addition. ad Oli-ban. tr. de act. par. 2. lib. 1. cap. 29. num. 59 fol. 375.*
Vnde ex quo non conſtat hoc in caſu fuiſſe fa-
ctam excuſſionem de bonis dicti q. Marci An-
tonij minuſque ſuper ea excuſſione fuiſſe pro-
nuntiatum, repellendi veniunt DD. Romæ in
hoc iuditio tanquam actione carentes.

Quamquam cum agere tantum poſſint DD. Con-
ſortes Romæ ex vi dictæ inſtrumentalis obli-
gationis ad conſequendam redditionem ra-
tionis pro dicta tertia parte, & pro vtilibus
ab ea prouenientibus, attento longo tempo-
ris curſu, ac ſtante morte dicti promittentis,
& Io: Iacobi eius filij, reddita præſumitur ip-
ſa ratio, ac adequatæ parcellę, ſtante quod his
duobus qualitatibus præcipue concurrenti-
bus præſumitur factam fuiſſe ſolutionem, ac
128 redditam rationem, vt præter citatos a DD.
Coaduocatis egregiè probat Per Illuſt. D. Se-
nator Bellonus affinis, & alias præceptor
meus *in tr. de his quæ in contin. fiunt cap. 68. per tot.*
Maximè verò num. 4. quo loci concluſionem
hanc Ciceronis authoritate comprobat in
Oratione pro Quincio, cuius verba etiam poſt
Menoch. refert Pacian. vir maxime eruditio-
nis *in conſ. 113. num. 22.* vbi aſſumptum noſtrum
mirifice

mirifici, & fusius, quam cæteri deffendit, & probat; Ex taciturnitate enim annorum 20.
129 omnia composita fuisse, & rationes redditas præsumi tradit *Castr. cons. 126. num. 1. in fine vers. Vnde credendum est. lib. 2. quem sequitur Cephal. cons. 240. nu... lib. 2. & melius in cons. 8. per totum lib. 1.*

Et eo minus hoc in casu consequi nunc possunt dictæ rationis redditionem ipsi consortes Romæ, eo quia tanquam malè instructi, & ignari eorum quæ gessit dictus q. Marcus Antonius vna cum Ioanne Iacobo eius filio tertij possessores bonorum à dicto Ioanne Iacobo Latua-
130 da relictorum ad ipsam rationis redditionem minimè tenentur *l. qui in alterius de reg. iur. & l. fin. ff. pro socio, Caphal. d. cons. 8. in fin. & seq. lib. 1.*

Conclusio igitur est, actionem hyppothecariam DD. Consortum de Roma extendi tantum ad obtinendam redditionem rationis dictæ tertiæ partis, ipsamq; rationis redditionem præsumi iam fuisse datã ex cursu tanti temporis. Et sic vti notoriè iniustam circumscribendam esse sententiam Illustris Magistratus quod iuris esse censeo saluo &c. Mediolani die 10. Ianuarij 1621. Ad laudem O. Dei atq; Deiparæ semper Virginis Mariæ.

Iulius Cæsar Caluinus I. C. Coll. & Orator Derthonæ.

Pro Domino Carpano
Contra D. Consortes de Roma.

*Adsit Virtus Spiritus Sancti.*

Firma, & inconcussa adhuc remanent ea quæ contra D.D. de Roma excitata fuerunt à Perillustri D. Senatore non obstantibus deductis ad solutionem dubiorum.

Namq; pro clariori intelligentia huius controuersiæ, ne ex variatione facti, Ius etiam diuersimodè dedocatur. Præmittendum in primis est agi hic inter creditores defuncti (vt supponunt DD. Romæ) & creditores hæredis (vt est D. Carpanus) qui eius actionẽ exercuit aduersus bona Io. Iacobi Latuadæ hæredis defuncti mediante obligatione bis facta matri eiusdem Carpani; Non autem inter creditores defuncti, & legatarios eiusdem, vt perperam supponitur in dictis resolutionibus motiui; licet enim factum fuerit legatum dotium à q. Marco Antonio versus matrem D. Carpani; Nihilominus obligatio suscepta est à Io. Iacobo hærede, non solum pro residuo dictorum dotium, sed etiam pro alijs pecunijs, & sic aduersus ipsum hæredem mediante dicta obligatione egit D. Carpanus non autem vigore legati.

Quibus sic stantibus non releuare patet responsionem datam primo obiecto. Videlicet non opus fuisse separationis beneficio, ex quo datur cõdictio indebiti creditori, quãdo hæres legatario persoluit. Agitur enim hoc in casu de creditore hæredis, non de legatario. Et sic nõ conuenire responsionem liquet. Quamuis etiam *Tex. in l. fin. §. & si præfatam, additur C. de iure delibe.* procederet quotiescunq; hæres persoluisset legatario de bonis defuncti,
131 quia cum constet eo casu soluisse hæredem de bonis defuncti, inanis videretur separatio; In hac autem facti specie (dato, non tamen concesso, quòd vti legatario, non vti creditori hæredis fuisset solutum) non apparet Reg. Fiscum hæredis locum obtinentem soluisse D. Carpano de bonis M. Antonij defuncti; Verum tamen de bonis Io. Iacobi hæredis, vt cantat datio in solutum ergo &c.

Præterea ad rem etiam non facit Franci *decis. 246.* è regione adducta, Contrarium enim expressè ibi concludit auctor ipse in fine, dum tradit, quòd quatenus facta non est separatio bonorum (cum Inuentarij beneficium tantum operetur fauore hæredis non creditorum) cre-
132 ditores defuncti non præferuntur creditoribus hæreditarijs, sed è contra per *Petrum de Bella pert. in l. eo C. qui pot. in pign. hab. Ang. in l. p. §. sciendum ff. de separationibus.* Et omni in casu separationis beneficium non fuisset necessarium in facti specie proposita per Francum *recit. decis. 246.* Eo quia in eo agebatur inter cre-
133 ditorem, & legatarii ipsius defuncti, id quod non conuenit casui nostro, in quo vtsupra dictum fuit agitur inter creditores defuncti, & creditorem hæredis.

Quod autem hæres non teneatur legatarijs plusquam reperit in hæreditate detracto prius ære alieno, ex bonis quæ erant tempore mortis, etiam si factum non fuerit Inuentarium, Con-
134 trarium verius habetur *in §. si verò non fecerit in Auth. de hæred. & falcid.* vbi traditur, quòd hodie, si non est factum Inuentarium, hæres
135 tenetur creditoribus, & legatarijs vltra vires hæreditarias *Ias. cons. 28. sub nu. 7. vers. hodie lib. 3.* Cum aditione hæreditatis confundantur
136 actiones *vulg. l. eleganter, & l. si rem la 2. ff. de pignor. actione late Sebastianus Monticula in tr. diuers. de Inuentar. quæst. 234. nu. 163. fol. 260.*

Cæterum quòd separatio censeatur inducta hoc in casu, Tantum abest, vt hoc verum sit, quinimo à iure omnino alienum id esse dicatur.
137 Tum quia separatio, quæ in facto consistit, omnino peti debet per creditores defuncti, antequam fiat bonorum comixtio *l. p. §. præterea ff. de separat.*, Tum etiam quia de eã vti in facto consistente docere debent DD. Romæ vulgatis iuribus; Comixtio autem bonorum fit per aditionem hæreditatis, vbi factum non est Inuentarium, quia tunc bona hæredis, &
138 defuncti dicuntur comixta, & in vnum redacta patrimonium *l. sed & si plures § filio ff. de vulg. & pupil. l. p. §. præterea ff. de separat. Monticula recit. quæst. 234. nu. 106. fol. 254. nu. 143. cum seq.*

Præterea certũ est, quod DD. Romæ omittendo bene-

beneficium separationis dicuntur sequti fidē
Io. Iacobi hæredis, non solum per *Text. cit. in*
139 *l. 2. C. de separat.*, *sed etiam id habetur in l. cre-*
*ditoribus* §. *quod si proprij ff. eodem tit.* dum ibi le-
gitur. Quod si separationem petijt, & sic à
persona hæredis recessit, dicitur defuncti bo-
na sequutus creditor, Ergo à contrario sensu,
non petita separatione, hæredis fidem sequu-
rus dicitur creditor, non obstantibus alijs ver-
140 bis eiusdem Text., quod id procedat quan-
do nouandi animo electa est fides hęredis, quę
nouatio non inducitur nisi expresse agatur
*iuxta l. fin. C. de nouationibus*.
Si quidem præter quòd nouatio inducitur non
modo si expresse de hoc actum est, Sed etiam
si tacitè ex coniecturis id dignoscatur, vt latè
141 comprobat *Menoch. præsumpt. 134. nu. 36. lib.*
*3, & cons. 702. num. 13. iuncto cons. 710. num. 6.*
Sequendo etiam *Tex. in dicta l. p. ff. de separat.* §.
*Cæterum* declarat quando dicatur nouatum, &
in sequentibus verbis obiectum soluere vi-
detur. Quippe cum sequuti sunt nomen hære-
dis, nec possunt iam se ab eo separare, qui
quodammodo eum elegerunt; sed, & si vsuras
142 ab eo ea mente, quasi eum eligendo exege-
rint, idem erit probandum. Item quæritur si
satis acceperunt ab eo, an impetrent separa-
tionem, & non puto, sic enim sequuti sunt eum
forte quem nouerunt, quid ergo si satis ido-
neum non acceperunt, & sibi imputent, Prout
etiam subiungit Tex. quod si pignus ab hære-
de acceperit creditor non est ei concedenda
separatio. §. *si pignus. loco cit.* Vt Dominum Pau-
lum Camillum vnum ex dictis actoribus pi-
gnus, & vsuras à Io. Iacobo hærede accepisse
ex instrumento celebrato anno 1604. liquet,
& sic clara adeo sunt verba ipsius Tex. vt super
ijs erroneum esset hæsitare.
Separationem vero adhuc fieri posse fauore di-
ctorum creditorum, esto quod adhuc prædia
extare supponitur, iuxta litteralem traditionē
143 *dictæ l. p.* §. *quid ergo* omnino negatur; Cum
id verum nō esse habeatur ex lectura eiusdem
*Tex.* dum sequendo tradit. Quod dicitur post
multum temporis separationem impetrari nō
posse, ita erit accipiendum, vt vltra quinquen-
nium post aditionem numerandum separatio
non postuletur, & consequenter vbi prædia
ipsa extarent (quod omnino negatur, nec pro-
batum est per D. Romas) adhuc separationem
ipsam impetrare nequirent, Tum attento lap-
144 su triginta annorum, nedum quinquennij,
Tum quia vbi huiusmodi separationem non
petierunt creditores ipsi, eam nec petere va-
lent illorum hæredes, *Franch. alleg. decis. 246.*
*circa fin. vers. secundum, & vers. vnde videbatur*,
Tum deniq; quia separatio fieri debet ante-
quam fiat comixtio bonorum, siue vix ipsis
comixtis iuxta *Text. ind. l. p.* §. *præterea scien-*
145 *dum, &* §. *quod dicitur ff. de separat, Monticula in*
*dicto tr. de inuent. diuers. quæst. 232. nu. 173*, Et ta-
men constat hoc in casu non fuisse petitam se-
parationem ipsam à creditoribus Marci An-
tonij defuncti, nec antequam facta esset co-
mixtio bonorū ipsius defuncti cum bonis Io.
Iacobi eius hæredis, quem nulla bona propria
habuisse hucusq; minime probarunt D. Romæ,
vt tamen inaniter supponitur in dicta resso-
lutione motiui.
Non subsistunt pariter alia deducta, ad docendū,
non dari separationem quando agitur de cre-
ditore, & legatario ducentibus originem ab
eodem defuncto. Quandoquidem vt supra
probatum est, Agitur hoc in casu inter credi-
tores defuncti, & creditores eius hæredis, in
quibus terminis maxima inest differentia; Si-
cuti diuersi sunt creditores hæreditarij de-
functi à creditoribus hæredis, Quia secundum
dictam *l. primam* §. *Item sciendum l. p. & l. si cre-*
*ditores* §. *proprij ff. de separat.* Creditores hære-
146 ditarij non possunt tangere bona hæredis,
quamuis creditores hæredis agere valent ad-
uersus bona hæreditaria satisfactis creditori-
bus defuncti, ea ratione, quia hæres debitor,
qui habet bona, etiam futura obligata, Tene-
tur, versus eius creditores, & sic cum possit
quotidie lucrari, illud lucrum ex hæreditate
147 spectat eius creditoribus latè Monticula *al-*
*leg. quæst. 232. nu. 171. cum seq. fol. 193. Franch.*
*recit. decis. 246.* Qui in fine vers. Vnde videbi-
tur, extra dentes tradit, quod creditor, hære-
dis habens hyppothecam præfertur, creditori
148 defuncti si non fuit impetrata separatio bo-
norum, Non enim facta separatione bonorum
tenetur hæres de proprio versus creditores
hæreditarios, sed prius satisfit creditori hære-
149 dis *l. debitor vers. quid ergo vbi glos & Bart. ff.*
*de separationibus*. Etiam si ambo creditores es-
sent hyppothecarij, quod magis est, quia rem
150 alienam obligare quis non potuit, viz. nec
defunctus rem hæredis, nec hæres rem defun-
cti Monticula *loco cit. nu. 172. vers. contra quam*
*legem, & vers. secundo tempore, verbo, sed an hodie.*
Insuper benefitium hoc separationis introductū
fuit principaliter in fauorem creditorum de-
151 functi, quod dicitur subsidiarium, Cuman
*in l. creditoribus vers. sed probo ff. de separat. Franch.*
*cit. decis. 246. sub num. 8. verbo hoc beneficium, &*
*Costa de remed. subsid. remed. 40. per totum*, Quod
sane separationis iudicium intentatur, quan-
do creditores ipsi verentur ne hæredes fiant
non soluendo, aut ne creditores hæredis alie-
nent etiam bona hæreditaria, aut ex eorum
bonorum venditione partem aliquam ferant,
152 vt per totum tit. de separat. *Morot. resp. 67.*
*nu. 5. Asini tr. de execut.* §. *7. cap. 21. nu. 2. quos*
*sequitur Costa tr. de ratione ratæ quæst. 45. nu. p. &*
*5.* Nec potest à creditoribus hæredis benefi-
153 tium hoc impetrari, *per dictam l. primam* §. *ex*
*contrarij ff. de separationibus*.
Quare si hoc beneficio vti neglexerunt Dñi Ro-
mæ, sibi imputent, iura enim vigilantibus,
non dormientibus subuenire notissimum est.
Et ex his tolluntur ea, quæ ex aduerso deducta
sunt;

sunt; Excellentissimum slz. Senatum, non debere aliquod constituere fundamentum super omissione non petitæ, nec impetratæ separationis, cum constet de bono iure Dominorum de Roma, stantibus maxime clausulis omni meliori modo &c. non se tamen astringens &c. in petitione insertis.

Quandoquidem cum separatio non fuerit petita à creditore ipso, minusq; tempore congruo, & ante comixtionem bonorum; Dici non potest constare de bono iure ipsorum de Roma, ex quo non facta separatione creditores hyppothecarij hæredis, præferendi sunt creditori-
154 bus defuncti iuxta decis. Franch. supra citatam, Clausulæ etiam ipse non possunt supplere defectum tam patens, tum iuribus supra deductis. Tum etiam si secus diceretur, quęcumq; iudicia, quantumuis nulla per huiusmodi clausulas semper subsisterent, (cum ex stilo practicantium huiusmodi clausulæ in
155 omnibus petitionibus apponi soleant) Innanisq; propterea redderetur totus titulus de separationibus, atq; alij tit. tum ff. tum Cod. omnino destruerentur, quod satis absurdum esset affirmare; Vt dicitur de iuramento, quod licet vim habere supponatur supplendi deffe-
156 ctus solemnitatis in eo, quod expresse paciscendum erat iuxta doctrinam *Crau. consf.* 748. *nu.* 3. Tamen communis conclusio est, vt iuramentum non operetur in his; quæ debent spe-
157 cificari *l.* 4. *§. quæsitum, & ibi Bald. si quis caut. Alex. Trentacinq; lib. p. var. resol. tit. de rescriptis, & priuil. resol.* 8. *sub nu.* 2. *vers. & secunda facit.* Iuramentumq; æquiparari huiusmodi clausulæ omni meliori modo docet *Marta tr. de clausul.*
158 *par.* 3. *clauf.* 56. *nu.* 7. qui Auctor nu. 4. cum pluribus sequentibus *ex Hondedeo cons.* 40. *num.* 39. *& cons.* 45. *nu.* 48. *lib.* 1. *ac per Franc. de Ponte cons.* 42. *nu.* 25. plenissime declarat clausulam
159 hanc, omni meliori modo, restringi ad expressa tantum, nec operari vt faciat actum valere, quoad incognita, maxime vero in libellis vt hoc in casu; & sic non conferre patet Doctrinam Crau. & Peregr. locis ex aduerso ci-
160 tatis, Tanto magis, quia vtsupra probatum fuit, huius separationis beneficio vti non possunt Dñi Romę, tamquam hæredis creditores.

Nec video pariter congruenter responsum Textum in *l.* 1. *C. de bonis auctoritate Iudicis possid. siue de separationib.* in motiuo excitata quæ huic nostro assumpto summopere arridet, & cuius verba hic refferre iuuat vlz. vt quoties separationem bonorum postulaut causa cognita impetrent. Reportabis igitur conuenientem desiderij tui fructum, si te non hæredum fidem secutum, sed ex necessitate ad iuditium eos
161 prouocare demonstraueris. Quasi inferre voluerit ibi Imperator Gordianus, quod si separationem non impetrauerit hæreditarius creditor, sequendo hoc pacto fidem hæredis, eius desiderij fructum minime reportabit, vt innuit *Oliban. tr. de actionibus par.* 2. *lib. p. cap.* 14. *num.* 54. *per totum.*

Minusq; releuant ea, quæ ante dubij solutionem præmittere maluit Egr. Aduocatus DD. Romæ, & quæ vbi negotium pertractaretur inter creditorem, & legatarium, dicta sunt; Non si disceptatio vigeret inter creditores defuncti, & creditores hæredis, vt in hoc nostro casu; Et quo ad primum suppositum, ex lectura processus agitati coram Illust. Magistratu optime liquet de iure D. Carpani aduersus bona Dñi Io. Baptistæ eius fratris confiscati, vlz. tum ex testamentis DD. Vrsinæ, & Margaritæ eius sororum ad quas spectabant duæ partes ex quatuor bonorum relaxatorum per dictum Illust. Magistratum pro summa librarum 28. mille omnibus ipsis fratribus, & sororibus, Tum etiam ex instrumento obligationis factæ per dictum D. M. Antonium eius fratrem, anno 1609. pro summa librarum 6500. vltra damna, & interesse, quæ instrumenta specificata etiam fuerunt coram Excellentissimo Senatu.

Quo ad secundum suppositum, legatarium vlz. tunc demum habere hyppothecam, quando aliquid superest, deducto ære alieno.

Præterquod, vtsupra adductum fuit, versamur extra hunc casum; Cum agatur hic, inter creditores defuncti, & creditores hæredis; Con-
162 trarium etiam sentire videtur *glos. in l. is, cui §. qui prior ff. vt in possess. leg. de qua Bal. in l. si postquam nu.* 3. *C. eodem tit.*

Nec militare videtur aliquam diuersitatis rationem, si legatum factum est de re certa, vt
163 affirmat Bal. loco citato, non obstante quod creditor sine hyppotheca non possit aliunde satisfieri; Parum interest quod legatum sit de re certa, & habeat in ea re hyppothecam, aut sit pro certa summa, in omnibus rebus defuncti quarum hyppothecam habeat legatarius (quod tamen superabonde dictum sit) Bene verum est quod si legatum contineret omnia bona, vlz. vniuersam hæreditatem, tunc pos-
164 set conueniri legatarius, secus si fundum tantum, vel certam summam, vt hoc in casu *l. fi. C. de hered. act. Guid. Pap. decis.* 460. *præsertim nu.* 2. *&* 3.

Tertia consideratio non releuat, esto quod adhuc non docuissent DD. Romæ, quod non superessent tot bona, deducto ære alieno, quibus legatum persolui poterit (vbi de legato ageretur, quod falsum esse supra probatum extat)
165 quo casu creditores defuncti nō præferuntur legatarijs vt per *Nattam cons.* 199. *nu.* 8. *Surd. decis.* 116. *nu.* 12. *ac Mariscot. lib.* 2. *var. resol. cap.* 23. *nu.* 10. Et sic non procedere conclusionem adductam patet, cum quatenus etiam per recitatam simplicem, & nudam confessionem M. Antonij, probatum dici posset creditum DD. de Roma; Adhuc tot bona in eius hæreditate relicta fuerunt, vt & creditoribus, & legatarijs satisfieri commode potuerit, & cōsequenter subsistere legatum eo tempore dicendum est.

Contra quartum suppositum obstat dispositio

Hh 2 *d. l.*

*d.l.fin. C.de hared. act. & l.p.§.si hæres ff.ad trebell.*
quibus habetur, quòd legatarius non potest
166 conueniri à creditoribus hæreditarijs, nisi
ageretur de legato hæreditatis, Quia tunc cō-
ueniri posset, secus vbi de fundo, vel certa
summa fit mentio in legato *Guid. Pap. allegat.*
*decis.460.nu.2.& 3.* Præterea doctrina Franchi
in *cit. decis.* 246. procedit, distinguendo de hæ-
rede, qui est soluendo, vel non, Quia vbicumq;
non est soluendo, iudicandum esse tradit au-
ctor ipse, competere creditori condictionem
167 indebiti contra legatariū, qui in bonis hæ-
reditarijs impetrauit immixtionem, & postea
adiudicationem, Verumtamen hoc in casu
soluendo erat hæredi præter hoc legatum, &
si bona ad alios peruenerunt, ex mora DD. de
Roma sibi imputent, ad eaq; actionem diri-
gant, Cum prius ipsos tertios possessores ex-
168 cutere teneantur, vt decisum fuit per Sacr.
Concil. Neapol. teste *Francho decis.* 270. *nu.* 2.
Prout hoc idem tradit fauore legatarij, & in
præiuditium creditoris, *Thanuc. intr. de Inuent.*
*diuers. quæst.* 242. *num.* 142. *fol.* 386., Et licet
bona dicti Io. Iacobi hæredis fuerint confisca-
ta; Relaxata tamen etiam fuerunt omnia ipsa
bona tertijs creditoribus, etiam posteriori-
bus, & alijs personis, vnde cessat difficultas
169 excussionis considerata in Fisco, & conse-
quenter auctorit. additio, *Rota Genuæ decis.* 90.
*nu.* 29. *&* 30.

Quamquam etiam non procedit hoc in casu ra-
rio ipsius *l. fin.* §. *& si præfatum C. de iure delib.*,
quod scilicet legatarius tractat. de lucro, Cre-
ditores vero de damno, Nam Carpanus age-
re hic dicitur de damno euitando, ne amittat
170 dotes maternas, ac alia credita eiusdem *l. p.*
*ff. sol. matrim.*, Cuius dotis priuilegium tran-
171 sire ad filios, docet *glos. in l. vnica C. de priuil.*
*dot. Barbos. in d. l. 4. nu. 14. par. 6. ff. sol. matrim. &*
*Amator. Roderiquez. tr. de priuil. cred. art. primo*
*nu. 17. par. 1.*

Additur etiam, quod non omnia legata dicun-
tur lucratiua, cum nonnulla sint, quæ sapiunt
172 æs alienum, iuxta tradita *in cap. quamquam*
*de vsuris lib. 6. vbi Hostiens., & alij, Monticula all.*
*tr. de Inuent. quæst.* 234. *nu.* 108. *fol.* 254. quo loci
scribit, quod longè differsit legatatij lucrosi,
173 ab alijs quorum legata sapiunt æs alienum,
vt dotis, vel legitimæ, Imo agere non posse
creditores aduersus filios legatarios in legiti-
ma, vel dote, si olim viuo Patre, citra fraudem
174 creditorum constituta fuisset, & per *l. 2. C.*
*de his quæ in fraudem cred. docet Monticula recitata*
*quæst.* 234. *nu.* 103. *fol.* 254.

Rursus creditores defuncti, vel agunt hyppo-
thecaria aduersus legatarios, Vel agunt con-
dictione indebiti: hyppothecaria agunt, quan-
175 do res est data legatarijs, quia illa est in
rem, quæ sequitur possessorem arg. *l. si fundus*
§. *in venditione ff. de pignor.*, Condictione inde-
176 biti quando non fuit data res, sed vendita,
& pretium illius solutum *l. non est nouum ff. de*
*pignor. act.*, Idem dicitur quando res soluta le-
177 gatarijs non extabat, sed erat consumpta,
quia in eorum vtilitatem conuersa fuit, *Rol.*
*quæst.* 142. *nu.* 5. *in tr. diuers. inuent. fol.* 83. Atqui
hoc in hac facti specie res data omni in casu
fuisset D. Carpano, viz. bona Concesiæ, non
autem illorum pretium, Ergo cum DD. Romæ
hyppothecaria nō agant, Aduersus bona ipsa
agere nequirent, minusq; condictione inde-
biti ad pretium de quo actu non esset.

Nec omitto quod tradit Monticula recitata *qu.*
234. *nu.* 118. *per l. puppillus ff. quæ in fraudem cre-*
*ditor*, viz. quod nihil reddere compellitur, qui
178 suo commodo inuigilauit, quando creditor
anterior non habet hyppothecam, Et sic, non
habentibus hyppothecam DD. Romis, ali-
quid reddere non tenetur D. Carpanus, qui
eius commodo inuigilasset, obtinendo datio-
nem in solutum dictorum bonorum Io. Iaco-
bi, pro parte eius crediti, quod superabunde
tamen dictum sit.

Igitur concludendum est, circumscripta senten-
tia Ill. Magistratus, non esse audiendos D. Ro-
mas assertos creditores defuncti, aduersus D.
Carpanum creditorem hæredis; Esto quod
bonorum separationem non impetrarunt quo
casu creditores hæredis præferuntur credito-
ribus defuncti, etiam hyppothecarijs quod
179 magis est, vt terminaliter decidit *Franch. all.*
*decis.* 246. *post Petrum de bella Pertica, & Angelū,*
Et expresse cautum est in *d. l. p. ff. de separationib.*
Maxime vero eum non appareat hic de inuē-
tario facto à Io. Iacobo, ita ut dici possit sepa-
180 rationem esse à iure inductam, si non ab ho-
mine factam, iuxta decis. *Surd.* 310. *relatam*,
quam minimè habere locum hoc in casu ma-
nifestè liquet ex Doctrina eiusdem Surdi *nu.*
17. ad quem vti ad Sacram Ancoram confuge-
runt DD. Romæ, & ita iuris esse censeo saluo
&c. Mediolani die 10. Maij 1621.

Ad laud. omn. Dei, atq; Deip. semper Virg. M.

*Iulius Cæsar Caluinus I. C. Coll.*
*& Orator Derthonæ.*

## *SVMMARIA.*

*Morte rei ante sententiam vlterius de delicto, & pæna agi potest num.* 1.
*Mors omnia soluit num.* 2.
*etiamsi iuditium expressum fuisset num.* 3.
*Pæna pro delicto non transit ad hæredes num.* 4.
*Decretum Senatus in eamateria nu.* 5.
*Casus in quibus contra hæredes delinquentis agi potest remissiue nu.* 6.
*Hæredi non prodest admissio ad Nou. deffensiones banniti qui interim decessit nu.* 7. 9. *&* 30. *cum seq.*
*Contrarium verius nu.* 10.
*qui potest deffens. rei pro mortuo proponere n.* 12. 14. *&* 25. *&* 26.
*Distinguitur quando aliqua diligentia superest agenda,*

vt

*vt tortura inferenda, vel quando nihil superest agendum nu. 22. cum seq. plur.*

*Declar. nu. 36. & 37. cum seq.*

*Hæres censetur eadem persona cum defuncto nu. 8.*

*Banniti possunt admitti ad nouas deffensiones intra annum, vel biennium nu. 11.*

*Admissio ad nouas deffensiones dicitur quædam in integrum restitutio nu. 13.*

*Priuilegium quod est contra ius speciale, vt admissio ad nou. deffensiones tantum in hæredes nu. 15.*

*Admissio ad nouas deffensiones non eludit quoquomodo condemnationem, sed permittit, vt possit contrarium probari, & dicitur gratia Iustitiam continens num. 17.*

*Circa bannitum exequitur sententia quando admissus ad nou. deffensiones nihil probauit quod releuet num. 18.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 19.*

*Decretum aliud Senatus nu. 21. & 22.*

*Decretum aliud contrar. Senatus nu. 23. & 24.*

*Fiscus dicitur habere fundatam intentionem in sententia contra bannitum prolata nu. 20.*

*Papirij Cattanei Senatoris mentio nu. 22.*

*In admissione ad nou. deffensiones apponi consueuit cum ipso bannito se in potestate constituere termino dierum decem nu. 27.*

*Conditio in admissione ad nou. deffensiones apposita omnino adimpleri debet nu. 28.*

*Admissio ad nou. deffensiones in condemnationibus pecuniarijs, in quibus non est necessaria personalis comparitio apponi solet clausula, vt intra mensem præstentur deffensiones nu. 29.*

*Bona confiscata remanent penes Fiscum etiamsi condemnatus esset admissus ad nou. deffensiones donec feratur sententia nu. 33. & 35.*

*Confiscatio ea fit ratione delicti non ratione contumatiæ num. 34.*

*Admittuntur tantum ad nou. deffensiones ij qui de delicto conuicti non sunt nu. 39.*

*Terminus dierum 10. statutus bannito admisso ad nou. deffensiones ad se appræsentandum non prorogatur num. 40. & 41.*

*Admissus ad nou. deffensiones, & tortus si negauit dicitur purgasse indicium nu. 42.*

*Admissionis ad nou. deffensiones remedium dicitur singulare, & vnicum in hoc Mediolani Dominio nu. 43. & 49.*

*Admissio ad nou. deffensiones conceditur infra annum quo ad personam, & bona, & infra biennium quo ad personam tantum nu. 44. ac 45.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 46.*

*Deffensiones fieri debent per admissum infra biennium num. 47.*

*Ampliatur nu. 48.*

*Nullitas condemnationis, & manifesta solet magni faci per Senatum nu. 50.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 51. & 52.*

*Decretum aliud Senatus nu. 54.*

*Quod iniusticia abstulit restituit iustitia nu. 53.*

*Nullitas condemnationis resultat si post transmissam perhemptoriam citationem per curiam terminatur pœna in quam condemnandus est citandus cum iterum citari debeat nu. 55.*

*Sententiæ criminales notorie iniustæ circonscribi solent per Senatum nu. 56.*

*Iniustitia notoria æquiparatur nullitati nu. 56.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 56. & 88.*

*Iniustitia sententiæ, & indicia ad arbitrium reducantur num. 57.*

*Bannitus, captus, & admissus ad nou. deffensiones licet pro delicto principali attentis deffensionibus esset absoluendus damnari tamen solet ad remum ob contrauentionem banni nu. 59.*

*Bannito non spectat iudicare banni validitudinem nu. 59.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 60.*

*Accusator, siue Fiscus non admittitur ad nouam probationem contra eum qui fuit admissus ad nou. deffensiones nu. 61. & 62.*

*Sed bene admittuntur ad excludendam probationem rei admissi nu. 66. cum seq.*

*Minor in pœnalibus non restituitur in necem alterius num. 63.*

*Admissio ad nou. deffensiones sicuti gratiosa est ad fauorem condemnati, ita in eius odium non debet retorqueri nu. 65.*

*Pœna non transit ad hæredes, si reus mortuus est post sententiã diffinitiuam, sed tantum intra tempus quo poterat appellare vbi appellatio in criminalibus admittitur nu. 70. cum seq.*

*Mors superuenta pendente tempore ad appellandum æquiparatur appellationi nu. 72.*

## Admissio banniti ad nouas defensiones interim defuncti, an prosit eius hæredibus, ita vt ij probare, admittantur defuncti innocentiam.

## CAP. CIIC.

QVemadmodum fauore rei, & eius
hæredum, superuenta illius morte
actum est de delicto, & illius
1 pœna, Quod delictum extingui
dicitur per mortem delinquentis
*l. vnica, & ibi Doctores C. de delictis defunctorum, & l. defuncto C. de publ. iudicijs & l. ex iudiciorum ff. de accusationib. ac diximus supra*
2 *in cap. 103. nu. p. cum seq.* Cum mors omnia sol-
3 uat *§. deinceps in Auth. de nuptijs*, Etiamsi iudi-
cium inceptum fuisset, vt disponit *Tex. in l. p. C. si reus, vel accusator mort. fuer.*
Pœna enim non transit ad hæredes *d. l. vnica, & l.*
4 *pupillus §. in hæredes de reg. iur. ac probat Bertaz. cons. Crim. 181. nu. 9. cum sequenti lib. p. & sequit. Peregr. de Iur. Fisci lib. 4. tit. 5. nu. p. cum sequenti, Et nouissime tradit Gratian. lib. 5. discept. forens.*
5 *cap. 862. nu. 28.* Ac censuit Senatus Excellen-
tissimus die 11. Augusti 1552. in causa Petri Martiris Montij de quo Senatus consulto actũ fuit in dicto cap. 103. quo loci expressi fue-

6 riunt casus in quibus contra hæredes delin-
quentis agi potest.

Ita neq; hæredes agere in causa posse ad sui cō-
modum dicendum est, vbi reus principalis
7 decessit, cum iuxta vulgatā regulam, qui sen-
tit commodum, sentire etiam debeat incom-
modum, Et è contra; Eadem enim persona cū
8 defuncto reputatur hæres *vul. §. p. in Auth. de*
*iure iur. à mor. præstito*, Idcirco sicuti defuncto
reo extinctum dicitur iuditium Criminale cæ-
ptum, nec agi potest de delicto, nec de pæna
vt supra diximus, Eadem ratione neq; illius
hæredē iuditium prosequi posse videtur, nec
proponere eius defensiones, Ne ad imparia
indicentur defunctus, & hæres, qui eadē per-
sona dicitur cum defuncto iuribus citatis, &
tradit *Boss. tit. de remedijs Iustitia contra sententia*
*in fine, & probat Menoch. cons. 89. nu. 7., 39 & 41.*
*& cons. 181. nu. 99. ac copiosè scribit Gratian. lib. 4.*
*discept. forens. cap. 783. nu. 27. cum seq.*

De ÆQVITATE tamen contrarium verius vi-
10 detur, Vtpote si bannitus siue damnatus in
contumatiam, admissus ad nouas deffensiones
intra annum, vel biennium, ex Senatus con-
11 sulto (iuxta *Tex. in l. p. §. si quis vltro ff. de quæ-*
*stionibus, & in l. Diui ff. de pænis*) decessisset ante-
quā deffensiones præstaret, vt de eius innocen-
tia constaret, Et personæ ac bonorum libera-
12 tionem obtineret, Tunc etiam defuncto ban-
nito, non præstitis deffensionibus, Poterit hæ-
res pro suo interesse, ipsarum litterarum vti
beneficio, vt concludit *Abb. & cæteri Scrib. in*
*cap. significauit de rescriptis, & in cap. quia de*
*Iudic.*

Litteræ enim istæ Senatus dicuntur, quædam in
13 integrum restitutio, quæ tametsi, sit priuile-
14 gium, Attamen transit in hæredem *l. solum ff.*
*de restitut. in integrum*; Prout priuilegium, quod
15 est contra ius speciale, vt hoc, in hæredes etiā
transit *cap. olim tibi, & ibi Abb. 3. notab. de vero*
*signif. Dec. in rep. in omnibus causis id obseruat. col.*
*p. & 3. de reg. iur.*

Quæ litteræ non elidunt quoquomodo cōdem-
nationem, sed tantum permittunt, vt possit
16 contrarium probari, Et dicuntur litteræ gra-
17 tię Iustitiam contenentes, vt tradit *Boss. tit. de*
*remed. contra bannum n. p. & n. 3. ac tit. de remedijs*
*Iustitia contra sententiam sub nu. 15. post medium*,
Et de quibus litteris ample Oldradus *tr. de re-*
*script. in Præludio 7. nu. 89., & n. 230. cum seq. fol.*
*mihi 85.*, Vnde non factis deffensionibus, vel
non probata innocentia banniti, exequitur
18 contra eum sententia, ac si admissus minimè
fuisset ad nouas deffensiones, vt subijcit *Boss.*
*dicto tit. de remedijs contra bannum sub nu. p. vers.*
*& Senatus, & sequitur Clar. qu. 44. vers. Quæro*
19 *quando reus, qui testator*, Ita Senatum rescrip-
sisse Prętori Cremonæ die 8. Nouemb. 1546.
20 Quia tunc Fiscus dicitur habere fundatam in-
tentionem *Farin. qu. 11. num. 100. cum seq. & late*
*probat Costa tr. de re integra distinct. 48. num. 4. &*
alio non probato per bannitum, sententia
exequi debet, Et ita sepissimè postea etiam
Censuit idem Senatus Excellentissimus prę-
21 sertim die 12. Ianuarij 1589. ad relationem
Prętoris Casalis Maioris contra Andreā della
parte pro multis delictis ad furcas damnatum,
sed de nullo conuictum, preterquam fra-
ctura carcerum, qui captus admissus fuerat ad
nou. defens. sed nihil præstiterat iubendo, vt
ille suspenderetur, & die vltimo Iulij 1619.
referente Amplis. Senatore Papirio Catta-
22 neo, Idem Censuit contra quemdam condem-
natum in pęnam capitis, & qui admissus ad
nou. deffens. nihil præstiterat iubendo, vt exe-
cutioni mitteretur sententia.

Quamuis die 12. Ianuarij 1584. ad relationem
23 Prætoris Mediolani, Cum quemdam de Ma-
rianis appellato l'Ossellino damnatū ad furcas
ob furta, mox captum, & admissum ad nouas
deffensiones, licet nihil prestitisset, iussit illum
remigare debere quinquennio, licet nihil aliud
haberet contra se, quàm dictum Socij. Prout
die 29. Nouembris eodem anno 1584. Io. Ru-
24 beus capitaliter damnatus ob tentatam vim
in quandam Virginem; contra quem tantum
extabant leuia inditia, Cum nihil præstitisset
in Nouis deffensionibus, ad quas fuerat ad-
missus, damnatus fuit ad remum quinquennio
ad relationem Egr. Vicarij Iustitiæ, licet multi
ex DD. Senatoribus voti fuissent, vt executio-
ni mitteretur condemnatio.

Et hanc principalem conclusionem comprobat
idem *Boss. cit. tit. de remedijs Iust. circa sententiam*
*sub nu. 15. vers. contingit hodie*, Vbi scribit tum
de iure, tum ex ÆQVITATE, & conscientia
25 esse admittendos hęredes defuncti ad no-
uas deffensiones, ad probandum illius inno-
centiam, vt bona confiscata recuperarent,
quæ salua conscientia retinere nō potest Prin-
ceps, siue Fiscus, Quàm sententiam etiam pro-
cedere arbitraretur idem auctor, etiam si con-
demnatus decessisset antequam litteras ipsas
26 prę sentasset, vel se personaliter constituisset;
Modo lapsum non esset tempus dierum decem
in ijs expressum, ad se in Iustitiæ potestatem
ponendum *Peregrin. de iure Fisci lib 4. tit. 5. num.*
*36. Cartar. de execut. sententiæ cap. p. nu. 34. cum seq.*
*Osasc. decis. 106. nu. 3. & Odd. cons. 72. nu. 56.* Nisi
de rigore iuris, conditio quę de more apponi
solet in huiusmodi rescriptis, ipso sci. se con-
stituente termino dierum decem, deficeret,
27 quæ nullo modo potest hæredi conuenire,
Namq; non adimpleta ipsa conditione inanis
est omnis probatio, siue prætensio hæredis, vt
28 subijcit ibidem in fine Bossius, inquiens, quod
vbi condemnatus se in termino consignasset,
litterę ipsę perpetuarent, & hęredi prodessent.
De qua conditione, & termino dierum decem
loquitur decretum Senatus æditum die 26.
Octobris 1548., & registratum in prima Add.
ad Nou. Constit. fol. 24. Quo decreto etiam
29 cauetur, quod in condemnationibus pecu-
narijs in quibus necessaria non est personalis
consti-

constitutio, deffensiones præstandæ sunt intra mensem à die admissionis, aliter eo termino elapso executionem non esse differendam.

Verum contrarium statuisse in causa cuiusdam Danigarolæ Senatum Excellentissimum scribit *Clar. qu. 44. verſ. Dixi quod*; Vbi expresse tradit quod si reus ad nouas deffensiones admissus se constituit in carceribus, Vt fieri so-
30 let, & superueniente infirmitate decedat, firma remaneat eius bonorum confiscatio, nulla habita ratione probationum per eum factarũ (quod magis est) neq; earum, quas eius hæredes facere intenderent ad demonstrandum illius innocentiam.

Quam sententiam iterum amplexum fuisse Senatum Excellentissimum in quadam causa
31 ibidem testatur Illustrissimus Præses Brugnolus in additionibus eius propria manu factis ad clarum loco relato, Dum ait quod si ante mortem Senatus statuisset quid agendum, & post mortem fuissent præsentatæ litteræ, in quibus reus absolutus esset, Videretur confiscationem esse sublatam; Si vero aliqua
32 adhibenda esset diligẽtia, puta tortura; Tunc maneret confiscatio; cum potuisset forte reus ex tortura fateri delictum, Quam sententiam amplectitur *Costa d. tr. de re integ. distinct. 48. nu. 61. cum seq. post Oddum conſ. 72.* Bona etenim cõfiscata siue descripta, ob condemnationem rei remanent penes Fiscum, neq; eo relaxan-
33 tur, in hoc Dominio, nisi purgato crimine, & condemnatione per contrariam sententiam, Talis namq; descriptio, & successiue confis-
34 catio fit ratione delicti, non ratione contumatiæ, merito eius effectus non tollitur, nisi
35 sequuta absolutione, vt probat ibidem *Clar. in dicto verſ. Dixi quod, circa medium.*

Pro concordia tamen ipsarum opinionum arbitror priorem habere locum quando ex probationibus factis, vel per ipsum admissum ad
36 nou. deffensiones, vel per illius hæredes, plenè constat de innocentia illius, Quia tunc, si Princeps in conscientia retinere non posset bona ipsa confiscata, vt docet *Boss. loco citato circa finem, & admittit Clar. eodem verſ. Dixi quod, verbo vix tamen credo, & sequitur Costa de Re integra d. distinct. 48. nu. 3.* Cuius tamen doctrinam in seq. nu. 6. non admittit, dum concludit non
37 releuare probationes à reo captas, Immo post perfectas, quibus perspicue liqueat de innocentia condemnati. Quia opinio hæc contrariatur citatæ decisioni Bossij, & Clari in locis relatis.

Secundam verò opinionem locũ habere, quando de innocentia ipsa adhuc aliquantulum
38 hæsitari potest, & adhibenda esset tortura ad purganda indicia, vt considerauit Illustrissimus Præses Brugnolus in citata additione manuscripta.

Non enim omnes condemnati admitti solent ad nouas deffensiones intra biennium, sed tantũ
39 ij, qui de delicto conuicti non sunt, nec indicia contra eos adeo vrgeant, vt verisimiliter se tueri nequeant, nisi falsos testes exhibeant, vt post Clarum *in q. 94. nu. 12. copiosè probat Caball. resol. crimin. lib. 2. casu 110. quos sequitur, & tradit Oldra. d. præludio 7. nu 89. & scribit Senator Bell. d. tr. de his quæ incont. fiunt cap. 75. num. 2. Costa remed. subsid. 120. nu. 33.* Qui Auctor scribit sub num. 32. terminum præfixum dierum decem statutum cõdemnato, ad se consignan-
40 dum in litteris admissionis ad nou. deffens., nullo modo solere prorogari per Senatum. Itaut vbi lapsus sit terminus ipse à die concessæ admissionis etiam incuria petentis, talem admissionem inefficacem, & inualidam
41 redditur ipsarum litterarũ dispositio, vt sæpe declarauit Senatus.

Si vero examinatus reus, idest admissus ad nou. deffensiones, & tortus, vt fieri solet in his ca-
42 sibus, negauerit delictum, purgata dicitur eius contumatia, quæ ad illum suffocandum tendebat, si alia vrgentiora non militabant contra eum indicia, & sic absoluendus venit, vt scribit *Costa cit. distinc. 48. nu. 5. post Bal. Natt. & alios relatos per Farinac. qu. 11. num. 102.*

Quod remedium admissionis ad nou. deffens. est vnicum in hoc Mediolani Dominio ad euitandã cõdemnationẽ in contumatiam factam
43 contra bannitum captum, vt tradit *Boss. cit. tit. de remedijs contra bannum nu. p.* modo tamen lapsus non sit annus quoad personam, & bona, & fluxum non sit biennium quo ad personam
44 tantum, vt habetur in *l. p. C. de requir. reis, & trad. Clar. in qu. 44. verſ. visum est in fine, & verſ. Dixi etiam in fine, & Odd. conſ. 72. nu. 43.* & declarant Nou. Const. *in tit. de accuſat. §. non in-*
45 *telligant in fine.* Et censuit Senatus die 15. Ia-
46 nuarij 1580. de quo Senatus consulto Oldrad. *in d. prælud. 7. nu. 89.* Prout etiam id iussit S. R. M. per decretum datum Tomarij die 17. Aprilis 1581. verſ. Intendiamo ancora, registrat. in secundis Addit. ad Nou. Const. fol. 4. Vbi
47 etiã expressim habetur, quod huiusmodi deffensiones fieri debeant intra biennium, Non autem quod simpliciter admittuntur cõdemnati ad nou. deffens. intra dictum tempus, Quamuis ex quadam AEQVITATE, non soleat Senatus recusare deffensiones factas etiã
48 post lapsum biennij, modo admissio, & personalis constitutio condemnati facta sit durante bie nio, de qua re ample *Sen. Bell. cit. cap. 75. nu. 2. & 3. lib. 2.* vbi ita censuisse Sen. Excellentissimum referente Amplissimo Senatore Montio testatur.

Alia enim omnia remedia appellationis, nullitatis dictionis, & reclamationis reijciuntur in
49 causis criminalibus in hoc Mediolanensi Dominio per Nouas Constit. *in tit. de Senatoribus §. cum autem criminale, & cap. & demum atq; & in tit. de accuſat. §. à sententijs atq; explicat Boss. cit. nu. p. ac Oldrad. all. prælud. 7. nu. 89. & nu. 230. post Plottum conſ. 52. nu. 38. ac D. Senatorem Bell. tr. de his quæ incontin. fiunt cap. 45. nu. 8.*

Quam-

Quamuis vbi nullitas condemnationis sit eui-
dens, & manifesta, soleat Senatus Excellen-
tissimus eam magnificare, & idcirco cōdem-
50 nationes circonscribere iuxta *Tex. in l. 4. §. condemnat. & ibi Castrens. & Ripa ff. de re Iudic.*
51 *Oldra. de rescriptis d. prælud. 7. num. 230.* Et ita
censuit die 25. Iunij 1619. fauore cuiusdam in
contumatiā condemnati in pœnam capitis per
Prætorem Caselarum solum, etiamsi ex for-
ma Rescripti Sen. Excell. procedere deberet
Prætor cum interuentu Auditoris illius Feu-
datarij qui Auditor fuerat eo tempore Am-
pliss. Sen. Bellonus, antequam Senator esset
electus, Etiamsi iste condemnatus esset adhuc
intra tempus petendi nouas deffensiones, vt
restatur idem Sen. Bellonus *in all. cap. 45. nu. 8. lib. 2.*, Quia cum nullitas esset euidens, & ma-
52 nifesta, & resultaret ex eisdem actis; Senatus
circonscripsit condemnationem, & sic quod
53 iniustitia abstulerat restituit iustitia, vt per *Oddum subijcit Oldra. cit. nu. 230. in fin.*
Prout memini idem declarasse postea Senatum
Excellentissimum anno 1631. fauore cuiusdā
54 banniti, & detenti in Ciuitate Papiæ, quippe
in conforratorio iam asseruato vt decapitare-
tur, elapsis terminis ad petendum nouas def-
fensiones, Nam cum aquiescere non posset
cōdemnatus dictæ sententiæ eo sub prætextu,
quod minime citatus fuerat perhemptorie ad
videndum se condemnari, vt contiuuo prote-
stabatur, & Protectores Carceratorum insu-
dassent, vt facti veritas in lucem prodiret;
Compertumq; deniq; fuisset, citationem ip-
sam non ad condemnati domum, sed ad aliam
fuisse dimissam, Senatus circonscripta con-
demnatione iussit ex integro procedendum
esse contra detentum, qui constitutus reus, &
præstitis deffensionibus fuit mediante tortura
ad purgandum inditia tandem absolutus.
Idem censuit Senatus die 19. Nouembris 1624.
referente Ampliss. Senatore Bellono fauore
cuiusdam Morani condemnati Papiæ in pæ-
nam arbitrandam per Senatum. Eo quia post
transmissam perhemptoriam citationē ad vi-
dendū propoui in Curia in quam pænā veniret
ille damnandus, & declarata pæna per Curiā
ad condemnationem deuentum fuerat, vlte-
rius non citato reo, & sic nulliter cum citari
iterum debuisset.
Eadēq; ratione solet Senatus sententias in caussis
55 criminalibus latas notorie iniustas circūscri-
bere, ac etiā quandoq; temperare pænā impo-
56 sitam; Cū notoria iniustitia æquipararetur nulli-
tati; Et ita censuit die 30. Ianuarij 1620. refe-
rente Ampl. Senat. Melrio, & die 17. Decem-
bris, ac die 27. Augusti eiusdē anni, vt testatur
*Senator Bellonus all. cap. 45. in fine, de qua materia Farin. q. 30.* Quamuis in his decis. ad arbitrium
sæpe numero reducuntur, & iudiria, & præten-
57 sa iniustiria, Et sic non semper idem seruatur,
sed ad beneplacitum iuxta casuum cōtingen-
tiam, Et præsertim in dicto Senatus Consul-
tus Edito die 27. Augusti, In quo casu vocatus
fuerat N. tāquā testis in causa homicidij à Præ-
tore Montisbelli deinde retentus, tanquam
suspectus per nouem menses in carcere quo
fracto, N. aufugerat, qui citatus in cōtumatiā,
58 tanquam homicida fuit, ex ordine Senatus
(domi tum expedito) condemnatus in pænam
ordinariam; Captus deinde lapso biēnio mul-
ta vtrinq; fuerunt in hac causa considerata,
Tandem Senatus venit in sententiam comut-
tandam esse pænam condemnando N. in pænā
remi quinquennalis; De qua materia efracto-
rum carcerum, latè agit *Farin. plena q. 30.*
Si tamen bannitus contraueniens banno captus
esset, etiamsi bannum siue condemnatio nul-
litatis defectum pateretur, Et sic circonscribi
deberet; Attamen solet Excellentissimus Se-
natus, iuxta dispositionem proclamationum
59 Excellentissimi Gubernatoris damnare ad re-
mum per triennium, huiusmodi captum, Vel
saltem trium ictuum funis; Cum bannito mi-
nimè spectet iudicare banni validitatem, aut
nullitatem, & ipsi banno iterum contrauenire,
60 & ita censuit Senatus Excellentissimus eodem
anno 1619. die 2. Octobris, vt testatur idem
Senator Bellonus *cit. cap. 75. in fine lib. 2.*
Non est autem hic prætermittenda vtilis, & fre-
quentissima ea quæstio, An sicuti condemna-
to admisso ad Nou. deffensiones, licet proba-
tiones facere de eius innocentia, & inditia
delicti elidere; Pari ratione liceat etiam Fis-
co, vel querelāti alias probationes facere circa
delictum ipsum post huiusmodi admissionem
ad Nouas deffensiones, Quam quæstionem ab
aliquo minimè tactam fuisse notat *Baiard. ad Clarum cit. q. 44. sub num. 25. vers. Tamen ego credo cum plur. sequen.* Vbi fundamenta hinc inde po-
sita, vna cum resolutione dubiorum compi-
lata per Excellentissimum Oddum, concludit,
61 non esse admittendum Fiscum, siue Querelan-
tem ad nouas delicti probationes faciendum
per *Tex. in l. auxilium § in delictis ff. de minoribus Boss. in tit. si aduersus rem iudicatam nu. 13. Thobias, Nonius cons. 105 nu. 7., & Ant. Gabr. lib. 7. comm. conclus. tit. de crimin. conclus. 13. in fine;* Vbi ve-
rius, & AEQVIVS hoc esse dicit, quos sequi-
tur Oddus *ibi relatus per Baiard. nu. 30. cum seq. & sub nu. 33. vers. pro resolutione*, Tum quia si
negligens fuit in priori iuditio Fiscus, Incon-
ueniens est, vt eius negligentia sibi proficua sit
62 in iuditio admissionis ad Nou. deffens. Oddus
*de restit. in integr. q. 47. art. 11., & Baiard. loco cit. nu. 34.* Tum quia sicut minor in pænalibus nō
63 restituitur in necem, vel pænam alterius *l. auxilium ff. de minoribus l. sepulcri ff. de sepulcro, viol., & l. in causæ la p. ff. de minor. ac tradunt Scrib. in l. p. §. nunciatio, & ibi Rulu. nu. 234. ff. de op. non. nunciat., & latè probat Oddus de restit. in integr. qu. 89. nu. 21. cum seq. in 2. parte;* Ita multo minus
resarciri potest Fiscus, cum in necem, & pænā
alterius agit, & sic esset magis priuilegiatus.
Quam minor cum eius iure vtatur in obtinen-
da resti-

64 da restitutione in integrum *l.p.C.de sent.adner. Fiscum lata, ac tradit Baiard.ad cit. q. 44.num.31.*, Tum etiam quia sicut gratiosa dicitur instantia Nouarum deffensionum ad fauorem condemnati concessa, Ita in eiusdem odium retorqueri nōn debet contra reg. vt tradit Od-
65 dus relatus per *Baiardum loco cit. num. 39.*

Si vero Fiscus, vel querelans nouas probationes facere intenderet ad elidendam deffensionem
66 rei, & illius probationes; Admittendus est, Puta conuincendo testes per reum productos de mendacio ratione loci, vel temporis per alios testes nouiter examinandos; Quia nihil est quod ei imputari posit, Et sic non ex aliquo priuilegio speciali, sed iure communi id facere poterit; Si enim prius id non fecit; Causa fuit, quia non prius ipse reus huiusmo-
68 di probationibus ad suam innocentiam ostē-dendam vsus fuit, vt scribit *Odd. relat. per Baiardum loco cit. nu. 34. propè finem, & sequit. Costa de re integra cit. distinct. 48. sub nu. 8.*, Qui Oddus *dicto nu. 34. in fine, & nu. 39.* Eo fortius comprobat conclusionem ipsam; Cum per eum reprimantur simul, & semel reorum calliditates, quando dolo malo huiusmodi probationes eorum innocentiæ differunt post condem-
69 nationem ad Fisci fauorem factam, Et etiam Fisci nimias festinationes in deueniendo ad condemnationes reorum, & confiscationes bonorum, non præcedentibus legitimis probationibus, quando illas habere possunt.

Cæterum pœna confiscationis bonorum, non transit ad heredes, si reus mortuus est post sē-tētiam deffinitiuam, sed tamen intra tempus,
70 quo poterat appellare secundum dispositionē Iuris Communis (& sic vbi ex municipali lege prohibita non sit appellatio, vt in hoc Mediolani Dominio) *glos. not. in l. ex iudiciorum ff. de accusat., & latè probat Gomez. de delictis cap. p. nu. 82. vers. Item adde, ac copiosissime Oddus cit. cons. 72. nu. 58. per totum*; Vbi decemseptem enumerat Doctores hanc conclusionem probantes, & vti communiorem deffendentes, repro-
71 bato Bar. & alijs in eadem l. ex iudiciorum contrarium volentibus, Quia tunc mors superuenta pendente tempore ad appellandum
72 æquiparatur appellationi, quo ad hoc, ne sē-tentia contra hæredes exequi possit, vt est expressus *Tex. in cap. non solum de appellationibus lib. 6. ac scribit Odd. cit. nu. 58. vers. Et quod Sapientes Iudices.*

## SVMMARIA.

*Fidem fallere nefas est nu. 1. & 3.*

*Honestati publicæ nihil magis debetur quam vt promissa adimpleantur nu. 2.*

*Venditor tenetur rem tradere tum effectu num. 4. 12. & 46.*

*Locationis contractus est similis empticiui nu. 5.*

*Locator non excusatur si semel rem locatam tradidit, sed fuit euicta nu. 6.*

*Quia tenetur ad patientiam per factum successiuā nu. 7.*

*Contrar. nu. 10. 11.*

*Locandi actus dicitur semper habere tractum successiuum nu. 8.*

*Locator dicitur promittere factum ad quod præcisè tenetur nu. 9.*

*Lex benignior, & Æquior est cum locatore, quam cum venditore nu. 13.*

*Aliud pro alio inuito creditore solui non potest nu. 14. sed limitatur aliquando ibidem.*

*Locator liberatur si aliam rem aquè comodam loco re integra obtulit nu. 15.*

*Res integra dicitur, vbi processus adhuc non fuit publicatus nu. 16.*

*Vel ante sententiam nu. 17.*

*Conductor agere potest de euictione contra locatorem etiamsi non denontiasset nu. 18.*

*Emptor non potest agere de euictione nisi denontiasset num. 19.*

*Locator agere potest contra eū penes quem reperiretur res locata, & contra conductorem nu. 20. & 21.*

*Excussioni locus non sit si res conducta est penes stipendiatum, aut militem quia difficilis est recuperationis nu. 22. & 23.*

*Furtiuæ rei emptor tenetur eam dimittere non recepto pretio nu. 24.*

*In dubio non præsumitur quis scienter emisse rem furtam, nisi exiguitas pretij, & conditio venditoris id suadeant nu. 25.*

*Venditor an possit loco pretij tot bona in solut. tradere emptori, quando bona vendita fuerunt euicta nu. 26. cum seq.*

*& negatiue respondere videtur nu. 28. cum seq.*

*& nu. 36. 43. cum seq. at nu. 49. cum seq.*

*Contrar. nu. 55. & 59.*

*Declaratur conclusio nu. 60. cum seq.*

*Correlatiuorum eadem est disciplina nu. 28.*

*Correlatiua dicuntur emptor, & venditor nu. 30.*

*Debitor regul. non potest cogere creditorem ad accipiendum bona loco pecuniæ nu. 32.*

*Auth. Hoc nisi debitor. & Nou. Constitut. Mediolani nu. 32.*

*L. 2. C. de rescind. vendit. procedit tàm fauore venditoris, quàm emptoris nu. 33. & 34.*

*Ratio vbi eadem militat in contrahent. eadem vigere debet dispositio nu. 35. 37.*

*Vir, & vxor dicuntur correlatiua nu. 38.*

*Cessante causa cessat effectus nu. 39.*

*Rescissio contractu venditionis res omnis ab vtraq; parte reducitur ad pristinum statum nu. 40. & 41.*

*Quod procedit etiam in præiuditium Ecclesiæ num. 42.*

*Emptor re euicta agere potest ad intresse contra venditorem nu. 45.*

*Venditor dicitur obligatus ad factum nu. 47.*

*Renuntiari an valide possit beneficio Auth. hoc nisi debitor C. de solut. & affirmatiue respondendam videtur nu. 48.*

*Vendens rem alienam ignoranter putans esse suam tenetur ad interesse nu. 51.*

*Venditor sequta euictione rei venditæ tenetur ad restitutionem pretij etiamsi in reuenditione conuenisset se velle teneri de euictione nu. 52. cum seq.*

Ven-

*Venditoris pactum ne teneatur de euictione, vel ad pretij restitutionem non releuat cum continere dicatur dolum nu. 54.*

*Constitutiones in titulo de bonis in solutum dandis §. casus autem declarantur nu. 56. & nu. 70.*

*Ratio diuersa militat inter emptorem, & venditorem, id circo diuersum ius metiri debet nu. 57.*

*Petri Petracinij Senatoris mentio honorif. nu. 58.*

*Venditoret ad venditiones deuenire solent, vt in pecunia pretium consequantur nu. 58.*

*Emptori qui animum aquirendi habuit alia bona loco restitutionis pretij pluris assignari possunt nu 59.*

*Declar. conclus. nu. 60. cum plur. seq. & nu. 69. cum plur. seq.*

*Emptore inuito alia res loco empta tradi non debet vbi priorem rem emisset ex affectione nu. 61. cum seq.*

*Affectioni in emptione rei multum est tribuendum nu. 62. 63. 66.*

*Prædia maiorum nostrorum ex affectione emere solemus num. 63.*

*Filij testatoris cōferuntur in venditione rei legata n. 64.*

*Interesse nullū versari dicitur habere hos, vel alios nummos, secus tantum est vbi res loco pecunia consequitur num. 65.*

*Emens rem cuius partem alterius esse post compertum est, in totum potius abstinuisset nu. 67.*

*In Communionem incidere quis inuitus non debet nu. 68.*

*Debitor ex causa census dare non potest bona in solutum nu. 72.*

*Census constituuntur habita ratione fructuum qui percipiuntur ex re subiecta censui nu. 74. & 76.*

*Decretum Senatus in ea materia nu. 75.*

*Decretum aliud Senatus nu. 79. & 80.*

*In census causis proceditur sumarie, & exclusiue remota omni suspitione, & appellatione quoad suspensiuum effectum nu. 77.*

*Instrumentum publicum habet executionem paratam contra nominatos in eo nu. 78.*

*Decretum Senatus quod fideiussor census breui termino indicaret bona libera principalis debitoris, in quibus executio fieri posset reiecta exceptione excussionis nu. 81. cum seq.*

*Constitutionum beneficium in tit. de bonis in solutum dandis competit etiam clericis creditoribus, quia eorum fauorem respicit nu. 83.*

*Constitutionibus Mediolani tit. de bonis in solutum dandis canetur vt bona in solutum data intra annum redimi possint eodem pretio nu. 83.*

*Quæ tamen non habent locum in bonis datis in solutum ex causa onerum nu. 84.*

*Decretum Senatus quo conceditur tempus modicum ad parandas pecunias ratione onerum nu. 85. cum seq.*

*Lucrum tertiæ partis, quando bona in solutum data sunt spectat ad creditorem ipsum, si bona intra annum redimantur per agnatum debitoris nu. 87. cum seq. & ibi traduntur rationes decisionis nu. 89. & 90.*

## Locator qui domum, vel rem locatam tradere non potest, liberatur tradendo æque idoneam, vel præstando interesse.

## CAP. CIC.

1 FIdem fallere nefas, esse habetur
*in l. p. ff. de Constitut. Principum,*
*& in l. p. ff. de pactis*, De qua te
actum fuit supra in *cap. 15. nu. 3,*
*& cap. 67. nu. 3. lib. p.* Cum nihil
honestati publicæ magis debea-
2 tur, quā, vt ea quæ inter contrahentes fieri pla-
cuit, bona fide præstentur; Scriptaq; promis-
sionis cautione contrahentes fallere impro-
3 bum videatur, vt scribit *Antonius Robertus lib.*
*p. rerum iudicatarum cap. 2. vers. pro Titio.*
Sicuti enim venditor tenetur rem tradere cum
4 effectu *l. ex exempto ff. de action. empti, Socin. Iun.*
*cons. 84. nu. 19. lib. 2*; Ita locator ad rei locatæ
traditionem, cum effectu tenetur, Cum loca-
tionis contractus similis sit emptioni, vt expo-
5 nit Paulus I. C. *in l. p. & l. 2. §. Adeo autem ff.*
*locat.* & cauit Imperator *in §. p. Instit. eodem tit.*
*de contrahen. empt. in princip. Est etiam Tex. in l.*
*Veteres cum seq. ff. de act. empt. & latè probat Ca-*
*roc. tr. de locato, & conducto par. p. tit. de simula-*
*tione locationis nu. p. & 2. fol. mihi 46. à tergo, &*
*par. 4. de euictione nu. 2. fol. 207. à ter.*
Prout idem tenet Caroc. *cit. par. 4. tit. de euictione*
*nu. 4.* Vbi expresse probat locatorem non ex-
cusari, si semel rem locatam tradidit, & ea
6 fuit euicta, Quia tenetur ad patientiam per fa-
ctum successiuum, Ita vt, quandocunq; mole-
7 stetur conductor, tenebitur locator, vt nota-
tur in *l. corruptionem C. de vsuris, & in l. 2. ff. de*
*verb. obligat. Cesal. cons. 557. & cons. 577. num. 3.*
*cum seq. & cons. 718. num. 9. Marin. Frecc. tr. de*
*præsent. Instrumentorum par. 7. q. 9.* Actus enim
8 locandi, semper dicitur habere in se tractum
successiuum, vt scribit *Alcia. in l. 2. §. & harum*
*nu. 43. ff. de verborum obligat.*, Et locator dici-
tur promittere factum, ad quod præcisè te-
9 netur, vt inquit Vlpianus *in l. Vbi autem §. fundi*
*ff. de verb. oblig. & probat Freccia d. tr. de præsen-*
*tat. Instrumentorum par. 7. qu. 9. nu. 3.*
De AEQVITATE tamen, vbi rem locatam tra-
dere nequit locator, tradendo aliam æque
idoneam, vel præstando interesse liberatur,
Vt expresse respondit idem Vlpianus *in l. si qui*
10 *domum ff. locati*, his præcisis verbis.

*Si quis domum bona fide emptam, vel fundum locauerit mihi, isq; sit euictus dolo malo, Culpane eius, Pomponius ait, Nihilominus eum teneri ex conducto ei qui conduxit, vt ei præstetur frui, quod conduxit licere, Plane si dominus non patiatur, Et locator paratus sit aliam habitationem non minus commodam præstare, AEQVISSIMVM esse ait absolui locatorem.*

Quam sententiam sequitur ibidem Castrens. &

nota-

notabilem esse dicit, ac probat *Caroc. cit. tit. de euictione nu. 8. cum seq*, Vbi limitari idcirco tra-
11 dit in hoc regula, quod locatio sit similis venditioni, namq; licet venditor non liberetur,
12 nisi præcisè tradita re venditori, vt explicat *glo. in dicta l. si quis domum verbo locatorem ff. locati*, Cum lex begninior, & AEQVIOR sit cum
13 locatore quam cum venditore, vt inquit Caroc. *loco rel. nu.* 10., Qui limitari etiam scribit *d. nu.* 10. *dispositionem l. 2. §. p. ff. si certum pet.*,
14 Vbi aliud pro alio inuito creditore solui non potest, Quia hoc non procedere constat in locatore volente tradere rem æque commodam.

Hanc tamen conclusionem tantum procedere declarat *Caroc. loco citato num. 26.* si re integra,
15 aliam rem æquè commodiorem obtulerit. Idest ante traditionem, secus vero post, vt probat etiam *Costa tr. de re integra distinct. 88. num. 11. & 12*, Vbi declarat rem integram ad
16 hunc dici ante publicationem processus, Vel ante sententiam; Aut etiam pendente appellatione, quando venditor haberet intacta, & illesa iura probationis, atq; deffensionis post
17 *Abb., & Portium cons. 125. num. 30. cum seq. ac Brederod. de appell. par. 2. tit. 35. pag. 604. vers. vigesimo octauo potest.*

Prout de euictione agere potest cõductor aduersus locatorem, etiamsi non denuntiasset; In
18 quo differt à venditione, in qua requiritur
19 denuntiatio antequam de euictione posit agere emptor *Ruin. cons. 77. vers. non obstat lib. 3. quem sequitur Caroc. d. p. 4. tit. de euict. nu. 27.*

E contra si res locata amissa fuerit, mox reperiatur pænes tertium, puta furem, & locator id sciat; Contra eum agere potest, Vel contra conductorem cuius culpa res amissa fuit, iuxta
20 *l. mater. C. de rei vendic.* Quamuis conductor conuentus, petere posit, vt excutiatur prius
21 detentator rei, quod fiet arbitrio Iudicis *l. cum in plures. §. vestimenta. ff. locati Caroc. cit. par. 7. conclus. 2. nu. p.* qui nu. 3. scribit, quod si res sit difficilis recuperationis, vt puta si equs lo-
22 catus peruenisset ad stipendiatum, siue mili-
23 tem; Tunc excussioni locus non erit, sed AEQVITATI. *d. l. mater. C. de rei vendicat. Alex. & Ias. in l. 2. ff. quod satisd. cogantur Gratus cons. 87. col. fi. lib. p. & Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de fideiuss. concl. p. nu. 68.*, Quia eo casu tenebitur conductor soluere æstimationem, *Capell. Tholos. decis. 202. quem sequitur Caroc. loco rel. nu. 6.*, Quamuis emptor rei furtinæ tenea-
24 tur illam dimittere, & solutum pretium amittere. *§. conceptum. instit. de obligat. ex delicto*; In dubio tamen non præsumitur empta scienter
25 res furtiua, Nisi exiguitas pretij, & personæ venditricis conditio, id suadeant, *Doct. in l. in ciuile. C. de furtis l. seruus. ff. depositi, & l. seruus euiusdam. ff. de cond. ind. Boer. decis. 218. & Glossian. tr. de pretio, & æstimat. lib. p. cap. 6. vers. emptor rei pag. 29.*

Ad hòc autem propositum Quæritur, an euicta re empta teneatur venditor ad restitutionem pretij, etiamsi de euictione minime promisisset, vt latè actum fuit supra *in cap. 162. per totum*, pecuniamq; in promptu non habeat venditor, Vtrum loco pretij tot bona in
26 solutum dare possit, iuxta dispositionem *Auth. hoc nisi C. de solut., & §. quod autem in Auth. de fideiuss.* de qua materia scripsimus in superiori libro *cap. 44. nu. 6.* cum sequenti; An vero in hoc Dominio obstare dicatur dispositio Nou.
27 Const. *in tit. de bonis in solutum dandis. §. casus vero*; Quibus prohibetur bona in solutũ dari pro pretio rei venditæ.

Et quòd bona in solutum dare excludatur venditor per dispositionem dictarum Nouarum
28 Constit. facit vulgata regula, quòd correlatiuorum eadem est disciplina, & dispositum in vno, locum etiam habere debet in alio, vt diximus supra *in cap. 175. num. 27.* Sicut emptor pro pretio rei emptæ, non potest dare bona in solutum; Ita concludendum videtur in ven-
29 ditore, qui pretium receptum restituere tenetur *l. fin. C. de indicta viduit. toll. & l. p. & 2. C. de eupressis. lib.* 10, Prout correlatiua esse
30 emptorem, & venditorem tritum est, ac tradit *Menoch. cons. 136. nu. 9.* Et sicut regulariter non potest debitor cogere creditorem ad recipiendam rem, vel speciem pro pecunia debita, nisi benefitio, *Auth. hoc nisi C. de solut. &*
31 *Nou. Constit. in hoc Dominio tit. de bonis in solutum dandis*; Ita e conuerso non potest creditor cogere debitorem pro pecunia sibi debita, dare
32 rem vel speciem *l. Domini prædiorum. C. de agricolis, et censit. lib. 11. Bertazol. tr. de clausul., claus. 41. glo. 6. nu. p. Giurba decis. 49. nu. 16.*

Quam cõclusionem sequi videtur Rebuff. *ad Constit. Regn. tr. de resciss. contr. art. vnico glo. 15. n. 4.* dum inquit, quod Rescissio contractus ob læsionem enormissimam, de qua *in l. 2. C. de re-*
33 *scind. vendit.*, locum habet tàm fauore venditoris, quàm etiam ipsius emptoris ad æqualitatem seruandam inter contrahentes *l. fin. C. de fruct. & litis expens., & cap. in Iudicijs, ac cap. non licet. de reg. iur. lib. 6*, de qua diximus in superiori libro *cap. 6. nu. 13.* & tamen verba præ-
34 cisa *tex. in d. l. 2*, loquuntur tantum de venditore, non de emptore; Sed quia æqualitas inter eos seruanda est vti correlatiua, inductionem faciunt Doctores, vt habeat etiam locum in emptore læso, non tantum in venditore, per *glo. ibidem in verbo elegerit iuxta l. in contract. C. ex quibus causis maior*.

Eadem enim militare videtur ratio in vno, quæ in altero ex contrahentibus, Et sic eadem
35 procedere debet dispositio iuxta *Tex. in l. si seruus §. quòd vero. ff. de furtis*; Et hanc sententiã comprobat Plottus *in l. si quando. nu. 553. de in litem iur.* Quamuis pro contraria opinione il-
36 lum allegat *Costa tr. de portione Rata qu. 26. nu.* 10. propterea allucinari Costam in hoc constat.

Hoc, idem enim consideratur in dispositione
*Auth.*

*Auth. Præterea C. vnde Vir. & Vxor.*, quæ licet
37 loquitur de muliere indotata; Tamen eius dispositio procedit etiam in viro paupere, qui idcirco consequi potest quartam ex beneficio dictæ Auth. in bonis vxoris prædefunctæ, & diuitis; Ex identitate rationis, cum sint cor-
38 relatiua Vxor, & Vir, vt probant *Scrib. in d. Auth. & Præterea*, Et communem dicit Viuius *in commun. opinion. verbo Vxor. nu. 7. Crassus de succesſ. ab intest. q. 39. nu. 8.*, nisi fortè liberi communes superstites essent, qui matri succederent, & ipse Vir haberet idcirco vsumfructum
39 tantum, namq; eo casu cessaret quartæ petitio, cũ cessaret inopia, Ioseph Ludouic. *concl. 35. ampl. 5. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 98. nu. 5. Costa remed. subsid. 2. nu. 2. quos sequitur Fontanell. de pactis Nuptial. lib. 2. cl. 5. glo. 8. part. 2. nu. 38. cum seq.* Vbi reprobat Federicum Scottum contrarium affirmantem *in cons. 5. nu. 12. & 38. lib. 3. tom. p.*

Secundo, quia rescisso contractu venditionis, vel ob læsionem vel aliter, res omnis ab vtraq; parte reducitur ad pristinum statum, & prout
40 erat ante venditionem *glo. in cap. p. de restitut. in integrum. in verbo, per beneficium. lib. 6.*, Vnde si venditor recuperat bona alienata; Emptor etiam recuperare debet pretium solutum, cũ
41 quilibet quod suum erat recuperet, *l. quod si minor. §. restitutio ff. de minor. & l. intra vtile C. de repudijs*, Ne aliqua ex partibus sit in damno, vel in lucro, Et sicut venditor recuperat bona alienata, Ita emptor recuperare debet pretium solutum, Ve etiam in præiudicium Ec-
42 clesiæ procedere (quod magis est) scribit *Abb. in cap. p. num. 3. vers. tertio nota. de restitut. in integrum, quam sententiam sequitur Redoan. tr. de rebus Eccles. non alien. qu. 78. cap. 4. nu. 21. cum seq. & cap. 5. nu. 7.*

Sicuti ergo emptori debetur pretium solutum rescisso contractu, Ita eadem ratione eidem deberi patet, si res vendita, fuit euicta, vel fa-
43 cto venditoris, vel eius datoris, cum semper dicatur rem euictam fuisse facto, siue culpa venditoris, si factum prouenie etiam ex eius datore *arg. l. cum à Matre C. de rei vendic.*, *& l. si ab eo. C. de liberali causa, Menoch. cons. 718. nu. 4. Faciunt etiam tradita per eundem Menoch. cons. 89. nu. 53. Socin. Iun. cons. 116. num. 61. cum seq. & cons. 128. nu. 113. & num. 131. lib. p.* Et probat *Caballi. tr. de euict. §. 5. nu. 43. & nu. 51.*

Hanc sententiam amplecti videtur Castrens. perperam æque per Costam cit. *in d. l. si quis domum ff. locati*, dum per illum tex. concludit, quod si locator domum locatam non possit tradere conductori, sed paratus sit aliam habitationem, non minus cõmodam pręstare, AEQVISSIMVM esse absolui locatorem; Secus vero in venditore, qui aliam rem loco venditæ, & euictæ, siue loco pretij tradere inuito emptore
44 nequit, vt explicat *ibi glo. in verbo, locatorem*; Quia tunc non esse audiendum venditorem concludit ibidem Castrens. num. 2. & illum esse condemnandum ad interesse; Ex qua conclusione recedere non videtur *Glust. tr. de bonis in solutum dandis cap. 22. sub nu. 122. per l. 2. C. de rescind. vend.* licet ore stricto tantum attingat, quippe innuat potius quæstionẽ hanc

Propterea cum re euicta agere possit emptor ad
45 interesse aduersus venditorem *l. fideiussor C. de dolo malo Specul. in tit. de obligat. & solut. §. sequitur nu. 9. vers. Aut præstari potest lib. 4. fol. mihi 367. & probat Salic. in l. non dubitatur C. de euict. ac tradit Rebuff. ad constit. Regni tit. de contumatia art. 6. quos sequitur Caballin. d. tr. de euict. §. 2. nu. 5. & 21*, Quia venditor tenetur rem tradere
46 cum effectu vt supra diximus *l. ex empto ff. de action. empt. Socin. Iun. cons. 84. nu. 19. lib. 2.* Ob-
47 ligatus ad factum qualis est venditor, si non adimplet remanet obligatus ad interesse, vt probat Ludouic. *decis. Perus. 64. num. 32. par. 2*, Vbi amplè examinat materiam dictæ Auth. hoc nisi, & plures ad eam notat limitationes *nu. 23. cum seq.*, De qua materia amplè *Franch. decis. 81.* vbi nu. 3. cum seq. tradit, an valide
48 renuntiari possit beneficio *d. Auth. Hoc nisi C. de solut.*, adducitq; pro vtraq; parte Doctorum opiniones, Quamuis affirmatiuam ipse teneat in fine, Vbi ita iudicatum fuisse per Sacrum Concil. testatur.

Hæsitandum idcirco non videtur quin ad pretij soluti veram restitutionem faciendam agere
49 possit, & ad illud præcise teneatur venditor vt probat idem *Castrens. in l. Titius cum decederet nu. 3. ff. de act. empti.*

Quem emptorem propterea cogi non posse videtur ad accipiendum bona in solutum, tan-
50 quam exclusum per Nouas Constit. in all. casus vero; Non enim diceretur satisfactum per dationem aliorum bonorum in solutum. Dum non bona empta, ad quæ affectio cadebat, sed alia contra eius voluntatem eidem dare contenderet venditor; Qui cum ad omne interesse teneatur versus emptorem, Etiam si rem alienam putans esse suam ignoranter
51 vendidisset *d. l. Titius cum decederet §. fin. ff. de action. empti, & probat Castrens. in all. l. si quis domum nu. 5. ff. locati*; multo magis ad huiusmodi interesse teneretur dum rem vere propriam, licet alteri obligatam, inscio ipso emptore alienauit.

Quemadmodum etiam tenetur venditor ad pretij restitutionem sequta euictione, etiamsi in contractu venditionis, expressè fuisset con-
52 uentum se nolle teneri de euictione. Cum diuersum sit, non teneri de euictione, & teneri
53 ad pretij recepti restitutionem. *tex. in l. emptorem §. pen. ff. de action. empti, & probat Rubens Alex. cons. 252. sub nu. 3*, de qua materia actum fuit supra in *cap. 162. nu. 7. & 8*, & copiosè probat Fontanell. *de pactis nuptial. lib. 2. claus. 5. glo. 8. par. 14. nu. 95. cum plur. seq.* Vbi præsertim probat venditoris, siue alterius contrahentis pactum, ne teneatur de euictione, nec ad pretij restitutionem, Nõ releuare quando

dolose

dolose id fecit contrahens, Idest, si dolose ta-
54 cuit imminentem euictionem, vel sententiam iam contra se datam, Et ita censuisse illum Sen. testatur Fontanell.

55 Contrarium tamen expresse tenet Costa *cit. qu. 26. nu. 10. de port. ratæ*, Non teneri slz. emptorem ad accipiendum loco pretij tot bona in solutum, & sic minimè illum esse comprehensum in Nouis Constit. *cit. §. casus vero*. Cum diuersa sit in eo casu ratio emptoris, & venditoris, Quamuis authoritate, & Castrens. & Ploti ibi per Costam relata contrarium affirmare videantur.

Ea præcipua huius opinionis ratio esse videtur; Quòd sicuti venditor rem vendidisse præsumitur, vt pretio in pecunia numerata vteretur. Propterea illum non posse, effectum venditionis consequi, vbi emptor bona in solutum loco pretij dare permitteretur iuxta generalem propositionem constitutionis, quàm restrictá
56 esse patet in *d. §. casus vero* respectu pretij rei venditæ; Ita emptor, qui rem loco pecuniæ solutæ habere voluit; illam emendo; Eius finem etiam obtinere dicitur, dum loco rei emptæ, & euictæ, aliam rem in solutum accipere cogitur, & sic diuersa militat ratio inter emptorem, & venditorem, Idcirco etiam di-
57 uersa conclusio sequi debet *arg. d. l. si seruus §. quod vero. ff. de furtis, Mastril. decis. 139. num. 17. par. 2, Gratian. decis. Marchiæ 184. nu. 10.*

Quam sententiam sibi AEQVIOREM videri, mihi testatus est Amplifs. & Doctifs. Senator
58 Petrus Petracinus, ea præcipue ratione, quod certum est venditorem ad alienationem deuenisse, vt pretio in pecunia consistente vteretur. Propterea eius loco bona in solutum sibi tradere prohibuerunt Nouæ Constit., In emptore vero certum est adfuisse animum emendi, siue aquirendi bona pecuniam alijs exbursando; Id circo pecuniæ loco, bona ei assignari posse (in casu euictionis) cum lucro tertij pluris, Et sic casum ipsum minime com-
59 prehendi in Non. Constit. cui sententię aquieuisse partes pariter affirmauit idem Amplifs. Senator.

Conciliari tamen posse, mihi videtur, contrarias ipsas sententias sequenti distinctione, Vt
60 slz. prima opinio procedat, quando quis emit prædium, aut domum ex particulari affectione; Vt puta si propè eam habitaret, vel alia ibi posideret bona emptor, Aut dilatandæ causa domus atrium, siue viridarium, & similium, proprietatem contiguam emisset; Quia tunc, cum ex particulari affectione domum, siue prædium aquisiuisse dicatur; Merito vbi res empta euincatur, eius pretium in pecunia sibi restituendum venit, non in alia re, ne ipso inuito, loco pecuniæ aliam proprietatem in
61 qua deest affectio accipere cogeretur contra *l. cum à quo, & l. manifestæ C. de solut.* Et ne loco rei sibi valde cōmodæ, quam idcirco ex affectione emerat, ea euicta, loco pretij aliam in-
62 commodam recipere cogatur, cui affectioni multum est tribuendum iuxta *l. si in empt. ff. de minoribus*; sæpe enim ducimur ad emendum ea prædia, in quibus cadit affectio, etiam
63 mutato pretio, vt ea, quæ fuer. maiorum nostrorum, vt probat *Tiraquel. de retr. linager. in præfatione. num. 37. in fine, & sequitur Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 766. num. 25. cum seq.* Hinc tradit idem Tiraquel. *loco rel. nu. 38. post Guid. pap. cons. 97. in vltimo dubio*, Quod si testator portionē bonorum reliquerit Monasterio Mendicantium, Eaq; postea vendantur ad commodum Monasterij, filij Testatoris
64 De AEQVITATE debeant præferri alijs extraneis emere volentibus, si tantum offerant. Eslicet quantum ab alijs reperitur nullum interesse dicatur versari, habere hos, vel alios nummos, Tamen secus dicendum est vbi res
65 loco pecuniæ consequitur *l. nummis §. de in litem iur., Fontanell. de pactis nuptial. claus. 4. glo. 9. nu. 14. par. 2. lib. p.* Non enim verisimiliter
66 ab initio rem emissent, si sibi cōmoda, & alijs bonis iuncta ea non fuisset, Vt consideratur in eo, qui rem èmit, cuius partem alterius esse
67 postea compertum est, Quia in totum potius abstinuisset. iuxta *l. quæro. ff. de actionib. empt. Beron. cons. 158. nu. 39. cum seq. lib. 1. Curt. Iun.*
68 *cons. 74. nu. p.* Ne inuitus incideret in communionem contra *l. fundus ff. de contrah. empt. ad rem, Menoch. cons. 1106. nu. 25. & Surd. cons. 13. nu. 23. cum seq. & Giurba decis. 52. nu. 7.*

Secunda vero conclusio locum haberet, quotiescunq; cessante pænitus affectione emptoris, ad
69 rem emptā, solo aquirendi animo rem emisset; Quia tunc parum referret, quod, prædium, siue domū magis in vno, quàm in alio loco haberet, Et sic loco prædij empti; Cessante enim affectione, dici non potest eius intuitu deuentum fuisse ad emptionem; fuerunt tradita per *Menoch. cons. 151. nu. 1.*

Præterea notandum est Nouas Constit. loqui de venditionibus voluntarijs, Non autem de ne-
70 cessarijs; Si enim in diuisionibus vna pars alteri debitrix remaneret pecunię quantitatis pro æqualatione, Tunc bona in solutum dari possent loco pecuniæ; Nec per ipsas Nouas Constit. prohibita censeretur datio bonorum in solutum, sub prætextu, quod pro pretio rei
71 venditæ, bona in solutum dari nequeant, vt probat *Gluss. citat. cap. 22. nu. 525. in fi. lib. 2. de bonis in solutum dandis.*

Prout ab ipsarum Constitur. benefitio excluditur debitor ex causa census constituti ad for-
72 mam bullæ Sanctissimi Pontificis Pij Quinti; Quia licet expresè non fiat mentio in ipsis Nouis Constit. de debitoribus ex causa census; sed tantum de debitoribus ex causa ficti simplicis, vel libellarij, aut Pensionis; Attamen cum eadem militare dicatur ratio in materia census, quæ militat in debitoribus ficti
73 simplicis, & Pensionis, Cum census constituantur habità ratione fructuum, qui perci-

piuntur ex re subiecta solutioni census; Eadem etiam dispositio sequi debet sur. vulgar.,
74 Et ita censuit Sen. Excell. die 14. Iunij 1606.
referente Amplis. Senatore Papirio Catra-
75 neo in quadam causa censuarium.
Quæ conclusio procedit etiam de iure commu-
76 ni, vt sic. beneficio *Auth. hoc nisi C. de solut.*
gaudere nequeat debitor ex causa census, nec
etiam pro redemptione capitalis census, vt
post latam disputationem probat Io. Gutie-
rez *Pract. qu. lib. p. qu. 146. quem sequitur Fon-
tanel. tr. de pactis nuptial. claus. 4. glo. 18. par. 5.
num. cum seq. plur. lib. p.*
In causis etenim census sumariè, & executiuè
procedittur remota omni suspensione, & ap-
77 latione, saltem quoad suspensiuum effectum,
Cum de credito perspicuè constet ex publico
Instrumento, quod habere dicitur executio-
nem paratam contra nominatos in eo, *Alex. in*
78 *l. à Diuo Pio, §. si super rebus cap: 12. vers. de re
Iudi Folerius in d. praxi censuali, tit. tanquam res.
Iud. num. 13. cum seq. & nu. 43.* Et ita censuit
79 Sen. Excellentiss. die 8. Martij 1599. fauore
Didaci Sangres, litterasq; superinde dedit
Egr. Prætori Alexandriæ; Prout iterum hoc
80 confirmauit die 30. Octobris 1630. fauore Io.
Vincentij, & Cornelię de Pectinarijs per litteras patentes subsignatas per Egr. Secretarium Besurium.
Quemadmodum etiam censuit Sen. die 15. Nouembris 1613 quod fideiussor breui termino
81 statuendo indicaret bona libera principalis
debitoris, in quibus executio fieri posset ob
census maturatos, Aliter executio fieret in
bonis ipsius fideiussoris, reiecta exceptione
excussionis principalis per fideiussorem peti-
82 ta, litterasq; dedit I. C. Domino Octauiano Medæ causæ Commissario, quam cōclusionem iuri consentaneam esse probat *Foler. d. tr.
de censibus tit. tanquam res Iud. nu. 12, & nu. 18.
fol. 210.* In alio vero fideiussore censuit Senatus die 22. Ianuarii 1632. super precibus
Gasparis Barchiochi, vt vbi extarent bona principalis debitoris, ex quibus pecunia debita promptè redigi posit excussio
ipsius principalis in primis fieret expensis, & periculo fideiussoris supersedendo à
molestia contra ipsum fideiussorem. Quæ litteræ datæ fuerunt ad Egr. Prætorem Nouariæ.
Quarum Nouarū Constit. benefitium competit
83 etiam clericis creditoribus, quia eorum fauorem respiciunt, & sic debitores cogere possunt clerici ad soluendū in pecunia numerata,
Vbi sint in casibus exceptis ab ipsis Nou. Constit. vt probat *Bursa cons. 181. num. 3. lib. 2. &*
84 *seq. Bimius cons. 236. nu. 28. lib. 3.*
Et quia Constitutiones in casibus, in quibus bona in solutum dari posse prouident; disponunt etiam, vt bona ipsa eodem pretio intra
annum posint redimi; Redemptio hæc non
85 admittitur in bonis in solutum datis ex causa
onerum *Bar. in l. ordo col. 2. C. de execut. rei Iudic.*

Et ita sæpissime censuit Senatus; Pro quibus
oneribus etiam non conceduntur induciæ,
Quamuis ex AEQVITATE aliquando conce-
85 dere soleat Senatus tempus modicum ad parandas pecunias, Vt censuit Senatus Excell.
die 3. Iunij 1619. remittendo tempus ipsum ad
86 arbitrium Senatoris referentis, de qua re actū
est in superiori libro *cap. 44. nu. 34. cum seq.*
Vbi autem facta datione bonorum in solutum
deducta tertia parte iusti pretij ad formam
ipsarum Nou. Constit. intra tempus à statuto
determinatum Agnatus debitoris redimere
intenderet bona ipsa, ad illum minime spectaret lucrum illius tertiæ partis credito-
87 ri assignatam; Sed ad eundem creditorem; Cum agnatus admittendus sit ad retrahendum pro iusto pretio deducta dicta
88 tertia parte, vt censuit Sen. Excellentiss.
die 6. Martij 1559. in publica audientia penes Egr. Secretarium Pattelanum; Cuius decisionis præcipuè fuerunt rationes, Tum ad
euitandum fraudes ne debitor submitteret
agnatum ad proprium benefitium; Tum quia
89 si ipse debitor redimisset iuxta facultatē sibi
traditam per easdem Nou. Constit. Illa tertia
pars recasura esset in obligationē versus alios
90 eius creditores, id quod non contingeret si
redemptio facta esset per Agnatum.

*SVMMARIA.*

*Falsitates in testamentis de facili comitti possunt nu. 1.*
*Hæredis expressio per ipsum Testatorem proprio ore fieri debet in Testamentis nuncupatiuis nu. 2.*
*Legis proprium offitium est obuiare malicijs hominum nu. 3. & 71.*
*Testes septem audire debent vocem testatoris siue scriptura testantis nu. 4.*
*Hæredis institutio explicite, non implicite fieri debet in testamento nuncupatiuo nu. 5. cum seq. & nu. 7. & nu. 7. 34. 37. 38. & 68. cum seq.*
*Contrar. verius implicitè per relationem ad aliud fieri potest Instrumentum nu. 8. 22. 23. nu. 70.*
*Declar. nu. 24. & 28.*
*Ord. stat. nu. 29. nu. 81. cum seq. plur.*
*Dictio omnino necessitatem importat nu. 6.*
*Paria sunt certum per se, aut per relationem ad aliud num 9.*
*Forma per æquipollens adimpleri potest fauore testamenti num. 10.*
*Publicum fauorem respiciunt secreta hæredis institutiones nu. 11.*
*Ad euitandas Insidias, & odium eorum, qui à Testatore morte lucrum consequi sperant nu. 12.*
*Testamenta benignè sunt interpretanda idest id quod verisimile est nu. 13.*
*Testamenti pro validitate in dubio iudicatum est n. 14. cum ea sit sequenda opinio, quæ stat pro testamento num. 15.*
*Testatori sat est, quod indubitato signo hæredem ostendat num. 16.*
*etiamsi schedula aliorum manu esset scripta nu. 20.*

*modo*

modo testator non asseruisset esse script. manu propria num. 21.

Expressio triplex, vna generalis, alia singularis, tertia specialis nu. 17. nu. 74. cum seq.

Testator se referens ad certum quid vt institutio heredis de qua in schedula existente penes &c. dicitur specialiter exprimere nu. 18. 22. cum seq. nu. 75. & 76.

Exprimi si quid debet nominatim pro forma satisfactum dicitur si expressio sit specialis licet non indiuiduo nu. 19. & 26.

Contrar. nu. 45. cum seq.

Identitas tum scripturæ omnino probanda est eo casu num. 24.

Idcirco à tergo scribi debet per Notarium num. 27. 53. nu. 89. & nu. 112. & 116.

Notario credendum est in testamentis, maxime quando tantum rogatus est de solemnitate, dum nomen hæredis continetur in schedula separata nu. 25. ten. 106.

Ordinatio Ill. Magistratus in ea materia nu. 29.

Io. Baptista Villodra Quæstoris mentio honorif. nu. 30.

D. Alfonso del Rio Reg. Fisc. mentio nu. 32.

Bartholomei Sertorij I.C. mentio num. 33.

Dictio nuncupatiuè signif. propalare verbis palam nu. 35. & 36.

Consuetudo obseru. contraria legum dispositioni debet in specie probari nu. 39.

Consuetudo vnius ex Ciuitatibus Dominij Mediolani, non infert ad alias Ciuitates nu. 40.

Doctor non allegans obseruantiam, siue consuetudinem eius Patriæ illam excludere videtur nu. 4e.

Consuetudo tollere non potest ea, quæ lex pro forma statuit nu. 40.

Schedula in qua separatim à testamentis scriptum est nomen hæredis consignari debet propria manu testatoris nu. 47. 73.

Hæredis institutio ab ipsa mente, & voluntate testatoris dependere debet non ab arbitrio alieno num. 49. cum seq.

Forma aliqua testandi non est admittenda in qua fraus potentialiter adhiberi potest nu. 51. cum seq.

Institutio facta ad interrogationem Notarij non valet, vbi aliter non constet de testatoris voluntate nu. 55. cum seq.

Contrar. sub nu. 86. & 87. & nu. 9. cum seq. plur.

Ignorantia testatoris præsumitur, vbi non probatur o un scientia contentorum in schedula nu. 57. & consequenter actus ab ignorante factus dicitur nullus num. 58. cum seq. plur.

Testis vnus testamentarius negans audiuisse Testatorem disponentem vitiat testamentum num. 63. & 117.

Pendet Iudicis arbitrio nu. 134.

Contrar. nu. 118. cum seq. plur. & nu. 123. cum plur. seq. & nu. 126. 128.

Notarij præsentia non supplet num. Testium nu. 64. cum seq. plur.

Contrar. nu. 67. & nu. 127. nu. 131. cum seq. plur.

Error in nomine non vitiat institutionem quando certum est de quo Testator senserit nu. 72.

Hæredis nomen in testamento in scriptis calamo est notandum nu. 78.

L. asse toto ff. de hæred. instit. correcta dicitur per l. iubemus C. de testamentis nu. 79.

Contrar. deffendit Bal. nu. 80.

Rebitum est in referente nu. 83.

Expressio per relationem ad aliud sufficit etiam in his, quæ sunt de forma nu. 83.

Expressia licet inducta esset pro forma non tamen præscriptus esset modus exprimendi nu. 84.

Per æquipollens adimpleri potest id, quod non requiritur pro forma absolutè, sed tantum ad certum effectum, puta ad certificandum hæredem ne fraus fiat voluntati testatoris nu. 85.

Consuetudo à permultis Doctoribus approbata nō potest in dubiū reuocari, nisi contrariū probetur n. 92. & 94.

Consuetudo Ciuitatis prædominantis, vt Mediolani, & Tribunalis supremi instuit in alias nu. 93.

Subscriptio testatoris probari non potest nisi ex comparatione litterarum, vel ex testibus qui viderint subscribere nu. 99.

Sigilla siue signacula Testatoris supplent eius subscriptiones schedulæ in qua scriptū est nomen hæredis n. 104

Publica scriptura effecta dicitur ea quam inter suas abbreuiaturas posuit Notarius nu. 105.

Instrumentum testamenti nuncupatiui probat testamentum quo ad essentiam, & solemnitatem, siue examinatione, & recognit. Testium nu. 107.

Etiam si omnes testes essent mortui nu. 108. cum seq.

Notarij rogitus annotatus super dorso schedulæ cum nomin. Testium, quam Testator dixit esse suum testamentum probat testamentum nu. 110.

Notario creditur præsentanti rogitum suum, quod sit originalis nu. 111. & 113.

Testamento voluntatis identitas, seu certitudo, & perseuerantia, siue error probari possunt minor. numero testium cum in ea non consistat forma, aut substantia testamenti nu. 114.

Testis subscriptio facta testamento æquiparatur iuditiali depositioni nu. 129.

Testes non descripti in testamento, qui tamen fuerunt præsentes admittuntur, quia non adhibentur ad originem probationis, sed ad supplementum num. 129.

Facilius est coadiuuare, quam fundare nu. 130.

Suspitio falsi in ciuilibus habetur pro falsitate nu. 133.

In dubio pro validitate testamenti est pronuntiandum num. 135.

Clausula codicillaris sufficit pro valida hæredis institutione in vim fideicommissi, cum nutu relinqui possit, & sufficiat numerus quinq; testium nu. 135.

Clausula codicillaris apposita censetur in testamento licet expresse non legatur nu. 136.

Testamentum factum cum clausula quod extendatur ad dictamen Sapientis. Potest Sapiens addere in extensione ea, quæ sunt de stilo, & consuetudine, & de natura actus de solito apponi pro eius maiori validitate nu. 136.

Statuta non habent effectum extra territorium statuentium nu. 137.

Institutio hæredis facta ad interrogationē tertij non valet num. 138.

Contrarium num. 139.

Distinguuntur plures casus nu. 139. cum plur. seq.

Testator Articulatè non loquens ex deffectu naturali, si est sanæ mentis validè testatur, etiam ad interrogationem Notarij nu. 140.

*Decis. Sen. Taurinensis in ea materia nu. 141.*

*Testator qui ob morbum linguam, tamē factam habebat, & balbutiere incipiebat validè etiam testatur, vbi sit sana mentis, & testes eius verba intelligebant n. 142*

*Testator qui ob morbi grauitatem loqui non potest tantum inter liberos valet testari nu. 143.*

*Filiorum fauore valet etiam testamentū Furiosi n. 144.*

*Secus inter extraneos nu. 145.*

*Nutu etiam declaratur voluntas testatoris nu. 146. sed in hoc circonspecti valde esse debent Iudices, & consulentes nu. 147.*

*Testamentum ad interrogationem per nutum factum regulariter non valet nu. 148.*

*Testamentum scriptum per Notarium iussu testatoris valet etiam ad eius interrogationem factum, secus si iussu alterius num. 149. 150. cum seq. & nu. 154. 157. cum seq.*

*Testamentum solemniter factum in quandiu perseverauit Testator non dicitur reuocatum per secundum ad interrogationem alterius factum, in articulo mortis num. 151. cum seq. plur.*

*etiam respectu legatorum nu. 156.*

*Testamentum inualidum est si illud factum fuit ad interrogationem alterius, & scriptum aliena manu, quam testatoris, vel Notarij nu. 159. nisi aliter de praeambula testatoris voluntate sic testandi constet nu. 160.*

*In dubio standum est attest. Notarij attestantis se scripsisse testamentum de mandato testatoris nu. 161.*

*In dubio vbi non constat Notar. fuisse vocatum iussu testatoris, & ad eum accessisse, vt testamentum faceret ad eius interrogationem, præsumitur vocatum fuisse ab interessatis nu. 162.*

## Testamentum nuncupatiuum, an validum sit, etiamsi hæredis institutio explicitè facta non fuerit coram testibus, sed implicitè, & per relationem ad aliud.

## CAP. CC.

AD falsitatis occasionem tollendum in testamentis, in quibus
de vniuerso morientium patrimonio agitur, & in quibus id-
1 circo de facili falsitates committi posse veriti sunt legis-
latores *l. fin. C. de fideicommiss.*, solemnitates
multas in conficiendis vltimis tabulis adinuenerant, de quibus *in l. heredes palam ff. de Testam.*, *in l. hac consultissima, & in Auth. hoc, inter §. per nuncupationem, & in l. iubemus C. de testam.*
2 inter quas solemnitates expressio nominis hæredis ore testatoris facienda connumeratur,
vt ibidem deciditur, ac in §. *sed hæc quidem instit. de testamentis*, cum legis sit proprium
3 malicijs hominum obuiare *l. in fundo ff. de rei vendic.*

Etenim in l. palam, Vulpianus inquit, *Heredes palam ita vt exaudiri possint nuncupandi sunt*, & in
dicto §. Per nuncupationem Imper. sequentibus vtitur verbis; *Per nuncupationem quoq; hoc est sine scriptura, testamenta non aliàs valere sancimus, quam si septem testes (vt supra dictum est) simul vno, eodemq; tempore collecti Testatoris vo-*
4 *luntatem, vt testamentum sine scriptura facientis audierint.*

In allegata autem l. Iubemus, sic decidit idem Imperator, *Iubemus omnino testatorem si vires habeat ad scribendum nomen heredis, vel heredum in sua subscriptione, vel in quacunq; parte testamenti ponere, Vt sit manifestum secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam; Sin autem ex morbi acerbitate, vel litterarum imperitia, hoc facere minime potuerit testibus testamenti præsentibus, nomen vel nomina heredum ab eo nuncupari, vt omnino sciant testes, qui sint scripti heredes, & ita certo heredis nomine successio procedat.*

Cum itaq; verba dictorum textuum clarissima
sint. Non est quod hæsitari possit hæredis in-
5 stitutionem aliter factam validam esse, videlicet quando explicitè facta non fuit hæredis nominatio à testatore præsentibus testibus, sed per relationem ad aliud; Præsertim attenta dictione omnino, qua ibi vsus est Imperator, & quæ necessitatem importat *Clem. p. vbi glo. in verbo omnia de vita, & honest. Cleric. & post*
6 *alios tradit Decian. cons. 356. in princip. & seq. Gratian. lib. 5. discept. forens. cap. 973. num. 23.*
Et hanc sententiam sequuntur quamplures ex Scribentibus præsertim *Castrens. in l. si ita scripserit 38. nu. 3. & 4. ff. de condit. & demonstr. Aret. in d. l. heredes palam num. 2. ff. de testam. latissime Ias. in d. l. hac consultissima siue Auth. hoc inter §. per nuncupationem nu. p. cum seq. plur. C. eodem tit. & latius in l. vbi autem 75. §. illud col. 2. & ff. de verborum obligat. Guido Papa decis. 455. nu. p. & ibi Additur in verbo nominatim.*

Quam conclusionem amplectitur Card. Mant.
*de coniect. vlt. volunt. lib. p. tit. 5. sub nu. 7. vers. & hanc esse magis communem*, & ita iudicatum
7 fuisse per Senatum Sabaudiæ, testatur Faber. in
eius codice Fabriano *lib. 5. tit. 40. de testam. definit. fol. 618. & latè comprobat Gratian. d. lib. 5. discept. forens. pleno cap. 973. Prout eandem sequitur D. Merenda lib. 3. controuers. pleno cap. 30. maxime nu. 3. cum seq.*

De AEQVITATE tamen contraria opinio ve-
8 rior, & communior est; Valere sic hæredis
institutionem implicitè factam, etiam in testamento nuncupatiuo per relationem ad aliā
scripturam, & primo per regulam; paria esse
9 certum per se, vel per relationem ad aliud
*l. ait Prætor §. p. & ibi Bar. & in l. in summa ff. de re Iudic. tex. in l. quem hered. ff. de rebus dubijs.*

Secundo quia fauore testamenti forma perequi-
10 pollens potest adimpleri, vt scribit D. Crottus *in repet. l. p. §. si quis ita sub nu. 18. ff. de verborum oblig. Rimin. Iun. cons. 759. nu. 65.* & publicum fauorem respicere secretas hæredum
11 institutiones tradunt Scrib. & docet experientia ad euitandū odium, siue insidias eorū,

qui

12 qui à testatorum morte lucrum consequi spe-
rant, vt post Clarum in §. *testamentum qu. 4. tra-*
*dit Costa Remed. subsid. 82. in principio*. Benigne
etiam, idest secundum AEQVITATEM inter-
pretanda sunt testamenta, Iuxta id quod ve-
13 risimile est, vt per *l. si testamentum C. de Instit.*
*& substit. scribit Suarez tr. de captat. volunt. sub*
*nu. 13. vers. & optime*, & pro validitate testa-
14 menti etiamsi nõ agatur de interesse piæ causę
cõsiderata AEQVITATE probat *Thesaur. Iun.*
*qu. famil. 99. sub nu. 30. post Cephalum cons. 546.*
*num. 54.*

Prout fauore testamenti ea sequenda est opinio,
quæ stat pro illius validitate est, *Tex. in l. si pars*
15 *ff. de inoff. testam.*, Etiamsi opinio ipsa non es-
set communis (quod magis est) vt probat Al-
ciat. *cons. 126. sub nu. 9.* eo magis ergo conclu-
sio hæc procedere debet, quia cõmunis est, &
fere ab omnibus recepta, vt infra ostenditur.

Satis enim est, vt testator indubitato signo hæ-
16 redem ostendat *Tex. in l. quoties §. si quis nomen*
*ff. de hæred. instit.* Certumq; dicitur illud non
tantum per se, sed etiam per relationem ad
aliud *l. certum ff. si certum petatur, & l. pen. C. de*
*sentent. quæ sine certa quant.*

Et triplex est expresio, vna generalis, alia sin-
gularis, & tertia specialis secundum *Bar. in l.*
17 *p. ff. si quis in ius voc. non ierit*; sub qua speciali
expresione contineri videtur huiusmodi te-
statoris dispositio, se referens ad certum quid,
18 vti ad schedulam alteri consignatam, in qua
scriptum erat hæredis nomen, vt probat Nat-
ta *in repet. Auth. quod sine num. 27. C. de testam.*,
Vbi scribit quod si requiritur aliquid pro for-
ma nominatim exprimi, satisfactum dicitur si
expresio sit specialis, licet non in indiuiduo
19 *l. 2 ff. de liber. & posth. & l. Titius vbi Bar. eodẽ tit.*

Huius principalis sententiæ auctores sunt Bar. &
Bald. ille in *l. si ita scripsero ff. de condit. & de-*
*monstr.* vbi licet prima facie contrarium pro-
bare videatur; Tamen deinde hanc conclu-
sionem vti veriorem amplectitur, Hic in *l. Asse*
*toto ff. de hæred. instituendis; quos sequitur Castrens.*
*in l. vbi autem 74. §. sed quinimo num. 2. ff de ver-*
*borum obligat. & in d. l. hac consultissima, siue Auth.*
*Hoc inter § per nuncupationem C. de testam. atq;*
*etiam in l. hæredes palam ff. eod. tit.*, in quibus lo-
20 cis scribit procedere conclusionem, etiamsi
schedula non esset scripta manu testatoris;
Modo testator non asseruisset contrarium,
21 nempe illam eius manu scriptam fuisse, quia
tunc necessario eius manu scripta esse debe-
ret huiusmodi schedula, aliter nulla reddere-
tur hæredis institutio; Cum non diceretur
constare de identitate schedulæ *Padil. in l. cum*
*quidam sub nu. 13. ff. de leg. secundo.*

Quam sententiam sequitur Alex. in *l. vbi autem §.*
*illud nu. 3. ff. de verborum obligat., & in cons. 176.*
*nu. 5. in fine cum seq. lib. p. & in cons. 4. nu. 7. lib. 7,*
Prout eandem amplectitur Angel. in *d. l. Asse*
*toto ff. de hæred. instit., & Socin. Sen. in d. l. si ita*
*scripsero num. 3. ff. de condit. & demonstr. ac cons.*
*173. nu. 2. lib. 2, Crottus in repert. l. p. §. si quis,*
*etiam in fine ff. de verb. oblig. Doct. ff. Alciatus cit.*
*cons. 126. lib. 9,* Vbi ab hac opinione non esse
recedendum testatur *Rub. Alex. cons. 14. nu. 7,*
*& 8, & cons. 95. Affl. decis. 143. nu. 6.*

Et hanc opinionem esse magis communem, & à
Scribentibus magis communiter receptam
22 probat post Corn. *in d. §. per nuncupationem,*
*Gabriel. lib. 4. tit. de testam. conclus. 11. præsertim*
*nu. p. & 7, Paris. cons. 19. nu. 13. lib. 3,* Vbi in-
quit, nedum in legatis, sed etiam in hæredis
23 institutione procedere hanc conclusionem
secundum magis communem opinionem, &
conclusionem vulgatam eam esse testatur
*Boer decis. 14. nu. 10, Oddus cons. 64. nu. 17, &*
*cons. 88. nu. 32. ac Portius Imolensis commun. con-*
*clus. 20. per totum*, vbi hanc esse communio-
rem, & veriorem conclusionem docet.

Prout de eadem communi opinione testatur
Natta *in repet. cit. Auth. quod sine sub nu. 26. vers.*
*& ista opinio quod instit. C. de testam. Vasqu. de suc-*
*cess. lib. 2. §. 17. num. 53. par. p.* Vbi subiun-
git difficultatem tantum eo casu stare circa
identitatem schedulæ, quæ de facili potest
24 mutari, & per similitudinem characteris imi-
tari, & idcirco suspecta videtur ista relatio,
Quamuis sententiam ipsam vti magis com-
munem sequendam esse concludit; De qua
sententia testatur etiam Bellonus *cons. 85. nu.*
*11, & Clarus in §. testamentum qu. 36, & Rimin.*
*Sen. cons. 254. nu. 7. cum seq.*

Si etenim creditur Notario in testamento nun-
cupatiuo, vbi rogatus est tàm de tenore testa-
menti, quàm de solemnitate eiusdem, Quan-
to fortius ei credi debet in testamento in
scriptis, vel nuncupatiuo in quo hæredis no-
men implicitè exprimitur, per relationem ad
25 schedulam, & in quo rogatus dicitur tantum
de solemnitate, vt inquit Gozad. *cons. 3. nu. 12.*
*cum seq. & sub nu. 15. vers. Quia si creditur.*

Deniq; ex recentioribus magis communem esse
sententiam hanc probarunt *Suarez. cit. tr. de*
*captatoria volunt. sub nu. 17. vers. sic debes intelli-*
*gere, Crau. cons. 143. num. 6. Couaru. in cap. cum*
*tibi sub nu. 5. vers. satis tamen crederem Mascard.*
*de probat. conclus. 1353. nu. 73. Clar. in §. Testa-*
*ment. qu. 3. vers. sed pone plena qu. 36., Apostilla*
*ad Gomez. var. resol. lib. p. cap. 2. lib. 6. num. 7,*
*Crassus de success. §. testamentum sub nu. 10. & §.*
*institutio qu. 16. nu. 3. Amatus decis. 15. nu. 31.*
*cum seq. Marta decis. 190. nu. 3, & 4. ample Card.*
*Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 11.*
*& Pratus de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. inter-*
*pretat. p. dub. 3. col. 1. nu. 12. fol. mihi 187. par. 2.*
*Decian. responso 74. nu. 18. lib. 5. Rimin. Iun. cons.*
*759. nu. 64, & 65.* Vbi scribit vers. Vnde dici-
tur, quod tunc testator virtualiter, & cum
effectu nomen hæredis expresit, & sic for-
26 mam legis adimpleuisse, nõ autem per æqui-
pollens, Quam sententiam sequitur Menoch.
*cons. 639. nu. 21. Surd. cons. 378. nu. 15, Sola ad*
*consti. Sabaud. tit. de vlt. volunt. glo. 2. num. 2.*

*cum ſeq.*, Vbi conſulit teſtatores, vt ad euitandam omnem hęſitationem circa identitatem
27 ſchedulæ in qua eſt nominatus hæres, curent per Notarium aponi à tergo ipſius ſchedulæ tempus, nomina teſtium, locum, & rogitum *ex Claro in recit. qu. 36.*

Sicuti eandem ſententiam vti magis communẽ, & AEQVIOREM amplectitur *Martha de ſucceſs. legali par. 4. qu. p. art. 30. nu. 20. cum plur. ſeq.* & reprobato Iaſone, Peregr. *conſ. 80. nu. 5. in fine lib. 2, Guidob. Aduoc. 27. nu. 2, & Aduoc. 33. nu. 19. Caroc. deciſ. 51. nu. 7. Fuſar. conſ. 41. num. 4. Marius Medices deciſ. Senenſi 97. num. 23. cum ſeq. plur. Gratian. lib. 4. diſcept. forenſ. cap. 605. num. 35, Ludou. Lana. in ſuo conſil. de forma teſtam. nuncupatiui num. 66, & ampliſs. Tomatus deciſ. 68. præſertim nu. 84. cum plur. ſeq.*, Vbi infinitos Doctores in hanc adducit ſententiam, & ad contrariũ tenentea reſpondet. Idemq; etiam probat *Deciſ. 82. nu. 19. cum plur. ſeq.*, Cui ſententiæ tandem etiam accedit Gra-
28 tian. in ipſomet *cap. 973. nu. 44. cum ſeq.*, poſtquam eam expreſſe reprobauerat, data identitate cedulæ in qua continetur nomen hæredis, & ad quam ſe retulit teſtator. Quam ſententiam ſequitur *Coſta remed. ſubſid. 82. nu. 4.* & nouiſsimè comprobat Cyriacus in quem poſt hac ſcripra incidi *lib. 3. contron. 407. nu. 340. cum ſeq. plur. à nu. 351.*

Et ita ſuperiori anno 1637. die 12. Februarij AEQVITATEM amplectendo poſt exactiſ-
29 ſimam diſcuſſionem iudicauit Ill. Magiſtratus Extraord. Redd. huiua Dominij. Referente Integerrimo, & Præſtantiſsimo D. Quæ-
30 ſtore Io. Baptiſta Villodræ, in cauſa oppulentæ hæreditatis, & teſtamenti conditi per Com. Franciſcum Cribellum, coram quo Tribunali per delatorem fuerat notificata vacans ipſa hæreditas, eo ſub prætextu, quod teſtamentum eo modo factum non valeret; Decernendo propterea hæredis inſtitutionem co modo factam ſubſiſtere, & teſtamentum valere fauore D. Com. Othonis Mandelli, Præſertim quia eo caſu, poſtquam de voluntate teſtatoris præambula appareret, fuerat aliena manu ſcriptum teſtamentum, &
31 illud ſubſcribere cæpiſſet Teſtator, licet à morbo grauatus, ſubſcriptionem perficere non potuerit, & ſic iuxta doctrinam *Abb. in cap. relatum de teſtamentis*, De AEQVITATE validum erat teſtamentum, vt etiam conſuluit Collegium Patauinum inter *Conſil. vlt. volunt. conſ. p. nu. 6. quos ſequitur Theſaur. qu. famil. 99. nu. 30. lib. p.*

Et quia articulus ipſe vna cum alijs iuris concluſionibus pleniſsime fuit diſcuſſua, & trutinatus, ſubijciantur ſubtiliſſimæ oppoſitiones Eximij I. C. ac occultiſsimi Reg. Aduocati Fiſcalia D. Don Alfonſi del Rio, poſtea Am-
32 pliſs. Senatoris Electi pro mortuo datæ, Vna
33 cum reſponſione Eruditiſs. I. C. D. Bartholomei Sertorij eiuſdem D. Comitis Othonis Aduocati.

Votum Fiſci circa teſtamentum Co. Franciſci Cribelli.

NVllum debere indicari teſtamentum Co. Franciſci Cribelli contendit Fiſcus. Non obſtantibua omnibua allegatis pro eius validitate per Com. Ottonem Mandellum hæredem inſtitutum in eo, Agimus enim de teſtamento nuncupatiuo, in quo inſtitutio hæredis. exprimi debet taliter coram teſtibus, & nuncupari, vt audiant explicitè ab ore te-
34 ſtatoris nomina hæredum inſtitutorum, vt eſt textus *Clarus in l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem. Et in l. Iubemus C. de teſtamentis, & §. ſed hac quidem. inſtituta eodem titulo. l. hæredes palam. l. ſi quis cum teſtamentum. ff. eo.* quæ omnia iura, ſi eorum verba legantur, id euidenter probant, & hoc innuit vis, & efficacia ver-
35 bi nuncupari, quod ſignificat propalare verbis palam, vt colligitur ex *d. l. Hæredes. & ex Cicerone 3. officiorum*, & perpendit *Donell. lib. 6. c. 10.* dicens requiri, & audientiam ſoni, & intelligentiã ſermonis, vt de auditis teſtifica-
36 ri teſtes poſſint, ponderans, illa verba §. *Per nuncupationem.* Voluntatem audierint, non aliter verificari, & ad idem adducens, alia ſimilia quæ ſunt in *d. §. fin. inſt. eodem ſua voluntate coram eis nuncupata, Iuncta l. coram Titio 209. de verb. ſig.* cuius doctrinam amplectitur *Oſuald. ad eundem Donellum in d. loco.* Et quis poterit in controuerſiam ponere talem fuiſſe mentem Legiſlatorum cum in *dicta lege Iubemus*, hæc reperiantur verba expreſſa, *in elogio, quod ſine ſcriptura conficitur neceſſe eſt teſtatorem voce exprimere, nomen vel nomina hæredum*, quæ verba omnino excludunt aliam formam teſtandi per relationem ad ſcripturam in puncto iuris, cum illa forma implicita non conti-
37 neat vocis expreſsionem de nomine hæredum. Et ideo in puncto iuris, nullus vnquam de hac doctrina dubitauit, nec minus veram dixit, ſed ſolum admittunt obſeruantiam cõ-
38 trariam, vt perpendit *Gratian. in ſua diſceptat. 973. per totam.* Itaque non conſiſtit difficultas in eo, an in puncto iuris eſſet neceſſaria expreſsio nominum hæredum, ſed an attenta obſeruantia cõtraria de qua teſtantur Doctorea defendi valeat ex hoc capite memoratum teſtamentum.

In hoc ergo Fiſcus inſiſtit, quod etiam tali admiſſa obſeruantia corruere debet teſtamentum hoc de quo quæritur, Primo, quia obſeruantia, & conſuetudo, quæ eſt iuris diſpo-
39 ſitioni contraria, debet in ſpecie probari, quod vigeat in Ciuitate Papiæ, nec aliter præſumi poteſt, vt in puncto pluribus rationibus docet *Gratian. vbi ſupra à num. 37. vſq; ad 44.* & licet D. Iulius Clarus, qui de hac atteſtatur conſuetudine, videatur illam probare, ex quo credi debet Doctori allegantı conſuetudinem, tamen cum in hoc ſtatu diuerſa ſint ſingularum Ciuitatum ſtatuta, & conſue-

udti-

tudines, non potest trahi, ad Ciuitatem Pa-
piæ huiusmodi argumentum, vti diuersa, à
Ciuitate Mediolani, seu Alexandriæ de qua-
40 rum consuetudine loqui poterat Iulius Cla-
rus, Quinimo talis præsumptio omnino,
cessat ex doctrina Iasonis, qui cum esset Pa-
piensis, ignorare non debuerat suæ patriæ ta-
41 lem obseruantiam, & tamen absolutè tenet
nullum esse huiusmodi forma testamentum
confectum in *d. l. hac consultissima. §. per nuncu-
pationem nu. 1. vsque ad 4. & in l. Vbi autem 79.
§ illud. de verborum obligationibus.* Et dum in
*l. hac consultissima C. qui testam. facere possint nu. 5.*
disputat super eo, an statuto vel consuetudi-
42 ne possit derogari dispositioni illius legis.
Negatiue respondet eo, quod inducta per le-
ges pro forma testandi, non credit obseruan-
cia contraria tolli posse, & credibile non est,
quod vbi in Ciuitate Papiæ, in qua scribebat,
dum talia dixit, adesset similis obseruantia
his in locis, de ea non meminisset.
Deinde (quod præcipuum est in præsenti causa)
data etiam tali obseruantia, debet talis con-
currere indubitabilitas in scriptura, ad quā
fit relatio vt nulla fraus potuerit adhiberi:
Hæc enim est causa finalis illius solemnitatis,
scribendi vel nominandi hæredes, vt ex iuri-
bus supra allegatis colligitur, & ideo, dato
solum de posibili, quod in scriptura ad quam
fit relatio aliquid potuerit scribi contra, vel
præter testatoris intentionem, seu volunta-
tem non debet aliquo modo, illa scriptura
admitti, in præsenti casu non est hoc aliquo
modo Iustificatum, non enim fuit scriptura
manu testatoris confecta, non fuit verifica-
tum quod ab ipso fuerit visa dum scriberetur,
sed solum quod ad eum fuit allata vt subscri-
beret, & quod infirmitate præuentus non po-
tuit subscriptionem perficere, quis quæso ne-
gare potest quod potuerit in tali scriptura
aliena manu conscripta aliquid præter inten-
tionem testatoris addi, vel ommitti? cum
nec per se scripserit, nec perfectè legisse con-
stet, propterea nescit Fiscus intelligere quo-
modo tuta conscientia pro validitate huius
testamenti iudicandum sit, eo quod constet
de traditione scripturę illius, si quidem etiam
constat, quod in scriptura ipsa quæ tradeba-
tur, stante forma qua fuit compilata, in loco
scilicet diuerso, & separato à loco vbi testa-
tor iacebat, & consequenter ab eo non visa,
stante etiam tempore, nimirum dum testator
adeo infirmitate erat aggrauatus, vt se sub-
43 scribere non valuerit, aliquid addi, vel om-
mitti poterat diuersum à voluntate, & mente
testatoris, & hoc iudicio Fisci reddit illam
scripturam dubiam. Licet de eius identitate
constet, quia non constat taliter scriptam, vt
constet de identitate voluntatis testatoris,
quin aliter præsumi non posit, Ideo, Docto-
res Communiori calculo firmant, necesse es-
44 se, vt constet scriptam fuisse manu testatoris,
vt tradunt, *Bartolus in l. si ita scripsero, de condit.
& dem. Crotus in l. 1. §. si quis ita de Verb. obliga-
tionibus Boerius decis. 240. nu. 5. Rodericus Suarez
de Captatoria voluntate num. 12. Natta, in auth.
quod sine qu. 10. & 11. C. de testam. Zunsus in Res-
ponso. pro vxore nu. 71. & 76. Parisius consilio 19.
num. 26. lib. 3. vbi ait quod omnes ita affirmant vno
ore, sequitur Michael Grassus in §. institutio qu. 16.
nu. 4. & 5. vbi Couarruuia contrariam opinionem
reicit, & hanc Bartoli, magis communem, & verio-
rem affirmat, sequitur cum multis alijs Doctoribus
Iacobus Menochius consilio 313. nu. 45. & nu 46.
numerat aliquos tenentes, sufficere quod constet de
identitate, licet sit aliena manu scripta schedula sed
nu. 9. subiungit. Verum ab illa prima vt magis re-
cepta recedendum non videtur,* a quorum senten-
tia durum esset recedere cum esset plures li-
mitationes iuris dispositionis admittere, ni-
mirum, & institutionem coram testibus, non
pauditam prætextu obseruantiæ; obseruan-
tiam Papiæ non verificatam, scripturam à te-
statore non conscriptam, vel ab eo scribi vi-
sam, & in summa talem in qua fraus potuerit
committi, Nec aliquid iudicio Fisci releuare
debet, quod non credatur commissa, quia suf-
ficit, quod potuit committi, vt non admitta-
tur pro forma sufficienti ad testandum, non
enim leges aquiescunt, eo quod non commit-
tatur, sed requirunt quod committi non pos-
sit, & ideo licet stare posit, quod absq; eo
quod manu testatoris, vel alterius nomen hæ-
redis scribatur; institutio hæredis vera fuis-
set, tamen ne poset committi fraus, fuit or-
dinatum pro forma hæc solemnitas. Et eius
45 ommisio testamentum annullat, vt colligi-
tur, *ex §. sed hoc etiam instituta de testamentis.* Si-
cut etiam potest ese, quod licet Vnus de
septem testibus deficeret, non tamen fuisset
fraus commisa, tamen non inde valeret ar-
gumentū quod vbi deficeret Vnus, testamen-
46 tum eset sustinendum, *contra textum. in l. si
vnq. C. de testam.* Et ratio est. quia licet defi-
ciat fraus, non tamen adimpleta est forma te-
standi, à simili. Ergo concludendum est,
quòd licet in præsenti casu non credatur ali-
qua fraus commisa per Comitem Maudel-
lum, deficit forma, scilicet nuncupatio hære-
dum, hæc forma vt posit dici adimpleta per
æquipollens. Iuxta Doctorum sententiam
tenentium pose hæredem nuncupari impli-
citè, & per relationem ad scripturam, Opor-
tet, quod scriptura talis sit, quæ æquipolleat
nuncupationi. Nimirum vt ab ipsius testato-
ris manu proueniat, sicut nuncupatio, ab ore
47 illius prouenire debuisset, ad quod cōducit
ratio *tex. in l. illa inst. 32. de hæredibus instituen-
dis,* quod vero ab alterius manu prouenit, dū
non constitisset iubente, vidente, & legente
testatore fuise conscriptum, nullo modo po-
test iudicari formæ æquipollere, cum non
sit ita difficilis alteratio in scriptura aliena
manu conscripta, respectu voluntatis testa-
toris,

toris, Sicut esset difficilis, Si manu sua, vel
saltem ipso Vidente, & legente fuisset con-
scripta, Ac ideo optima ratione Doctores
non admittunt aliam scripturam, quam te-
statoris manu conscriptam, vt per æquipol-
lens dicatur satisfactum formæ à lege præ-
scriptæ circa nominandos, & voce nuncu-
pandos hæredes, nec tuto potest aliter iudi-
cio Fisci iudicari. Cum daretur occasio com-
mittendi in testamentis plurimas fraudes, si
in Tribunalibus admitterentur hæ scripturæ,
in quibus aliquid præter voluntatem testato-
rum addi, vel ommitti possit, & summè in
hoc inuigilandum est his temporibus, quibus
non pauci sunt casus, grauissimarum falsita-
tum, & fraudum in vltimis Elogijs commis-
sarum, ne scilicet admittatur forma aliqua
testandi, in qua possit fraus committi poten-
tialiter, & facultatiuè, non considerato an
in facto, committatur.
Ex his, facile responderi potest contrariam sen-
48 tentiam tenentibus quibus se subscripsit *Fu-
sarius consilio* 41. *num.* 27. *&* 41. præsupponen-
do semper, quod Fiscus non vim facit in eo,
an requiratur, quod schedula sit conscripta
manu testatoris, vel ne, sed in eo, quod dato
etiam posse admitti schedulam aliena manu
conscriptam, id deberet intelligi, quando
taliter constat scripta, vt constet etiam testa-
torem eam vidisse, legisse, & vno verbo cer-
tificatum plenè fuisse de continentia scriptu-
ræ. Nam vbi hæc indubitabilitas non sit, &
49 potuerit decipi, etiam si constet de identita-
te schedulæ signatæ Fiscus contendit, non esse
satisfactum formæ testandi, seu instituendi,
in qua requiritur, quod ex ipsamet mente, &
voluntate testatoris, non arbitrio alieno de-
pendeat, vt dicitur in *d. l. illa institutio*. Pona-
mus enim exempli gratia, quod in præsenti
casu, aliquid præter voluntatem testatoris
fuerit ab illis suis amicis conscriptum testa-
tor non legit, testes nec Notarius audierunt,
non ne, debent succedere aliqui præter vo-
luntatem defuncti, non est valde absurdum
admittere, quod persona non certificata, &
quæ constet ipsismet testibus, ac Notario,
quod sit plenè certificata, debeat actū adeo
magnum absoluere, qualis est institutio. In
qua leges, ne aliquo modo fraus posset com-
mitti tot solemnitates totq; testes adhibue-
runt, & quod tota fides reducatur ad arbi-
trium duorum vel trium, qui dicant, scrip-
sisse, prout testator disposuit, non ne idem
50 esset testari, hoc modo, ac dicere, instituo
quos titius voluerit, nam virtualiter instituti
erunt qui voluerint scribi ab illo, si non su-
mus certi, quod scripsit, quos testator nomi-
nauit, Equidem si super hoc fuisset consul-
tus Fusarius, & talis hypothesis, ei proposita,
nullo modo talem institutionem admisisset,
vt scilicet si constitisset de identitate sche-
dulæ, licet fuisset talis, quod testator potue-
rit decipi, nec constet plenè de ea fuisse cer-
tificatum, nihilominus valeat institutio:
Quia repugnat omni iuri, & Iustitiæ admit-
tere formam aliquam in qua fraus potentia-
51 liter possit adhiberi, vt probat *textus in d. l.
Iubemus C. de testamentis*. Quinimo lecto ipso
consilio Fusarij, & casu per eum proposito,
facile colligitur, quod vbi talis casus fuisset
ei propositus, sententiam nostram teneret,
defendit enim ibi testamentum cuiusdam cō-
scriptum manu cuiusdam Doctoris, & de
quo plenam habuit notitiam ipse testator, &
52 testes fuerunt certificati de continentia dis-
positionis. vt colligitur ex his, quæ dicit *num.*
28. his verbis. *Hoc autem nostro casu, constat de
identitate scripturæ, quam testes examinati, opti-
mè recognouerunt, quia fuit conscripta manu Do-
ctoris Cicadæ, & interlineata ab ipso testatore, &
recitata, tùm coram Doctore Cicada, tum etiam
coram altero Doctore Medicinæ, & testes, eamdem
scripturam recognouerunt, non solum ex exteriori
facie, sed quod magis est, ex qualitate dispositionis
factæ, de qua sigillatim edocti fuerunt*. Quare di-
cit idem Fusarius non obstat, quæ adducta
fuerunt *nu.* 5. in quo ipse retulerat Doctores
tenentes, non valere schedulam conscriptam
aliena manu, subiungens. *Nam Bartolus dixit,
sat esse, quod constet de voluntate testatoris, &
53 scripturæ identitate*, hæc sunt verba Fusarij.
Ex quibus, & ex ratione per eum pro funda-
mento allegata, clarissimè colligitur, quod
semper hoc pro constanti retinet, quod de-
bet constare de voluntate testatoris, & scrip-
turæ identitate, prout constabat, in illo casu,
& quod vbi nō constitisset de voluntate, sed
de sola identitate scripturæ, non ausus fuisset
defendere tale testamentum.
Et pro confirmatione huius verissimæ senten-
tiæ, quod scilicet, non sufficit sola identitas
scripturæ ad quam testator se retulit, nisi
etiam constet de voluntate testandi, prout
in scriptura continetur, adducit Fiscus aliam
Doctorum sententiam circa testamentum fa-
ctum ad Notarij interrogationem quærunt
enim Doctores, an si accesserit Notarius cum
aliqua scriptura ad testatorem, & interroga-
uerit eum vtrum ita testetur, prout in illa
54 scriptura cōtinetur, & ipse respondeat quod
sic, vtrum testamentum valeat, & respondent
non valere, nisi aliter constet de eius animo,
& voluntate ita testandi, quia sæpè testatores
ægrotantes, & in extremis laborantes, vt
rem gratam faciant captantibus eorum hæ-
55 reditates, & vt liberentur à molestia inter-
rogantium solent ita respondere, citra ani-
mum, & voluntatem liberam ita testandi, &
ob id nisi aliunde constet de eorum volunta-
te non sufficit, quod de scriptura non dubi-
tetur. *Ita docet Romanus consilio 306. in fine, Cy-
nus, Socinus Senior, Iason, Ruinus, Gratus, Soci-
nus Iunior, Syluanus, & alijs, quos refert, & sequi-
tur Iacobus Menochius consil.* 45. *num.* 17. *& licet*

*Ala-*

*Alexander consil. 33. lib. 3.* contrarium sustine-
re conetur, tamen eius opinio non est recep-
56 ta, & communis Doctorum est in contrariũ,
vt notat apostilla ad consilium Romani in
verbo inualida, & ad eundem Alexandrum
in eodem consilio 33. verbo non valet, vbi
dicit apostilator, quod Alexander solitus
erat scribere ad fauorem testamentorum su-
spectorum, quodque illius consilium non est
iustum. Ex quibus omnino concludendum
est, quod in nostro casu, testamentum non
possit sustineri, cum non solum non probe-
tur voluntas testatoris ita disponendi, sed
nec probetur, scientia eorum, quæ in illa
scriptura continebantur.

Præterea considerat Fiscus pro hac opinione,
quod non probata scientia contentorum in
scriptura cum agatur de re, quæ consistit in
57 facto, debet ignorantia præsumi *l. præsumitur. de regulis iuris lib. 6. l. Verius, & ibi glosa in ver-
bo obligatam de probationibus.* Et consequen-
58 ter actus ab ignorante factus; redditur nul-
lus, quia ignorans factum non creditur velle
*l. mater decedens §. vltimo, et ibi gloßa, & Doctores de inofficioso testamento l. manifestißimi C. de fur-
tis l. tres fratres ff. de pactis l. non est ferendus de transactionibus l. 1. §. voluntatem. soluto matr. l. nec ignorans C. de Donationib. Docet Clarus §. feu-
dum q. 63. Menochius conf. 402. num. 83. Surdus decis. 228 nu. 20. Et innumeri alij quos plena manu congeßit Galleratus de renuntiat. lib. 3. cap. 9.* Et
cognitio, ac certificatio, quæ debet præce-
dere actum, vt non dicatur factum ab igno-
rante nullo modo præsumitur, nisi etiam pro-
59 betur, quando versatur circa quid extrinse-
cum ab ipso actu, vt colligitur *ex l. quæcumque §. fin. de public. in rem actione, dicit communem Mascardus de probationibus conclusione 283.* Cum
itaque agatur hic de scriptura facta separa-
tim, ab actu illo rogandi testamentum, non
conscripta, ab ipso testatore, non lecta, nec
visa, Fiscus iure optimo contendit testatorẽ
ignorantiam habuisse de contentis in illa, &
institutionem factam ab ignorante ipsam in-
stitutionem. Et consequenter nullius esse
60 momenti. Sicut fuisset quodlibet aliud in-
strumentum ab ignorante, & non certificato
factum teste Gallerato vbi supra, & hoc solũ
satis est ad victoriam Fisco, cum aduersarius
contrarium non ostendat, nec ex informa-
tionibus sumptis appareat, tum quia testes
de hoc non deponunt, tum quia sunt varij, &
contrarij. Et patiuntur alias exceptiones à
quæ separatim in facto fuerunt iussu Magi-
stratus excitatæ.

Vltimo loco Fiscus nullitatem prætendit ex de-
61 fectu numeri septenarij, requisiti in testibus
testamentarijs, qui non requiruntur simpli-
citer, vt intersint, sed vt vocem testatoris in
actu testandi, & hæredem nuncupandi au-
diant, & intelligant; Vt colligitur expresè
ex d. *§. per nuncupationem in d. l. hac consultissima* ibi *non alias valere sancimus, quam si septem testes simul vno, eodemq; tempore collecti, testatoris vo-
luntatem audierint*, quæ verba requirunt vnico
contextu intelligere à voce; & ore testatoris
voluntatem suam (siue expresè, siue impli-
citè, vt volunt aduersarij) hoc vnum est,
quod debent esse in illo actu certi, per audi-
tum vocis testatoris de eius mente, & volun-
tate, vt docet *Donellus dicto lib. 6. c. 10.* & idem
ostendit *textus in d. §. sed hæc quidem instituta de testamentis* ibi, *Et sua voluntate coram eis nuncu-
pata*, quæ dictio, *coram eis*, significat vt testes
illo actu, non solum præsentes, sed audientes,
& intelligentes testatoris voluntatem esse
debeant, vt ponderat in d. loco. *Donellus arg. tex. in l. coram Titio 209. de verb. sig.* At in hoc
casu vnus de illis septem adhibitis, negat ta-
62 lia audiuisse ab ore testatoris qualia, alij te-
stes audiuisse dicunt, & consequenter non
est satisfactum. Legis solemnitati, quæ sep-
tem testium, non solum præsentiam, sed au-
ditum vocis testatoris requirit, vnde sumus
in casu legis. *Si vnus C. de testamentis*, quod
vno deficiente de septem testibus, corruit te-
stamentum, deficit enim testis, quia licet
præsentialiter interfuit, à testatore volunta-
tem prætensam non audiuit, paria enim sunt
in testamento, quod testis non sit præsens,
63 vel quod non intellexerit voluntatem testa-
toris, vt expresè dicitur *in d. l. coram titio* ibi,
*non videtur præsente co fieri, nisi is intelligat facit textus in l. & ab antiquis vers. sic tamen, vt ipsi te-
stes cognoscant C. de testamentis. Docet Farinac. de falsit. q. 158. nu. 162. Boss. de fal. nu. 38. Docet Hoto-
manus in §. testes inst. de testamentis*, quem sequi-
tur *Osualdus ad Donellum d. c. 10. in fine facit textus in l. hæredes palam 21. de testamentis*, in qua re-
64 quiritur, quod numerus solemnis testium
exaudiat à testatore nomen hæredis, docet
*Mynsingerus in §. testes num. 8. de testamentis* latè
*Simon de Pratis de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 1. Dubitat. 2. solut. 3. n. 48. cum sequen-
tibus.* Et est adeo manifestum in iure, vt am-
plius in hoc probando non sit elaborandum
solummodo, satisfaciendũ est cuidam obie-
ctioni, huic fundamento factæ nimirum præ-
sentiam Notarij hoc supplere, vel aliorum,
qui ibi interuenerunt, sed hoc iudicio Fisci,
leue admodum fundamentum est, nam quo
ad alios præsentes, non possunt dici testes te-
stamentarij; vtpotè qui de testatione testa-
toris non fuerunt rogati, pro vt rogari esse
65 debuerunt *l. hæredes palam §. in testamentis ff. de testamentis, auth. rogati C. de testib. Docet Clarus in §. testamentum q. 58. in princ. Craßus lib. 2. c. 3. q. 36. latè Farinac. de testib. q. 62. num. 134.* Quo
ad Notarium vero, est absolutissimum in iu-
66 re, quod non computatur in numerum testiũ,
quando ipse conficit instrumentum, & quod
in hoc casu, quia non versamur in probanda
voluntate, sed in adimplenda solemnitate
testamentaria, nõ admittitur dispositio legis

*Domi-*

*Domitius de testamentis* ita docent *Baldus consil. 413. lib. 1. Bellamera cons. 42. num. 11.* dicit communem *Tuschus lit. N. conclus. 98. per totam*, facit textus expressus *in l. hac consultissima §. vltimo C. qui testamenta facere possunt*, ex quæ colli-
67 gitur quod tabellio vltra testes requiritur, & ita declarat *ibi glosa Verbo octauum*, quando fit scriptura de testamento, & expressius colligitur, ex *§. sed & si instrum. in auth. de instrumentorum cautela, & fide* dicit communem *Roland. cons. 43. nu. 21. lib. 3. Bertrandus consil. 325. num. 2. vol. 8. Francis. Marc. decis. 144. in 1. par.* Et ita iuris esse Fiscus existimat.

A. del Rio F.

Pro

D. Comite Ottone Mandello

Contrà

Regium Fiscum, & Delatorem.

*Responsio ad motiuum.*

TEstamentum n. q. Domini Comitis Francisci Cribelli per relationem ad scripturã clausam, & sigillatam, eodem actu per Testatorem Notario consignatam, valere vt testamentum nuncupatiuum, & de identitate voluntatis, & scripturæ concludenter constare, iam alias probauimus in allegationibus impræssis.

Nunc id ipsum denuo reuocatur in dubium ex motio Regij Fisci subtiliter sanè compillato, cuius ordinem insequendo, singula eius capita substantialiter examinabimus, vt vallidità eiusdem testamenti quoties excussa, toties magis inconcussa subsistat.

Primo igitur contendit Regius Fiscus, nominationem hæredis ità specificam esse debere, & taliter nomen hæredis coram testibus exprimi, & nuncupari, vt illud Testes explicitè
68 exaudiant ab ore Testatoris, iuxtà *tex. in l. heredes palam, & l. si quis cum testamentum ff. de testam. l. hac consultissima §. per nuncupationem, & l. iubemus Cod. eod. ac §. fin. instit. eod.* nedùm quo ad verborum sonum, sed & quo ad intelligentiam sermonis, ità vt omnis implicita nominatio non continens vocis expræssionem de nomine hæredum, vel certam hæredis nun-
69 cupationẽ concidat ex *Hugone Donello, Osvaldo*, & alijs apud *Gratian. disceptat. for. 973. per totam*.

Cæterum, quod nuncupatio nominis hæredis non ità præcisè indicta sit, quin opportunè dicatur fieri per relationem ad aliam scrip-
70 turam certam, probant *textus* (qui cauillari non possunt) *in l. asse toto ff. de heredibus instituendis* vbi *Papinianus* inquit, *quem heredem codicillis fecero, heres esto: Titium codicillis heredẽ instituit, eius quidem institutio iure valet, ideoq; licet codicillis dari hereditas non possit, tamen hac testamento data videtur; alter textus in l. institutio talis ff. de condit. institution.* vbi *Vlpianus* ità *proinde, & si ità scripserit, cuius nomen codicillis scripsero, ille mihi heres esto pari ratione dicendum erit, institutionem valere, & in l. quoties 9. §. si quis nomen ff. eod.* vbi *Vlpianus* ait. *Si quis nomen heredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, quod pene nihil à nomine distet, non tamen eo, quod cõtumeliæ causa solet addi, valet institutio*; ex quibus verbis, & ex quo posteriori *textu Vlpianus* declarat, quid ipsemet senserit in dicta *l. heres palam*, dum dixit, *heredis nomen debere palam corã testibus nuncupari*, ex qua dicendi formula postmodum Imperatores formarunt leges illas *in l. Iubemus, & in l. hac consultissima §. per nuncupationem Cod. de testam. &*
71 *§. fin. instit. eod.* omnis etenim Imperatorum conatus eò tendit, vt (quemadmodum admonuit *Vlpianus in d. §. si quis nomen*) hæredis institutio ità certa sit, vt fraus menti Testatoris fieri non possit, sicut explicat *Iustinianus in d. l. iubemus in principio*, illis verbis, *vt sit manifestum, secundum illius voluntatem, hereditatem esse transmissam*, & ibi, *vt omnimodo sciant testes, qui sint scripti heredes, & ità certo heredis nomine successio procedat*, quod & obseruauit *Duarenus ad tit. de heredibus instituendis cap. 3.* quomodo hæredes instituendi sint *col. 2.* his præsertim verbis. *Quod autem dicimus de nomine, idem est intelligendum de demonstratione, quæ facta sit eo signo, & nota, quæ nominis vice fungatur. Demonstratio tantam vim habet, quantam nominatio, nihil enim refert an quis ità dixerit, Titius mihi heres esto, an dixerit, hic mihi heres esto, quem digito ostendo*, quod & probat *textus in l. si in nomine Cod. de testam.* vbi error in nomine non vitiat institutionem, quando certum est, de quo
72 Testator senserit, & ob id non tàm nominis expræssio, quàm personæ certitudo in hæredis institutione attenditur, etiam de iure nouissimo.

Ex quibus legum Sanctionibus moti Doctores, ex magis communi assensu firmarunt, sustineri formulã testandi, de qua agimus, quemadmodũ in priore allegatione probauimus, adductis in id quadraginta semptem Auctoribus, quorum calculo adiungimus *Felin. in c. super quæstionum nu. 17. de off. deleg.* vbi exemplis confirmat *Peregr. de fideicommiss. art. 33. nu. 57. vers. quam etiam in institutionibus directis profitentur scribentes omnes, Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glo. 10. p. 1. nu. 18. in fin. & nu. 19.* vbi allegat *Castillum*, & alios. *Hieronim. Gabr. cons. 169. nu. 33. lib. 1. Manent. cons. 60. nu. 9. Padilla in l. cum quidam nu. 13. & 14. ff. de legat. 2.*

Et id quidem firmarunt recensiti patres pro maiori parte in ea magis dubitabili formula testandi per relationem ad scripturam existentem pænes Tertium, putà penes Guardianum Sancti Francisci, in qua fraus facilius fieri poterat, quàm in eà, de qua nos agimus, nimirum quando Testator scripturam illam, ad quam se retulit in testando, clausam, & quatuor ipsius sigillis munitam, eodem actu

mani-

manibus proprijs, & ad præsentiam testium
73 consignauit Notario, vt obseruat *Ludouic. Lana de forma testam. nuncup. clausi, num. 26. 27.* & infrà, *& num. 65. in fin. & seqq.* qui Notarius (vt ex authentico legitur) rogitū testamenti, & consignationis schedulæ annotauit super dorso eiusdem schedulæ, & eiusdem folij, super quo descripta est hæredum institutio, & quæ deinde schedula, paucis inde diebus defuncto Testatore, fuit solemniter per Notarium ad id requisitum præsentata in iudicio; & solemniter ad præsentiam Testium, & Notarij, qui omnes illam pro eadem recognouerunt, fuit aperta, & publicata; in hac sanè formola nihil omninò incertitudinis; tàm quo ad certitudinem hæredis, quàm quo ad identitatem schedulæ remanere videtur, vt planius infrà apparebit.

Tenuerunt etenim interpætes, nominationem hæredis posse esse triplicis generis, aliam generalem, aliam specialem, aliam singularem,
74 seu indiuidualem; specialem intelligendo pro ea, quæ fit per relationem ad aliquam certam scripturam, & hanc dici veram, & propriam expresionem, & nominationem, vt latè post alios annotauit *Ruin. in l. Gallus. § & quid si tantum, nu. 167. ff. de lib. & posthum. Bart.* & alij *in l. 1. ff. de vulgar.* vbi *Ripa nu. 64.* dicit per hanc satisfieri conditionibus, & formæ, & in propria specie pluribus cumula-
75 tis *Magdalen. in tract. de numero testium in testamentis requisito. limit. 12. cap. 27. nu. 10. 11. 12. & seqq. fol. mihi 324. Ludouic. Lana dicto tract. num. 61.*

Et esse implicitam nominationem, sed tamen
76 propriam, sensere *Bart. in d. l. si ita scripsero.* ante fin. *ff. de condit. & demonstr.* ibi *Castrens. Socin.* & alij *Boer. decis. 240. sub nu. 5. vers. & sic implicitè, & propriè videtur nominasse, & nuncupaße hæredes descriptos. Ludouic. Lana d. tract. de testam. nuncup. num. 55. & seqq. Caball. cons. 106. nu. 20. lib. 5. Alciat. cons. 601. per tot. Menoch. Clar. Fusar.* & ferè omnes in prioribus scriptis citati.

Neq; resistunt argumenta seù Responsiones *Gratiani*, nec Auctoritates eorum, quos ipse adduxit.

Non inquam responsio sub *nu. 28. & infrà* ad tex.
77 *in d. l. aße* toto. Etenim nullum in hoc *textu* verbum, ex quo colligatur, actum ibi fuisse de testamento in scriptis. Verba si quidem illa, *ità scriptum est*, possunt etiam referri ad testamentū nuncupatiuum, in quo post nuncupationem hæredis, Notarius instrumentū conscribit, quod supponit *glosa* in figuratione casus, dùm introducit testatorem nō scribentem, sed loquentem, & nuncupantem nomen hæredis, & *textum* hunc in testamento nuncupatiuo intelligunt ibi *Bald. & Angelus*, quatenus eum induceunt ad casum nostrum, & alij quotquot ad idem illum citarunt. Vltrà quod in ratione sui nil videntur differre testamentum in scriptis, & nuncupatiuum quo ad specificam nominationem hæredis, cum, & in testamento in scriptis nomen hæredis calamo sit nominatim nuncupandum,
78 vt in nuncupatiuo per vocem, sicut probat *Tex. in d. l. hæredes palam.* Et melius *in d. l. iubemus* in principio ibi: *Nomen hæredis, vel hæredum in sua subscriptione, vel in quacunq; parte testamenti ponere.* Et paulo infrà. ibi. *Quod si non fuerit obseruatum, & nomen hæredis, vel hæredum, non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum, hoc testamentum stare minimè patimur,* mox ibi, *vel in eius hæredis institutione, cuius nomen neq; lingua neq; manus Testatoris significauit*: & hoc sensit apertè *Salicetus in d. l. iubemus. nu. 3. in fin. Cyn. pariter in fine.*

Non etiam satisfacit cōsideratio *Gratiani*, quòd
79 *textus in d. l. aße toto* sit correcta per *l. iubemus. Cod. de testam.* & alia iura initio per Regium Fiscum citata; cum id dicat *Gratianus* marte suo nullius auctoritate suffultus, nec legum correctio admitti debeat; nisi de directo sibi ad inuicem contradicant, quod tunc esset, si posteriora prohiberent hæredem fieri per relationem quoq; ad certum, At cum in relatione ad certum insit nominatio hæredis palam, & ex voce Testatoris ad claram testiū intelligentiam facta, dum dicit (rogando notarium, & testes) *hæc est mea vltima voluntas, in qua hæredem instituî, & legata feci*, satis concordant leges omnes in nominatione palam facta, dùm nulla specificè exigit indiuidualem, & magis conueniunt omnes in virtute finis, dùm signo indubitato demonstratur hæres; atq; ita *textum* illum *in l. aße toto* non esse correctum sensere *Baldus, & An-*
80 *gelus* ibi dùm illum induxerunt ad decisionem casus nostri, nec non & clarius *Alex. in cons. 176. num. 5. in fin. & seqq. lib. 5.* dùm respondet ad dictam *l. iubemus, & l. hac consultissima. §. per nuncupationem* quemadmodum in *l. 1. nu. 7.* vbi pulcrè *ff. de lib. & posthum.*

Vt nec quoq; satisfacit alia *Gratiani* responsio, quod in *l. Aße toto*, nomen hæredis exaudierint testes in codicillis; nam hoc nihil, quia ad casum nostrum sat est, quòd in testamento nō fuerit specificatum nomen proprium hæredis, sed tantum implicitè per relationem ad aliam scripturam, (quod magis est) faciendam, & tamen teneat vti testamentum.

Prout nec quoq; vrget, quod in dicta *l. aße toto*, scriptura, ad quam fit relatio, esset indubitata, nam & inferius demonstrabitur, hanc quoq; sic reddi indubitatam, vt vlterius de ipsius identitate hæsitari nequeat.

Deinde verò non respondet *Gratianus* ad dictam *l. quoties §. si quis nomen ff. de hæredibus instit.* quæ clarius vtiq; probat assumptum nostrum, & est eiusdem *Vlpiani*, qui compilauit *Textum legis, hæredes palam*, cuius postea verba transumpserunt *Imperatores in l. hac consultissima §. per nuncupationem, & l. iubemus* in contrarium citatis.

Rursus

Rursus non adigit (ex eodem *Gratiano*) quod nuncupatio nominis hæredis tàm quo ad auditum,& scientiam testium quàm quo ad expræssionem, & vocem Testatoris, sit de forma, debeantq; proinde adimpleri explicitè, & specificè, non implicitè, & per æquipollens, putà per relationem ad aliud.

Enimuerò negatur, quòd indiuidualis expræssio sit de forma, cum sufficiat exprimere no-
81 men hæredis per relationem ad aliud, ità respondet *Magdalen. de num. test. cap. 27. nu. 14. Ludouic. Lana de testam. nuncup. claus. nu. 52. & nu. 58. in fin. vers. Immò hoc procedit etiam in his quæ sunt de forma*, & reprobando Gratian.
82 è contrà citatum, ità concludit *Thomat. decis. 82. num. 29.* & in indiuiduo *Alex. in dict. l. 1. nu. 7. ff. de lib. & posthum.*

Vltrà quòd etiam in his, quæ sunt de forma, sufficit expræssio per relationem ad aliud,
83 quia relatum est in ræfferente verè, & propriè, vt in specie probat *tex. in d. l. asse toto ff. hæred. instit.* & exornat ad rem *Ludouic. Lana loco cit. nu. 55. & seqq.* & idem sensit *Didac. in cap. cum tibi sub nu. 5. in fin. de testam.*

Tantò magis in nostro casu, quia vbi posset dici indicta expræssio de forma non tamen præscriptus est pro forma modus exprimendi,
84 vt subtiliter respondendo ad obiectum considerat *Magdalen. loc. cit. num. 16. & 17.* & reprobando *Gratian.* in loco contra relato ressoluit *Thomat. dicta decis. 82. nu. 30.*

Et quando quid non requiritur pro forma absolutè, sed tantum ad certum effectum, putà hoc nostro casu ad certificandum hæredem ne fraus fiat voluntati Testatoris, vt per *Mag-*
85 *dalen. vbi supra nu. 18.* tunc adimpleri potest per æquipollens verum,& proprium, puta per relationẽ ad aliud, vt pluribus relatis ressoluit *Magdalen. vbi supra nu. 19. 20. & 21.* benè *Alex. dicta l. 1. nu. 5. 6. 7. ff. de lib. & posthum.*

Et demum *Gratianus* ipse sibi contradicit in *discept. 605. nu. 36. & 37.* vbi attestatur opinionem *Bartoli* etiam in institutione hæredis esse communiter approbatam,& ibi refert multos Auctores hoc ipsum in indiuiduo comprobantes,& in hac *disceptat. 973.* in qua nobis aduersatur, plene reprobatur per *Rotam Maceratensem* apud *Thomat. d. decis. 82.* vbi reffert ità iudicatum. Præter quamquod si conferantur Auctores relati per *Gratianum*,& citati per nos in priori consultatione, nemò non videt, longe plures, & grauiores hanc nostram fouere, & secundum eam fuisse pluries per suprema Tribunalia iudicatum.

Addo, quòd plures ex Auctoribus allegati per *Gratianum dicta discept. 973.* in principio, non merentur allegari pro sua opinione.

Nam *Aretinus in d. l. hæredes palam*, licet hinc inde arguat, tamen quòd scriptura, ad quam fit relatio, est indubitata, tenet opinionem
86 nostram, vt per eum *nu. 1. in fin.* & ita etiam de ipso *Aretino* obseruat *Alciat. d. cons. 601.* Iason citatus in *dicta l. hac consultissima §. per nuncupationem, & in l. vbi autem §. illud ff. de verb. oblig.* videtur sibi contrariari in *l. fin. nu. 15. Cod. de fideicommiss. & in d. l. iubemus Cod. de testam.* vbi *nu. 10.* concludit ex communi DD. opinione sat esse, quòd Notarius nominet hæredem ad præsentiam testatoris, & Testator annuat, licet ipse Testator hæredis nomen ore proprio non exprimat; & quamuis *nu. 11. & 12.* in contrarium arguat, requiri ex eo *textu* pro forma, vt Testator propria voce exprimat nomen heredis ad claram testium intelligentiam, hancq; expræssionem non posse adimpleri per æquipollens, attamen *nu. 10. in fin.* dicit se dubitationis gratia
87 promouere hanc difficultatem contra communem, & *nu. 12. ante fin. vers. tenendo tamen communem* inquit à communi non esse recedendum, deinde *Ias.* in locis contracitatis expressè reprobatur per *Alciatum d. cons. 601.* per *Clar. d. q. 36. & per alios.*

*Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 1. tit. 7. nu. 7.* appertè tenet opinionem nostram, multis pro ea congestis Auctoribus, quam eo solo casu (vt ibi liquet) reprobat, quando Testa-
88 tor voluisset Testari in scriptis, nec perfecisset, tunc enim inquit, eam formulam neq. sustineri vti testamentũ nuncupatiuum, sed id contingit ex speciali ratione præsumptæ voluntatis Defuncti.

*Clarus in §. testamentum d. q. 39.* in fine stat pro nobis, quia reprobato *Iasone* nostram opinionem attestatur esse magis communem, & dicit ab ea non esse in practica recedendum, licet in puncto iuris non modicam patiatur difficultatem, quod plenè confirmat *d. q. 4.*

*Guidopap. d. quest. 459.* obiter loquitur, non aduertens ad leges loquentes in institutione hæredis, nec ad magnam Auctorum classem in institutione hæredis idem defendentium. Nec Addentes ad eum merentur contracitari, quia *Crauetta in d. cons. 162.* nobis per plura argumenta desseruit, dùm concludit sufficere institutionem generalem, quæ possit verosimiliter, vel per relationem certificari in persona certa, licet iure caueatur, quòd institutio debeat nominatim fieri, & de persona certa.

*Anton. Faber in Cod. tit. de testam. diffinit. 4. & 20.* non examinat quæstionem, nec aduertit ad leges, quæ in contrarium vrgent, nec ad Auctores contrarium exactè defendentes.

*Tiraquel. de ll. connub. glo. 7. num. 193.* non potest dici quod sequatur opinionem vltimo loco relatam, quia eam recitat per illa verba; *sunt tamen aliqui, qui id negant procedere in hæredis instit.* Quod & ex eo confirmatur dum pro priore affert sex Auctores, pro posteriore duos tantum inter quos *Aretinus*, qui (vt superius vidimus) nostram sequitur.

*Bellamera cons. 1. sub nu. 32. vers. iuxta quod quæritur, dt pluribus Constitutionib.* licet videatur

rendere opinionem contrariam, tamen *sub nu.* 37. concludit, valere hunc formulam quando scriptura est ita certificata, vt nec alterari
89 nec alia supponi queat; nec enim speciale aliquod in iure reperitur, quia id liceat apud acta, & non alibi, sed totum dependet à certitudine, & securitate scripturæ.

*Ruinus in dicta l. si ità scripsero*, licet multa hinc inde deducat, tamen *nu.* 6. *in fin.* affirmat Doctores magis communiter transire cum opinione *Bartoli*, *& nu.* 7. alia deducit in confirmationem nostræ opinionis, in qua tandem vti postremo amplificata resiidere videtur.

*Romanus in l. hæredes palam*, nihil contrà nostram testandi formulam, prout nec *Albericus*; immò *Albericus* dicit ex communi valere institutionem hæredis factam ad interrogationẽ
90 Notarij, etiamsi Testator simpliciter responderit, quod *sic*.

*Odofredus in l. Iubemus*, dicit quod hæres debet nuncupari, nimirum voce testatoris nomen exprimi, sed an ità semper explicitè, & indiuidualiter, vt non possit implicitè, vel per relationem ad aliud, ipse non aperit, & nihilominus quando fit institutio per relationem ad aliud, Testator voce sua exprimit nomen hæredis, saltem implicitè, dicendo, *instituo eum &c.* & sic adest, & sonus vocis, & auditus, ac intelligentia testium.

*Iacobus de Arena in l. hæredes palam*, nihil de hac formula, & quatenus dicit non valere institutionem ad interrogationem Notarij, lo-
91 quitur contrà communem, vt testantur *Ias. Alberic. Cyn.* & alij ex aduerso per *Gratianum* relati.

*Cyn. in l. hac consultissima §. per nuncupationem* nihil planè de hoc casu, in *l. autem Iubemus* nobis fauet, dum defendit, tenere institutionẽ ad interrogationem alterius, tametsi Testator non expresserit ore suo nomen hæredis, sed simpliciter responderit, quod *sic*. Et demum in fine subdit, *quod paria sunt voce nuncupare, vel scribere, & sicut scriptura potest aly committi, ità & vocalis nuncupatio*, & proinde liquet, vocalem nuncupationem posse ex mente *Cyn.* adimpleri per æquipollens, quod ipsum defferuit pro responsione ad *Fulgosium*.

*Donellus* deniq; tametsi vim faciat in sono vocis, & specifica verbali nuncupatione, nõ tamen respondet ad leges in contrarium facientes.

Quare firmum remanet, quòd opinio nostra ex legum sanctionibus, ex rationum pondere, ex Doctorum numero, ex rerum indicatarum auctoritate præcellit, & disceptationem *Gratiani*, tàm quo ad iura, & rationes, quàm quo ad Auctores remanere profligatam, vt D. Comiti non sitad obseruantiam veluti ad Sacram Ancoram (sicuti putabat Regius Fiscus) recurrendum, sed, quod dicetur de obseruantia in praxi, abundanter deductum censeri.

Secundo principaliter, insistit Regius Fiscus, quòd obseruantia istius formulæ in testando non sit formiter probata, præsertim in Ciuitate Papiæ, in qua conditum fuit testamentum.

At verò præterquam quòd, nobis opus non est probatione obseruantiæ, quibus & iura, rationes, & communis Doctorũ assistunt; dùm *Alciatus in consilio* 601. *Clarus in dicta quæst.* 36. dixerunt, prædictam nostram opinionem fore in praxi seruandam, facillimum est, vt in Regione nostra, qui, aliquibus de causis voluerunt vltimas eius voluntates non publicari ante obitum, formulam illam in praxi seruarint, sequendo consilium *Alciati*, *& Clari*, duo certè iuris & praxis luminaria in Statu Mediolanensi.

Accedat, quòd dùm *Crassus in §. testamentum quæst.* 1c. *prima nu.* 4. *Paris. cons.* 19. *nu.* 14. *lib.* 3. *Clar. §. testamentum dicta q.* 36. *in fine. Thomat. dicta decis.* 82. *num.* 20. *&* 28. attestantur de communi obseruantia in genere, & plures alij de obseruantia diuersarum Curiarum, vt *Mastrill.* de obseruantia Regni. *decis.* 190. *nu.* 4. in prouincia Marchiæ, & in Ciuitate Aesij *Thomat. decis.* 68. *nu.* 86. *& decis.* 82. *num.* 20. in ditione Senensi *Medices dicta decis.* 97. & de alijs prouincijs alij, quos reffert *Gratian. dicta discept.* 973. *nu.* 42. qui vult dicere aduersus communem obseruantiam, quod aliud serue-
92 tur in certo loco, tenetur hanc tanquam limitationem probare, ex traditis per *DD. in l. regula. ff. de reg. iur.*

Quibus additur, quòd dùm *Clarus* Ciuis Alexandrinus propè Papiam, & valdè practicus in Vniuerso Mediolani Statu, & luminare maius Mediolanensis Senatus, attestatur in *dicta q.* 36. de communi obseruantia, intelligit de communi obseruantia totius Status, cum in toto Statu esset versatus, tùm ob multa munera, quæ multis in locis subierat, tùm quia Senatus est Curia Curiarum, & Senator censetur versatus in omnibus Dominij Curijs, cum omnia negotia grauiora Curiarum Status confluant ad Senatum, & dum attestatur de obseruantia Senatus in testamento Se-
93 natoris Vicecomitis, vtiq; obseruantia Ciuitatis Dominantis, & Tribunalis Supremi influit in alijs, *glo. in l. ex ea. in fin. ff. de postulan.* alioquin *Clarus* non dixisset ità communiter obseruari, sed in aliquibus tantum locis.

Immò dùm *Alciatus in cons.* 601. qui erat Mediolanensis, & in foro Papiensi Versatus, *Clarus* Alexandrinus in *dicta q.* 36. *Nicolaus Bellonus* Papiensis in *cons.* 85. *Costa Papiensis de remed. subsid. cap.* 82. *Menochius* pariter Papiensis in *cons.* 639. *nu.* 20. *&* 21. *& cons.* 878. *nu.* 5. approbant hanc testandi formulam, credendum omnino est, quod sit recepta in illo Pa-
94 piensi foro, præsertim cum in casu Papiensi Comitis Aureliani de Beccaria eam sustineat *Menoch. d. cons.* 878. *nu.* 5.

Tertio principaliter inſiſtit Regius Fiſcus ſu-
per eo, vt neceſſe ſit, ſchedulam illam eſſe
ſubſcriptā à Teſtatore, vt de identitate cer-
titudinaliter conſtet, alioqui non ſuſtineri,
95 ex *Bart. in l. ſi ità ſcripſero ff. de condit. et demonſtr. Crot. in l. 1. §. ſi quis ità. ff. de verb. oblig. Boer. deciſ. 240. nu. 5. Roderic. Suarez de captatoria voluntate nu. 12. Natta in auth. quod ſine quæſt. 10. & 11. Cod. de teſtam. Zuntus in reſponſo pro vxore nu. 71. & 76. Pariſ. conſ. 19. nu. 26. lib. 3. Craſſ. §. inſtitutio. quæſt. 16. num. 4. & 5. Menoch. conſ. 313. nu. 45. & 46.*

Verùm confutationis labor iàm pridem præri-
pitur per *Fuſarium d. conſ. 41. nu. 26. in fin. 27. &*
28. & latè ſub *nu.* 41. circa med. verſ. *Nec ob-
ſtat auctoritas Menochij*, & infrà, vbi ſingillatim
Auctores ex aduerſo citatos, & eorum ratio-
nes excutit, ac apte conuellit. Quòd agno-
uit Regius Fiſcus, dùm aliter non declinat
conſultationem, & fundamenta *Fuſarij*, niſi
quia ibi teſtes erant inſtructi de continentia
ſubſtantiæ, & liquebat de identitate ſcriptu-
ræ, vt per eundem *Fuſarium num.* 28. quorum
neutrum hoc caſu concurrere ſupponit; At
tetento quod ex veriori, & magis communi
opinione, ſubſcriptio Teſtatoris non ſit ne-
96 ceſſaria in teſtamento nuncupatiuo ad eſſen-
tiam, nec ad probationem, cum aliter con-
ſiſtere, & probari queat (vt defendit Fuſa-
rius) & Doctores citati tùm per *Menochium*,
tùm per Regium Fiſcum loquantur euentua-
liter, ſeù contingenter, nimirum, vt quando
Teſtator aſſeruit ſubſcripſiſſe, debeat de ſub-
ſcriptione conſtare, & illa recognoſci per
comparationem litterarum, & nullus excep-
to *Menochio*, aut paucisſimi ſint, qui dicant
97 non poſſe identitatem ſcripturæ probari niſi
per ſubſcriptionem Teſtatoris, & contrariū
multo plures nobiſcum aſtruant, & hæc ve-
rior probetur (ſicut exactè obſeruauit *Fuſa-
rius*) id vnum nunc nobis ſufficit ex *Fuſario*;
quod ſubſcriptio Teſtatoris non ſit neceſſa-
ria, & quòd aliter identitas voluntatis, &
ſcripturæ probari poſsit, quia de identitate
voluntatis, & ſcripturæ indubitanter hoc
caſu liquere, oſtendetur inferius.

Et ſanè, quis non videt, fragilem nimis eſſe
probationem identitatis à ſubſcriptione, cū
facillimè poſsit manus Teſtatoris imitari, &
98 vna ſcriptura cum ſimili ſubſcriptione loco
alterius ſupponi, vt pluribus probat *Gratian.*
in contracitata *diſcep. 973. nu.* 50. & infrà. *vbi
nu.* 59. oſtendit, non ſatis eſſe ad probatio-
nem identitatis, ſchedulæ quod ſubſcriptio
ſit concludenter recognita, cum plures po-
tuerit Teſtator feciſſe, ante & poſt, vel eſſe
folia alba per Teſtatorem ad aliud ſubſcrip-
ta, & poſtea completa, & ſic non eſſe eandem
ſchedulam, quæ fuit tradita Notario, quod
antè *Gratianum* rectè obſeruauit *Corn. in l. hac
conſultiſſima §. per nuncupationem, in fine Cod. de
teſtam. Ruin. conſ. 193. nu. fin. lib. 2. Aretin. in l.
haredes palam. num. 1. poſt med. ff. de teſtam.* vbi
quod non poteſt identitas ſcripturæ ex ſub-
ſcriptione Teſtatoris probari niſi per duos
99 modos, videlicet vel ex comparatione litte-
rarum, vel ex teſtibus, qui viderint ſubſcri-
bere, & vtrumq; eſſe fallacem affirmat. *Socin.
ſen. conſ. 142. nu. 6. in fin. & nu. 7. lib. 1.*

Ideoq; rectius ſenſerunt ij, qui ſubſcriptionem
Teſtatoris, in hoc nuncupatiuo clauſo non
100 eſſe neceſſariā, & aliter identitatē probari
poſſe tenuerunt, nimirum *Caſtrenſis in l. hac
conſultiſſima. §. per nuncupationem num.* 3. verſ.
*mihi non videtur neceſſarium hic quod debeat con-
ſtare manu teſtatoris, ſed ſufficit conſtare, quod illa
ſit ſcriptura de qua Teſtator ſenſit* & idem *in dicta
l. haredem palam. num. 3. Iaſ. in auth. quod ſine.
nu. 1. in fin.* verſ. *niſi probaretur, quod talis ſche-
dula eſſet ſcripta à Notario, vel Tertio de mandato
Teſtatoris. Cod. de teſtam.* vbi arguit à pari inter
ſchedulam ſubſcriptam manu Teſtatoris in-
ter liberos, & ſubſcriptā à Notario de man-
dato Teſtatoris, etiam in priuilegio dato
ſchedulæ ſcriptæ, vel ſubſcriptæ à patre. ibi
*Natta. q. 11. Alex. conſ. 176. nu. 3.* verſ. *Secun-
do reſpondeo lib. 5.* pulcrè *Socin. Sen. conſ. 173.
num. 2. lib. 2.* qui non ſolum dicit, non eſſe
neceſſariam ſubſcriptionē Teſtatoris ex ſen-
tentia *Caſtrenſis*, & aliorum, ſed multo fortio-
tem eſſe probationem identitatis, quę deſſu-
mitur ex conſignatione facta Notario, & eius
101 rogitu, quam ex ſubſcriptione Teſtatoris,
quod idem repetit *Socin.* ipſe *conſ. 142. nu. 6.
in fin. & nu. 7. lib. 1. Clar. in §. Teſtam. quæſt. 4.
nu. 3. Anto. Gabr. comm. concluſ. tit. de teſtam.
concluſ. 11. nu. 7. idem Alex. conſ. 14. nu. 16. lib.*
6. vbi æquiparat ſubſcriptionem Teſtatoris,
& Notarij. *Zunta in reſponſo pro vxore num.* 89.
*Ludouic. Lana d. tract. num. 17. & fol. mihi 123.
Fulgoſ. conſ. 56. col. 1. verſ. pari ratione videretur
dicendum, ſi teſtamentum eſſet ſcriptum manu No-
tarij*, quod mihi probat *textus in d. l. quoties §.
ſi quis nomen ff. de haredibus inſt.* vbi ſufficit de
identitate conſtare indubitato ſigno, & id
102 demum ſenſere omnes, qui hac de re agen-
tes, non ſe reſtrixerunt ad ſubſcriptionem
Teſtatoris, ſed generaliter ad omne genus
probationis, per quod indubitanter poſſet
conſtare de identitate ſcripturæ, vt ſignanter
*Didac. in cap. cum tibi nu. 5. de teſtam. Aret. in l.
haredes palam. ſub an. 1. Clar. d. q. 36. in fin. Ri-
minald. ſen. dicto conſ. 254. nu. 10. Thomat. d. de-
ciſ. 82. nu. 22. & ſeqq.*

Vltrà quòd, videtur hoc noſtro caſu interue-
niſſe ſubſcriptio Teſtatoris, dùm teſtes affir-
mant (vt audio) Teſtatorem cœpiſſe ſubſcri-
bere, ſed præ morbo non potuiſſe perficere
ſubſcriptionem, & ipſos recognouiſſe ipſam
imperfectā Teſtatoris ſubſcriptionem, quarè
vbi ſubſcriptio fuiſſet neceſſaria, adhùc cen-
103 ſeretur adimpletum ex traditis per *Gratian.
diſcept. for. 429. num. 9. 10. & 11.* & vlterius
appoſita fuerunt ſignacula Teſtatoris ipſo
vidente,

videnteํ, & iubente in locum subscriptionis,
quàm præmorbo facere nequiuit, vt testes
Religiosi, & alij affirmant, quo casu sigilla
104 supplent vicem subscriptionis, quando cõ-
stat esse sigillum Testatoris, & appositum ad
præsentiam ipsius. *Menoch. de arbitr. casu* 113.
*nu.* 6. 10. & 11. *Mascard. de probat.* verbo, *sigil-
lum conclus.* 1308. *num.* 5. & 7. vers. *concordare
tamen poteris, vbi nu.* 10. probat sigillum præ-
sumi appositũ de mandato Domini, & idem
repetit *num.* 43.

Et quòd securior videatur probatio identita-
tis, quæ insurgit ex consignatione facta No-
tario, quàm quæ ex subscriptione Testatoris;
vltrà considerationes *Socini Senioris* in locis
proximè relatis, ex eo etiam probatur, quòd
dùm Notario facta est consignatio scripturæ
ad præsentiam septem testium, & Notarius
fuit de consignatione rogatus, & scripturam
illã posuit inter suas Abbreuiaturas, dicitur
effecta publica, sicuti publica sunt alia docu-
105 menta ipsius Notarij, & omnimodam me-
rentur fidem, ac faciunt probationem indu-
bitatam, vt probat *Tex. in l.* 2. *in princip. ff.
quemad. testam. aperiantur.* vbi *glos.* in verbo
*publicum*, subdit, etiam si non viuant testes,
& ibi *Bartolus nu.* 1. *in fin.* subdit, quòd si cre-
ditur Notario in testamento nuncupatiuo,
106 tàm de tenore testamenti, quàm de solẽni-
tate, multo magis quando est rogatus de so-
lemnitate tantum, quod idem sequitur ibi
*Imola in princip.* instrumentũ enim testamenti
107 nuncupati probat testamentum quoad es-
sentiam, & solemnitatem sine examinatione,
& recognitione testium. *Corn. in l. hac consul-
tissima nu.* 14. & 15. *Cod. de testam.* vbi proinde
notat, tantùm credi instrumento Notarij,
quantù septem testibus, & testatur ità com-
muniter obseruari. Plenè post alios *Gratian.
discept. for.* 429. *nu.* 6. 7. & 8. vbi ex *Castrensi*
108 ampliat, etiamsi omnes testes essent mor-
tui, vt amplius non possent examinari *Bald.
Castr. Alex. & Corn. in l.* 2. *Cod. de testam. Ias.
in l. fin. Cod. de fideicom.* & optime in *l. publi-
cati nu.* 4. *Cod. de testam.* vbi subiungit, hodie
cessare solemnitates publicationis, & reco-
gnitionis ob plenam probationem, quam fa-
109 cit instrumentum Notarij *Mantica de conie-
cturis vltim. vol. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 7. vbi refert
plures attestantes de communi obseruantia.
*Socin. iun. cons.* 89. *nu.* 21. *lib.* 1. vbi dicit, hoc
esse propter publicam fidem Notarijs præsti-
tam. *Crass. in §. testamentum quæst.* 10. *num.* 3.

Et licet testamentum in scriptis nihil relleuet,
nisi omnes testes recognoscant suam, & Te-
statoris subscriptionem, tamen quando Te-
stator consignauit Testamentũ clausum No-
tario coram Testibus dicens, illud esse suum
testamentum, & volens quod de dicta consi-
gnatione sit rogatus, & Notarius super dor-
so scripturæ posuit rogitum, & nomina Te-
110 stium, tunc talis rogitus Notarij probat
identitatem, & solemnitatem absq; alia re-
cognitione, siue testes viuant, siue sint mor-
tui (tanta adhibetur Notario fides) *Io. de
Imola in d. l.* 2. *ff. quemadmod. testam. aper. in
princip.* quod etiam tangit ibi *Bartol. Fulgos.
cons.* 56. *col.* 1. *Castrens. in l. iubemus nu.* 7. *Cod.
de testam. & l.* 2. *nu.* 3. *Cod. eod. Ias. cons.* 67. *nu.*
2. *lib.* 3. *Rol. cons.* 36. *num.* *lib.* 1. *Ludouic.
Lana d. tract. nu.* 68. 69. 70. & hæc est illa cau-
tela, ad probandam certitudinariè identita-
tem huius schedulæ, quam laudauit *Clar. d. §.
testamentum. q.* 4. *nu.* 3. *in fin.* nimirum vt à ter-
go ipsius schedulę Notarius scribat tempus,
nomina testium, & rogitum, nè postea con-
tingat dubitari de identitate scripturę, quàm
cautelam probarunt *Ludouic. Lana Belamer.
Medices, Thomas.*, ac alij in primis scriptis al-
legati; Quando etenim rogitus testamenti,
& consignationis factæ Notario est super
dorso, & tergo eiusdem originalis schedulæ,
sicut creditur Notario præsentanti rogitum
111 suum, quod sit originalis. *l. si quis Decurio.
Cod. de fals. Alex. cons.* 105. *num.* 2. *in princip.*
vers. *quod illa sit matrix, & originalis scriptura,
lib.* 2. ità non potest non ei credi de identita-
te schedulæ, cum illa sit pars substantialis
rogitus, & non possit de eius identitate du-
bitari, quin dubitetur de matrice rogitus
scripta super eadem schedula, cum tamen in
exhibitione, & identitate matricis omnes
cõueniant, quòd standum sit Notario, quan-
do habet solemnia; alioquin omnes imbre-
uiaturæ Notariorum deficerent ex possibili
falsitatis, seù alterationis fabricatione.

Quarto principaliter insistit Regius Fiscus,
quod non constet de identitate voluntatis
Testatoris circà personas hæredum, & lega-
ta, cum ex processu liqueat, Testatorem nec
scripsisse, nec legisse schedulam testamenti,
& legatorum, facileq; potuerint illi Reli-
giosi, vnum in schedula scripsisse, & aliud
verbotenus Testatori retulisse, vel aliquid
de iniunctis per Testatorem omisisse.

Verum facilè tollitur obex, quia identitas
scripturę euincit identitatem voluntatis Te-
statoris, qui dùm ad præsentiam Notarij, &
Testium instituit eos, qui descripti sunt pro
hæredibus in dicta schedula eo ipso, quòd
112 constat de schedula, constat de identitate
voluntatis circa personam hæredis, & qui
vult dicere, quòd Testator de alio senserit,
quàm quod legatur in schedula per eum cõ-
signata Notario; tenetur concludenter pro-
bare.

Nec obstat asserta possibilitas alterationis;
nam & Notarius post mortem Testium, po-
test impune addere, vel adimere testamen-
to, absq; eo quod possit per aliquem de fal-
so conuinci, nec tamen hæc possibilitas at-
tenditur; sic & quando scriptura est manu
Testatoris conscripta, potest in nuncupatiuo
imitari manus, & altera loco illius supponi,

& tamen hæc possibilitas suppositionis alte-
rius cum imitatione manus, ex voto Fisci nõ
attenditur.

Deinde cessat hic omnis amaritudo, cum sal-
tem per sex testes ex instante Fisco examina-
tis, constare credatur, quòd Testator ore suo
expressit illis Religiosis, & D. Codalo no-
mina hæredum, quos instituere volebat ni-
mirum Comitis Ottonis, Marchionis Ca-
nellarum, & Comitis Lumelli, nec non le-
gata, quæ facere intendebat, & quòd illi post
compillatas schedulas, reuersi sunt ad Te-
statorem; & D. Codalus recitauit Testatori
contenta in schedulis tàm quo ad hæredes,
quàm quo ad legata, scilicet quod scripse-
rant hæredes Comitem Ottonem, Comitem
Lumelli, & Marchionem Canellarũ, & quod
Testator in signum approbationis cæpit sub-
scribere, sed cum perficere non potuerit, ius-
sit omnes sigillari, & in continenti vocato
Notario consignauit ei plicum sigillatum,
dicens quod esset rogatus de dicta sua vlti-
ma voluntate; nam ex his plenè probata est
identitas voluntatis, & perseuerantia, vsq;
113 ad rogitum, cum omnia gesta fuerint in
continenti, Testatore ad nullos alios extrin-
secos actus diuertente: *DD. in .l. hæredes pa-
lam. §. vno contextu. ff. de testam. & in .l. cum an-
tiquitas. Cod. eod.* quæ voluntatis identitas,
seu certitudo, & perseuerantia, vel error mi-
114 nori testium numero probari possunt, cum
in ea non consistat forma, aut substantia Te-
stamenti, ad *tex. in .l. duo sunt Titij*, cum ibi not.
*ff. de testam. tutela .l. in tempus §. quoties. in fin. ff.
de hæredibus instit. .l. falsa. §. sed si controuersia. ff.
de condit. & demonstr. in .l. hæredes palam. §. si
quid post. & l. quoties. §. si quis in nomine ff. de te-
stam. in .l. si in nomine, in .l. errore. in .l. si vnus. §.
De ijs autem. Cod. eod. Io. Anton. Bellon. cons. 7.
Surd. cons. 356. & in cons. 414. num. 63. in fin.
64. 65. 66. 67. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 36. nu. 16.* testamentum etenim à No-
115 tario editum non egebat aliqua probatio-
ne, sed validum erat, & cæperat habere exe-
qutionem sine aliqua probatione, porrò li-
cet ad instantiam Delatoris fuerint exami-
nati testes ad adimendam fidem testamento
ijdem tamen testes deponunt de certitudine
voluntatis testatoris, quod in fortiori tenuit
*Fusar. dicto cons. 41. nu. 28.* vbi ex depositione
illius Doctoris Cicadæ, & alterius Doctoris
Medicinæ deponentium de identitate sche-
dulæ, & de identitate contentorum in ea, cõ-
suluit, omnem de identitate schedulæ, & vo-
luntatis Testatoris quæstionem sublatam
esse, quod prius exposuit ibi *Fusar. nu. 23. in
fin. Caball. dicto cons. 106. num. 28. in fin. & 29.*
cum alijs iam citatis in prioribus scriptis.

Quinto principaliter vrget Regius Fiscus con-
trà identitatem schedulæ; sed obex hic iàm
fuit elisus tùm ex probationibus, & argumẽ-
tis dictæ identitatis, quæ cumulata fuerunt
in prioribus allegationibus, ad quæ Regius
Fiscus nullum dedit responsum, tùm ex his
denuo superadditis, cum pluribus, quæ in
116 hac specie nobis suppeditant *Riminald. sen.
dicto cons. 254. nu. 8. & seqq. Fusar. dicto cons. 41.
Caball. cons. 106. Thomat. decis. 82. Zunta in res-
ponso pro vxore. Lana. d. tract. de testam. nuncu-
patiuo clauso.* Et omnem euellunt scrupulum
recognitiones Iudiciales Notarij, & testium
de ea nedùm coram D. Prætore Papiæ ad
præsentiam Regij Fisci, sed & in processu rur-
sus fabricato ad instantiam Delatoris factæ,
in quo sanè processu supponitur, quòd DD.
Codalus, & illi duo Religiosi tanquam illi,
qui schedolas confecerunt de mandato Te-
statoris, & viderunt eum (post intellectam
ab eis schedularum continentiam) incepisse
subscribere, tùm de eiusdem] mandato sigil-
larunt eas quatuor sigillis ipsius Testatoris,
omnia in facto proprio deposuerint, & reco-
gnouerint tùm in ordine ad identitatem vo-
luntatis, tùm in ordine ad identitatem sche-
dulæ, in idq; etiam conuenerit Panesius, qui
omnibus prædictis interfuerat, & alij.

Sextò, & vltimo principaliter insistit Regius
Fiscus super depositione vnius ex testibus
testamentarijs, qui dicat non vidisse schedu-
lam consignari per Testatorem Notario, nec
Testatorem, quod dixisse Notario in actu
Rogitus, sed fuisse Notarium, qui interpella-
uit testes, vt essent præsentes, & testes dictæ
vltimæ voluntatis D. Comitis, de qua ipse
117 erat rogatus, quæ depositio negatiua facit
vacillare fidem testamenti, iuxta tex. cum
ibi not. *in .l. 1. §. si quis negat. ff. quemad. testam.
apert. l. si vnus. Cod. de testam.*

Sed enim, vbi testis hic ità dixisset, prout ex
aduerso supponitur, quod ignoramus, cum
adhùc non sit publicatus processus, attamen
eius depositio nihil facit, quia cum in actu
rogitus testamenti passus fuerit se describi
pro teste consignationis factæ per Testato-
118 rem Notario, videtur eam affirmasse, vt
amplius non liceat eam inficiari, benè *Surd.
cons. 414. num. 76. 77. & 78.*

Insuper, cum vocati testes iudicialiter coram
D. Prętore Papię, omnes recognouerint hanc
schedulam pro ea, quæ per Testatorem fuit
consignata Notario, & signanter ipse No-
nellinus ad præsentiam aliorum septem Te-
stium rogato de ipsa recognitione altero in-
strumento, attenditur prima hæc iudicialis
depositio, non sequens contraria, in qua
119 præsumitur subornatus *glo. Abb. & Felin. in
cap. cum in tua. extra de testibus*, & in terminis
conuerso casu *Petr. Anto. Anguissol. cons. 73.
num. 4. & 5. & 9. lib. 6. Farinac. quæst. 66. num.
124.* & infrà. *Gargiare. patrocin. 27. nu. 32. in fin.*

Nec attenditur, si dicat, Notarium non fecisse
mentionem de consignatione schedulæ in
actu ipsius recognitionis, quia magis cre-
120 ditur Notario, & instrumento *Farinac. de*

*fals.*

*falſ. q.* 158. *num.* 187. *& infrà*.
Et cum ſemel depoſuerit pro vallidìtate teſta-
menti, illudq; ſub ea fuerit editum, & exe-
qutioni miſſum, non potuit deinde ex con-
traria depoſitione facta ex interuallo facere
121 illud vacillare, nec præiuditium afferre hæ-
redibus, *Petr. Anto. Anguiſſol. d. conſ.* 73. *nu.*
67. *Farin. de falſ. q.* 158. *nu.* 62. vbi quod quan-
do vigore inſtrumenti eſt lata ſententia, vel
122 capta poſſeſsio, teſtis illud amplius vacilla-
re non facit. *Boſſ. tit. de falſis. nu.* 13. *Surd. conſ.*
414. *nu.* 77. *in fin. & nu.* 78. vbi in fortiori lo-
quitur, de prima depoſitione tacita, ſicut di-
citur de Notario poſt editum inſtrumentũ,
aſſerente illud eſſe falſum, qui partibus (qui-
123 bus iam eſt ius quæſitum) non præiudicat.
*Caſtr. in l. ſcia. ff. ad velleia. Petr. Anto. Anguiſ-
ſol. d. conſ.* 73. *nu.* 8. *Boſſ. tit. de falſit. nu.* 12. 95.
*& ſeqq. Farinac. q.* 156. *nu.* 10. *& ſeqq. ac nu.* 58.
*& deinceps*.
Tanto magis quia prima depoſitio pro viſione
conſignationis eſt veroſimilior, tùm ob præ-
ſumptionem ſuſtinendi actum, & excluden-
dæ falſitatis à Notario probo, & eximendi
tot teſtes à falſa depoſitione, ſed etiam quia
ipſemet Nouellinus in depoſitione, quàm fe-
cit coram Iudice Papienſi pro D. Comite An-
tonio Cribello aſſeruit, vidiſſe fieri conſi-
gnationem Notario, licet non dixerit à qui-
bus, vndè & inſtrumentum conſignationis,
& aliud recognitionis ſchedulæ vti conſi-
gnata, & prior illa depoſitio ex hac media in
excluſionem poſtremę remanſere magis, ma-
giſq; confirmata, & ipſe de falſo conuictus
nedum ex duobus publicis documentis, &
duabus prioribus ſuis depoſitionibus iudi-
cialibus, ſed & ab omnibus alijs teſtamen-
tarijs teſtibus, ac alijs qui interfuerant rogi-
tui teſtamẽti, ac alijs ſeptem adhibitis dein-
de in rogitu recognitionis ipſius ſchedulæ,
124 quo caſu non idcircò facit vacillare teſta-
mentum. *Roman. in d. l.* 1. *§. ſi quis neget verſ.
& aduertendum, quòd aut appares manifeſtè ff.
quemad. teſtam. aper. Capic. deciſ.* 192. vbi lo-
quitur de teſte, qui ſubſcripſerat teſtamento,
& poſtea negabat audiuiſſe verba Teſtatoris,
& Notarij, & deciſum fuit non ob id vacilla-
re teſtamentum, ſed nihilominus eſſe valli-
dum, & æquiparat ſubſcriptionem iudiciali
125 depoſitioni, *Alciat. conſ.* 599. *nu.* 2. vbi quod
contradictio ſeptimi tanquam conuicta de
126 falſo non attenditur *Menoch. de arbitrar. ca-
ſu* 105. *num.* 22. *&* 23. vbi dicit in hoc pluri-
mum poſſe Iudicis arbitrium *Grammat. conſ.
crim.* 67. *nu.* 5. *&* 6. *Gratian. diſcept. forenſ.* 843.
*num.* 17. *Surd. d. conſ.* 414. *num.* 76. 77. *&* 78.
& optimè *nu.* 85. *& ſeqq.*
Adſtipulatur quoq; prædictis, quòd vbi eius
depoſitio officere in aliquo poſſet, adhuc
videretur ſuſtineri poſſe teſtamentum ex di-
cto Paneſij dati in conteſtem ab eodem No-
127 uellino, & ex alijs coniecturis; & ex dicto
Notarij, ac aliorum ſuplentium vicem iſtius.
*DD. in d. §. ſi quis neget in l. in exercendis. Cod. de
fide inſtrum. in l. cum precibus. Cod. de probat.*
Canoniſtæ in *cap. cum Ioannes Heremita. de fide
inſtrum. Grammat. dicto conſ. crimin.* 67. *nu.* 5. *in
fin. & numero ſexto*, *Fulgoſ. conſ.* 79. vbi con-
cludit, ſuſtineri ex dicto Notarij cum con-
iecturis. *Boſſ. in tit. de falſit. nu.* 30. & infrà.
latè *Surd. conſ.* 414. *nu.* 95. *& ſeqq.* vbi probat,
ſupleri ex diuerſis cõiecturis ibi relatis, quæ
caſui noſtro ad dorſum congruunt. plura
*Farinac. quæſt.* 158. *nu.* 142. *& ſeqq. Menoch. de
arbitrar. caſu* 105.
Quod procedit, non ſolum quando adſunt ex
alij ex teſtamẽtarijs in maiori numero, ſed &
alij nõ deſcripti pro teſtibus, qui tamen fue-
128 rint præſentes, quamuis agatur de teſta-
mento, *Alberic. in l. cum precibus. num.* 3. *poſt
med.* verſ. *Et prædicta vera puto, niſi adſtrueretur
fides inſtrumento per alios teſtes non ſcriptos in te-
ſtamento, qui dicerent ſe præſentes fuiſſe*, & paulo
infrà ibi. *niſi fides ei adſtruatur per alios inſcrip-
tos, vel non inſcriptos. Cod. de prob. Alciat. conſ.*
599. *nu.* 2. *Boſſ. tit. de falſ. nu.* 30. verſ. *ſed ſi eſt
neceſſarius. Bald. in l. In exercendis. num.* 10. *Cod.
de fide inſtrum.* vbi quod licet non ſint rogati,
tamen admittuntur, quia non adhibentur
129 ad originem probationis, ſed ad ſupple-
mentum; & facilius eſt coadiuuare, quam
fundare, *Farinac. d. quæſt.* 158. *nu.* 157.
Vel etiam poſſet quo ad actum rogitus, & con-
ſignationis ſuſtineri ex verbis per Notarium
præſente, & confirmante Teſtatore, (vt ſup-
130 ponitur hunc teſtem dixiſſe) prolatis. *Gra-
tian. diſcept. for.* 843. *nu.* 20. *& ſeqq. Surd. conſ.*
414. *nu.* 25. *& ſeqq.* vbi numeris ſeqq. alia con-
gerit in confutationem huius depoſitionis,
& rurſus alia *num.* 73. 74. & infrà, ac iterum
*nu.* 80. *in fin.* 81. & deinceps.
Quod autem Notarius poſsit ſupplere vicem
vnius teſtis ex ſua depoſitione, quando agi-
131 tur de teſtamento nuncupatiuo, nec ſcrip-
tura eſt de ſubſtantia actus diſponit. *textus in
l. Domitius* cum ibi not. *ff. de teſtam. Alberic. in
l. cum precibus, num.* 4. *ante fin.* verſ. *Ego autem
dicendum puto, quod aut ſcriptura eſt de ſubſtantia*
8. *Cod. de probat. Corn. in l. hac conſultiſſima, nu.
fin. Cod. qui teſtam. facere poſſ. Fulgoſ. conſ.* 79. *col.*
2. poſt med. verſ. *primum quidem ſupereſt ipſe
tabelio, Boſſ. tit. de falſ. nu.* 33. *Menoch. de arbi-
trar. dicto caſu* 105. *num.* 39. *& ſeqq.* & cum hac
diſtinctione conueniunt *Bald. Bertrand. Tuſch.
Rol.* & alij per Regium Fiſcum ex aduerſo
citati.
Notarius enim, præfertur vni teſti, im mò æqui-
paratur duobus, vt in puncto huius conſigna-
132 tionis tradit, *Gratian. diſcep. for.* 843. *nu.* 18.
Et generaliter quando dictum vnius faciat va-
cillare, vel eliſdatur dicto aliorum, vel Nota-
rij, vel fortioribus veritatis argumentis lat.
tradit, *Thomat. deciſ.* 50. *à num.* 340. *ad* 487.
& paſsim, vbi plenè excutit, quomodo ſuſpi-
cio

cio falsi habeatur in ciuilibus pro falsitate;
133 & multa etiam ad rem nostram, *Surd. d. cons. 414.*

Vel demùm, an testamentum ex dicto vnius contradicentis, & aliorum illud coadiuuantis, vacillet in fide, vel non totum pendet ex
134 discreto Iudicis arbitrio, vt per *Farinac. d. q. 158. nu. 63. Surd. d. cons. 414. nu. 100. & seqq.* vbi in numeris antecedentibus instruit Iudicem, quomodo regulare debeat arbitrium suum.

Et in dubio etiam (licet nos versemur in claris)
135 pro validitate testamenti esset inclinandū, *Surd. d. cons. 414. num. 101. Medices dicta decis. 97. num. fin.*

Quod si mero iure testamentum hoc non teneret ob deffectum vnius testis, vel nominationis hæredis, sustineri deberet ex iure speciali, quia conditum ab Equite S. Iacobi à Spata habente priuilegia militaria, immò verò tanquam conditum à verò milite reuerso è castris infirmo cum obligatione, & animo redeundi, quemadmodum in prioribus scriptis probatum extat.

Demùm sustineretur ex clausula codicillari in vim fideicommissi, in quo nec est necessarius rogatus testium, nec solemnis nuncupatio hæredum, cum nutu relinqui possint, & suf-
135 ficit numerus quinque testium contestium, licet aliqs contradiceret, *Alex. cons. 17. nu. 17. lib. 3. Ias. cons. 124. num. 8. & 17. lib. 1. Surd. cons. 414. nu. 103.*

Quæ clausula censetur apposita, vbi etiam ex-
136 pressè non legatur. *Grammat. decis. 62. Manent. cons. 61. nu. 12.* & potest addi ex interuallo tanquam de stylo, & consuetudine, quia ita præsumitur fuisse mens Testatoris. *Manent. dicto cons. 61. nu. 112. & pluribus seqq.* maximè cum adsint in fine verba, *& extendatur &c. Manent. dicto cons. 61. nu. 108.* & quando iussit Testator debere extendi ad dictamen sapientis, potest sapiens addere in extensione ea, quæ sunt de stylo, & consuetudine, & de natura actus, & solita apponi pro maiori eius validitate *Pax scala de cons. sapientis lib. vlt. cap. 7.* & in antecedentibus, & in specie de clausula codicillari idem *Pax scala dicto lib. vltim. cap. 14. col. 3. in fin.* vers. *poterit absq; dubio sapiens codicillarem clausulam includere*, tanto magis cum illa verba finalia ibi: *Et hæc est ipsius Testatoris mens, & intentio, & extendatur &c.* aliud magis propriè importare non possint, quàm clausulam codicillarem, & alias ad maiorem dispositionis validitatem apponi solitas.

Quod si etiam penitus deficiente testamento, res ad causam intestati reduceretur, inde meliorem factam eius conditionem crederet D. Comes Otto, cum sit Testatori proximior, nec eum lædunt statuta Papiæ præferentia Agnatos Cognatis, tùm quia non afficiunt clericum, præsertim cum & Testator esset Eques, & Comes Antonius Cribellus concurrens, foret eodem tempore clericus, & sic de hæreditate Equitis inter clericos, tùm quia non habent effectum extrà Territo-
137 rium Papiensem, vbi multa bona sita sunt, nec alia statuta locorum pariter officient, quia ibi tanquam inter forenses seruandum ius commune, vt studiosis iàm excussum est allegationibus.

Sed nō discedit D. Comes à Testamento, cuius validitatem sustinere debet in honorem, & reuerentiam Testatoris, Magni Equitis, & beneuoli Affinis, & quam ex prædictis in aperto elucere contendit. Sub censura tamen &c.

Bartholomæus Sertorius.

Hæsitant præterea Scribentes, an institutio facta ad petitionem, siue interrogationem tertij valeat; Et eam minimè valere, nec Testa-
138 mentum tenere, scripsit *Castrens. in d. l. hac consultissima §. vt cum humanam C. qui testam. facere poss.*, quam opinionem sequitur *Romanus in l. gerit. ff. de acquir. hæred. post Io. Andr. in tit. de testam. §. vers. quid si is.*

Contrarium tamen decidit *glo. in d. l. Iubemus, verbo quemadmodum C. de testam.* dum inquit,
139 quod si alius exprimat, & ipse testator profiteatur se agnoscere verbis, & responderit, id sufficere concludit, quam sententiam sequitur ibidem *Bald. & Alex. & amplectitur Roman. cons. 306. incip. Proposita consultatio*, ac *Aretinus in citata l. hæredes palam de testam. Corn. cons. 261. sub nu. 18. lib. 4. vers. Præterea testes, Ac post alios probat Apostilla ad Gomez. de success. lib. p. cap. 2. litt. Q. nu. 6. & Iacobus Ant. Mantua Alleg. 55. sub nu. 14. ac Rimin. Sen. cons. 254. num. 6.*

Distinguendo tamen; has opiniones conciliare studet *Crottus in d. l. 1. p. §. si quis ita nu. 13. cum seq. plur. ff. de verborum oblig.* Et primo quando testator est impeditus in loquela, ita quod non potest clarè intelligi à testibus, licet sit sanæ mentis, & hoc casu dicitur loqui non
140 articulatè ex deffectu naturali, & idcirco valet testamentum ad intercessionem Notarij factum *Alex. cons. 33. col. 3. lib. 3. Thesaur. plena qu. famil. 36. lib. p.* Vbi ita iudicasse il-
141 lum Senatum testatur, *& in qu. 99. num. 27. in fine, & nu. 28. lib. 2.* Addo Cyriacum post hæc scripta visum libro 3. *de controu. iuris, controuers. 407. nu. 204. & sub nu. 255.*

Secundo quando propter morbum habebat testator linguam tumefactam, & impeditam,
142 & balbutire incipiebat, Testes tamen eius verba intelligebant, & tunc, data mentis sanitate, testamentum validum esse habetur *in l. quoniam indignum C. de testam. Rom. cons. 39. col. 3. & Alex. cit. cons. 33. col. 3.*

Tertio quando testator loqui non potest graua-
143 tus infirmitate, & tunc si inter liberos testatur valet testamentum, tum inter liberos


testari

testari posit omissis multis solemnitatibus,
vt habetur in l. consultissima §. ex imperfecto, &
in Auth. Quod sine, & ibi Scrib. praesertim Natta
C. de testam., Quorum liberorum fauore va-
144 lere testamentum etiam furiosi, censuit
Sen. Roman. de testamento iudicans, vt di-
ximus supra in cap. 194. ex Valer. Max. & Pe-
tro Aerodio lib. 5. tit. p. cap. p. Si vero inter
145 extraneos, nullum est Bal. & caeteri in d. l. iu-
bemus, praesertim Corneus col. 4. C. de testam. licet
nutu etiam declarari posit voluntas ali-
146 cuius, non minus quam verbis l. nutu ff. de
lega. 3. & cap. cum apud de Sponsal. & probat
Crottus loco rel. num. 14. & 15. ac scribit Ias. in l.
fin. nn. 15. C. de fideicom. & in d. l. Iubemus nu. 10.
C. de testam. Quamuis eo casu valde circon-
147 spectū esse debere Iudicem, aut consulen-
tem, omnibus qualitatibus perpensis scribit
Thesaur. cit. qu. famil. 99. nu. 26. cum seq. lib. 2.
148 Vbi regulariter nō valere testamentum ad
interrogationē per nutum factum, concludit
si non constaret de praeambula voluntate te-
statoris.
Quarto, aut Notarius scripsit testamentū iussu
Testatoris, aut illud scripsit de alieno man-
dato, & primo casu valere testamentum etiā
149 ad interrogationem Notarij, si illud testa-
mentum fuerit deinde lectum coram Testa-
tore respondente, tantum per Monosilabam
quod sic, vel simil, vt post glo. Bart. & alios
probat Crottus cit. loco nu. 18. Dec. cons. 489. per
totum Boer. decis. 35. num. 5. Crau. cons. 117. &
cons. 143. num. 13. Prattus de interpret. vlt. vo-
lunt. lib. 2. interpretat. p. dubit. 2. sol. p. nu. 50.
Plottus cons. 168. nu. 4. Surd. cons. 414. nn. 52.
& latiss. Peralta in rubr. de hared. instit. nu. 80.
Caphal. cons. 546. nu. 29. quos sequitur Thesaur.
d. q. famil. 99. nu. 3. & 4. & 12. cum seq. lib. 2.
Secundo autem casu nullius esse effectus, & mo-
menti huiusmodi testam., etiam si interro-
150 gatus an velit illud esse suum testamentum
affirmatiuè respondeat, vt probat Io. Andr.
in d. §. in primis instit. de testam. in addit. incip.
Pileus, & sequitur Castrens. cons. 374. viso pun-
cto, vbi inquit illa verba Io. Andreae esse no-
tabilia, & vera, cum magna discretione di-
cta, Roman. cit. cons. 306. lib. 3. Ruin. cons. 8. lib. 3.
& Clar. in §. testam. qu. 37. nu. 5.
Et ita se alias consuluisse restatur Crottus loco
rel. sub nu. 21. Vbi etiam ampliat idem pro-
cedere quando fuerat factum primum testa-
151 mentum solemne, in quo Testator perse-
uerauit per plures annos. Mox in articulo
mortis ad alterius interrogationem aliud
testamentum facere sibi placuit; Quia tunc
nō censetur primum reuocatum ex Castren-
152 se citato cons. 374. Faciunt tradita per The-
saur. all. qu. famil. 99. sub nu. 12. vers. septimo
erit attendendum.
Tunc enim Testator infirmus, & proximus mor-
ti, tedio affectus. Ad Affinium, siue aliorū
suggestionem potius, quam ex propria dis-
153 positione sic testari, & respondere ad inter-
rogationem, praesumitur Socin. cons. 229. Pri-
mo aspectu col. 5. quem sequitur Iac. Antonius
Maurus cit. alleg. 55. sub nu. 4. circa medium.
Quemadmodum de voluntate, & dispositione
Testatoris scriptum dicitur; Quando id man-
154 dauit Notario testator, etiamsi ad illius in-
terrogationem posteà respondit se ita testari,
Hanc principalem conclusionem sequitur
Thesaur. cit. qu. 99. num. 6. cum seq. & Marta
pleno voto 89. Vbi multas requiri qualitates
pro validitate testamenti tradunt, & praeser-
tim abesse debere interrogationem suggesti-
uam, quam talem esse scribunt, Si Notarius
155 interrogaret Testatorem, an vellet institue-
re haeredem Titium; Hanc opinionem se-
quitur etiam Raudensis decis. Pisana 45. sub nu.
55. Martius decis. Senensi 18. num. 3. cum seq. &
nouissimè Cyriacus citata controuers. 407. nu. 300.
cum seq. lib. 3.
Eoq; casu, sicuti non valet haeredis institutio;
Ita neq; etiam legata sustineri possunt, scili-
156 cet, quando testator ob morbi grauitatem
articulatè loqui nequit, nec testamentum eo
modo scribi mandauit l. 2. ff. de leg. p. & l. in
bello §. codicilli ff. de capt. & postlil. reuers. & d.
l. hac consultiss. §. ex imperfecto C. de testam. &
probat Crottus loco relato sub nu. 21. vers. vlti-
mus casus, ac Natta in repet. Auth. quod sine sub
nu. 261. vers. quia ex testamento nuncupatiuo im-
perfecto.
In his tamen omnibus casibus declaratur pro-
cedere firmatas conclusiones, quando Testa-
157 tor interrogatus fuit à Notario, Non au-
158 tem à propinquis cum alijs personis suspe-
ctis, vt probat Thesaur. cit. q. famil. 99. sub n. 9.
& sub nu. 15. quidquid dicat Plot. in cons. 168.
nu. 14. & inter cons. vlt. volunt. lib. p. & hesitat.
Bell. cons. 62. num. 8. Becc. cons. 102. num. 8. ac
Aloys. de Leo in d. l. Iubemus.
Et vbi scriptura testamenti facta esset manu al-
terius, quam Notarij siue Testatoris mortis
159 proximi. Tunc indistinctè inualidum esse
testamentum ad interrogationem etiam No-
tarij factum concludunt Scribentes, nisi ali-
160 ter de praeambula Testatoris volūtate sic te-
standi constaret, vt post Specul. & alios pro-
bat Plottus cit. cons. 168. nu. 15. inter cons. vlt.
volunt. lib. p. qui testatur ita censuisse Sena-
tum Excell. Mediolani in causa Marliana, in
qua respondit etiam Alba cons. 414. num. 61.
cum seq. quos sequitur Marta voto 89. nu. 6. cum
seq. & Thesaur. cit. qu. 99. num. 16. & 17. lib. 2.
ac Raudens. d. decis. Pisana 45. num. 18. cum seq.
plur. & nu. 30. post Card. Mantic. de coniectur. vlt.
volunt. lib. 2. tit. 6. num. 10. & Bursa. cons. 307.
nu. 54. lib. 3.
In dubio vero standum est attestationi Notarij
161 affirmantis se scripsisse testamentum de
mandato Testatoris, vbi Notarius sit proba-
tae famae, vt determinauit Collegium Pata-
uinum in cons. p. vlt. volunt. & refert, at sequitur
The-

*Theſaur. cit. qu. famil. 99. nu. 14. Qui verſ. ſed ſi,* Inquit, quod ſi Notarius acceſsiſset ad Teſtatorem, & non conſtaret à quo vocatus fuiſset, & introductus, Præſumeretur in du-
162 bio vocatus, & admiſsus ab intereſsatis.

Hjs extremam apoſui manum die 20. Maij 1638 in quo die Diuis Bernardino, ac Theodoro dicato ortum habui; Dignetur D. O. M. longiorem concedere ætatem, vt ad huius AEQVITATIS materiam explicandam pergere valeam.

F I N I S.



# INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A





 In Ad-

Animus

Confron-

D



Deus

doin

E

F



Fabricij

Filij

H

I

Iudices

Iudæus

Legatum

Lęnitas

M

Menda-

Omissio

P

Pensio

Q

Sugestiua

Terminus

Tutor

Vene-

FINIS. F.79

# *Impreſſoris errores emendati.*

## Cap. 101.

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| Ante num. p. | eſt | eſſe |
| num. 4. | Compellantur | Compelluntur |
| 12. | definire | deffinire |
| 17. | ammiteret | amiteret |
| 18. | quamquam | quenquam |
| 21. in fin. | quo | qua |
| 23. | de eo agitur | agitur |
| 27. | quam | quem |
| 30. | renonciare | prononciari |
| 31. | cum dolo | dolo |
| ibid. | Poziu. | Ponzinib. |
| 41. | Grat. | Gratian. |
| 47. in fin. | iuxtam | iuſtam |
| 52. | debeatur | debetur |
| 59. | dicetur | dicitur |
| 62. | nec | ne |
| 64. | promiſſiones | promiſſionis |
| 65. | eſt caſus | & caſus |
| 82. in fin. | dereto | decreto |
| 85. | & primæ | prima |
| 87. | Permit | Præmit |
| 91. | reſcript. | præſcript. |
| 94. in fin. | per aliquam | aliquem |
| 96. in fin. | fuerunt | fuerint |
| ibi | ipſo | ipſe |
| 106. | ipſum | ipſæ |
| ibi | primogenitum | genitum |
| 107. in fin. | quodamodũ | dũmodo |
| 108. | quam | quem |
| ibi | credit | creditur |
| 110. | loquatur | loquantur |
| ibi | ſubſtituit | ſubſtituerit |
| ibi | vocauit | vocauerit |
| 111. | habet | habens |
| 125. | iuris | iuribus |
| 127. | confirmare | conformare |
| 130. in fin. | quæ | qui |
| 133. in fin. | iuris | iuribus |
| 140. | an bona | antem bona |
| in fin. Verſ. quo pacto | ſi reſ. | ſe referens |
| ibi poſt verſ. 5. | naturalis | naturales |
| 151. | primogenitos | genitis |
| 155. | ſortiatur | ſortiantur |
| 159. | alij | alio |
| 161. | Vnde | Idem |
| ſub num 162. | hæreditatẽ | hæreditatis |
| 162. in fin. | fratribus | fructibus |
| ibi | compẽſatione | ſationem |
| ibi | cantat | conſtat |
| ibi | ver. nulla cum redd. | Cum redd. |
| 165. | probant | probat |
| 166. | præſcriptiones | præſcriptio |
| 169. | de quæ | de quibus |
| 170. | aliquid | aliquod |
| 171. | Verſ. Pront. pro Portione | portione |
| Verſ. Enim inp. | vertit | vertat |
| 173. | præſente | præſens |
| ibi | Comit acceptante | Comit fuit acceptans |
| 180. | quod | quid |
| 183. | reſpitientes | reſpicientis |
| ibi | conſtituit | conſiſtunt |
| 184. in fin. | voluntariæ | voluptarie |
| 187. | tradunt | tradit |
| ibi | vbi | vt |
| ibi | conſtat | cantat |
| ibi | ſumam | ſummũ |
| 188. poſt med. | deductis | deductas |
| ibi | potuerit | poterit |
| ibi | procura | prouocauerat |
| ibi | inſtiterat | inſteterat |
| 191. in fin. | Caiuinus | Caluinus |

## Cap. 102.

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| 3. | Pontif. max. | Pontif. |
| 4. | poſſe | cum poſſe |
| 9. | contrariam | contraria |
| ibi | reſponſionem | reſpondit |
| 11. | ſcilicet | licet |
| ibi | delinquẽti | delinquẽdi |
| 13. | alium | aliud |
| 15. | occidendi | occidendi illum |
| 18. | an effectu | ad effectum |
| ibi | relatu | relatus |
| 19. | conſiderare | conſiderari |
| 26. in fin. | putet ne | putet me |
| ibi | aptium | aptius |
| 32. | pœna | pœnam |
| 36. | addita concluſione | adducta concluſio |
| 42. | armatu | armatus |
| ibi in fin. | cum lenitas | Cũ lenitas |
| 53. | crimen | crimini |
| 63. in fin. | premedatũ | præmeditatum |
| 66. | Bobinum | Bombinum |

## Cap. 103.

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| num. 3. | act. poſt | act. & poſſeſſi |
| 7. | mouerat | nomerat |
| 8. | conuictum | conuicti |
| 12. | perſeriptionẽ | præſcriptione |
| 24. | publico | publicam |
| Sub n. 50. | Dominium | Dominum |
| ibi | denoluit | deuolui |
| 28. | Cons Sillan. | Senatus Cõſ Sill. |
| 31. | Excell. Sen. Cõſ. | Ex Senatus-Cõſ. Rom |
| 40. | Eos | Eorum |

## Cap. 104.

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| num. 2. | puertat mitas | peruertat ſemitas |
| 3. | mumere | debent |
| 8. in fin. | ſubijcet | ſubijcit |
| 11. | vocantur aliqua capere | vocantur capere |
| 19. | actum | actu |
| 24. | accipientes | accipientis |
| 31. | ſumam | ſummum |
| 33. in fin. | exulẽta | eſculenta |
| 34. | humaniterq; | humanitatemq; |
| 35. in fin. | repudiaſſet | repudiaſſe |
| 40. | valent. | Valent |
| 41. | docet | vt docet |
| 43. | nummaria | Nummaria |
| ibi | importet | importat |
| Sub n. 50. | Iudice loquentes | loquentis |
| ibi | traditus | tradita |
| ibi | bene viuendo | rimando |
| 52. | traditus dum | traditas obſeruandq |
| ibi | exeuerat | exercuerat |
| ibi in fin. | illum autem | illud autem |
| 53. | tum litibus | cum litibus |
| ibi in fin. | funium | fumum |
| 54. | temporis | tempore |
| 55. | tractare | tractari |
| 56. | cunilli | cuniculi |
| 57. | mox | mos |

## Cap. 105.

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| Sub n. 2. | fuit | fuerit |
| 3. | probant | probat |
| 15. | obſeruantibus qui | obſeruantib. diſerri |
| ibi in fin. | requiretur | requiratur |
| 21. | etiam ſic | & ſie |
| ibi | erunt | erant |

| Corrigenda. | Correcta. |
|---|---|
| 22. in fin. Ticinenfem | Ticinenfe |
| 27. Fraudes | Frandis |
| 33. in fin. teneantur | tenebatur |
| 35. in fin. all. cap. | all. conf. |
| 36. in fin. Donatarij | Donatarijs |
| 38. refpondetur & &c. | Refpondeatur &c. |

### Cap. 106.

| | |
|---|---|
| In Rubr. feruandus effe | feruandus eft |
| num. 6. & plur. | fe plurimæ |
| 7. delatorijs | dilatorijs |
| 12. vilaquets | in laqueis |
| 17. Capitanei | Capitaneus |
| 20. in fin. poffit | poffet |
| 21. Inocens | Innocentes |

### Cap. 107.

| | |
|---|---|
| 4. Perpeffis probat | vt probat |
| 57. Eis mercibus | Ei pro mercibus |
| 59. alij in Item | alij in §. item |
| 60. procedet | procedit |
| 63. in fin. & | in fin. lib. 2. & |

### Cap. 108.

| | |
|---|---|
| 21. ceffionem | ceffio |

### Cap. 109.

| | |
|---|---|
| Sub num. p. lib. 2. | declaratur |
| 34. vbi | ibi |
| 39. in fin. Pedamontanis | Pedamontanus |
| 47. in fin. Secundú Ludou. Sen. | Côtingens Lud. Sem. |

### Cap. 110.

| | |
|---|---|
| 4. Adhibitio | Aditio |
| 9. in fin. in Aduocatorum | Aduocatorum |
| ibid. excutantur | excitantur |
| 17. in fin. folemnitates | folemnitatis |
| 18. tenetur | Tenetur |
| 20. in fin. confirmatione | confirmationem |
| ibid. D. O. Butigelle | D. Butigellæ |
| 68. vagaret | vagaretur |

### Cap. 111.

| | |
|---|---|
| Linea pr. Imiffum | Imiffo |
| 13. primum | primo |
| 24. l. fin | l. fi |
| 25. in fin. Pleneus | Plenius |

### Cap. 112.

| | |
|---|---|
| 19. nec caufa | nec caufæ |
| 21. Iudicijs | Iudicij |
| 22. vt | & |
| 25. Additur | Additionator |
| 38. refpo | refpondit |
| 39. Lopus | Lapus |
| 47. Iufticiarium | Iufticiario |

### Cap. 113.

| | |
|---|---|
| num. 2. ag t | agitur |
| num. 5. in fin. aduertatur | aduerfatur |
| 13. Diu. Tomus | D. Thomæ |
| 23. æquiffima | æquiffimam |

### Cap. 114.

| | |
|---|---|
| num. 17. Atque | Atqui |
| 29. videntur | videtur |
| 31. Coadiutores | Conditores |
| 35. debitam | debiti |

### Cap. 115.

| | |
|---|---|
| In pr. Emphiteutica | Emphiteuta |
| num. 2. quorum | quarum |
| 7. Cotta | Cofta |
| 25. tum | tunc |

### Cap. 116.

| | |
|---|---|
| num. 5. confuetum | confuetud. |
| 17. fint | funt |

### Cap. 117.

| | |
|---|---|
| 5. Surdis | Surdo |
| 10. in fin. fuerit ftupratus prohibentur | fuerint ftuprati prohibetur |
| 40. artic. | argum. |
| 46. Superiori | Superioris |

### Cap. 118.

| | |
|---|---|
| In princip. notati alia | notatis aliqua |
| 14. reftringendam | regiftringenda |
| 21. 1622 | 1621 |
| 41. pecuniarum | pecuniarium |
| 42. iuditia | inditia |
| 60. dignitatem | de dignitate |
| 76. poft med. menfe | menfis |
| 85. Statuti | Statutorum |

### Cap. 119.

| | |
|---|---|
| In rubr. atteftationibus | atteftationibus |
| num. 1. etiam | enim |
| 27. curia | curiam |
| 28. per | pro |
| ibid. Curiam | Curia |

### Cap. 120.

| | |
|---|---|
| In princip. Sunt | Sint |
| 4. dummodum | dummodo |
| ibid. eius Puer | eius Frater |
| 5. in fin. & fructus | vel fructus |
| 8. §. finium | ff. finium |

### Cap. 121.

| | |
|---|---|
| num. 1. Hofpes | Hoftes |
| 5. inducendi | indicendi |
| 7. 218. | 118. |
| 15. mouetur | moueatur |
| 16. dicitur | dicatur |
| 32. Infideles | Infidelis |
| 37. circa med. Inferatur | Infertur |
| ibid. conditione | condemnatione |

### Cap. 122.

| | |
|---|---|
| 11. Impetrata | impetratæ |

### Cap. 123.

| | |
|---|---|
| num. 6. in fin. primis | primi matrimonij |
| 9. lege | legis |
| 39. poffet | poffe |
| 73. qua | quia |
| 76. affectus | effectus |

| *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|
| 81. A qui | At qui |
| 89. præceptorum | perceptorum. |
| 100. in fin. contrarium | contrariam |
| 103. tuitu | intuitu |
| 106. consularet | conuolaret |
| 123. mea tunc | tunc |
| ibid. procedere | procederet |
| ibid. legitima | legitimam |

## Cap. 125.

| | |
|---|---|
| num. 2. in fin. venit | veniat |
| num. 6. contrarium | contrariam |
| 11. appellationem | appellationi |
| 13. in fin. præsulitionem | præsumptionem |
| 18. in fin. sententia hac | sententiam hanc |
| 94. arbitrium | arbitrum |
| 134. comitendum | comittendus |
| ibid. Cumano | Cuman. |
| 144. ad dictam | adducta |

## Cap. 126.

| | |
|---|---|
| num. 13. hæredi | hæredes |
| 15. Vasallis | Vasallo |
| 17. eueneris | eueniret |

## Cap. 128.

| | |
|---|---|
| 86. vti | vbi |
| 89. & | ex |
| ibid. deferen. | diferen. |
| 111. hanc immunitate | hac immunitate |
| 117. in fin. qui idc | quæ ide |
| 122. Vocationem | Vacationem |
| 123. in fin. militam | militum |
| 147. in fin. ptus | ptos |
| 160. priuilegium | priuilegio |
| 164. talis | tali |
| 174. obligenter | obligentur |
| 201. reipublico | publicè |
| ibi beneficio | beneficco |
| 259. argmenti | argumenti |

## Cap. 129.

| | |
|---|---|
| Lin. 8. Aduento auctorem | Aduento |
| 17. dictioni | dictione |
| ibi conueniant | conuenerant |
| 20. eandem | eundem |
| 30. differet | deferat |

## Cap. 130.

| | |
|---|---|
| 9. in fin. ordinariam | ordinaria |
| Sub num. 13. vulneratus | vulneribus |
| 14. Epist. | Epit. |
| 15. vulneratus | vulneribus |
| ibid. lætalibus | lætaliter |
| Sub num. 22. Socius | Socios |
| 49. 121. | conf. 121. |
| 51. præsumatur | præsumitur |
| 77. Casan. | Cason. |

## Cap. 131.

| | |
|---|---|
| Linea 6. ab homicid. | ob homicid. |
| Lin. 10. excludentes | excludentis |

## Cap. 132.

| | |
|---|---|
| num. 3. in fin. Blanc. de Iud. | de Indic. |
| num. 8. in fin. probas | probare |
| 34. fuisset | fuisse |
| ibid. retinuissent | retinuisset |
| 35. manu | manus |
| ibid. contigua | contiguo |
| ibid. in fin. abscisum | abscisi |
| 37. mittendam | mittendum |

## Cap. 134.

| | |
|---|---|
| 15. remediam | remedia |
| 51. Franc. 135. | Fr. decis. 133. |
| 81. Gratian num. | Gratian. |

## Cap. 135.

| | |
|---|---|
| 3. Por. | Porrus |
| 37. per | pro |
| ibid satisfactionem | satisfactione |

## Cap. 136.

| | |
|---|---|
| In rubr. promissas | promissæ |
| 8. scribat | scribit |
| 12. in fin. 1590. | 1490. |
| 36. e anno | anni |
| num. 81. in fin. præcedentis | procedentis |
| 83. cæreum | cererem |
| 84. pauidius | pauidus |
| 96. in fin. præsentieraretur | preseruaretur |
| ibid. condictionem | conditionem |
| 99. militat | militare |
| 104. copias | coppias |
| ibid. munere | numero |

## Cap. 137.

| | |
|---|---|
| num. 9. siue | sine |
| 27. augere | augeri |
| 29. in fin. facultatis | facultates |

## Cap. 139.

| | |
|---|---|
| nnm. 36. Principalis | Principali |
| 42. spontorem | sponsorem |

## Cap. 140.

| | |
|---|---|
| num. 5. in fin. secundo limit. | secunda limit. |
| 14. sussipisset | suscepisset |
| 18. in fin. opinionem | opinionum |
| 23. dicetur | diceretur |
| 24. cum plura | plur. |

## Cap. 141.

| | |
|---|---|
| 30. non esse | esset |
| 33. Simonice | Simoniæ |
| 34. vexatio | vacatio |
| 50. cap. | habetur in cap. |

## Cap. 142.

| | |
|---|---|
| num. 5. iurare | iurari |
| 11. in ad l. | in l. |

## Cap. 143.

| | |
|---|---|
| num. 5. præcipue | præcipua |
| 44. depositionum | depositionem |
| 50. sunt | sint |

## Cap. 144.

| | |
|---|---|
| num. 14. etiam | quod etiam |

| | *Corrigenda.* | *Correcta:* |
|---|---|---|
| ibid. | in eodem | in eadem |
| 19. | Chonus | Scottus |
| 23. | traditam pecuniam | tradita pecunia |
| ibid. | prædium | prætium |
| 38. | annuui | annuum |

## Cap. 145.

| | | |
|---|---|---|
| num. 8. | de nwe | de nouo |
| 10. | probaut | probat |
| 13. | tradit | vt tradit |
| 16. | ibi | & ibi |
| 21. | factum de | factum est de |

## Cap. 146.

| | | |
|---|---|---|
| num. 8. | Aut aliquem | aut ad aliquem |
| 9. | sponsus | sponsum |
| 24. | mercede | mercedem |
| 25. | notacio | notatur |
| 48. | in fin. par. 2. | par. p. |

## Cap. 147.

| | | |
|---|---|---|
| 10. | negligentia | negligentiam |
| 23. | moram | mora |
| Ante num. 16. | quoad si | quoad se |
| 16. | termiuo | termini |
| 28. | l. si comunicationes | comunicationes |
| 29. | cæteris | ceteri |
| 30. | probationibus m | probationibus |
| Ante 33. | instrumento | instrumenti |

## Cap. 148.

| | | |
|---|---|---|
| num. p. | irrite | imite |
| 5. | autem | an |
| ibi | autem | an |
| 17. | in fin. voluntario | voluntarie |
| 21. | debe e | debeat |
| Pag. 18. col. 2. ve s. Propterea | deciffe | deceffiffe |
| Col. seq. | M. V. | S. F. |
| num. 70. | criminibus | criminalibus |

## Cap. 149.

| | | |
|---|---|---|
| uum. 7. | præcedere | procedere |

## Cap. 151.

| | | |
|---|---|---|
| num. p. | priuato | priuat. |
| 19. | n. vers. | n. p. Vers. |
| 28. | requisitas | requisitæ |
| 29. | 255. | 155. |
| 33. | seq. n. | seq. & n. |
| 45. | illam | illa |
| 46. | extraneam | extraneum |
| 47. | in fin. Ecclesia | Ecclesiastica |
| 51. | sunt | sicut |
| 61. | per p. | par. p. |
| 70. | per D. D. | pro D. D. |
| 72. | lib. 8. cons. 3. | lib. 8. tom. 3. |
| 73. | opus de de pos. | opus de port. |
| ibi in fin. | etiam proced. | etiam hoc proced. |
| 95. | Dominum | Dominium |
| ibid. | Emphiteoticam | Emphiteutum |
| 98. | per actionem | per exactionem |

## Cap. 152.

| | | |
|---|---|---|
| num. 12. | iuratus | innitus |
| 12. | spontanea | spontaneus |
| 16. | Gramma | Grama |
| 19. | renontiasse | tenonciare |

| | *Corrigenda:* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| 24. | §. principio | §. p. |
| 44. | fideiubeat | fideiubet |
| 51. | ad falcid. | ad l. falcid. |
| 60. | ambulares | ambulare |
| 72. | habebantur | habeantur |

## Cap. 153.

| | | |
|---|---|---|
| num. 15. | in fin. hypotecata | hypotecatam |
| 26. | in viro | si contraxit cũ viro |
| ibid. | idem | Idem |
| 29. | Cur | Cui |
| 30. | decretoribus | decoctoribus |

## Cap. 154.

| | | |
|---|---|---|
| num. 8. | Prohibitam | Prohibita |
| 18 | rationem | ratione |

## Cap. 155.

| | | |
|---|---|---|
| num. 3. | debebuit | debuit |
| Sub n. 20. | Saliuet | Salicet |
| 35. | in Episcopis | Episcopis |
| ibi in fin. | Fruitur | Fruiturus |
| 39. | Recimiro | Ricimero |
| 40. | Precio | Præcio |
| ibid. | Histor insubr. | Adde fol. 32. |
| 42. | si | se |
| ibid. | loquitur | loquuntur |
| 43. | Flauis | Flauij |
| 44. | habebat | obibat |
| ibid. | pretio | prætio |
| ibid. | apud | Apud |
| ibid. | ementes | euntes |
| ibid. | Principis | Principes |
| num. 45. | spretum | spretam |
| ibid. | instar | Ad instar |
| 47. | cum pos. | a posess. |
| 49. | Regiæ | Rege |
| idid | querentis | querentes |
| Sub n. 50. | (vt loquitur) | (& sequitur) |
| ibid. | Id vos | Id nos |
| 51. | omni | omnino |
| ibid. | in fin. O stil. | C. Ostil. |
| 52. | vinctum | vinctus |
| ibid. | Britanorum | Britanorum |
| Sub n. 54. | qui non | cui non |
| num. 55. | Qui hoc | Quis hoc |
| ibid. | pellitis Gethe | pellito Gethe |
| ibid. | expellat | expolleat |
| ibib. | suæ | tuæ |
| ibid. | sufficit | suffecit |
| 56. | verũtamen | Veruntamen |
| i bid. | potest | potes |
| ibid. | in fin. Possis | Poscis |
| ibid. | in fin. Recimerio | Ricimeri |
| 57. | afferri | offerri |
| 58. | post med. persistit | Persistit |
| ibid. | in fin. Anthimio | Anthemio |
| 60. | victoriam | Victoria |
| ibid. | Quia | quia |
| ibid. | inquietam | inquieta |
| num. 61. | Posse | pone |
| 62. | soliciens | sollicitus |
| 64. | scite | Scythæ |
| 68. | Adiungant | Adiungunt |

## Cap 156.

| | | |
|---|---|---|
| num. 18. | in fin. Sumariæ | Sumaria |
| 41. | notat | vt notat |
| 53. | Fideiussionis | Fideiussoris |

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|
| 61. | debit | delati |
| 66. | causas | causæ |
| Sub n. 76. | matrimonium | patrimonium |

## Cap. 158.

| | | |
|---|---|---|
| num. 1. | Admittuntur | Admittantur |
| 9. | tradunt | tradit |
| 10. | dicuntur | dicantur |
| 17. | Vniuersitatibus | Vniuersitate |
| 24. | Aút | Autem |
| 26. in fin. | Oppositionis | Oppositiones |
| ibid. | Exceptionibus | Exceptiones |
| 30. | In congru | Incongru |
| 40. | Pluto | Plato |
| 43. | Statitio | Statilio |
| 45. | sunt | sint |
| 46. | Vt Xenocrate | Vt de Xenocrate |
| 58. | vt iuquit | & inquit |

## Cap. 159.

| | | |
|---|---|---|
| Sub num. 8. | dici viuentē | din viuentem |
| Sub num. 34. | vi si ac | vi se ad |
| ibid. | Sinode | Sinodæ |
| 54. | superius | supra |
| 57. | contributiones | distributiones |
| 66. in fin. | nec eorum | ne eorum |

## Cap. 160.

| | | |
|---|---|---|
| In rub. | pretium | prætium |
| Sub num. 19. | Ecclesia | Ecclesiæ |

## Cap. 161.

| | | |
|---|---|---|
| In rubr. | Pretium | Prætium |
| ibid. | Precio | Prætio |
| num. 3. | Giulianus | Giustianus |

## Cap. 162.

| | | |
|---|---|---|
| In rubr. | Precij | Præcij |
| num. 2. | act. emptio | act. empti |
| 3. | Emptoris & Venditoris | Emptionis & vendit |
| 15. | teprobet | reprobato |
| ibid. | Regnum | Regni |
| ibid. | multos | multas |

## Cap. 163.

| | | |
|---|---|---|
| Lin. p. | Precedenti | Præcedenti |
| num. 1. | deleantur verba deleantur etiam verba | & per l. serenitas ff. de vsuris parte contractum & |
| Sub num. 4. | spectant | spectat |

## Cap. 164.

| | | |
|---|---|---|
| Sub num. 18. | sublata | sublatam |
| ibid. | etiam | etiamsi |
| 36. | constare | constituere |

## Cap. 165.

| | | |
|---|---|---|
| num. 8. | dicatur | dicitur |
| Ante num. 22. | ijs | ij |

## Cap. 166.

| | | |
|---|---|---|
| num. 12. in fin. | pater | pariter |
| Sub num. 30. | conclusionis | ad conclus. |
| 40. | consistant | consistunt |
| 54. in fin. | hi | Si |

| | *Corrigenda.* | *Correcta.* |
|---|---|---|

## Cap. 167.

| | | |
|---|---|---|
| num. 41. | Deum | cum Deus |
| 49. | Disponsatur | desponsatur |
| num. 56. | aue | deleatur |
| ibid. | Infaticabili | adde, Insequente |
| 60. | debere | addi tolli debere |
| 61. | Fore | Forte |
| ibid | vellent | valerent |
| 62. | Sacrificij | Sacrificijs |
| 66. | & | ea |
| 68. | l. portio | L. Porr. |
| 70. | Vxore adde | cum vxore |
| 75. in fin. | 499. Adde | pag. 499. |
| 78. | ad S. Ambrosium | ad Ambrosinum |
| 86. | multati | mu'ctati |
| Sub num. 93. | Gratian. | Gratus |
| 104. | determinationem | tione |
| 116. | sucumbuisse | succubuisse |
| 120. | tantam | tantum |
| 121. in fin. | Cabal | Caualc. |
| 124. | ibidem Adde | vt ibidem |
| 125. in fin. | Prouisionalis | sionales |
| ibid. | Petitiones | Petitionis |
| ibid. | condemnationes | nationis |

## Cap. 168.

| | | |
|---|---|---|
| Lin. p. | Precedenti | Præcedenti |
| num. 22. | Potestatem | Potestate |
| 36. | mulieris | mulieres |
| 79. | temporis | tempore |
| ibid. | Valentiani | Valentiniani |

## Cap. 169.

| | | |
|---|---|---|
| In rubr. | Ptecij | Præcij |
| num. 25. | sic Adde | & sic |

## Cap. 170.

| | | |
|---|---|---|
| num. 16. | nurrus | nurus |
| 24. | viris | viri |

## Cap. 171.

| | | |
|---|---|---|
| Lin. 4. | sancitum Adde | sancitum est |
| num. 1. | Eadem sententia Adde | in Eadem sent. |
| 4. | in C. fi. | in fi. C. de |

## Cap. 172.

| | | |
|---|---|---|
| num. 9. | promissum | permissum |
| 25. | iurandam | iurandum |
| 42. | efficitur | efficit |

## Cap. 173.

| | | |
|---|---|---|
| num. 7. | nascitur | nascatur |

## Cap. 174.

| | | |
|---|---|---|
| num. 1. | h. 3. Finem | lienem |
| 2. | Victor Adde | Quod eo crescente |
| 44. | inqui | reliqui artus cōtabe- [nūt inquit |

## Cap. 175.

| | | |
|---|---|---|
| num. 14. | Vt Speculatir | Vt inquit Speculator |

## Cap. 176.

| | | |
|---|---|---|
| num. 7. | conducto | conductor |
| 18. | in fin. renouata | renouatam |

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| 23. 298. | 398. |
| 24. in Calendis | ante Calendas |
| ibid. in Calendis | ante Calendas |
| Sub n. 30. eſt conductore | eſt |
| num. 39. ſi ante | ante |
| 58. poſſit | poſſet |
| 65. vbi contineri | vbi multas contineri alias non |

## Cap. 177.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 5. habirata | habitante |
| 11. illati pri. | illat. p. |
| 17. pactis Doctores Adde | & ibi Doctores |

## Cap. 179.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| Sub n. 13. obitbam | obibam |
| Sub n. 14. vt narauerat | narauerat |
| In fin. Confirment | Confirmant |
| ibid. quinquenalcm | nale |
| 43. in fin. legis | legi |
| 51. dicit | dicitur |
| Sub n. 56. reſuliat | reſultanr |
| ibid. allucinati | Alhucinati |
| 58. ſic | & |
| ibid. illa | illas |
| 59. Furis | Furcis |
| ibid. in fin. num. 389. lib. p. | num. 379. lib. 2. |
| 71. & viget | vt viget |
| ibid. fuit | fui |
| 77. ſimul | Sumus |
| 80. moram | morem |
| Sub n. 89. ſiue | ſine |
| 91. ciiare | citari |
| 93. in fin. citra | contra |
| 98. Turbugnani | Fortunaghi |
| nnm. 105. diſſia | diſſidia |
| 106. vt ref. | & ref. |

## Cap. 180.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. p. in fin. non fie | non ſit |
| 17. ob 47. | ob æs |
| Sub n. 24. Expellendo | expilando |
| Sub n. 40. videbatur | videbantur |

## Cap. 181.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 9. ei | & |
| 11. eos | æs |

## Cap. 181.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 26. alijs citati | alij |

## Cap. 182.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 7. animum | autem |
| num. 16. panem | parem |
| In fin. Super | Supra |

## Cap. 183.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 1. dicantur | dicuntur |
| 4. Feudo | a Feudo |
| Sub n. 17. accepi | accipi |
| 9. 16. | lib. |

## Cap. 184.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| In rubr. dicitur | dicatur |
| 8. annos | annis |
| Sub nu. 10. eodem | eadem |
| num. 16. quando iuſſu | quādo Teſtator iuſſit |
| num. 29. §. qui | §. 4. qui |
| 30. circa med. quin obſer. | quid obſer. |

## Cap. 185.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 32. pro poſterationis | præpoſterationis |
| Ibid. quod | quoad |
| 44. Bart. & in d. | Bart. in d. l. |
| 49. Affirmauir | Affirmauerit |
| 69. Conſtitutam | conteſtatam |
| 98. teneatur | teneat |

## Cap. 186.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 4. Extent | extendit |
| Sub n. 13. Probat | probet |

## Cap. 187.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| In initio natu maximus | maximi |
| num. 6. in fi. patrocinatut | cinerur |
| num. 7. Primum | Primo |
| 10. quorum | quia |
| Sub n. 13. hæreditarens | hæreditates |
| Sub n. 14. procedunt | procedit |
| Sub n. 15. ambobus | ambabus |
| ibi. in fi. Eadem concl. | Eandem cocluſ. |
| ibi. haber | habens |
| 18. in fi. ſepulcram | ſepulcrum |
| Sub n. 32. & refert | vt refert |
| ibi. eius | citat |
| 33. donauit | donarunt |
| ibi. Hyppomedrantem | Hyppomedruntem |
| 35. Antilocum | Antilochum |
| 57. Iuriſdictionalis | Iuriſdictionis |
| 63. Domij | Dominij |
| ibi. facto | pacto |
| 66. vltimis | vltimus |

## Cap. 188.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 11, opponi | apponi |
| 25. intellitur | intelligitur |
| 32. in fi. Porponere | poſtponere |
| 48. in fi. monitionem | munitionem |

## Cap. 189.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num, 5. Tacius | Iaſon |
| 6. num. 136. | num. 36. |
| 12. Ec priuas | priua |
| Sub n. 43. in ſubditus | ſubditos |

## Cap. 190.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 16. magiſtrum | deleatur |
| 27. veritatis | veritati |
| ibi. in fi. egros | egris |
| pag. 321. col. p. in fi. E | B. |
| ibi. col. 2. in princip. E | B. |
| num. 59. Felician. | Felic. |

## Cap. 192.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 10. percuſſores | percuſſiones |
| num. 17. qui ſi def. | qui ſe def. |
| 37. permitterentur | mitteretur |
| 56. citra | contra |
| 62. in fi. deferant | diſerunt |

## Cap. 193.

| Corrigenda | Correcta |
|---|---|
| num. 12. eſtimationem | eſtinctionem |
| 50. alia | alias |

| | | Corrigenda. | Correcta. |
|---|---|---|---|

### Cap. 194.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| num. | 6. | liberetur | liberatur |
| | 7. | in fi. disponit | disponit testator |
| Sub n. | 12. | in fi. Romanus | Romani |
| | 19. | præponitur | præsumitur |
| | 20. | electos | electo |

### Cap. 195.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| Sub n. | 4. | an mobilia | an immobilia |
| | 10. | ferat | erat |
| | 63. | requiratur | requiritur |
| | 80. | admittatur | Admittitur |

### Cap. 196.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| num. | 9. | bone | bene |
| | ibi. | partem | pars |
| Sub n. | 17. | sequitum | sæqutum |
| | 18. | inuennurus | iauentus fuerit |
| | ibi. | idemq; statuisse | deleatur |
| Sub n. | 32. | in fi. Directa vel vtili | directi vel vtili |
| | 37. | probatur | probat |
| | ibi. | dare | dari |
| | 47. | Sarcem | Suuem |
| | 48. | Thesaur | Thesaurum |
| | 49. | possuunt | posuit |
| Sub n. | 70. | Olfacerant | Olfecerant |
| | ibi. | cladis | clades |

### Cap. 197.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| nu. p. in fi. | | mæreditorum | hæreditatis |
| | 31. | exegerint | exigerit |
| | 34. | responsionis | responsionibus |
| | 54. | verificet | verificatur |
| Sub n. | 77. | si recogno | se recog. |
| Sub n. | 128. | mirifici | mirifice |
| Sub n. | 160. | textum | rextui |
| | 169. | Additio | Aditionis |
| | 177. | hoc in | in |
| | ibi. | in fi. actu | actum |

### Cap. 198.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| num. | 10. | Adimissus | Admissus |
| | 19. | testator | Testatur |
| | 47. | expressim | expresse |
| | ibi. | admittuntur | admittautur |
| | 57. | Senatus consultus | consulto |

### Cap. 199.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| num. | 3. | Antonius | Anneus |
| | 36. | Allucinari | Alhucinari |
| | 54. | ali. casus ver | all. §. casus vero |
| | 63. | fuer | fuerunt |
| | 75. | censuarium | censuaria |
| | 76. | in fi. suspensione | suspicione |
| | 86. | in fi. partis creditori | partis de pluri cred. |
| | 87. | assignatam | assignatæ |

### Cap. 200.

| | | Corrigenda | Correcta |
|---|---|---|---|
| num. | 10. | D. Crottus | Crottus |
| | 15. | sub nu. 9. | sub nu. 2. lib. 9. |
| | ibi. | in fi. ostenditur | ostendetur |
| Sub n. | 28. | post hac | post hæc |
| | 41. | esse huiusmodi | esse sub huiusmodi |
| num. | 150. | testum | testamentum |